13
18 E
7

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

39.3.19
39
e
19
39
d
69
13-7 C 4

ZVFFVS
DE
CRIMINALIS PROCESSVS LEGITIMATIONE.

Bibl. Secr. ex leg.

Coll. Rom. S.J. Card. Gallan.

TRACTATVS
DE
CRIMINALIS PROCESSVS
LEGITIMATIONE
LIBRI TRES.


Quibus omnia ad materiam ſpectantia explanantur.

Opus quam plura continens ſcitu digniſsima à nemine hactenus tractata Iudicibus, Aduocatis, Cauſarum Patronis, & quibuſuis alijs vtile, ac neceſſarium.

Cum Annotationibus ad Barbarinam Conſtitutionem, & Indicibus copioſis.

AVCTORE
IOANNE ZVFFO DE FINALE MVTINEN.
CIVE, AC I.C. ROMANO.

Acceſſit recentiſſimarum Sac. Rotæ Romanæ Deciſionum Centuria, nullibi impreſſa.



ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. 1665.

Superiorum permiſſu, & Priuilegio.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

O. Archiep. Patracen. Viceſg.

ACcuratè legi Tractatum de Proceſſus Criminalis legitimatione inſcriptum, Auctore Ioanne Zuffo, in ſuprema, & vniuerſali Romana Inquiſitione reorum Aduocato; ac pro Pauperibus Carceratis Procuratore Charitatis, & parendo mandatis Reuerendiſsimi Patris Hyacinthi Libelli Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri, nihil in illo reperii, quod Chriſtianis moribus, aut Catholicæ Fidei aduerſetur, & exiſtimo dignum, vt ad publicam vtilitatem edatur in lucem. Romæ die 11. Iunij 1664.

Franciſcus Maria Baranzonus
Conſultor S. Offitij.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apoſt. Mag.

CLemens Papa VIII. Diplomate ſanxit ne quis citra voluntatem Dominici Baſæ, olim in Typographiæ Vaticanæ impreſſoris Sacram Bibliam, Concilia generalia, Epiſtolas decretales, Libros ad Eccleſiaſticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina, Libros etiam cuiuſcumque generis, vel nouiter ab ipſo edendos, vel notis, additionibus auctos, per decennium ab editione cuiuſque voluminis imprimat, vel impreſſa venalia habeat. Quod Priuilegiū Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelfi I.V.D. ac impreſſoris Cameralis tranſtulit, indulſitque. Idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis ratum, firmumque habere voluit. Violatores excommunicationis latæ ſententiæ pœna puniuntur. Quod ſi in terris S.R.E. ſubiectis id contigerit, confiſcatione etiam Librorum, ac quingentorum ducatorum auri ſolutione mulctabuntur, vt latiùs patet in literis ipſius Gregorij Papæ ſub datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Octobris 1621. Pontificatus ſui anno primo. Ac idem Vrbanus Octauus peculiaribus literis datis apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 23. Maij 1628. Pontificatus ſui anno quinto, in fauorem Andreæ Bruggiotti Impreſſoris Cameralis, & Vaticani tranſtulit, indulſitque. Ac iterum Innocent. X. peculiaribus literis datis apud S. Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impreſſoris Cameralis, ac Vaticani, confirmauit ſub annulo Piſcatoris die prima Martij 1646. Et tandem omnia ſupradicta priuilegia, & gratias amplè confirmauit, & indulſit Sanctiſs. D. N. Alexander VII. in fauorem Zenobij Maſotti præſentis Impreſſoris Cameralis, & Vaticani, datis literis die 14. Decembris 1663. Pontificatus anno Decimo.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO PRINCIPI FRANCISCO CARDINALI BARBERINO. S. R. E. VICECANCELLARIO, Et Sodalitatis Charitatis Protectori.

IOANNES ZVFFVS. Fœlicit.

MIhi tantùm, &, ſi non Muſis cecineram, vt inquit ille, certè ſcripſeram Themidi Quæſtiones, quas vt publici nunc iuris faciam amicorum hortatu impellor. Operæ pretium me tuliſſe credideram, & laboris, eò quod hæc de Proceſſus Criminalis legitimatione in vnum colligendo, propriæ memoriæ conſulueram, horaſque bonas nobili ſtudio luſeram, neque vnquam minus ſolus fueram, quàm cum ſolus eſſem. At non adeò blandiebar mihi, vt literatorum Reipublicæ me aliquando profuturum ſpera-

ſperarem. Nunc meas eſſe aliquid putare nugas iubeor à Viris in iure verſatiſſimis, & haſce ſaltem ex innumeris quæſtionibus excerptas prælo concedere. Quales demum cumque ſint illæ, prodeant in lucem, quam ſi non Authoris ingenium, Tuum certe Patrocinium ijs affundet, Eminentiſſime Princeps. Eo præcipuè nomine famæ diſcrimen incurro, nec exhorreſco debitam fortaſse inſcitiæ noſtræ cenſuram, vt hoc tenue vectigal obſequij conſecrem Tibi, cui ſumma omnia debeo, & cuius munere vigeſimum iam annum inſeruio Sodalitati Nobilium Virorum, pauperibus, præcipuè detentis in carcere, illuſtrem famulatum, & amantiſsimas curas impendentium; Quam Tu ſodalitatem ſanctè moderaris, ac protegis magnanimis auſpicijs, exemploque regali profuſiſsimæ in pauperes beneficentiæ ad pietatem inuitas. Tuæ Virtutis Numini conſecranda ſunt placita Iuris, & æqui; quandoquidem tot luſtra cum maximo Patruo Tuo mortalium ſortes ſapientiſſimè temperaſti, & nunc etiam Te viuam æquitatis legem Roma admiratur. Has verò de alienis criminibus Theſes ſi fugientibus aliquando oculis dignaberis intueri, quam Tibi cæleſtes illi, ac innocentiſsimi mores Tui propinabunt ambroſiam! In Te enim quem criminis næuum ipſa notauit inuidia? Sed meum hoc eſto, quod Poetæ Calphurnij, ambitioſum votum:

Vt mea ruſticitas ſi non valet arte polita
Muneris, at certè valeat pietate probari,

Vale, & Chriſtianæ rei bono diutiſsimè viue.

AD

AD LECTOREM

Criminali facultati operam dantem.

QVÆ de Proceſſus Criminalis legitimatione (amice Lector) in has breues Quæſtiones Auctor redegit; tibi non niſi quòd æquum, ac ſecundum leges agendum proponit: Quod ſi olim Leguleius cautor formularum, acutuſque præco actionum, & auceps ſyllabarum dicebatur: non te pigeat minus, quod legitimum eſt accuratè, ac diligenter ſeruare. Res grauis eſt vbi de vita, famaque, ac de toto hominis aſſe agitur: non enim leges fruſtra rectos perinuenere modos de crimine ritè inquirendi; vt dum legitimè de criminoſo iuſtum ſumitur iudicium; de Innocente non luxuriet cupido illum perdendi. Sanè ſi tibi pro legitimè dirigenda proceſsus ſerie, hæc prodeſse credas, tuum ſit vti; ſicut Auctoris fuit omnibus opitulari: aut ſaltem ſocors te Murcia non dominetur; ne in eo, quod virtuti debetur, facto repudio, Palladi renuncies. Suſtine tandem Auctoris imbecillitatem; qui animum, totamque mentem in dicendo, non ſolum ad tui, ſed ad omnium direxit fructum. Quocirca ſi quid boni in his adeſse cognoueris; hoc tibi pateat, ne cadas in Martialis cenſuram de inuido ſic ad Regulum ſcribentis:

Eſſe quid hoc dicam, viuis, quod fama negatur;
Et ſua, quod rarus tempora lector amat?
Hi ſunt inuidiæ, nimirum, Regule, mores
Præferat antiquos ſemper vt illa nouis.

Quia vt inquit Ouidius;

Scripta placent à morte quidem: quia lædere viuos
Liuor, & inuiſo carpere dente ſolet;

Sed cum Plauto aduertas, quod

Malè mereri de immerente inſcitia, eſt.

IOAN-

IOANNI ZVFFIO VIRO CLARISSIMO

Criminalem Proceſſum legitimanti

Plaudit

Carmine extemporaneo

I. B. de G. A.

OVOS vltoris ſtagnantes carceris vmbræ,
Vos ferrugineæ violenta ſilentia noctis,
Latomiæ, Lethes, Mamertis ſaxa, Baratrum,
Cyxica diluuies, tuque ò Carthaginis Ancon:
Veſtra olim Nemeſis per opaca cubilia Iuris
Lumina vibrabat, Iuſtique amicabilis olim
Pendebat veſtris ſceleris è nubibus ignis:
Noſtra ſed has lugent, heu, ſęcla vaferrima lugent
Legitimas per ipſe faces, quia Legis adulter
Sæpe recudit iners delictis crimina Iudex,
Plectit & inſontes, ſcelerum non vindice pœna;
Torpet in arce Reus centumgeminoque catenarum
Aere grauis, premitur grauiori pondere, chartis
Dum Ilias illegi proceſsu marginat oras:
Fruſtra ſe ſiſtit metuendus acinace Lictor,
Atque ſupercilium Prætores fronte lacunant
Iuridicis diſtincta notis niſi pagina faſces
Ambiat atque Themis circumacta volumine iuſto,
Proceſsuque decens ſubſellia prona ſalutet.
Pono modum curis; Scribit vadimonia recti
ZVFFIVS & verbis interlucentibus æquum,
Et fas accendit liquidæ duo lumina pœnæ;
Hoc opus eſt mentis, quam plurimus irrigat amnis
Fœcundo Sophiæ fluctu; Natalibus almis
Reddita Iuſtitiæ ſoboles hoc excipit vlnis,
Legitimumque Patrem intermiſſi iactat honoris.
Te ZVFFI ſcribente nigrà Rhadamantus in vrnà
Temperat ad morem legis tormenta nocentum;
Tullius vrbano flexit qui compede ciues
Elyſios penetrare lares ſub Carceris vmbras
Gratatur Romæ, grates vt iuſta rependat
Sydereis Aſtræa ſuis Te lancibus æquat.

INDEX
OMNIVM QVAESTIONVM,
Quæ in hoc Tractatu continentur.

QVÆSTIONES Libri Primi.

De Proceſſu legitimando, ſeu de Proceſſu informatiuo. Quæſtio 1. pag. 1
Quid ſit proceſſus informatiuus. Quæſt. 2. pag. 3
Quibus partibus conſtare debeat proceſſus informatiuus. Quæſt. 3. 5
De natura clauſulæ in fine libelli accuſationis appoſitæ. Quæſt. 4. 6
In concurſu accuſationum, quæ accuſatio præferri debeat. Quæſt. 5. 8
An accuſatio, ſeu inquiſitio continere debeat factum p unibile. Quæſt. 6. 9
An vbi actio non competit parti, Fiſcus poſſit criminaliter accuſare. Quæſt. 7. pag. 10
An ſit differentia inter accuſationem, & querelam, & denunciationem. Quæſt. 8. pag. 11
De corpore delicti, & quid ſit. Quæſt. 9. pag. 13
An de corpore delicti facti permanentis ſit neceſſarium conſtare. Quæſt. 10. 14
An ſit idem conſtare de corpore delicti, & conſtare de delicto. Quæſt. 11. 15
Quomodo conſtare debeat de corpore delicti. Quæſt. 12. ibid.
Quomodo Notarius de corpore delicti ſe rogare debeat. Quæſt. 13. 17
An Iudex procedendo ad vlteriora cenſeatur approbaſſe quidqnid Notarius ſcripſit ſuper corpore delicti. Quæſt. 14. pag. 18
An Iudex incompetens quoad cauſam delicti principalem ſit incompetens quoad corporis delicti recognitionem. Quæſtio 15. 20
An corpus delicti probari poſſit per teſtes de viſu tantùm. Quæſt. 16. 21
An per peritos probari poſſit corpus delicti. Quæſt. 17. 23
De corpore delicti facti tranſeuntis. ibid.
Quomodo delictum dicatur facti tranſeuntis. Quæſt. 18. ibid.
An per ſolam querelam, & confeſſionem partis in delictis facti tranſeuntis probetur corpus delicti. Quæſt. 19. 24
De corpore delicti facti permanentis, ſed occulti, & difficilis probationis. Quæſtio 20. 25
An corpus delicti facti permanentis probatum per præſumptiones ſufficiat ad pœnam ordinariam, vel ſaltem extraordinariam, etiã corporalem. Quæſt. 21. 26
De ipſo delicto, & quid ſit. Quæſt. 22. 29
Quotuplex ſit delictum. Quæſt. 23. 32
Diuiſio delictorum quoad eorum nomen. Quæſt. 24. 34
Diuiſio delictorum quoad iudicialem cognitionem. Quæſt. 25. ibid.
Diuiſio delictorum quoad punitionem. Quæſt. 26. 35
De probatione delicti. Quæſt. 27. 36
An probationes in proceſſu criminali excedere debeant probationes in ciuili. Quæſt. 28. 37
An probatio ex duobus imperfectis ſit ſufficiens probatio. Quæſt. 29. 38
De probatione per idoneos teſtes. Quæſtio 30. 40
De numero ſufficienti teſtium. Quæſt. 31. pag. 41
An teſtes, vt probent dicere debeant cauſam ſui dicti. Quæſt. 32. ibid.
An teſtes ſimul turmatim examinati faciant ſufficientem probationem. Quæſtio 33. 43

b An

An renuncians intereſſe ſit idoneus teſtis. Quæſt.34. ibid.
An locus, & tempus inducant ſingularitatem in teſtibus. Quæſt.35. 45
An vnus teſtis dicatur ſingularis in probando. Quæſt.36. 46
Quod teſtes ſint iurati. Quæſt.37. 47
An Iudex debeat deferre iuramentum teſtibus. Quæſt.38. 48
Quod teſtes interrogari debeant. Quæſt.39 pag. 50
An interrogatio facta teſtibus ad opportunam, &c. ſit ſufficiens, & teneat. Quæſtio 40. 52
De probatione per apertiſſima documenta. Quæſt.41. ibid.
De probatione per indicia indubitata. Quæſt.42. 54
Quotuplex ſit iudicium. Quæſt.43. 55
De indicijs veriſimilibus, & veris in ſpecie. Quæſt. 44. ibid.
De probatione indiciorum. Quæſt. 45. pag. 56
De effectu indiciorum probatorum. Quæſtio 46. ibid.
An plura indicia remota per teſtes plures ſingulares probata ſufficiant ad torturam. Quæſt.47. 57
De proceſſu informatiuo prout eſt in facto eſſe. Quæſt.48. 60
An proceſſus offenſiuus diſtinguatur ab informatiuo. Quæſt.49. ibid.
An proceſſus informatiuus ex ſe probationem aliquam faciat. Quæſt.50. 61
An proceſſus informatiuus ſit de ſimplici iuriſdictione an verò de mero imperio. Quæſt. 63
An per conſuetudinem induci poſſit, quod ſtetur proceſſui informatiuo. Quæſt.52. pag. 64
An Reus, contra quem prætenditur poſſe procedi ex informatiuo, teneatur manifeſtare ſuas defenſiones. Quæſt.53. 66
Ad quem effectum proceſſus informatiuus fabricetur. Quæſt.54. 67
An depoſitiones teſtium pro informatione Curiæ, propter quas Reus conſtituitur ſint de proceſſu. Quæſt.55. 69
De Reo conſtituendo. Quæſt.56. ibid.
Quare Reus conſtituatur. Quæſt.57. 71
An Reus conſtitui poſſit nullis præcedentibus indicijs. Quæſt.58. 73
An reus conſtitutus poſſit allegare præiudicia. Quæſt.59. 74
An Bannitus ſpontè infrà annum comparens conſtitui debeat, & ſic cenſeatur præiudicium intuliſſe fictæ confeſſioni. Quæſt.60. 81
Quæ conſideranda veniant, vt probationes, ſeu indicia ſint ſufficientia ad conſtituendum reum. Quæſt.61. 85
An teſtes examinati ſimpliciter ad perpetuam rei memoriam ſufficiant ad Reum conſtituendum. Quæſt.62. 87
An per conteſtationem delicti dicatur fieri ſuggeſtio. Quæſt.63. 88
An ſit differentia inter has frhaſes Reum conſtituere, & reo conteſtari. Quæſt.64. pag. 89
An Reo conteſtari poſſit vnum delictum de pluribus contra eum cumulatis. Quæſt.65. 90
An mandans conſtitui, ac contra eum procedi poſſit; non conſtito de Mandatario. Quæſt.66. 91
An bannitus aggratiatus poſſit ſuper complicibus conſtitui, & interrogari. Quæſtio 67. 96

QVÆSTIONES

Libri Secundi.

De ipſa legitimatione. Quæſt.68. 97
Quid ſit legitimatio. Quæſt.69. 101
Quotuplex ſit legitimatio. Quæſt.70. 102
Quę requirantur ad legitimationem veram inducendam. Quæſt.71. 104
An actus legitimationis ex interuallo. perfici poſſit. Quæſt.72. 105
An legitimatio fieri, & perfici poſſit ſignis, & nutibus. Quæſt.73. 107
An in legitimando proceſſu requiratur, quod teſtes iurent. Quæſt.74. 107
An publicatio proceſſus ſit neceſſaria ad legitimationem. Quæſt.75. 109
An pro legitimando proceſſu neceſſarium ſit, quod dentur copiæ indiciorum. Quæſt.76. 110

An

An lectio depoſitionum teſtium in legitimatione habenda eſt. Quæſt.77. 111
In quo ſpeciali actu firmetur legitimatio proceſſus. Quæſt.78. 113
Quæ pars proceſſus legitimari oporteat. Quæſt.79. 114
Quos effectus producat legitimatio. Quæſtio 80. 115
An legitimatio ſit de ordinatorijs iudicij: an verò de ordinatorijs cauſæ. Quęſt.81. pag. 117
De ficta legitimatione. Quæſt.82. 118
An detur ficta legitimatio. Quęſt.83. 119
Quotuplex ſit hæc ficta legitimatio. Quæſtio 84. 120
An legitimatio præſumi poſſit. Quæſt.85. pag. 122
An legitimatio pluries fieri poſſit ſuper iiſdem, & ſi fiat qualis valeat. Quæſtio 86. 124
An legitimatio tribuat probationem depoſitionibus teſtium. Quæſt.87. 125
An legitimatio arctet Iudicem, & partes ad proſequendam cauſam cuius proceſſus fuit legitimatus. Quæſt.88. 127
An teſtis pro informatione curiæ examinatus ſi aufugit, vel latitet ne repetatur habeatur pro legitimato. Quæſtio 89. pag. 130
An Fiſcus ſciens fuiſſe legitimatum proceſſum, ſed ignorans modum poſſit vti dicto proceſſu. Quæſt.90. 131
An teſtes examinati ad afficiendum alium teſtem, qui ſit veriſimiliter informatus de delicto ſint legitimandi. Quæſt. 91 pag. 132
An Iudex poſſit procedere ex proceſſu partim informatiuo, partim legitimato. Quæſt.92. 133
An præſcriptio impediat legitimationem proceſſus. Quæſt.93. 135
An teſtis examinatus pro curiæ informatione ſi probet contra Fiſcum indigeat legitimatione. Quæſt.94. 138
An proceſſus fabricatus ſuper delicto ad effectum cognoſcendi de immunitate Eccleſiaſtica indigeat legitimatione. Quæſt.95. 139
An examen teſtium pro informatione curiæ receptum coram Iudice incompetenti legitimari poſſit coram competenti. Quæſt.96. 140

QVÆSTIONES

Libri Tertij.

Quot ſint modi legitimandi proceſſus, & eorum differentiæ. Quæſt.97. 145
De legitimatione proceſſus per repetitionem. Quæſt.98. 146
An repetitio neceſſariò requiratur ad legitimationem proceſſus. Quæſt.99. 147
Quibus expenſis facienda ſit repetitio. Quæſt. 100. 148
An repetio teſtium fieri debeat cura, & diligentia Fiſci, an verò cura, & diligentia inquiſiti. Quæſt.101. 149
Inquo loco fieri debeat teſtium repetitio. Quæſt. 102. 151
An teſtes cogi poſſint ad ſe repetendum. Quæſt.103. 152
An teſtis in repetitione poſſit ſe referre ad primum examen. Quæſt. 104. 153
An Fiſcus cogi poſſit ad teſtes repetendos, & illi terminus præfigi poſſit. Quæſtio 105. 155
An teſtes prius auditi in repetitione ſuper eorum examinibus, & poſtea interrogati ſuper interrogatorijs inquiſiti dici poſſint nulliter repetiti. Quæſtio 106. pag. 157
An teſti, qui in repetitione variauit à primò dicto ſit publicandus proceſſus, vt faciat ſuas defenſiones. Quæſt.107. 158
An teſtis varius qui fuit tortus ad videndum in quo dicto perſiſtat debeat etiam torqueri in actu legitimationis. Quæſtio 108. 160
An teſti in repetitione dicenti non dixiſſe prout Notarius ſcripſit credatur. Quæſtio 109. 162
An depoſitio teſtis eo modo quo ſupra reuocata in repetitione afficiat Reum. Quæſt.110. 164
An teſtes, qui in informatiuo pro Fiſco depoſuerunt ſi in repetitiuo variando aliter dixerunt probent pro reo. Quæſtio 111. 166

An in criminalibus in ſecunda inſtantia repeti poſſint teſtes, in prima pro informatione recepti. Quæſt. 112. 167

An repetitio præpoſterari poſſit proceſſui defenſiuo. Quæſt. 113. 170

An ſi non fuerit facta citatio ad videñ repeti teſtes fuerit ſuppletum huic defectui per interrogatoria exhibita. Quæſtio 114. 173

An teſtes mortui habeantur pro repetitis. Quæſt. 115. 174

An Bannitus, qui ſpontè infrà annum ſe conſtituit in carceribus poſſit inſtare pro repetitione teſtium. Quæſtio 116. pag. 176

An repetitio teſtium per Statutum, vel per conſuetudinem, aut ſtylum prohiberi poſſit. Quæſt. 117. 178

An teſtes recepti pro confeſſionis verificatione ſint repetendi. Quæſt. 118. 180

An metus illatus Iudici, adhoc, vt potius repetat teſtes, quam confrontet, noceat legitimationi. Quæſt. 119. 181

An qui elegit viam legitimationis per confrontationem poſſit poſtea ad legitimationem per repetitionem conuolare. Quæſt. 120. 182

An in repetitione peritorum pro æſtimanda re furata electorũ, vt res melius æſtimetur neceſſarium ſit, quod à ſuo eſſe artificiali ſubmoueatur. Quæſtio 121. pag. 184

An teſtes turmatim, & inſimul examinati in informatiuo, & poſtea vnus ſeorſim ab alio repetitus in legitimatiuo probent. Quæſt. 122. 186

An Reus obtinere poſſit, quod teſtes repetantur coram ſe, vt illos per ſe ipſum interrogare queat. Quæſt. 123. ibid.

An verum ſit, quod de ſtylo omnium curiarum non detur per inquiſitum interrogatoria pro repetendis teſtibus. Quæſtio 124. 189

An teſtes cõfrontati, ſeu declarati ſi obierint ante repetitionem de eis faciendam cum interrogatorijs afficiant ipſum Reum. Quæſt. 125. ibid.

An vnus ſocius criminis faciens defenſionem impediri poſſit ne illas faciat propter alium ſocium, qui legitimat proceſſum per repetitionem, & è contra. Quæſt. 126. 191

An repetitio ob reſecata interrogatoria reddatur nulla. Quæſt. 127. 192

An teſtes examinati in diuerſis curijs ſuper eodem delicto debeant repeti omnes an verò aliqui, & qui. Quæſt. 128. ibid.

An pro repetendis teſtibus ſint concedendæ remiſſoriales, vel tranſmittendus cõmiſſarius in partibus, vel potius illi ad Curiam ſint euocandi. Quæſt. 129. 193

An repetitio fieri debeat, quando proceditur ad modum belli. Quæſt. 130. 195

De formula faciendi repetitionem. Quæſtio 131. 196

De modo legitimationis per confrontationem.

De ipſa confrontatione. Quæſt. 132. 197

Quotuplex ſit confrontatio. Quæſtio 133. pag. 199

Quid ſit confrontatio. Quæſt. 134. ibid.

Quæ ſit differentia inter confrontationem per modum recognitionis, & confrontatioem per modum imputationis delicti. Quæſt. 135. 201

Si plures ſint confrontandi an ſeparatim, an verò ſimul ſint adducendi in faciem Rei. Quæſt. 136. 202

An completa legitimatione per confrontationem opus ſit quod teſtes denuò repetantur. Quæſt. 137. 203

An dari poſſint interrogatoria, vt teſtes confrontati denuò ſuper illis repetantur. Quæſt. 138. 204

An Reus recuſans in actu ipſo confrontationis interrogare teſtes poſſit aſtringere illos ad ſe repetendos cum interrogatorijs. Quæſt. 139. 205

An Reus in confrontatione proteſtans ſibi reſeruando facultatem interrogandi teſtes cum interrogatorijs conficiendis ab eius Aduocatis impediat ſtylum Tribunalis Gub. Vrbis. Quæſt. 140. 207

An confrontatio commitei alteri poſſit. Quæſt. 141. 208

An teſtes cum Reo confrontati, ſeu quos Reus declarauit ſi eſſent repetendi debeant

beant à Fiſco reconduci, an verò ab inquiſito, vt repetantur. Quæſt. 142. 209
An ſit in arbitrio Iudicis teſtes, vel repetere, vel confrontare. Quæſt. 143. 212
De præiudicijs ex confrontatione reſultantibus. Quæſt. 144. 215
An confrontatio fieri poſſit poſt publicationem proceſſus. Quæſt. 145. 216
An litis cnnteſtatio facta cenſeatur ex ſola confrontatione, & depoſitionum lectione cum Reo. Quæſt. 146. 217
An in confrontatione legendæ ſint depoſitiones teſtium ſine vlla reticentia circumſtantiarum, & qualitatum. Quæſtio 147. 219
An delinquenti reperto in flagranti teſtes confrontari oporteat. Quæſt. 148. 220
An in cõfrontatione teſtium, quæ fit ſuper recognitione Banniti dari debeat facultas interrogandi. Quæſt. 149. 222
An legitimatio facta per cõfrontationem, ſiue etiam per repetitionem de proceſſu ſuper vulnere mortali afficiat reum ſuperueniente morte ex dicto vulnere. Quæſt. 150. 224
An cum Reus fuerit confeſſus furtum, ſi poſtea ſuper valore fuerint recepti teſtes ſeu periti debeant iſti teſtes, ſeu periti confrontari, ſeu repeti. Quæſt. 151. 226
An detur caſus, in quo ſit neceſſaria confrontatio. Quæſt. 152. 227
An ſocius criminis captus in caput abſentis ſi abſens poſtea compareat, vel carceretur iterum debeat confrontari, & torqueri ad faciem eius. Quæſtio 153. pag. 228
An Iudex impedire poſſit Reum, ne teſtes confrontatos interroget cum interrogatorijs. Quæſt. 154. 229
An teſtes confrontati cum tortura ſi veniant repetendi debeant denuò torqueri. Quæſt. 155. ibid.
An ſtylus confrontandi in curia Gubernatoris procedat quoque contra minores. Quæſt. 156. 230
An Reus, qui in confrontatione recuſat interrogare poſſit contra ſtylum Tribunalis Gub. Vrbis petere copias proceſſus, vt eius Aduocati poſſint interrogatoria conficere. Quæſtio 157. 231
An in delictis hæreſis fieri poſſit teſtium confrontatio. Quæſt. 158. 233
An teſtes confrontati pro recognitione Banniti denuò debeant confrontari, ſi Bannitus fuerit admiſſus ad nouas defenſiones. Quæſt. 159. 235
De formula recognoſcendi Bannitum. Quæſt. 160. 236
De Formula confrontandi perſonam Rei conſtituti, & teſtes pro Curia examinati. Quæſt. 161. 237

De legitimatione Proceſſus per declarationem.

De ipſa Declaratione. Quæſt. 162. 238
Quid ſit declaratio quoad effectum legitimandi proceſſum. Quæſt. 163. 239
An per declarationem renunciatum ſit citationi requiſitæ in legitimatione. Quæſtio 164. 240
An Reus facta declaratione poſſit poſtea illam reuocare, & quando. Quæſt. 165. pag. 141
An Reo recuſanti declarare ſit publicandus proceſſus, & in qua parte. Quæſt. 166. pag. 242
An ablatiuus abſolutus habitis teſtibus pro ritè, & rectè examinatis importet neceſſariam cõditionem prius adimplendam. Quæſtio 167. 243
An facta dicta declaratione ſine clauſula. ſaluo iure repetendi, &c. Reus ſibi præiudiciũ aliquod intulerit. Quæſt. 168. 245
An neceſſarium ſit, quod Reus, qui debet declarare habeat ſcientiam eorum, quæ teſtes depoſuerunt. Quæſt. 169. 247
An Reus cogi poſſit declarare teſtes pro ritè, & rectè examinatos. Quæſtio 170. pag. 248
An declaratio teſtium pro ritè, & rectè examinatorum fieri poſſit per Procuratorem. Quæſt. 171. 250
An per vnam ſolam declarationem fiat vna, vel plures legitimationes. Quæſtio 172. pag. 251
Ad quem ſpectet probare mortem, ſeu abſentiam teſtium in materia declarationis. Quæſtio 173. ibid.

An

An per verba declarauit velle habere teſtes pro ritè, & rectè examinatos inducta ſit legitimatio. Quæſt.174. 253
An procurator non habens ſpecialè mandatum ad declarandum teſtes pro ritè, & rectè examinatos ſi reo præſente declaret legitimet proceſſum. Quæſt.175. pag. 256
An informatiuus proceſſus ab ipſomet Iudice ſcriptus poſſit legitimari per declarationem. Quæſt.176. 257
An reus qui renunciauit ſimpliciter repetitioni, dicendo nolo repetere cenſeatur declarare teſtes pro ritè, & rectè examinatos. Quæſt.177. 260
Quo modo verba declarationis à Notario ſcribi debeant. Quæſt.178. 262
An declaratio impediri per Fiſcum poſſit, vt potius fiat repetitio. Quæſt.179. ibid.
An dictum vulnerati declarari poſſit, vt legitimetur. Quæſt. 180. 263
An declaratio ſuppleat defectum maculæ, veluti in ſocio criminis, vel in alijs infamibus teſtibus. Quæſt.181. 264
An declaratio ſub conditione facta nimirum ſi teſtes probent pro reo ſubſiſtat. Quæſt.182. 266
An declarare teſtes pro ritè, & rectè examinatos ſit reo præiudiciale. Quæſt.183. pag. 267

De legitimatione per veram confeſſionem.

De ipſa confeſſione. Quæſt.184. 269
An poſt habitam confeſſionem proceſſus indigeat aliqua alia legitimatione. Quæſtio 185. ibid.
An confeſſio emanata coram Notario examinante reum de mandato Iudicis legitimet proceſſum. Quæſt. 186. 272
An dari poſſint plures confeſſiones diuerſæ ſuper eodem facto. Quæſt.187. 273
Si proceſſus ſit falſus, & delictum ſit verum an confeſſio noceat confitenti. Quæſt. 188. 277
An confeſſio extraiudicialis probanda per teſtes debeat recipi cum qualitate ab eis dicenda diminuente delictum. Quæſtio 189. 278
An reus qui prima vice in tormentis fuerit confeſſus, & noluit ratificare poſſit à Iudice extra ordinem puniri. Quæſt.190. pag. 279
An confeſſio facta in tormentis, quæ non fuit ratificata, nec reuocata noceat Reo. Quæſt.191. 282
An confeſſio qualificata attendenda ſit, & quando. Quæſt. 192. 284
An qui factum confitetur, & qualitatem negat videatur legitimare proceſſum per dictam confeſſionem. Quæſtio 193. pag 285
An confeſſio ſine cauſa legitimet proceſsũ. Quæſt. 194. 286

De legitimatione per fictam confeſsionem.

De ipſa ficta confeſſione. Quæſt. 195. 287
An contumacia legitimet proceſſum. Quæſtio 196. 288
An legitimatio ex ficta confeſſione requirat citationem, & proceſſus publicationem. Quæſt. 197. 289
An captus ante ſententiam, ſed poſt terminum banni elapſum, quo caſu habetur Reus pro confeſſo ſecundum Ægydianam in cap.10. lib.4. poſſit pro repetitione teſtium audiri. Quæſt.198. 291
An monitorium à Iudice commiſſum, vt exequatur, vel perſonaliter, vel domi, vel ad valuas reddat Reum contumacem ſi Nuncius referat illud feciſſe domi, & ad valuas, & omni alia feciſſe prout habuit in mandatis. Quæſt. 199. 292
Quomodo ficta confeſſio legitimet proceſſum. Quæſt. 200. 295
An legitimatio per fictionem dicatur perficere proceſſum informatiuum. Quæſtio 201. 296
An ficta confeſſio reuocari poſſit. Quæſtio 202. ibid.
An ſi ſententia contumaciali fuerit exceſſiua admittendus ſit ad nouas defenſiones. Quæſt. 203. 298
An ex notorio reſultet ficta confeſſio, & legitimet proceſſum. Quæſt.204. 299
An Conſtitutio Marchiæ in lib.4. cap. 10. ha-

habeat locum in reo comparente poſt terminum Banni, nulla præcedente declaratoria. Quæſt.205. 300

An bannum, quod tranſmittitur contumaci ante ſententiam diffinitiuam continere debeat pœnam. Quæſt.206. 307

An Epiſcopus contra Clericos contumaces, vel contra Seculares, qui in eorum Tribunali vti contumaces condemnari debent teneantur ſeruare cõſtitutionem Barberinam. Quæſt.207. 308

An relatio facta à Nuncio, quod citauerit Reum contumacem ad inſtantiam adherentis, & non ad inſtantiam Fiſci, licet citatio fuerit concepta ad inſtantiam Fiſci inualidet proceſſum. Quæſt. 208 pag. 309

An monitorium, ſeu citatio ad domum habitationis dicatur in certa ſi appareat citatum habere plures domus habitationis. Quæſt. 209. 311

An monitorium, quod tranſmittitur reo contumaci habeat vim declaratoriæ. Quæſt. 210. 312

Priuilegiorum Summa pro Impreſſore Camerali, & Vaticano.

CLemens Papa VIII. Diplomate ſanxit ne quis citra voluntatem Dominici Baſæ, olim in Typographia Vaticana impreſſoris Sacram Bibliam, Concilia generalia, Epiſtolas decretales, Libros ad Eccleſiaſticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina, Libros etiam cuiuſcumque generis, vel nouiter ab ipſo edendos; vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiuſque voluminis imprimat, vel impreſſa venalia habeat. Quod priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelfi I.V.D. ac impreſſoris Cameralis tranſtulit, indulſitque. Idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis ratum, firmumque habere voluit. Violatores excommunicationis latæ ſententiæ pœna puniuntur. Quod ſi in terris S. R. E. ſubiectis id contigerit, confiſcatione etiam Librorum, ac quingentorum ducatorum auri ſolutione mulctabuntur, vt latius patet in literis ipſius Gregorij Papæ ſub datum Romæ apud S.Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21.Octobris 1621.Pontificatus ſui anno primo. Ac idem Vrbanus Octauus peculiaribus literis datis apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 23.Maij 1628. Pontificatus ſui anno quinto in fauorem Andreæ Bruggiotti Impreſſoris Cameralis,& Vaticani tranſtulit, indulſitque. Ac iterum Innocent. X. peculiaribus literis datis apud S.Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impreſſoris Cameralis, ac Vaticani, confirmauit ſub annulo Piſcatoris die 1. Martij 1646. Et tandem omnia ſupradicta priuilegia, & gratias amplè cõfirmauit, & indulſit Sanctiſs. D. N. Alexander VII. in fauorem Zenobij Maſotti præſentis Impreſſoris Cameralis, & Vaticani, datis literis die 14. Decembris 1663. Pontificatus anno Decimo.

LIBER PRIMVS.

DE PROCESSV INFORMATIVO LEGITIMANDO.

De Proceſsu legitimando, ſeu de Proceſsu informatiuo. Quæſt. I.

SVMMARIVM.

Diuiſio tractatus num. 1.
Quid ſit proceſſus propriè dictus. num. 2.
Proceſſus informatiuus potius progreſſus probationum, quam proceſſus qui incipit à citatione. n. 3.
Proceſſus informatiuus, vel prout eſt in fieri, vel prout eſt in facto eſſe conſideratur. num. 4.
Proceſſus prout eſt in fieri dicitur informatiuus, prout eſt in facto eſſe dicitur offenſiuus. nu. 5. *et* 12.
*Accuſatori conuenit inſtruere cauſam. num.*6.
*Quid ſit inſtruere cauſam. num.*7.
*Proceſſus per reſpectum ad delinquentem dicitur offenſiuus. nnm.*8.
Offenſiuus proceſſus ita dicitur, quia ex eo offendenti pœna inferri poteſt. num. 9.
*Offenſiuus proceſſus dicitur, quia probationes reo præiudiciales continet. nu.*10.
Offenſiuus diſtinguitur ab informatiuo veluti præparatum à præparatorio. num. 11.
*Præparatoria omnia dupliciter conſiderari poſſunt, ſcilicet, veluti ſeparata, et veluti coniuncta. n.*13.
*Præparata, et præparatoria efficiunt vnum, et idem et quomodo. num.*14.
Proceſſus informatiuus præparatur ad offenſiuum. num. 15.
*Offenſiuus eſt præparatorius ad iudicium. num.*16.
*Præparatoria, et præparata ſunt ſeparata. num.*17.
Offenſiuus proceſſus eſt pars iudicij. num. 18.
Pars non poteſt eſſe ſeparata à toto. num. 19.
*Pars eſt illa, ſine qua res conſiſtere non poteſt. n.*20.
*Offenſiuus proceſſus eſt fundamentum totius iudicij. num.*21.
*Quod vnum et idem ſit præparatum, et præparatorium, ſecundum diuerſos reſpectus non eſt inconueniens. num.*22.
*Proceſſus offenſiuus, et vti pars, et vti præparatorium iudicij conſiderari poteſt, ſecundum diuerſa tempora, et reſpectus. num.*23. *et* 24.

TRACTATVRVS de Legitimatione Proceſſus criminalis, duo cõſideranda proponere duxi, vnũ circa ipſum proceſſum, alterum circa eiuſdem proceſſus legitimationem, veluti duo cõponentia, vnum aptum ad agendum contra criminoſos: non erit proinde extraneum etiam de prædicto proceſſu, ac de probationibus in eo receptis non nulla præmittere, vt inde veluti à ſubiecto ad qualitatem cognoſcendam deueniam. Vnde occaſionem ſumpſi in hoc Tractatu de tribus quærere; nimirum. Primò de Proceſſu ipſo legitimando. Secundò, de ipſius proceſ-

ſus legitimatione. Tertiò de modis faciendæ legitimationis.

2 Et quo ad primum præmitto, quod licet proceſſus propriè dictus ſit Ordo quidam legitimus, ſecundum quem controuerſiæ cauſarum cognitæ ex bono, & æquo celeriter diffiniantur, vt ex *Duard. ad Bullam Cænæ Domini can.* 15. *numer.* 2. & *ex Caballin. in ſuis gloſſ. ſuper Conſtitut. Marchiæ lib. 6. cap. 24. numer.* 1. tamen ad propoſitum noſtrum proceſſus, vt ſic ſimpliciter cõſideratus potius

3 progreſſus probationũ,quàm proceſſus dici poteſt, cum perficiatur ordine quodam progrediendi de vna in aliam probationẽ, eo quia non incipit à citatione, prout incipit proceſſus propriè dictus, ſed ab actu perquirendi probationes, & indicia, ac præiudicia aduerſus reum cumulandi, acquirendiq; ita vt negari non poteſt, quòd huiuſmodi modus, ac ordo ſit quodammodo proceſſum fabricare, *Ambroſ. tract. de modo form. proc. inform. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.*

Verũ quia huiuſmodi proceſſus, ſeu progreſſus ad duo principalius reſpiciat ad delictum, ſcilicet probandum, & ad delinquentem propter delictum puniendum,

4 idcircò duobus modis conſiderari poteſt vno modo, prout eſt in fieri, & ſic quatenus eſt in præparatione probationum, & (vt aiunt) appellatur informatiuus; alio

5 modo, prout eſt in facto eſſe, & ſic in præparato, & illum dicunt offenſiuum, & ratio huius diſtinctionis ſumitur penes finem vnius,& alterius modi, quia informatiuus, ſeu potius inſtructiuus tendit ad iudicem inſtruendum, & offenſiuus reſpicit ad reum afficiendum, ac proindè de vnoquoque proceſſu breuiter fas eſt diſerere itaque.

Proceſſus prout eſt in fieri, ſeu in præparatione probationum conſideratur per reſpectum, quem habet non ſolum ad iudicem, ſed etiam ad accuſantem, nam vnus alteri deſeruit, & ſicut iudex debet ſe informare de natura, & qualitate criminis, ac de eiuſdem circumſtantijs, ita

6 accuſator non debet eſſe otioſus ad ininſtruendam ſuam accuſationem, vt iudex euadat informatus, & accuſator officium ſuum adimpleat *Federic. de Senis quæſt.* 93. *num.* 3. *verſ. doceri autem, &c.* & cauſam inſtruere tunc dicimus, quando quidquid ad cauſã facit apud acta producimus, & proceſſum inſtructum ſic accipimus quotieſcumq; in actis de ſcripturis ad cauſam facientibus, & teſtibus ad probandum paratis conſtet *l. inſtructa ff. de verb. ſignif. l. ſancimus* 28. *ibi & litẽ præparatam ſecundum leges inſtruere C. de adminiſt. tutor.* vnde inſtrumentum litis vocat Quintilianus quidquid ad inſtruendam litem, hoc eſt ad cauſam pertinet, quod nos productionem appellamus.

7 Conſideratur verò proceſſus per reſpectum ad reum delinquentem, & hoc modo non amplius informatiuus, ſed mu-

8 tato vocabulo offenſiuus dicitur, non quia offenſam, ſeu iniuriam aliquam alteri faciat, ſed illum ſic dicimus quatenus per eum iniuria alteri facta probata exiſtat, vt indè poſtea condigna iniuriæ pœna of-

9 fendenti irrogetur; & dicitur offenſiuus, hoc eſt præiudicatiuus, quia continere debet probationes præiudiciales contra il-

10 lum, quem criminis cauſa puniri oportet; hinc dicimus reum habere præiudicia in hac, vel illa curia, hoc eſt quod contra illum ſit, vel fuerit fabricatus proceſſus continens præiudicia in ſui offenſam conſtituentem illum in aliquo reatu, ſeu obligatione ad pœnas pro illo ſubeundas.

Sed dices quomodo diſtinguantur inter ſe proceſſus informatiuus, & proceſſus offenſiuus cum ſint vnum, & idem. Re-

11 ſpondetur, quòd diſtinguũtur;veluti præparatorium, & præparatum, nam proceſſus informatiuus eſt præparatorius offenſiui, & ſecundum diuerſos reſpectus infor-

12 matiuus dicitur in fieri, & offenſius dicitur in facto eſſe, vt dixi.

Et ſi replices, quod cum informatiuus, & offenſiuus ſint vnum, & idem non poſſunt ſibi ipſis eſſe præparatum,& præparatorium, differunt enim ad inuicem præparatum, & præparatorium, ſicut ſeparata *l. ſi pecuniam* §. 1. *ff. de condit. ob cauſam*, ergo non poſſunt eſſe vnum, & idem.

13 Reſpondetur, quod præparatoria omnia poſſunt conſiderari dupliciter nempè, vt ſeparata, & vt coniuncta cum ipſo præparato, diuerſis tamen temporibus, nam quatenus præparentur, & ſic antequam deducantur in eſſe ipſum præparatum, ab eo ſunt ſeparata, quatenus verò perficiant

14 ſiue in eſſe deducant præparatum ſunt ei coniuncta; & quæ antea erant præparatoria efficiuntur vnum, & idem cum præparato: & vt res clarius pateat exemplo demonſtrabimus,cementa v.g. tigna lapides, tegulæ ſunt præparatoria futuri ędificij deſtinatione, ideò antequam ædificium conſtruatur, & deducatur ad actum, dicuntur ædificij præparatoria, & per conſequens ab ipſo ædificio ſeparata, ſed poſtquam ædificium ex eiſdem præparatorijs conſtructum fuerit coniuncta erunt cum ipſo

præpa-

præparato, & fiunt vnum, & idem cum præparato: Sic in propoſito proceſſus informatiuus,dum præparatur,& præordinatur ab accuſatore, & ſic antequam ſit ſuf-
15 ficiens ad actionem promouendam contra delinquentem poteſt dici præparatorius offenſiui, quia præparatur ad ipſius offenſiui perfectionem,

Et ſi replices, quod offenſiuus ſit pari-
16 ter præparatorius ad iudicium criminale peragendum, ideò non videtur ſufficiens ſupradicta reſponſio,nam cum præparatorium, & præparatum ſint ſeparata, non
17 poteſt illud quod iam eſt præparatum effici præparatorium, immò cum proceſſus offenſiuus ſit pars ipſius iudicij non poteſt
18 dici ipſius iudicij præparatorium, quia
19 pars non poteſt eſſe ſeparata a ſuo toto *l. 1. ff. de origine iuris. l. in toto ff. de reg. iuris. l. ſi quis cum totum ff. de except. rei iud.* alioquin totum, non eſſet totum ſi aliqua ex ſuis partibus ei deeſſet: Quod autem proceſſus offenſiuus
20 ſit pars iudicij criminalis patet: nam illud dicitur eſſe pars alicuius rei, ſine qua res ipſa conſiſtere non poteſt *l. malum ff. de verb. ſign.* ſed iudicium criminale eſſe non poteſt ſine proceſſu offenſiuo cum proceſſus
21 offenſiuus ſit fundamentum totius iudicij criminalis *arg. l. vt fundus ff. de cōmuni diuidun.* ergo proceſſus offēſiuus eſt pars iudicij criminalis, & per conſequens ipſius præparatorium nullo pacto dici poterit,idcircò nō videtur ſufficiens reſponſio,quod informatiuus ſit præparatorius offēſiui, dum offenſiuus vti quid præparatum ſit adhuc ipſe præparatorium iudicij criminalis.

Reſpondetur non eſſe inconueniens, quòd vnum præparatum ſecundum vnum
22 reſpectum ſit præparatorium,alterius præparati ſecundum alterum reſpectum, nam ex exemplo allato de cementis clarè patet quoniam cementa vti cementa ſunt quædam præparata in ſe, ſed in ordine ad ædificium fabricandum ſunt præparatoria: ita pariter de proceſſu offenſiuo in ſe vti iam præparatum non poteſt eſſe præparatorium ſui ipſius, ſed per reſpectum ad iudicium peragendum dici poteſt illius præparatorium.

Nec facit quidquam offenſiuum eſſe partem iudicij criminalis, ac proindè neq; præparatorium illius eſſe poſſe, quia
23 non eſt inconueniens,quod vna, & eadem res diuerſimodè conſiderata poſſit non ſolum vicem gerere præparatorij, ſed etiam partis præparati, & ideò quatenus proceſſus offenſiuus cenſeri poteſt præparatoriū iudicij, conſideratur, vt quid ſimpliciter ſeparatum, nimirum, vt Proceſſus ſimpliciter offenſiuus præordinatus ad iudicium inſtituendum, at verò quatenus conſideretur, vt iudicij pars nullo modo, vt ſeparatum ab illo haberi debet, quia tunc attenditur, vt quid oblatum in iudicio ad inſtar libelli, & editum eidem reo ab accuſatore, quo caſu efficitur pars iudicij mediante tali editione *arg. tituli de libell. obl.* ibi enim agitur non de ſimplici præparatione, ſeu præordinatione libelli, quæ ab actore ante iudicium fieri ſolet, ſed de eius oblatione, hoc eſt actu editionis in iudicio agendæ; ita data paritate dicendum eſt de proceſſu offēſiuo, qui dum ſtat in ſola præ-
24 paratione, & deſtinatione ad iudicium dici poteſt, quòd ſit illius præparatorium, at verò cum iam fuerit oblatū in iudicio mediante litis conteſtatione, tunc dicitur pars iudicij, & non illius præparatorium.

Proceſſus tandem informatiuus vti actus ad Iudicis informationem ſpectans duas partes habere debet; vnam ſcilicet conſiſtentem in cauſæ introductione; & hęc aſcribitur duobus modis præcipuis, nimirum accuſationi, vel inquiſitioni, de quibus *Farin. in ſuo tract. de inquiſitione, & accuſatione* diffuſiſſimè tractauit, ad quem me remitto, alteram conſiſtentem in probatione delicti, quæ pariter duplex eſt vna ſcilicet, quæ verſatur circa factum ipſum, & vt aiunt circa corpus delicti; altera, quæ verſatur circa ipſum delictum, iuxta ea, quæ luculenter docet *Muſcatellus in proœmio tit. de cognitione, ſeu probatione delictorum, in genere*, ad quem pariter me remitto, & ideò vt ſecundū aliquam methodum procedatur, primò quid ſit Proceſſus informatiuus; ſecundò quibus partibus conſtare debeat; tertiò ad quem effectum Proceſſus informatiuus fabricari oporteat diſputabimus.

Quid ſit proceſſus Informatiuus: Quæſt. II.

SVMMARIVM.

Informatiuus eſt patrati criminis perquiſitio, & delinquentis inquiſitio. num. 1.

Delictum tunc dicitur conſumatum, quando formam, nomen, & qualitatem acquiſiuit. num. 2.

Proceſſus aliquando fabricatur circa delicta non conſumata num. 3.

Delictum dupliciter conſideratur, vel ſecundum formam ſui vt homicidium, vel ſecundum factum in aliqua forma punibili, vt attentatum. num. 4.

Tractatus non excedit terminos nudæ cogitationis. num. 5.

Cogitatio, & Tractatus diuerſimodè conſiderantur vt ſint punibiles. num. 6.
Perquirere eſt diligenter quærere, ſeu interrogare. num. 7.
Quæſitor dicitur Iudex Criminalis. num. 8.
Proprium informatiui proceſſus eſt iſtum. vel illum inquirere, famamq; illius ſciſcitari. num. 9.
Certi hominis factum argui debet. num. 10.
Inquiſitio facienda eſt ad publicam vindictam. n. 11.
Incertitudo delinquentis quando ſit, vel non ſit punibilis. num. 12.

1 ET dicimus eſſe quãdam patrati criminis diligentem perquiſitionem, & delinquentis ſpecialẽ inquiſitionem.

Quæ definitio, ſeu potius deſcriptio videtur conuenire tã proceſſui formato, ſeu formando contra contumacem, quàm proceſſui fabricato contra præſentem; ambo enim ſunt patrati criminis perquiſitio; & delinquentis inquiſitio,

Dicitur patrati criminis hoc eſt in ſuo eſſe, & exiſtere conſumati, eſſe enim, & exiſtere delicti ſtat, & conſideratur in ſui
2 conſumatione, hoc eſt quando formam aliquam, nomenq; elegans, ac qualitatem diuerſificantem acquiſiuit, vt notat *Bald. in l. non ideò minus num. 9. C. de accuſatoribus*.

Dices, quòd aliquando fabricatur proceſſus informatiuus circa delictum non conſumatum, prout ſunt, tractatus *Baiar.*
3 *ad Clarum quæſt. 38. num. 13. Bald. in conſ. 154. lib. 4.* & attentata *l. ſi quis contra C. de ſeditioſis, vbi gloſ. in verbo grauiſſimam, Farin. q. 17. num. 49.* Reſpondetur quod delicta dupliciter conſiderari poſſunt; vno modo ſecundum eius propriam formalitatem, quam conſequitur ex facti conſumatione, vt homicidium, furtum; alio modo ſecundum
4 quod factũ aliquod ponitur in aliqua forma punibili, & de huius genere ſunt tractatus, & attentata, ſtatim enim quod habemus id, per quod factum puniri poſſit, tunc dici poteſt, quod delictum ſit conſumatum, ideò attentatum dicitur delictum conſumatum, & quod ſit, & exiſtat in eſſe delicti, quia propter ſui criminoſitatem mæretur puniri licet ſit attentatum.

Etſi replices, quod tractatus non excedit
5 terminos nudæ cogitationis ſecundum ea, quæ dicit *Bald. in l. 1. §. hæc autem num. 1. ff. quod quiſq; iuris Farin. conſ. 184. num. 49. circa finem* ac proindè ſicut cogitatio non eſt punibilis. *l. cogitationis ff. de pœnis*, ita nec tractatus *Add. ad conſ. 4. Farin. lit. M.*

6 Reſpondetur, quod cogitatio, & tractatus conſiderari poſſunt, prout ſunt in ſolo tractatu, nimirum quando fuit ſolummodo inceptum loqui, vt dicunt *Bald. & ſalic. in l. multum intereſt C. ſi quis alteri, vel ſibi*, & in ſola cogitatione, quæ non fecit tranſitum ad actum verbi, vel facti. *Bald. in l. ſi quis non dicam num. 16. C. de Epiſc. & Cleric.* hoc eſt quando ad nullam determinationem deuentum fuerit, & tunc non ſunt punibiles, at verò quando conſiderantur cum aliqua exteriori determinatione per actum verbi, vel facti demonſtrata vtique puniri poſſunt. *l. præſenti, & ibi gloſ. cogitatione C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* vbi diſponitur, quòd quando cogitatio tranſit in aliquod conamen tunc puniri poſſit facit. *l. eum qui, & ibi gloſ. cogitatur C. de adulterijs*.

7 Dicitur diligens perquiſitio, ſcilicet inueſtigando circumſtantias, & qualitates delicti, vnde perquirere eſt diligenter quęrere, ſeu interrogare, iuxta illud *Ciceronis pro Cælio, poſſum etiam* inquit ille *ab Accuſatore perquirere* hinc quæſitoris nomen deriuatum eſt, hoc eſt Iudicis Criminalis, qui
8 quæſtionum iudicia exercet *l. 2. ff. de orig. iur. iuxta illud Virgilij lib. 6. Aeneid.*

Quæſitor minos vrnam mouet ille Silentum,
Conciliumq; vocat, vitaſq; & crimina diſcit.

9 Dicitur & delinquentis ſpecialis inquiſitio, nam dicimus in iſtum, vel illum hominem inquirere, quod eſt proprium informatiui proceſſus, vnde inquirere in vitam, & mores alicuius eſt bonam, malamq; famam illius ſciſcitari.

10 Dicitur ſpecialis inquiſitio, quia certi hominis factum argui debet. *l. licet §. poſſumus ff. Nauti Caup. & ſtab. Natta conſ. 422. num. 12.* Nam cum inquiſitio in delinquentem facienda ſit ad vindictam publicam: oportet quòd Iudici liquide cõſtet de per-
11 ſona, in quam vindicta experienda ſit *Marſ. conſ. 24. num. 8. & ſeqq. Farin. conſ. 37. num. 18.*

Sed dices quòd incertitudo dari nõ poſſit v. g. in delicto vulneris, quia non eſt opus habere certitudinem, quis illud intulerit cum illud inferens & auxilium, & fauorem præſtans eadem pœna plectuntur,
12 aut ſi adeſt incertitudo quis ex rixantibus fuerit primus ad inferendum vulnus, tunc omnes puniuntur pœna ſaltem extraordinaria *Farin. quæſt. 96. num. 31. & ſeqq.* Reſpondetur, quòd aut puniri prætenditur ſimplex factum vulneris, aut delictum vulneris, ſi prætenditur puniri delictum vulneris, & tunc aut vulnus fuit illatum in pura rixa proueniẽte ex caſu inopinato, & ha-

& habetur conſideratio ad vulnerantis incertitudinem, & tunc nemo punitur, aut rixātes ad rixam principaliter ſe coadunauerant, & tunc non datur incertitudo, & omnes puniuntur. *l. 3. §. homines ff. de vi bonor. rapt. Marſ. conſ. 24. num. 10. & ſeqq.* aut prætenditur puniri factum ſimplex vulneris, & tunc omnes indiſtinctè tenentur per textum *in l. item mela §. ſi plures ff. ad l. Aquil. l. ſi plures ff. arbor. furtim cæſis. Io: Franciſcus Scaglionus ſuper pragma. 1. De Duello num. 36. cum ibi allegatis.*

Quibus partibus conſtare debeat proceſſus informatiuus. Quæſt. III.

SVMMARIVM.

Quatuor ſunt partes proceſſus informatiui, & quæ. num. 1.
Quæ ſit introductio cauſæ, ſeu potius motiuum fabricandi proceſſum informatiuum. num. 2.
Quibus modis introducatur cauſa. num. 3.
Acuſatio quid ſit. num. 4.
Accuſare quid ſit. num. 5.
In accuſatione certi hominis maleficium exprimendum eſt. num. 6.
Accuſatio eſt officium Iudicis, & quo modo ſit officium Iudicis. num. 7.
Accuſatio ſi malè inſtituta eſt non poteſt iudex ex officio illam proſequi. num. 8. & 21.
Officium Iudicis eſt radicatum in accuſatore, ſicut actio in parte. num. 9.
Officium iudicis vt plurimum accipitur cum de re agitur, quæ ſtricto iure peti non poteſt, tamen æquum eſt reum condemnari. num. 10.
Officium nullam ſupponit obligationem, & multò minus actionem. num. 11.
Officium iudicis imperium, & poteſtatem ſignificat. num. 12.
Per delationem, ideſt per accuſationem delictum detegitur. num. 13.
Inquiſitione vtimur, quando nec accuſatio nec querela expoſitæ ſint. num. 14.
Inquiſitio excitatur, vel per denunciationem, vel per diffamationem, vel per delicti notorietatem. n. 15.
Inquiſitio quid ſit. num. 16.
Lex iubet inquiri de malis hominibus. num. 17.
Inquiſitio ſit ex officio num. 18.
Officium duplex eſt nobile, & mercenarium. n. 19.
Inquiſitio eſt remedium ſubſidiarium. num. 20. 22. & 27.
Inquiſitio non debet intentari ad libitum. num. 23.
Iudex inquirens æquiparatur ei, qui accuſat tanquam quilibet de populo. num. 24.
Inquiſitio cum pinguiùs, & vtilius prouidet, quã accuſatio, intentari poteſt accuſatione non obſtante. n. 25.
Inquiſitio duplex eſt vna principalis, altera emergens, & quæ. num. 26.
Inquiſitio emergens pœnam dumtaxat extraordinariam imponit. num. 28.

QVoniam ex informatiuo non reſultaret quid totum offenſiui proceſſus, niſi partibus aliquibus, illum veluti integrantibus
1 conſtaret, idcircò de illis dicendum eſt, partes enim huius informatiui quatuor aſſignari poſſunt; prima conſiſtens in introductione cauſæ, ſecunda in recognitione facti criminoſi; tertia in probatione delicti; quarta in conſtituendo, ſeu examinando delinquentem.
Introductio cauſæ, ſeu potius motiuum
2 fabricandi proceſsũ informatiuũ eſt alicuius facti, vel dicti criminoſi in publicum coram iudice facta expoſitio, quæ vel per accuſationem, aut querelam, vel diffa-
3 mationem, aut denunciationem, quæ promouent inquiſitionem expediri ſolet.
4 Accuſatio, ſeu querela eſt alicuius maleficij apud acta coram Iudice facta delatio.
Dixi alicuius maleficij, quia accuſare ni-
5 hil aliud eſt, quam crimen alicui obijcere *l. Qui cũ §. accuſaſſe ff. de bonis libert.* hinc malefactor denominatur, cui maleficium obiectum eſt, idcircò in accuſatione certi ho-
6 minis maleficium exprimendum eſt, vt inde poſtea reſultet certa, & liquida delicti vindicatio.
Dixi apud acta coram iudice, quia accuſatio nihil aliud eſt, quàm officium Iudicis intentare ad effectum vindicandi crimina
7 *Bald. in l. vnica num. 15. C. ex delictis defunctorum* & ſubiungit *in l. cum mulier num. 32. verſ. ſi autem accuſatio ff. ſolut. matr.* quod ſi accu-
8 ſatio malè inſtructa ſit non poteſt Iudex illam ex officio proſequi, & quamuis officium non oriatur ex delicto, vt docet *idem Bald. in l. Cum ſeruum nu. 2. C. de ſeruis fugiti-*
9 *uis*, tamen eſt radicatum in parte, & ſic in accuſatore, ſeu quærelante, ſicut actio in actore. *Bald. in l. non dubium num. 30. C. de legibus, & conſtit.*
Dices quod officium iudicis, vt plùrimum accipitur, cum de re agitur quæ ſtri-
10 cto iure peti non poſſit, æquum tamen eſt reum condemnari *l. qui per colluſionem ff. de act. empti*, & ſic nullam ſupponit obliga-
11 tionem, & multò minùs actionem *l. quæro ff. de off. Iud.* ſed ſic eſt quòd qui accuſat de

Google

maleficio intentat actionem proficiſcen-
tem ex obligatione reſultante ex delicto
idcircò non videtur officium Iudicis in-
tentatum. Reſpond., quòd per officium
iudicis hic non intelligimus illud, quod ad
12 inſtar actionis imploratur, ſed illud, quod
imperium, ſeu poteſtas in iure dicendo di-
citur iuxta *textum in l. 27. ff. de verb. oblig.*
& ideò dixi coram Iudice, hoc eſt coram
Magiſtratu, in quo reſidet dictum offi-
cium, ſeu imperium, quo mediante pro-
cedere poteſt. *Gomez de delicto cap. I. num. 3.*
vbi allegat *Bart. & Iaſ. in l. Imperium ff. de
Iuriſdict. omnium iudic.*
13 Dixi delatio *vt in l. 5. vbi gloſ. C. de Relig. &
ſump. fun.* vbi delatio accuſatio dicitur, quia
delictum, quod antè incognitum erat per
delationem poſtea detegitur, quamuis
textus in l. nullus 3. C. de maleſ., & matema.
videatur facere differentiam inter accu-
ſatorem, & delatorem.
Inquiſitione autem vtimur, quando nec
14 accuſatio, nec querela expoſitæ ſint, ſed
ne delicta euadant impunita remedium in-
quiſitionis inuentum fuit, quod excitatur,
vel per denunciationem, vel per diffama-
15 tionem, aut delicti notorietatem, & de-
ſcribitur eſſe legitimam Iudicis ex officio
16 procedentis ſuper delicto aliquo ſuſceptã
informationem.
17 Dixi eſſe legitimam informationem,
quoniam à lege iubetur conquiri malos
homines, vt illis prouincia careat, &
ita pacata, atq; quieta reddatur, *l. congruit,
ff. de officio Præſidis*, & dicitur informatio,
quatenùs in animo Iudicis delictum, &
eius qualitates medijs probationibus con-
cipiantur, vt pœna experiri poſſit, quæ
in bonum reipublicæ redundet. *l. quæſitum
ff. de ſepul. violat.*
18 Dixi ex officio, & ſic non ad inſtantiam
accuſatoris, ſeu querelantis, officium ve-
rò Iudicis duplex eſt vnum nobile, alterũ
19 mercenarium *Bald. in l. cum mulier num. 32.
verſ. tamen vt clarius ff. ſolut. matrim.* nobile
enim officium in punitione criminum
adhibetur vbi non adſit accuſator, vel ſi
adſit ſuſpectus ſit *l. fallaciter C. de Abolition.*
nam propter publicam vtilitatem tũc ſub-
20 ſidiaria via per inquiſitionem procedi per-
mittitur; Mercenarium verò officium cum
deſeruiat accuſationi, ſeu querelæ intenta-
tæ, oportet, quod accuſatio, ſeu querela ſit
ritè inſtituta, quòd ſi male, & perperam
21 inſtituta ſit officium iudicis ei deſeruire
non poteſt *l. libellorũ §. quod ſi libelli ff. de ac-
cuſation. l. ſi accuſatus ff. de Adult. Bald. vbi ſup.*
Dixi ſuper delicto aliquo, non ſuper
omnibus indiſtinctè, quoniam cum inqui-
22 ſitio ſit remedium extraordinarium non
23 conceditur intentari ad libitum, ſed quã-
do Iudex vult proſequi publicam iniuriã
æquiparatur enim Iudex inquirens ei, qui
24 accuſat tanquam quilibet de populo. *Bald.
in l. cum mulier num. 31. verſ. item Iudex ff. ſo-
lut. matrim.* vel quando non adſit ordina-
rium remedium, vel cum adſit, ſed ex-
25 traordinarium eſt vtilius, & pinguius pro-
uidet quàm ordinarium *gloſ. eſt not. in l. fin.
C. ſi aduerſus rem iud. Iaſ. in l. in prouinciali,
§. ſed ſi in loco num. 9. verſ. quarto limita.*
Dices quod etiam in iudicio per viam
accuſationis inſtituto non poteſt non adeſ-
ſe inquiſitio, idcircò inquiſitio non eſt mi-
nus ordinarium remedium, quàm accu-
26 ſatio. Reſpondetur, quòd inquiſitio du-
plex eſt vna principalis, & principaliter in-
ſtituta, ſcilicet quãdo deficiente accuſatore
aliquis de publico delicto inquiritur, vt *in l.
2. §. ſi publico ff. de adulterijs l. querela, vbi gloſ. C.
de falſis*, & hæc cõtra diſtinguitur ab accuſa-
27 tione, & querela in modo cognoſcẽdi, quia
ad illã, vti ad remediũ ſubſidiariũ tũc cõuo-
latur, vbi non poteſt de remedio ordinario
prouideri *l. quædã ff. de edendo* altera emergẽs
quando ſcilicet non principaliter, ſed ſecũ-
dum cauſæ emergentiam caſus expoſcit, vt
illa adhibeatur, veluti quando teſtis in of-
ficio deliquit peierando, quo caſu teſtis
vti de foro Iudicis coram quo peierauit
reus factus puniri poteſt. *l. nullum C. de te-
ſtibus*, & vna differt ab altera, quia in in-
28 quiſitione principaliter promota plena ſit
punitio, in emergenti verò imponitur pœ-
na extraordinaria, vt in dicta *l. nullum Bald.
in l. ſi ex falſis num. 10. C. de tranſact.*

De natura Clauſulæ in fine libelli accuſationis appoſitæ. Quæſt. IV.

SVMMARIVM.

Clauſula omni meliori modo, &c. ſaluo, &c. ſuper quibus omnibus, & ſingulis, &c. in fine accuſationis, ac inquiſitionis cuius ſit natura. num. 1.

Modus querelandi ponderandus eſt. num. 2.

Iudex non poteſt inquirere de qualitate non deducta in libello. num. 3.

Per clauſulam ſuper quibus, &c. accuſator non ſe adſtringit ad omnia in accuſatione deducta. nu. 4.

Clauſula ſuper quibus, &c. eſt talis virtutis vt non probata qualitate condemnatio nihilominus ſequi poteſt de ſimplici delicto. num. 5.

Clauſula ſuper quibus, &c. habet locum tam in inquiſitione, quàm in accuſatione. num. 6.

Clau-

Clauſula ſuper quibus, &c. non habet locum in ſecundo monitorio moderante primum monitorium circa qualitatem delicti . num. 7.
Monitorium debet eſſe vnum , certum , & clarum . num. 8.
Monitorium reformatiuum alterius monitorij debet eſſe clarum , & illius reformatio intimari debet abſenti . num. 9.
Forma ſupradictæ intimationis . num. 10.

1 Clauſula hæc exprimi-
tur his verbis, *Omni*
meliori modo , &c. ſal-
uo iure , &c. ſuper qui-
bus omnibus , & ſingu-
lis annexis petit ſibi ius ,
& iuſtitiam miniſtrari ,
quæ operatur tantum
reſpectu narratorum, in accuſatione, non
autē reſpectu nō narratorū , vt notat *Guaz.*
2 *defenſ. 35. cap. 1. num. 2.* quia modus quere-
landi eſt ponderandus , & ſic Iudex nō po-
3 teſt inquirere de qualitate , non deducta
in libello . *Bald. in l. omnia §. cum patronus .*
ff. de off. Præf. Vrb. atque etiam operatur ſi
narrata qualiacumq; ſint probata non fue-
rint , ipſo tamen delicto in ſubſtantia pro-
bato reum condemnandum eſſe eo quia
virtute dictæ clauſulæ accuſator non ſe ad-
4 ſtringit ad omnia , ſed ſufficit probari ali-
quid quòd pœna mereatur . *Bald. in l. 2.*
num. 8. C. de probat. Blanc. in praxi crim. §. cu-
ius indicijs num. 100. *Clarus q. 12. verſ. ſed quid*
ſi accuſator, & quæſt. 66. *verſ. ſed quid ſi pro*
parte . & hæc eſt opinio communis DD.
fundata in illo axiomate , quod plurimum
intereſt Reipubl. delicta quæuis puniri . *l.*
ſi à reo §. vltimo ff. de fideiuſſor. l. ſtichum §. quid
ſit verſ. ſanè ff. de ſolut. aliàs ſequeretur, quòd
reus de delicto inquiſitus cum qualitate
pœnam aggrauante condemnari non poſ-
ſit probato delicto , non autem probata
qualitate , ſed deberet in illam, & inſtantiā
abſolui. *l. Bebius ff. de pactis Bald. in d. indica-*
ti num. 6. C. ſi ex falſis inſtrumentis Bart. in l. is ,
qui reus , ff. de pub. iud. prout videtur tene-
re *Farin. quæſt.* 134. *num.* 18. etiamſi adeſſet
dicta clauſula; ita quod nouum proceſſum
eſſet opus perfici *Bart. in conſ. 38. incipien. viſo*
proceſſu per totum lib. 2. & latè *qu.* 17. *incipien.*
iure municipali, prout illum refert Vermigl. conſil.
224. *num.* 1. vbi de veriori atteſtatur, & ſub-
iungit *num.* 4. quod idcircò de conſuetudi-
ne in querelis , & accuſationibus apponi-
tur inſtantia punitionis ſecūdum formam
iuris, & ſtatutorum, in inquiſitione autem
apponitur clauſula ſuper quibus omnibus,
& ſingulis , & eorum quolibet, vtique ceſ-
ſantibus his clauſulis ceſſare quoque debet
virtus earumdem clauſularum *Roman. conſ.*
110. *num.* 2. *Clar. q.* 31. *num.* 13. *verbo opera-*
5 *tur,* vbi quod dictæ clauſulæ ſunt talis vir-
tutis, vt non probata qualitate condemna-
tio etiam ſequi poſſit dè ſimplici delicto
aliàs ſecus *Farin. q. 1. num. 30. ad finem. verſ.*
ideò. Guaz. defenſ. 3. cap. 3. num. 13. hanc
etiam opinionem videtur tenere *Caball. caſu*
173. *num.* 12.

Sed dices quòd ex ſupradictis concluſio
de prædictis clauſulis videtur habere locū
in inquiſitione , non autem in accuſatione,
prout ita tenere videtur *Angelus de malef. in*
verbo emergentibus ſub nu. 17. *poſt medium verſ.*
6 *ego intelligo .* Reſpondetur quòd ſicut accu-
ſatio æquiparatur inquiſitioni , ita accuſa-
tioni prædictæ clauſulæ debent præſtare
eumdem effectum , prout præſtant inqui-
ſitioni idcircò *Clarus quæſt.* 12. *num.* 14. *verſ.*
ſed ſi accuſator in fine dicit quòd dictæ clau-
ſulæ habent locum tàm in accuſatione ,
quàm in inquiſitione, ita *Caball. d. caſu* 173.
num. 12, *in fine .*

Hic etiam mihi videtur opportunè quę-
ri poſſe; an prędicta clauſula operetur eum-
dem effectum contra cōtumacem, cui pri-
mò fuit tranſmiſſum monitorium , ſeu li-
bellus inquiſitionis formatę ſuper delicto
forſitàn cum qualitate inſidiarum , vel al-
terius qualitatis, puta proditionis , vel aſ-
ſaſſinij patrato, & ſecundò fuit eidem con-
tumaci tranſmiſſum alterum monitorium,
ſeu libellus inquiſitionis ſuper eodem met
delicto non cum qualitatibus ſupradictis ,
ſed cum qualitate rixæ ſimplicis commiſſo
nulla in dicto ſecundo monitorio , ſeu
libello , inquiſitionis , facta mentione
moderationis primi monitorij cum di-
ctis qualitatibus tranſmiſſi ; an inquam
virtute prædictæ clauſulæ ſecundum
monitorium ſuſtineri poſſit , & prima fa-
cie videtur dicendum , quod ſuſtineatur ,
ſicut enim virtus prædictæ clauſulæ deli-
ctum in accuſatione enunciatum , vt in-
ſidioſum, vel alio modo qualificatum po-
teſt in eadem inſtantia puniri vti rixoſum
quatenus probatum ſit per ea , quæ ſu-
pradixi, ità pariter poteſt emēdari primum
monitorium per ſecundum , quatenus in
proceſſu probatū exiſtat delictum rixoſum,
& non inſidioſum , vel alio modo qualifi-
catum .

7 Sed contrarium vti verius dicendū cen-
ſeo , & pro huius ſententiæ confirmatione
ſciendum eſt , quod monitorium , ſeu li-
bellus inquiſitionis, qui, ſeu quod abſenti
8 contumaci tranſmittitur debet eſſe vnum,
& illud certum , ac clarum, ita vt reus, qui
abſens eſt non conſtituatur in incerto , &
ambi-

ambiguo, ac dubio ſtatu comparendi, alias
ſi plura monitoria ei tranſmittantur in-
ter ſe diuerſa neutri obedire tenetur, non
quidem primò quia ex proceſſu non rema-
net iuſtificatum ſuper qualitate in eo ex-
preſſa; non etiam ſecundò quia ignorat an
ſit moderatiuum primi, & à primo fuerit
detracta dicta qualitas inſidiarũ, vel aliarũ
qualitatum, nec ſufficit, quod per ſecun-
dum monitoriũ, in quo apparent detractæ
dictæ qualitates fuerit veluti reformatiuũ
primi, vel ſaltem ita præſumatur, ſed ex-
9 preſsè & clarè prædicta detractio fieri debet
per modum reformationis, ac illam abſen-
ti intimari non ſublato primo per ea quæ
proportionalibiter dicit *Bald. in l. pacta nouiſ-
ſima num. 11. verſ. hoc enim C. de pactis* alias iu-
dex nullo modo contra inquiſitum ad vl-
teriora procedere poteſt *l. in delictis §. ſi de-
tracta*, & ibi *Bart. & cæteri ſcribentes ff. de no-
xal. actio Bart. in l. denunciaſſe §. quid tamen
num. 2. ff. de adulterijs Boſſ. tit. de inquiſ. num. 83.
Seraph. de priuil. iuramenti Priuil. 132. nu. 70.
& ſeqq. Farin. quæſt. 1. num. 23. in fine verſ. ego
tamen* & ratio eſt quia reus debet eſſe cer-
tus de eo quod contra ſe agitur, vt dixit
*Grat. qui alios allegat conſ. 59. num. 29. lib. 2. Se-
raph. dicto priuileg. 132. num. 70. verſ. & proce-
dit* & pro huius doctrinę pratica alias Fiſcus
vſus fuit hac intimatione de anno 1657. 23.
Nouembris coram Camerario.

10 *Intimetur N. qualiter ex monitorio ſibi tranſ-
miſſo fuit detracta qualitas furti proprij pro cuius
qualitate fuit ſibi tranſmiſſum monitorium in pœ-
nam vitæ ſcilicet vltimi ſupplicij, & alias prout
in dicto monitorio legitimè exequuto contra ipſum,
& in actis infraſcripti Notarij reproducto, ideo de-
tracta dicta qualitate, & minorata pœna vitæ in
pœnam triremium per decennium Cit. idem ad com-
parendum, & alia dicen. & facien. iuxta formam
& tenorem in reliquis in dicto monitorio conten-
tis ſub pœna triremium per decennium concluden.
concludendique viden., & audien. ſententiam diſ-
finitiuam ad tertiam diem Inſtante fiſco &c.* & ita
docere videtur *Angel, de maleſic. in verb. qui
dominus iudex num. 1. & 2. Bart. in d. l. in de-
lictis §. ſi detracta ff. de noxal. actio*, & ratio eſt
ne reus dubitans lædi abſtineat cõparere.

In concurſu accuſationum quæ ac-cuſatio præferri debeat. Quæſt. V.

S V M M A R I V M.

In concurſu accuſationum quæ præferenda eſt. nu. 1.
Idoneitas accuſatorum quotuplex ſit. nu. 2.
In iure accuſandi ille alteri præfertur cui ab inteſta-to ſucceſſio defertur. num. 3.
Facultas accuſandi tribuitur conſanguineis ratione ſanguinis, non ratione ſucceſſionis. n. 4.
Ius Faciendi pacem competit conſanguineis quamuis non ſint hæredes. nu. 5.
Vxor poteſt de nece viri accuſare, & præfertur omnibus viri parentibus etiam in pace inienda. numer. 6. 7.
Vxor non præfertur filijs in accuſando, qui dicuntur propriam iniuriam vindicare. nu. 8.
Soror virgo in capillis ſeu Vidua vigore legis vnicæ, præfertur fratri in accuſando. nu. 9.
Mulieres regulariter non accuſant niſi pro vindicanda ſua ſuorumque iniuria. num. 10.

HÆc concluſio triplici-
ter conſiderari poteſt
1 vno modo quo ad ip-
ſos accuſatores; altero
modo quo ad iudicẽ
corã quo accuſatio in-
terponitur; altero mo-
do quo ad cauſas in
accuſatione deductas.

Si conſideremus concursũ primo modo
tunc pariter diſtinguendum eſt ſcilicet aut
accuſatio conſideratur quo ad idoneitatẽ
accuſatorũ, & tunc ad accuſandum præfe-
rendus eſt magis idoneus, & dignior *arg.
textus in l. ſi plures ff. de popul. action. Bald.
in l. 1. C. de his qui accuſare non poſſ. Franc. de-
ciſ. 100. num. 10. & deciſ. 382. num. fin.* Idonei-
2 tas autem triplici modo intelligitur primò
quo ad famam, & mores nam ſi accuſato-
rum vnus ſit prorſus inhabilis. verbi gratia
Infamis Iudeus hæreticus, & ſimiles qui
odio eorum perſonæ repelluntur non dice-
rentur idonei *Clarus quæſt. 15. vbi Baiard. cap.
ſi legitimos de accuſat.*, ſecundò modo quo
ad ſexum nam ſi concurrant maſculus, &
fœmina ad accuſandum tũc maſculus præ-
ferri debet veluti magis idoneus & dignior
Foller. in verbo audiantur num. 96. tertiò mo-
3 do quoad ſucceſſionem; nam in iure accu-
ſandi ille alteri præfertur cui ab inteſtato
ſucceſſio defertur *Farin. quæſt. 13. num. 2. &
ſeqq.* ſed intellige, quod facultas accuſandi
ſimpliciter non attribuitur conſanguineis
ratione ſucceſſionis hereditariæ, ſed ratio-
4 ne ſanguinis *Franc. deciſ. 611. per totam lib. 4.*
ſufficit enim, quod conſanguinei ſint ſuc-
ceſſibiles de iure quamuis excluſi, ſiue per
renunciationem, ſiue per diſpoſitionem
alicuius ſtatuti; non idcirco eſſent excluſi à
iure ſanguinis *Sanfelic. deciſ. 27. num. 3. & 4.* &
ſic à iure accuſand: cõfirmatur à contrario
5 nam conſanguinei licet non ſint hæredes
tamen eis ius faciendi pacem competit,
etiam

etiam ſi non ſint hæredes ſecundum communem, de qua *per Farin. quæſt.* 14. *num.* 19. ergò quanto magis eis competeret ius accuſandi.

Hinc habes, quod licet vxor de iure com-
6 muni poſſit de nece viri accuſare, vt probat *Bartol. in l. 2. numer.* 12. *ff. de accuſation.* ſumpto argumento quoniam ſi poteſt accuſare de morte ſoceri, vt in dicta, *l. 2. iuncta l. Iulia ff. de teſtibus* multò magis poterit accuſare de nece ipſius viri, quamuis non ſit mariti hæres, vt notat *Sanfelicius deciſ.* 26. *num.* 4. *& ſeqq. Farin. quæſt.* 13.
7 *num.* 14. immò omnibus occiſi viri parentibus, ac conſanguineis præfertur, tum in accuſando, tum etiam in pacem iniendo *Farin. dicta quæſt.* 13. *num.* 15. *Baiard. ad Clarum quæſt.* 58. *num.* 61. *Guazz. de pace, & treg: quæſt.* 15. *num.* 6. tamen nullo modo præfertur filijs, qui hoc caſu non patris, ſed
8 propriam iniuriam vindicare dicutur, prout determinat *Giurb. conſ.* 61. vbi relatis hinc indè opinionibus tandem *num.* 14. hanc tenet opinionem.

Paritèr notandum eſt, & hic erit ſecundus caſus, quo ad iudicem, quòd ſi frater accuſauerit de nece fratris coram Ordina-
9 rio, & ſoror eiuſdem fratris vigore legis vnicæ, quia eſt virgo in capillis, ſeu vidua eligit alium forum, tunc præferri debet accuſatio ſororis, & non fratris, & ratio eſt, quia cũ accuſatio tẽdat ad publicã criminis vindictam. eligenda eſt ad accuſandum ea perſona, quæ ad hanc vindictam conſequendam elegit modum aptiorem. *Bald. in l. ſi plures num. fin. ff. de accuſat. facit textus in l. 2. §. fin. ff. de adulter.* non reſpectu perſonæ eligentis dictum aptiorem modum, ſed reſpectu maioritatis Tribunalis, ſeu Iudicis facit *textus in l. contra pupillum, §. is, qui ad maius ff. de re iud. ſentit gloſ. in l. 2. §. fin. in verbo recipiantur,* vbi expreſsè loquitur de iudicio criminali *ff. de cuſtodia reorum. Bald. in l. ſenatuſconſultus numer. 4. C. de his, qui accuſ. non poſſint. Campana reſul.* 26. *num.* 6.

Dices, quòd præferri debet accuſatio fratris veluti perſonæ dignioris, & magis idoneæ, vt ſupra dixi,, immò cum mulieres prohibeantur accuſare, propter earum imbecillitatem, eò magis fratri poſponi debent, *vt in l. de crimine, & ibi Bald. & Salycet. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Reſpond.
10 quod mulieres regulariter non accuſant; nihilominus quando agitur de vindicanda ſua, ſuorumq; iniuria benè poſſunt accuſare. *Gand. de maleſ. ſub rub. qui accuſar. poſſ.* vbi multos ponit caſus, in quibus mulier ad accuſandum admittitur, vltra quod ſoror, & frater ſunt in pari gradu conſanguinitatis, idcircò ambo ſimul poſſunt accuſare in diuerſis Curijs, quo caſu vt ſupra dixi maior Curia præferenda eſt.

Remanet de tertio modo, quo cauſarũ accuſationes concurrunt, ſiuè coram eodem, ſiuè coram diuerſis Iudicibus. Ad huius concluſionis intelligentiam ſciendũ eſt, quòd vnum factum poteſt dupliciter cognoſci, ſcilicet ciuiliter, & criminaliter, aliquando intentando actionem ſuper vno, & non ſuper alio, aliquando excipiendo de vno facto contra aliud factum ita vnum alteri præiudicium inferrat, nimirum, vel quòd priùs de vno, quàm de alio cognoſci debeat, vel quòd vnum pariat rem iudicatam in alio, *de quibus infra dicemus cum de præiudicijs tractabimus.*

An accuſatio, ſeu inquiſitio continere debeat factum punibile. Quæſt. VI

SVMMARIVM.

Accuſatio, & inquiſitio continere debent factum punibile. num. 1.
In reatu eſſe dicitur quandiù accuſatio pendet. num. 2.
Reatus ſtatum miſerandum ſignificat. num. 3.
Vt factum ſit punibile oportet quod dolum, ſeu culpam ſaltem latam contineat, num. 4.
Factum punibile dupliciter conſideratur, vel de iure communi, vel de iure municipali. num. 5.
Factum ipſum eſt punibile per ſtatutum, etiam quod non faciat mentionem de dolo, num. 6. declara num. 7.
Abſolutio eſt de eiuſdem gladij poteſtate, de qua eſt punitio. num. 8.
Abſolutoria non facit delictum impunibile, ſed declarat reum de delicto puniri non poſſe. num. 9.

1 Accuſatio, ſeu inquiſitio ſemper inanes euaderent, ſi factum deductum in illis non eſſet punibile, & proceſſus ſuper hoc fabricatus eſſet nullius momenti *Pariſius conſ.* 171. *nu.* 27. *Guazz. defenſ. 2. cap. 1. num. 1. cum ibi allegatis,* non enim inſtituuntur accuſatio, ſeu inquiſitio niſi vt illis mediantibus delicta vindicentur, prout in ſuis definitionibus cõtinetur, vndè *Ambroſius ad Syagrium, ſi leges publicas interrogemus accuſatorem exigunt,* & ratio quia non poſſumus reum facere, quem nullus accuſat,

accuſat, hinc *Aſconius quid eſt* inquit *reum fie-
ri, niſi apud Prætorem legibus interrogari cum e-
nim in ius ventum eſſet dicebat accuſator apud
Prætorem reo Aio te ſiculos ſpoliaſſe, ſi tacuiſſet
lis ei æſtimabatur vt victo, ſi negaſſet petebatur à
Magiſtratu dies inquirendorum eius criminum,
& inſtituebatur accuſatio, & agi reus dicebatur,*
2 *cuiùs ſtatus quandiù accuſatio pendebat dicebatur
in reatu eſſe l. fin. ff. de publicis Iudicis l. 25. ff.
de pœnis* non quia reatus crimen ſit, ſed quia
2 ſtatum ſignificat miſerandum propter de-
lictum, de quo poſſit reus puniri, & ad hoc
vt factum in accuſatione deductum ſit pu-
nibile oportet quòd dolum, ſeu culpam
4 ſaltem latam contineat, vt notat *Farin. qu.
126. num. 61. in fine, & quæſt. 87. num. 57.*
5 Notandum tamen eſt quod dupliciter
conſiderari poteſt factum punibile ſcilicet
de iure communi, vel de iure municipali,
ſi conſideramus factum eſſe punibile de
iure communi vtique dolus, ſeu lata culpa
requiritur, quia ſine dolo nec delictum
conſiderari, nec pœnę locus eſſe poteſt,
*l. quod Reipub. ff. de iniurys Dec. conſ. 9. num. 1
Gram. conſ. 68. num. 2. Farin. quæſt. 87. n. 16.*
ſi conſideramus factum punibile de iure
municipali, tunc aut ſtatutum diſponit ſu-
per dicto facto cum verbis ſignificantibus,
dolum, vt videntur ſignificare verba *au-
deat, vel præſumat*, tunc requiritur dolus
*Farin. quæſt. 108. n. 144. & in quæſt. 133. nu.
56. Burſat. conſ. 77. num. 7. lib. 1.* aut ſtatu-
tum loquitur ſimpliciter ſuper facto, vt
verbi gratia ſi ſtatutū dicat, ſi quis percuſ-
ſerit aliquem puniatur tali pœna puta ſcu-
6 torum centum, & non fecerit mentionem
de dolo, aut de verbis dolum importanti-
bus, tunc puniretur pœna ſtatuti, quod de
ſolo facto puro diſponit *Bald. in l. quid ergo §.
cum autem ff. de his qui not. infam.*

Hoc tamen intellige procedere quando
pœna comminata fuerit pecuniaria, ſecus
7 ſi pœna comminata fuerit corporalis, quia
tunc requireretur dolus, & nudum factum
non eſſet ſufficiens ad illam pœnam infli-
gendam *Bald. in l. in actionibus ſub num. 5. ff. de
in litem iurando.*

Dices aliquando, imò ſæpiùs occurrit,
quòd reus, vt innocens abſoluitur, ex qua
abſolutione factum declaratur impunibile.
& tamen proceſſus non euadit nullus ſe-
8 cundum ſupradicta. Reſpondetur quòd
abſolutio eſt de eiuſdem gladij poteſtate,
cuius eſt punitio, quia ab eadem proce-
dit iuriſdictione. *Bald. in l. ſolent in princip.
ff. de off. Proconſul.* quo fit, vt quando fa-
ctum propter ſui naturam eſt punibile,
non ideò abſolutoria declarat illud impu-
nibile, ſed per accidens, aut ex probatio-
nibus, & defenſionibus, aut ex defectu pro-
bationum pro parte Fiſci inquiſitus red-
ditur impunibilis, vnde *Optatus Afer aduer-
ſus Parmenianum lib. 1. de Felice Autumnitano,
ait; Poſt quorum reſponſa à ſupra memorato Pro-
conſule hæc pars ſententiæ dicta eſt, Felicem autem
religioſum Epiſcopum liberum eſſe ab exactione in-
ſtrumentorum deificorum, manifeſtum eſt cum ne-
mo in eum aliquid probare potuerit, quod religioſiſ-
ſimas ſcripturas prodiderit*: non enim abſolu-
toria facit delictum impunibile, ſed decla-
rat prætenſum reum de dicto delicto pu-
niri non poſſe per ea, quæ tradit *Bertazz.
conſ. 238. num. 2. & conſ. 123. num. 12.*

An vbi actio nō competit parti, Fiſcus poſſit criminaliter accuſare. Quæſt. VII.

SVMMARIVM.

*Dolus quando eſt purgabilis actione ciuili præiudi-
cium infertur Fiſco, ſi pars dolum remittat. n. 1.*
*Secus ſi non ſit purgabilis, quia tunc ſi pars remittit
Fiſco non præiudicat. num. 2.*
*Monetam tonſam recipiens ab aliquo non poteſt agere
criminaliter contra dantem. num. 3.*
*Moneta tonſa habet in ſe vitium patens ad oculum.
num. 4.*
*Intereſt Reipubl. & Principi ne pecuniæ ſuæ diminu-
tæ expendantur. num. 5.*

HAEC concluſio pati-
tur multas difficulta-
tes, quoniam non ita
ſimpliciter intelligē-
da eſt, vt ſemper, &
quandocumque in
omni caſu procedere
poſſit, quod quando
actio non competit
parti, neque Fiſco competat accuſatio,
ſeu actio criminalis, nam hoc falſum eſt,
& multum præiudiciale eſſet publicæ vti-
litati, cum multoties daretur caſus, in quo
delicta remanerent impunita. Ideò pro
intelligentia ſciendum eſt, quòd aut actio
competēs parti eſt de dolo purgabili actio-
1 ne ciuili, & tunc ſi pars remittit hanc actio-
nem præiudicare videtur Fiſco, qui non-
niſi in ſubſidium illam intentare poſſet, aut
actio competens parti eſt de dolo deſcen-
denti à crimine, aut ex contractu, qui tran-
ſiuit in nomen particularis delicti, tunc
2 nullo modo pars per eius remiſſionē præ-
iudicare poteſt Fiſco, cuius intereſt delicta
puniri propter publicam vtilitatem *Bald. in*

l. ſi præ-

l. ſi prædium num. 23. C. de ædili : actio, & hæc
diſtinctio videtur approbata *per Farinacc.
conſ. 125. num. 23.*

Sed dices cum *Marſilio conſ. 71. n. 17. & ſeqq.*
3 quod recipiens ab aliquo monetam ton-
ſam non poſſit agere criminaliter contra
dantem eo quia moneta tonſa habet in ſe
4 vitium patens ad occulum ac proinde nec
fiſcus contra expendentem actionem cri-
minalem intentare poſſet propter regulam
ſupradictam *ſecundum Salycetum in l. eos in fin
C. de furtis Farin. quæſt. 115. num. 136. circa me-
dium* Reſpondetur quod quædam ſunt cri-
mina quæ immediate offendunt Rempub,
ad quam pertinet comercia eſſe illibata pro
vt ſunt illa in quibus pecunia pro com-
mutatione interuenit, & cum ſit de rega-
libus Principis ſua intereſt ne illam dimi-
nutam ciues expendant, ideo licet ciuis, qui
illam recepit cum dicta diminutione non
poſsit agere quia ſibi imputari debet ſi pe-
cuniam cum patenti vitio non recuſauit
tamen intereſt Reipub. ac Principis ne pe-
5 cuniæ ſuæ diminutæ expendantur, & pro-
pterea inquit *Farin. quæſt. 11. num. 137.* dicen-
do quod labitur *Marſil.* nam etiam ſi reci-
pientes huiuſmodi monetam tonſam ex-
preſsè renuncient eorum ciuili intereſſe
non ideo prohibetur Principi, & eius fiſco
contra illos criminaliter agere quia tunc
non partis, ſed ſui ipſius iniuriam proſe-
quitur.

An ſit differentia inter accuſationem, & querelam & denunciationem. Quæſt. VIII.

SVMMARIVM.

Accuſatio, querela, & denunciatio quomodo differunt intra ſe. n. 1. 10.

Querela importat reclamationem quandam. nu. 2.

Querela in officioſi teſtamenti non denominatur accuſatio & cur. num. 3.

Accuſator aſſumit genus intentionis illaudabilis. num. 4.

Offenſus ſiue iniuriatus ne accuſator dicatur querelam exponere dicitur. nu. 5.

Querela contra amicos, & patronos exponitur Accuſatio contra extraneos deducitur. num. 6.

Querela quid ſit. n. 7. 8.

Querelans, delator dici non poteſt. nu. 9.

Differentia inter accuſationem, querelam, & denunciationem. num. 11.

Remedium extraordinarium ceſſat ſi ante ſententiam quandocumque ſuperueniat ordinarium. n. 12.

Iudicium extraordinarium ceptum contra tutorem ſuſpectum ceſſat ſuperueniente ordinaria accuſatione. nu. 13.

Denunciatio generalis contra ignotum delinquentem non preiudicat accuſationi, ſecus ſi ſit ſpecialis. numer. 14.

In delictis puniendis parum refert ſi procedatur via ordinaria, vel via extraordinaria dummodo tendant ad vnum, & eumdem finem nempe puniendi delictum. n. 15.

Accuſator de iure communi debet ſe inſcribere, non denunciator. nu. 16.

Condemnatus iudicio extraordinario non efficitur infamis. num. 17.

Denunciator poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua denunciat. n. 18. declara. nu. 22.

In Iudicis poteſtate non eſt transformare teſtem in accuſatorem, & è contra; ſecus in denunciatore. numer. 19.

Denunciator quatenus denunciator denunciat ſecuncundum conſcientiam publicam, & bono zelo. num. 20.

Denunciator quando teſtificatur ſecundum propriam conſcientiam teſtatur. n. 21.

AD huius cõcluſionis de-
claratione reſponde-
1 mus diſtinguẽdo quod
accuſatio dupliciter cõ-
ſiderari poteſt vno mo-
do ſecundum iuris cõ-
munis diſpoſitionem
altero modo ſecundum
ſtylum hodiernum; ſi primo modo diffe-
runt inter ſe quia accuſatio non procedit
ſine quibuſdam ſolemnitatibus de quibus
latè diſcurrit *Scaccia de Iudicijs cap. 51. à nu. 1.
vſque ad num. 12. incluſiue lib. 1.* quæ ſolemni-
tates ſeu illarum partes non ſeruantur de
eodem iure in querelis.

Si vero ſecundo modo conſideramus il-
las, tunc parum, aut nihil differunt, niſi dicas
illas in nomine differe, nimirum ſecun-
dum quamdam verborũ honeſtam ſignifi-
tionem modeſtiæ cauſa mitius, & leuius
accuſationem ſignificamus per verbum
querela; Nam querela importat reclama-
tionem quamdam vt quando oppreſſus re-
2 clamat vt ſibi per viam iuris ſuccurratur
vt dicit Decius *conſ. 125. num. 8. verſ. querela
enim &c.* & hinc eſt, quod querela inoffi-
cioſi teſtamenti non denominatur accuſa-
3 tio, vt leuitate vocabuli res quodam op-
probrium continens mitigaretur *l. ſi ſer-
uum §. Prætor ait ff. de acqu. hæred.* vt in ſimili
dicitur de actione rerum amotarum quæ
leuius ac mitius factum repreſentat quam
actio furti; Iuris conſulti enim, qui no-
tare furti infamiam noluerunt in ijs verbis
hoc vſurparunt, triſtitiam rei leuitate ver

bi

bi mitigantes veluti in ſuis heredibus quaſi
non ex familia rem auferant toto tit.ff. rerum
amotarum accuſator vero aſſumit genus in-
4 tentionis illaudabilis 2.q.7. cap. ſi quis Epiſco-
pus Vnde Connanus in ſuis cōmentariјs iuris ciui-
lis lib.9.cap.8.n. 2. tit. de inoffic. teſtam. ait ſcite
autem antiqui illi querelā appellarunt quod de pa-
ternis iniurijs conquerentem filium audiri iuſtum
eſt & vſitatum eum ipſum accuſantē vix quiſquam
fuerat & in l.1.§. quod autem ff.de off.Præf.Vrb.
dicitur vt ſeruos de dominis querentes Prefectus
audiat ſic accipiemus non accuſantes dominos hinc
eſt etiam quod quilibet offenſus ſiue iniu-
riatus ne accuſator dicatur querelam ex-
5 ponere dicitur, & tamen querelam apud
iudices deferre aduerſus aliquem, eſt illum
accuſare l.miles §. ſexaginta dies ff. de adulterijs
ibi non prohibetur intra alios quatuor menſes que-
relam ſuam apud iudices deferre : & facit textus
in l.circumcidere §. poſt legem in fine ibi oblato ta-
men iudici ſeruo ſi iuſta ſit domini querela, ſic pæ-
na tradatur ff. de ſiccarijs Ex quibus habes dif-
ferentiam inter querelam & accuſationem
quoniam illa proprie à filijs amicis ſeruis
offenſis contra parentes amicos, & patro-
6 nos exponitur, accuſatio vero ab exrraneis
etiam non læſis contra extraneos deducitur
Ideo Tuccydes dixit quod querela eſt cōtra amicum
accuſatio contra hoſtes, vt refert Alberic. in eius
dictionario verbo querela, ac proinde ſupradi-
xi quod accuſatio ſit delatio; vnde delator
dicitur accuſator eo quia eſt auctor,& cau-
ſa prodendi alicuius criminis, vel iniuriæ
quæ antea incognita fuit, & ab eo poſtea
detegitur vt colligi poteſt ex Conſtantin.Har
menopolit.lib.1. Epitome iuris tit.5.

7 Querela vero dicitur expoſitio quæ
pro quadā facti iniurioſi in querelātis per-
ſonam impicti narratione accipitur, vt no-
tatur in l.1.§.quod autem ff. de offic.Præfect.vrb.
ibi ſed ſi verecundè expoſtulent ſi ſæuitiam ſi du-
ritiem ſi famem quæ eos comprimat ſi obſcenitatem
in quam eos compullerint, vel compellant, apud
Præfectum vrbis exponant §. his ita Inſtit. de iu-
ſtitia, & iure Bald. in l. vnica num. 7. in fine C.
de priuil. dotis, & in l. ſi quis num.2. vbi facit
differentiam inter accuſationem, & quere-
lam C. de accuſatio Querelam exponere dicit
8 eſſe quaſi nudam facti criminoſi narratio-
nem tenere Vacon. à Vacon.87.declar. num.13.
lib. 6. & ſic querelans delator dici non po-
9 teſt, quaſi qui querelat protegendæ ſuæ
cauſæ gratia iniuriam ſibi factam ad fi-
ſcum nunciet l.44. ff. de iure fiſci non autem
accuſet; vnde in textu in l. ſi quis 8. C. de ac-
cuſ. diſponitur quod ſi quis ſe iniuriam ab ali-
quo paſſum putauerit, & querelam deferre volue-
rit non ad ſtationarios decurrat, ſed præſidalem
adeat poteſtatem aut libellos offerens, aut querelas
ſuas apud acta deponens ad ſtationarios autem
ſpectat denunciare non querelare, ſeu
10 accuſare, & ideò ſuper hoc multæ poſ-
ſunt afferri differentiæ quarum prima eſt,
11 quod accuſatio eſt remedium ordinarium
cap. ſuper his de accuſatio cap. quoniam de prob.
eo quia iudicium per denunciationem
inceptum magis accedit ad iudicium in-
quiſitiouis quod eſt remedium extraordi-
narium, quam ad iudicium accuſationis
vnde dubitatur ſi vnum ab alio præiudi-
cium recipiat, & dicimus ſi à principio
actor habeat electionem ſi vnum elegit,vel
alterum, tunc præiudicium ſibi infert nam
denuncianti imputatur quare viam ordi-
nariam accuſationis, vel extraordinariam
elegit, vel non elegit, mala enim electio
eſt in culpa l.fin.C. de acquir poſſ.l. manifeſtiſſi-
mi C. de furtis.

Dices quod extraordinarium auxilium
12 ceſſat ſi ante ſententiā quandocunque ſu-
perueniat ordinarium. l. licet ff. naut. caup.
ſtab. nam extraordinarium iudicium in-
ceptum contra tutorē ſuſpectum ceſſat ſu-
13 perueniente ordinarja accuſatione tutelæ,
l. niſi finita ff. de tutel. & rat. diſtrahen. l. poſt
finitam ff. de ſuſpect. tutor. Reſpondetur aut
denunciatio vti remedium extraordinariū
fuit intentatum generaliter contra igno-
tum delinquentem, & tunc nullum præ-
iudicium infert accuſationi poſtea ſuper-
14 uenienti nam tunc dici non poteſt denun-
ciatorem denunciaſſe. l.liber. ff. de inoffic.teſt.
l. diuus ff. de cuſtodia reorum aut denunciator
denunciauit ſpecialiter hominem particu-
larem, & nominatum & tunc poſt incep-
tum iudicium per denunciationem præiu-
dicium cenſetur illatum iudicio per accu-
ſationem poſtea superuento.

Non obſtat contrarium de tutore ſuſpe-
cto accuſato, quia in eo eſt caſus ſpecialis
ſed in delictis puniendis parū refert ſi pro-
cedatur via ordinaria, vel via extraordi-
ria cum vna queq; via tendat ad eūdem ef-
15 fectum ſcilicet ad maleficium puniendum
ideo non refert quomodo fiat. l. 3. C. de in-
ſtit. & ſubſtit. l. gallus §. & quidam ff. de liber.
& poſth.

Secunda differentia eſt quia accuſator de
iure communi debet ſe inſcribere, vt alias
16 dixi,denunciator autem non tenetur ſe in-
ſcribere, cū officium denunciatoris conſi-
ſtat dumtaxat in referēdo non in aſſumen-
do in ſe neceſsitatem probandi l. diuus C.
de cuſtodia reorum.

Tertia differentia eſt quod condemnatus
ex iudicio denunciationis vti ex iudicio
17 extraordinario non efficitur infamis Bald.
in l.Caſſius Longinus num.2. C. de Senator. quia
quod

quod extra ordinem fit quodammodo nõ dicitur factum in iudicio, & ſententia lata in dicto iudicio habet vim interlocutoriç, vt dicit idem *Bald. ibidem*.

Quarta differentia eſt, quia denunciator poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua denunciat,
18 quod non eſt ſic in accuſatore, vt dicit *Scaccia de iudicijs cap.* 55. *num.*3. *verſ. caterum ego, &c.* vbi dicit, quòd non eſt in poteſta-
19 te Iudicis trasformare teſtem in accuſatorem, & è contra, quod non eſt in denunciatore, qui poteſt eſſe teſtis, vt videtur tenere *Auguſt. ad Angelum de maleſ. in verbo nec non ad denunciationem num.* 21. vbi dicit, quod
20 denunciator poteſt eſſe teſtis de viſis ſuper delicto, ſuper quo denunciauit, quia denũciator vti talis denunciat ſecundum conſcientiam publicam, bono zelo; quando verò teſtificatur teſtatur ſecundum propriã
21 & priuatam conſcientiam, & videtur, *textus in terminis*, & ibi *Bald. in cap. in omni negotio de teſtibus*.

Sed ad huius differentiæ intelligentiam
22 ſciendum eſt, quod, aut denunciatio eſt ſimplex, quæ ſolum aperit viam Iudici ad inquirendum de maleficio denunciato, prout faciunt Syndici, & tunc credo, quod iſte denunciator poſſit eſſe teſtis ſuper delicto quod denunciat, puta quia vidit committere delictũ, & tunc de eius viſu poterit teſtificari; aut denunciatio eſt ſubſtantiale initium inquiſitionis, nimirum quod denunciator ſtudeat probare eius denunciationẽ, & ſubminiſtrare probationes, ac intendat iudicium ad finem ſua diligentia perducere, & tunc nullo modò videtur poſſe eſſe teſtis, vt benè notauit *Scaccia d. cap.* 55. *num.* 3. *in verſ. caterum verb. totum igitur hoc, &c.* vbi facit differentiam de Syndico, qui ratione officij cogitur denunciare nulla neceſſitate cogente probandi, quod denunciat *Bald. in cap. pono ſi damnum num.*8. *quæ fuit prima cauſa, &c.* & per conſequens non repellitur à teſtimonio ferendo, & de priuato, qui nullo cogente officio, ex ſe mouetur ad denunciandum; nam cum ipſe potiùs habeatur pro accuſatore, quàm pro denunciatore, vtique à teſtimonio ferendo repellendus eſt.

De Corpore delicti, & quid ſit. Quæſt. IX.

SVMMARIVM.

Corpus delicti in triplici eſt differẽtia aliud facti permanentis, aliud facti tranſeuntis, aliud facti difficilis probationis. num. 1.
Corpus delicti facti permanentis quid ſit. num. 2.
Corpus delicti facti permanentis dupliciter conſideratur velut eſt à parte rei, velut eſt apud acta. num. 3.
Quid ſit prout eſt à parte rei. num. 4.
Quid ſit prout eſt apud acta. num. 5.
Oculi Iudicis certiores aure arbitri ſunt. num. 6.
Ad officium Iudicis pertinet ire, vel Notarium mittere vt factum recognoſcatur. num. 7.
Niſi conſtet aliquem eſſe occiſum non habetur de inquiſito quæſtionem. num. 8.
Animus Iudicis accommodatur ad ea, quæ frequentius accidunt. num. 9.
Scelus in corpore delicti ſat eſt, vt præſumatur ex eodemmet facto. num. 10.
Cogimur apparentiam ſequi, donec contrarium probetur. num. 11.
An quid dolo factum ſit ex ipſo facto intelligitur. num. 12.
Ictus, non cadauer contemplari oportet. num. 13.
Si plures aliquem percuſſerint, & apparet cuius ictu perierit ille quaſi occiderit tenetur. num. 14.
Boni Iudicis partes ſunt curare, vt veritas facti ſine impoſtura, & fraude appareat. num. 15.
Medicis, atque Chirurghis Iudex examinare debet an quis obierit. num. 16.

NVNC accedimus ad ſecundam partem, quę verſatur circa recognitionem facti criminoſi nempe corporis delicti, quæ reſpicit ad modum, ſeu formam eiuſdem facti conſiderandam, & in triplici eſt differentia, nam corpus delicti aliud
1 eſt talis formæ, vt poſſit oculis Iudicis ſubijci ad effectum illud contemplandi, & dicitur facti permanentis; aliud eſt alterius formæ, nimirum quòd ſit capax videri, & iſtud vocant facti tranſeuntis; aliud eſt tertiæ ſpeciei, ſcilicet quod in ſe ſit facti permanentis, ſed difficile ad inſpectionem, prout exemplificari poteſt in cadauere occiſi proiecto in mare, vel alio modo abſcondito, quod appellant factum occultum, & difficilis probationis.
2 Quoad primum querendum eſt quid ſit? & vt intelligatur illius corporis delicti quidditas, ſeu potiùs qualitas ſciri oportet,
3 quòd corpus delicti dupliciter conſiderari poteſt; vno modo, prout eſt à parte rei, alio modo, prout eſt apud acta, primo modo ſpectat ad ipſummet factum, quod oculis inſpicitur, nempè vulnus in cadauere, quod
4 deſcribi poteſt *hyans, patenſq; apertura corporis ictu aliquo in eo inflicta*, vt notat *Bartol. in l. ſi*

*ſeruus §. ſi factum. ff. ad l. Aquil. & in l. lex Cor-
nelia §. 1. ff. de iniurijs*; ſecundo modo per-
tinet ad quamdam ſolemnitatem, qua Iu-
dex, ſeu Notarius de eius mandato factum
ſcilicet vulneris ad acta demandat deſcri-
bens illud, prout eſt à parte rei, & dicitur,
5 *quod ſit de aliquo crimino ſo facto, veluti de ſub-
iecto delictum demonſtrante à Iudice facta diligens
inſpectio*, quæ deſcriptio ſic expoſita, vti
conueniens huic tractatui enucleanda
venit.

Dixi. de aliquo facto, quoniam quoad
forum exteriorem conſiderantur, quæcum-
que delicta, & eorum ſubiecta inſpiciuntur
6 quocircà in facto oculi Iudicis certiores
aure arbitri ſunt, vt ait *Imperator in §. fin. In-
ſtit. de gradibus cognationum*: ad officium enim
Iudicis de delicto cognoſcentis pertinet,
7 vel Notarium mittere, vt per eum deſcri-
batur ipſum factum, vel ſi res exigat etiam
ipſemet Iudex oculis ſuis accedat videndū,
*arg. textus in l. 8. §. ad officium ff. de iudicio fi-
nium regund. Clarus quæſt. 4. verſ. & hæc*.

8 Dixi, crimino ſo; quoniam, niſi conſtet
aliquem eſſe ſcelere occiſum, non habe-
tur de inquiſito queſtio, liquere enim
oportet ſcelere interemptum *l. 1. §. item il-
lud ff. ad Syllan.* ſed ſcias, quod ad corporis
delicti ſcelus probandum neceſſaria non
eſt ſpecialis, inueſtigatio ſceleris, ſufficit
enim, quod animus Iudicis accõmodetur
9 ad ea, quæ frequenter accidunt, quoniam
cum homicidia, verbi gratia frequentiùs
facto hominis accidere ſoleant, *l. vendita ff.
de peric. & commodo rei vend. Spada conſil. 103.
n. 10. lib. 1.* idcircò ſat eſt accipere præſum-
10 ptionem ex eodemmet facto, quod à ſce-
lere proueniat, *Clar. quæſt. 4. verſ. hæc autem*:
nam ſicut an dolo quid factũ ſit ex ipſo fa-
11 cto intelligitur, *l. 1. §. ſed an dolo ff. doli mali
except.* ita an ſcelere factum ſit homicidiũ
ex ipſomet facto intelligi poteſt, nam co-
gimur apparentiam ſequi donec contrariũ
probetur *Bald. & ibi adden. in l. moueor C. ſi
ſeruus exportan.*

12 Dixi, veluti de ſubiecto delictum demõ-
ſtrãte, nõ de ipſo cadauere, ſed de illo facto,
per quod homo ad cadauer redactus eſt;
nempe de vulnere: nam ſi in rixa percuſſus
13 homo perierit, ictus non cadauer contem-
plari oportet *l. 17. ff. de iniurijs* vnde ſi plu-
res percuſſerint, & appareat cuius ictu pe-
14 rierit, ille quaſi occiderit tenetur *l. item me-
la §. ſed & ſi plures ff. ad l. Aquil.*

Dixi, à Iudice, qui in omnibus, & præ-
cipuè in huius recognitionis inſpectione
boni, Innocentiſq; viri officio fungi opor-
15 tet, cuius partes ſunt curare, vt veritas fa-
cti ſine vlla impoſtura, & fraude habeatur,
*arg. in l. cæteræ ff. famil. erciſcun. & in l. ſi ex-
traneus ff. de iure dotium*.

Dixi, facta diligens inſpectio, nimirum
adhibitis medicis, atq; Chirurghis denun-
ciantibus, & Iudice competenti diligenter
16 examinante, an corpus illud ex ictu in di-
cto cadauere demonſtrato fuiſſe ad huiuſ-
modi cadauer redactũ *l. ſemel C. de re milita-
ri lib. 12. Bart. in l. ſi in rixa num. 12. verſ. &
in hoc. ff. de ſicarijs*.

An de corpore delicti facti permanen-tis ſit neceſſarium conſtare. Quæſt. X.

SVMMARIVM.

Neceſſarium eſt conſtare de corpore delicti. num. 1.

*Corpus delicti conſtare debet, ne iudex euagetur in fa-
cto. num. 2.*

*Corpus delicti ad aliud non ſpectat, niſi vt inquira-
tur de delicto, & delinquente. num. 3.*

*Aliud eſt narrare factum per querelam, aliud eſt con-
ſtare de facto ipſo. num. 4.*

*Iudex debet prius inſpicere paſſum, hoc eſt offenſum.
num. 5.*

HAEC concluſio non vi-
detur habere difficultatẽ,
quin ſit neceſſarium cõ-
ſtare de corpore delicti,
nam certum eſt in iure
inquiſitionẽ formari nõ
1 poſſe, niſi prius conſtet
de corpore occiſi, ait *Fa-
rin. quæſt. 2. num. 1. per textum vulgarem in
l. 1. §. item illud ff. ad Syllanianum*, & notat
*Bald. in l. quoties volens §. ſi quis nomen ſub n. 2.
ff. de hæred. inſtituen.* & ratio eſt, ne Iudex, qui
contra reum procedere intendit euagetur
2 in facto, ſed ſit certus delictum fuiſſe pa-
tratum.

Nec dicas ſufficere querelam, ſeu accu-
ſationem, cum ad inquirendum ſola que-
rela ſufficiat abſque eo, quod conſtet de
corpore delicti *Clarus quæſt. 4. in princ.* &
licet corpus delicti non ad aliud deſeruiat,
3 niſi vt inquiratur de delicto, & delinquen-
te. *Farin. quæſt. 1. num. 6. cum ibi alleg.* ta-
men cum ſuppleatur per querelam, vel
accuſationem, non videtur neceſſarium
conſtare de corpore delicti; quia reſpon-
4 detur aliud eſſe narrare factum delicti, aliud
eſſe cõſtare de illo delicti facto ſic narrato:
primo caſu dici poteſt conſtare de facto
per auricularem auditum per ea, quæ dicit
Bald. in l. ſi quis num. 2. C. de accuſat. ſecundo
caſu

Digitized by Google

caſu dicitur conſtare de ipſo facto per ocularem inſpectionem, ne Iudex in delictis puniendis trepidet. *Bald. in l. ſi quis non dicam num. 3. C. de Epiſc. & Clericis.* prius enim inſpicere debet paſſum ideſt offenſum, vt dicit idem *Bald. in l. Teſtium fides §. ſed & diui fratres num. 15. ff. de teſtibus*, vt poſtea ſecurè contra delinquentem inquirere poſſit vti finis inquiſitionis, ad quem tota fabrica proceſſus dirigitur.

An ſit idem conſtare de Corpore delicti, & conſtare de delicto. Quæſt. XI.

SVMMARIVM.

Aliud eſt ſubiectum, in quo conſideratur delictum vti qualitas, aliud eſt delictum, per quod ſubiectum qualificatur. num. 1.

Delictum dicitur offenſio contra ius illata. num. 2.

Corpus, in quo apparet veſtigium delicti, denominatur ab ipſo actu, per quem delictum committitur. num. 3.

Scelus eſt deprauatio, quæ conſiſtit in inordinata voluntate. num. 4.

Sceleritas dicitur fœditas turpi facti animi. num. 5.

De delicto non dicitur conſtare, niſi probatum ſit, quod actus ſcelere patratus ſit. num. 6.

Corpus delicti dupliciter conſiderari poteſt, actiuè ſcilicet in faciente, & paſſiuè nempè in patiente num. 7.

Factum poteſt eſſe ſine delicto. num. 8.

Corpus delicti debet probari per ocularem inſpectionem num. 9.

Quando conſtat de corpore delicti proceditur poſtea ad inueſtigandum de maleficio. num. 10.

Non eſt idem conſtare de corpore delicti, & conſtare de delicto. num. 11.

ET dicendum eſt, quòd non quia vnum ad ſubiectum, alterum ad qualitatem reſpi-
1 cit; aliud enim eſt ſubiectum, in quo eſt delictum, vti qualitas, & aliud eſt ipſum delictum, per quod ſubiectum qualificatur, nam poteſt adeſſe ipſum ſubiectum ſine delicto, non autem delictum ſine ſubiecto, vltra quod diuerſimodè definitur ſubiectum delicti ab ipſo delicto, vt ſupra demonſtrauimus, & de-
2 lictum ipſum dicitur offenſio contra ius illata, ius enim præcipit alterum non lædere §. *iuris præcepta Inſtit. de iuſt. & iure*, & quod committitur lege prohibente, delictum eſt, & hinc ſequitur, quod corpus, hoc eſt ſubiectum, in quo apparet veſti-
3 gium delicti denominatur ab ipſo actu, per quem delictum committitur, & ſic quis dicitur occiſus, vel vulneratus ab ipſo occidere, & vulnerare, & actus ipſe denominatur à ſceleritate, à qua formaliter actus dicitur ſcelus, ſeu delictum, aut crimen, veluti homicidium, vulnus, ſcelus enim eſt deprauatio quædam, quæ conſi-
4 ſtit in inordinata voluntate, vnde ſceleritas dicitur fœditas turpi facti animi, vt di-
5 cit *Ghot. in l. 5. ff. quod metus cauſa*, & idcircò non dicitur conſtare de delicto, niſi in
6 ſpecie probatum ſit delictũ. *Foller. in prax. crim. in verbo capiat informat. num. 1. & ſeq. Guazz. defenſ. 4. cap. 2. nu. 1. facit textus in l. 5. §. docere ff. ne quis eum, qui &c. Farin. quæſt. 2. num. 1.*

Patet quia corpus delicti eſt factum,
7 quod dupliciter poteſt conſiderari; vno modo actiuè nempè ex parte facientis, id eſt delinquentis; alio modo paſſiuè ſcilicet ex parte paſſi, vt dicit *Bald. in l. item mela §. ſed ſi plures num. 2. ff. ad l. Aquil.* primò modo dicitur priuatio rectitudinis; quæ eſt qualitas formalis facti criminoſi, ſecundò modo dicitur ſignum ad oculum patens, idcircò cum factum poſſit eſſe ſine
8 delicto oportet quod corpus delicti pro-
9 betur per ocularem inſpectionem Iudicis, vel Notarij de mandato Iudicis, vt ſupra dixi, & confirmat *Scaccia de Iudicijs c. 83. n. 3 & Bart. in d. §. itẽ illud*, & ratio eſt quia quãdo de eo conſtat, Curia poteſt poſtea pro-
10 cedere ad inueſtigandũ de maleficio. *L. inde Neratius §. fin. cũ l. ſeq. ff. ad l. Aquil.* medijs ſcilicet teſtium depoſitionibus, aut alijs documentis *l. ſciant cuncti C. de probat. Bart. in d. §. item illud.* quare ex ſupradictis clarè dignoſcitur fieri differentiam inter conſtare de corpore delicti, & conſtare de delicto:
11 *Guazz. defenſ. 4. cap. 2. num. 6.*

Quomodo conſtare debeat de corpore delicti. Quæſt. XII.

SVMMARIVM.

Differentia inter probationem corporis delicti per rogitum Notarij factam, & per examen teſtium ſuſceptam. num. 1.

In delicto facti permanentis duo conſiderari poſſunt, nempe ipſum factum, & modus, quo idem factum ſit patratum. num. 2.

Factum ipſum duobus modis conſiderari poteſt; nimirum

rum prout oculis ſubijcitur, & prout ex illo oritur quædam iuris diſpoſitio. num. 3.

Quo caſu Notar. rogare ſe poſſit de corp. delicti n. 4.

Quo caſu Notarius debet ſuper corpore delicti examinare teſtes. num. 5.

Delictum non poteſt probari per inſtrumentum, ſeu per ſcripturas. num. 6. & 8. declara num. 10.

Corpus delicti eſt nudum factum, ex quo reſultat iuris diſpoſitio. num. 7.

Rude factum in corpore delicti dupliciter conſiderari poteſt num. 9.

Notarius quando ſe rogat de corpore delicti, tunc non agitur niſi de probatione indirecta coadiuuãte probationem delicti. num. 11.

Ex ſcriptura cõfecta ſuper corpore delicti Iudex procedit ad inueſtigandum de delicto. num. 12.

SVPRA annuimus, quod corpus delicti facti permanẽtis duobus modis legitimè conſtare poteſt, nimirum vel per rogitum Notarij, vel per Teſtium depoſitiones, vt notat *Farin. conſ.* 185.
1 *num. 3.* & differentia inter vtrumque modum eſt manifeſta, nam quando Notarius ſe rogat adhibet teſtes ad ſolemnitatem rogitus, qui ſine teſtibus nihil ageret. *§. oportet Auth. de Inſtrumen. cauſ. Bald. in rub. C. de fide inſtrumen. num.8.* quando verò conficit ſcripturam, ſecundum quod deponunt teſtes non ad ſolemnitatem, ſed ad veritatem facti indagandam per modũ narrationis adhibet; & ideò ſciendum eſt, quod in corpore delicti facti permanentis
2 duo conſiderari poſſunt, vnum eſt ipſum factum, alterum eſt modus, quo ipſum factum fuerit patratum, ſi conſideramus ipſum factum, tunc iterum diſtingue, aut conſideratur ipſum factum, prout oculis
3 ſubijcitur, aut prout ex illo reſultat quædam iuris diſpoſitio, ſi primo modo conſi-
4 deratur, tunc Notarius conficere poteſt inſtrumentum, nimirum rogando ſe de ijs, quæ vidit in illo facto; ſcilicet cadauer alicuius hominis generis maſculini, ſeu fœminini in terra, ſeu alio in loco, ſeu ſitu poſitum, ſeu diſtentum vulneratum talibus vulneribus, ſeu percuſsũ in tali parte dicti cadaueris, & ſimilia, vt benè notat *Ambroſin. in tract. de modo forman. proceſſ. inform. num. 25. lib. 1.* Si verò Notarius intendat conficere inſtrumentum de modo, quo ipſum factum patratum fuerit, tunc nihil agit inſtrumentum faciendo, quia hoc factum non cadit ſub ſui ſenſu; ſed debet ſuper hoc audire teſtes de hoc informatos, & ſic illos examinare, & eorum depoſitiones recipere, prout etiam idem pariter dicimus de facto, quatenus ex illo reſultet iuris diſpoſitio, quia de hoc nec rogitum facere, nec teſtes audire, cum ad iudicem ſpectet *l. 3. §. idem diuus ff. de teſtib. Bald. ad Rub. C. de fid. inſtrum. num. 33. & in l. contra negantem num. 9. verſ. & tunc licet C. ad l. Aquil. Farin. quæſt. 81. num. 30.*

6 Dices quod delictum ex communi omnium Doctorum opinione non poteſt probari per inſtrumẽtũ, ſeu per alias ſcripturas. *Felin. in cap. cum in Eccleſijs num. 1. de maior. & obed. Cyn. in l. fin. n. 1. C. de probat. Farin. qu. 84. num. 1.* ergo nec corpus delicti, nam cor-
7 pus delicti nihil aliud eſt, quam rude factum, ex quo, vt dixi, reſultat iuris diſpoſitio ſuper tali facto: nimirum an factum licitum, vel illicitum ſit, vt tradit *Boerius deciſ. 168. nu. 2.* ſed nec ſuper nudo fa-
8 cto, nec ſuper iuris diſpoſitione poteſt cõfici inſtrumentũ, vt notat *Farin. d. q. 84. n. 32. in fine verſ. vltra quod, &c.* ergo Reſponde-
9 tur, quod dupliciter conſiderari poteſt hoc rude factum, nam vno modo rude factum conſideratur fiſicè quatenus oculorum inſpectioni ſubijtur; vt eſt illud cadauer
10 vulneratum; altero modo rude factum conſideratur formaliter hoc eſt, quatenus Notarius cogitare poteſt modum, quo cadauer illud fuerit redactum ad eſſe cadaueris, ſcilicet illam vulnerationem, ſeu percuſſionem, quibus cadauer factum fuit, & hoc factum rude non poteſt probari per inſtrumentum, nec per alias ſcripturas, ſed per teſtes, qui dicant vidiſſe Caium v.g. vulnerare, ſeu percutere, vel occidere Seium, & ratio eſt, quia ex iſto actu reſultat (cum fuerit probatus) iuris diſpoſito, nempè vel quod fuerit factus ſe defendendo, vel caſu, vel impetu, aut dolo; nam quando Notarius rogat ſe de corpo-
11 re delicti tunc non agitur niſi de probatione indirecta proueniente ex dicto rogitu, ſed coadiuuante probationem criminis ex.gr. accuſo te quod incendiſti domum meam, hoc incendium teſtibus probo; incendium verò domus probatur per inſtrumentum *Felyn. in d. cap. cum in Eccleſijs,* qui pro cõfirmatione allegat multos, poſt quos dicit facere dictum *Bartoli in l. 1. §. item illud ff. ad Syllan.* dicentis quod Notarius poteſt ſe rogare de vulneribus corporis mor-
12 tui, & ex illa ſcriptura poterit Iudex procedere ad inueſtigandũ de ipſo delicto, de quo teſtes probare debent corã Iudice viua voce deponentes *l. Iudices C. de fide inſtrum. 3. q. 9. cap. teſtes Felin. d. cap. in Eccleſijs per totum de maiorit. & obedien.*

Quomo-

Quomodo Notarius de corpore delicti ſe rogare debeat. Quæſt. XIII.

SVMMARIVM.

Notarius debet ſe rogare de corpore delicti de mandato, & commiſſione Iudicis. n. 1.
Viſitatio facti permanentis eſt actus iuriſdictionalis ideò ſpectat ad Iudicem. nu. 2.
Iudices aut per ſe aut per Notarium viſitare debent cadauer occiſi, & vulnera deſcribere, vel deſcribi facere. num. 3.
Verbum conſtet ad Iudicem non ad Notarium dirigitur. n. 4.
Notarij multi pace bonorum negligunt iuſtitiæ negotium, nu. 5.
Solitum mittendi Notarium ad viſitandum corpus delicti non facit præſumere commiſſionem Iudicis. num. 6.
Solitum fieri non præſumitur factum cum fieri debeat, & ſi non fit iniuſtè, & nulliter proceditur. n. 7.
Ex inſolitis falſitas præſumitur. nu. 8.
Simplex rogitus Notarij ſine enunciatiua commiſſionis Iudicis non probat corpus delicti. num. 9.
Iudex aſſerens habere aliquam facultatem in procedendo contra reum tenetur illam oſtendere. n. 10.
Viſitatio corporis delicti directè non tendit in præiudicium tertij, ſed in commodum iuſtitiæ. nu. 11.
Officiali aſſerenti feciſſe aliquid de mandato ſuperioris credendum eſt quando ſuperior eſt preſens. numer. 12.
De mandato & commiſſione Iudicis conſtare debet, vt afficiat reum. n. 13.
Officiali non eſt credendum in præiudicium tertij. nu. 14. *etiam ſi Princeps ſit preſens, & officialis ſit in dignitate conſtitutus. num.* 15.
Mandatum, & commiſſio ſcribendi ſuper corpore delicti eſt extrinſecæ ſolemnitatis, quæ non præſumitur. n. 16.

CVm non controuertatur, quod Notarius poſſit de corpore delicti inſtrumentum cōficere operæ pretium duxi cogitare quomodo hunc rogitum conficere debeat, & dico non alio modo niſi de commiſſio-
1 ne, & mandato Iudicis nam viſitatio quæ fieri ſolet de facto permanenti, aut ab ipſo Iudice, aut à Notario perfici debet; ſed cum ſit actus iuriſdictionalis potius ad Iudicem
2 quam ad Notarium, qui nullam habet iuriſdictionem ſpectare dicendum eſt, & quatenus fieri contingat à Notario non niſi de mandato Iudicis fieri oportet alias de corpore delicti ſufficienter conſtare non poteſt hinc notat *Vermigl. conſ.* 11. *quod textus in l.* 1. §. *item illud ff. ad Syllan.* preſtiterit normam omnibus curijs, quod iudices, aut per ſe ad viſitationem corporis delicti ac-
3 cedant, aut mittant Notarium qui mortuū videat, & vulnera deſcribat propter verba illius textus ibi *non haberi. queſtionem niſi con-*
4 *ſtet aliquem eſſe occiſum* verbum enim *conſtet* ad Iudices non autē ad Notarios dirigitur, quia notarij per ſe minimè valent huiuſmodi actum perficere *Boſſ. tit. de delictis nu.* 1. *& ſeq. & num.* 24. *verſ. quia iudex Vermigl. d. conſ.* 11. *num.* 1. & hæc concluſio procedit omnino ſiue ſuper viſitatione corporis delicti Notarius examinet teſtes ſiue de ea rogitum faciat *Farin. quæſt.* 84. *num.* 30.

Verū quia, vt plurimū immo ſæpiſſime huiuſmodi viſitatio perficitur à notarijs,
5 quorū multi (pace bonorū) ſæpiſſimè negligūt iuſtitię negotiū idcirco cōtigit aliquādo quod in eorū proceſſu nō apparet de dicta cōmiſſione, dubitari propterea poteſt an proter huiuſmodi ſolitū pręſumi debeat prędicta cōmiſſio, & dicedū quod nō, quia ſolitum mittendi Notarium ad huiuſmodi fun-
6 ctionem faciendam non facit præſumere dictam cōmiſſionem, niſi de ea in proceſſu aliquo modo conſtet; vnde facit regula, quod illud quod ſolitum eſt fieri, non præ-
7 ſumitur factum, cum fieri debeat, & ſi non fit, iniuſtè, & nulliter fit *Bald. in l.* 1. *n.* 2. *C. quomodo & quando* imò ex inſolitis falſi-
8 tas potius præſumitur *Maſc. de prob. concluſ.* 1347. *num.* 29. cum ergo prædicta commiſſio non præſumatur, ſequitur quod non ſolum ſimplex notarij aſſertio, ſed etiam eiuſdem notarij rogitus ſine enunciatione eiuſdem mandati nō probet corpus delicti
9 *Farin. conſ.* 171. *num.* 2. *& quæſt.* 84. *num.* 30. idcirco cum notarius aſſerat viſitaſſe de mādato iudicis præſumitur prædictum mandatum, alias teneretur illud oſtendere, & de illo copiam exhibere *arg. l. primæ C. de mandatis Princip. Maur. Burg. de modo procedendi ex abruto quæſt.* 33. *num.* 10. *& ſeq. & q.* 88. *per totum* vbi dicit quod iudex aſſerens habere
10 aliquam facultatem in procedendo contra reum debet illam oſtendere, & de illa dare copiam: quod non procedit in hoc caſu notarij; tum quia viſitatio corporis
11 delicti directè non tendit in præiudicium tertij ſecundum ea quæ tradit *Oſaſch. dec.* 71. *num.* 13. quia directè tendit ad commodum iuſtitiæ, idcirco ex ſe ſola tertio non præiu-
12 dicat; tum etiam, quia officiali aſſerenti aliquid feciſſe de mandato ſuperioris credendum eſt quando ſuperior eſt præſens. *Oſaſch. dicta deciſ. num.* 4. *Farn. quæſt.* 88. *num.* 13. *Gram. conſ.* 54. *nu.* 17. & de facili poſſit illum con-

conſulere, neceſſarium tamen eſt quod in
enunciatiua proceſſus dictæ viſitationis
notarius faciat mentionem de dicta com-
miſſione ſeu mandato ſibi dato, prout ſty-
lus admiſit licet de iure contrarium deter-
minetur *Caputaquen. decif. 266. num. 2. Boer. de-
ciſ. 258. num. 5. Vermigl. conſ. 11. num. 4.* nimi-
13 rum quod nõ afficeret inquiſitum niſi ve-
re conſtet de dicto mandato ſeu commiſ-
ſione in ſcriptis, vt docet *Parin. quæſt. 97.
nu. 63.* & huius rei ratio eſt vt de illo man-
dato ſeu commiſſione poſſit in defenſioni-
bus diſcuti; officiali enim non eſt creden-
14 dum in preiudicium tertij, vt notat *Bart.
in l. Diuus ff. de cuſtod. reorum Bertazol. conſ.
347. per totum Oſaſch. dicta deciſ. 71. num. 13.*
vbi ampliat concluſionem etiam ſi Prin-
15 ceps fuerit præſens, & officialis fuerit in
dignitate conſtitutus, ergo quanto minus
credendum ſit notario aſſerenti ſcripſiſſe
ſuper corpore delicti de iudicis commiſſi-
ne in loco delicti exiſtentis, niſi in ſcriptis
de dicto mandato conſtet, & ratio eſt quia
16 mandatum, & commiſſo ſcribendi eſt ex-
trinſecę ſolemnitatis, quæ nullo modo prę-
ſumitur, vt docet *Bart. in extrauagant. ad re-
primendum in verbo per nuncium num. 6. Roman.
in l. ſecundum num. 24. ad finem verſ. ego credo
ff. de verb. oblig.* ſed in hoc attendamus con-
ſuetum.

An iudex procedendo ad vlteriora cenſeatur approbaſſe quidquid notarius ſcripſit ſuper corpore delicti. Quæſtione XIV.

SVMMARIVM.

Iudex Procedendo ad vlteriora non cenſetur ratificaſſe geſta per notarium ſuper corpore delicti ſine eius mandato. n, 1.

Ratificatio non comparatur mandato, quod eſt iuris publici. nu. 2.

Ratificatio non æquiparatur mandato quando mandatum requiritur pro forma. num. 3.

Ratum haberi non poteſt quod ratificantis nomine geſtum non eſt in tertij præiudicium. num. 4.

Ratificatio non retrotrahitur ad actum quando actus requiritur pro ſolemnitate. nu. 5.

Iudex non poteſt ratificare, quod ſuo nomine geſtum non eſt. num. 6.

Ratificatio duplex eſt vna attributiua, altera validatiua. n. 7.

Actus duplici nullitate laborare poteſt, vna, quæ funditus tollit actum, altera quæ in aliquo illum ſeruat. nu. 8.

Ratihabitio validat actum quando agens eſt habilis ad illum actum peragendum. num. 9.

Notarius non poteſt per ſe ipſum actum iudicialem peragere. n. 10.

Iudicis auctoritati attribuitur quidquid iudicialiter agitur. nu. 11.

Corporis delicti recognitio pertinet ad iuriſdictionem Iudicis ideo requiritur eius auctoritas in ea peragenda. num. 12.

Auctoritas veluti ſolemnitas quædam debet interuenire tempore actus. n. 13.

Auctoritas differt à conſenſu, quia conſenſus poteſt ſequi poſt actum geſtum auctoritas verò requiritur in actu ipſo. nu. 14.

Notarius vti oculus iudicis non debet inquirere niſi vbi & quomodo iudex, & eius publicum officium requirit. num. 15.

Quod à iudice incompetenti geſtum eſt non poteſt ratificari à iudice competenti. n. 16. declara. nu. 17.

Actus recognitionis corporis delicti non poteſt ſtare in ſuſpenſo. num. 18. limita duobus modis. n. 19.

Commiſſio citationis præſumitur, quando iudex ad vlteriora proceſſit per ſententiam diffinitiuam. num. 20.

In iudicis poteſtate eſt declarare ante rem iudicatam per quemuis actum, ſe ab initio actum commiſiſſe. num. 21.

Sententia iudicis alterius territorij afficit, vt contra condemnatum procedi poſſit etiam non conſtito de corpore delicti. num. 22.

Enunciatiua notarij ſcripſiſſe ſuper recognitione corporis delicti de mandato iudicis habet duplicem ſenſum. n. 23.

Enunciatiua Notarij conſiderata quo ad iudicem mãdantem non poteſt improbari ſecus quoad partes. num. 24.

Enunciatiua Matrimonij in inſtrumento dotis. quando probet matrimonium. nu. 25.

De conſuetudine eſt, quod notario credatur de commiſſione ſibi facta. num. 26.

DVplicem ſenſum hæc concluſio habere poteſt; vnum ſcilicet, quando notarius nullum mandatum in proceſſu enunciauerit; alterum quando dumtaxat in ſcriptura enũciauerit ſcripſiſſe de mandato, & commiſſione iudicis.

Quoad 1. certũ eſt quod cũ mandatũ, ſeu
cõmiſſio pręſumenda non ſit vt dixi & fir-
mant *Bald. in l. fin. C. de exhibend. reis Aretin.*
1 *conſ. 33. num. 5.* idcirco iudex procedendo ad
vlteriora non cenſetur ratificare, & ratio
eſt; tum quia notarius ſcribendo ſine man-
dato iudicis aſſumit in ſe onus, quod ſibi
non competit; tum quia ratificatio compa-
ra-

ratur mandato priuati non mandato, quod
2 eſt iuris publici;tum etiam quia ratificatio
non æquiparatur mandato quando manda-
3 tum requiritur pro forma *Natta conſ.430.
n.28.* prout requitur in Notario ſcribēte *Bal.
in Rub. C. de fide inſtrument.n.28.* tum tandem
quia obſtar regula,quod ratum haberi non
poteſt, quod ratiſicantis nomine geſtum
4 non eſt in tertij præiudicium *cap. cum quis
24. in fine de ſententia excom. in 6. cap. ratum de
reg.inr. Ruin. conſ. 66. nu. 6. lib. 1.* ſuadet hæc
omnia conſideratio *Gratian. in diſcep. 124.
num.22. & 23. & Decij conſ.369.num.16.* ſcili-
cet quod ratificatio non retrotrahitur ad a-
5 ctū,quando actus requiritur pro ſolēnitate
Dices quod ſufficiat, notarium ſcripſiſ-
ſe vti publicum miniſtrum, vt poſtea iudi-
ce ratificante, ſeu approbante, actus ſuper
corpore delicti factus ſuſtineatur Reſpon-
detur, quod non idcirco actus valet per
argumentum *gloſa in verbo imponendo in l. cū
non ſolum §. & filios C. de bonis qua lib.* arguen-
6 do à parte ad iudicem, & ratio eſſe poteſt
quia iudex non poteſt ratificare, quod ſuo
nomine geſtum non eſt, & vt clarior hæc
ſolutio reddatur notandum eſt, quod rati-
7 ficatio duplex eſt vna attributiua, quæ ra-
tum habenti tanquam principali factum
attribuit, & tunc habet locum regula ſu-
pradicta ſcilicet, quod ſuo nomine geſ-
tum non eſt,ratificari non poteſt: vnde cū
id quod ſcribit notarius ſuper corpore de-
licti tamquam ſeruus pub. ei non attribui-
tur, ſed iudici,idcirco non poteſt ex poſt
facto illud iudex ratificare quia à principio
geſtum non eſt nomine iudicis; altera rati-
ficatio eſt validitatiua, quæ conualidat,
quod nullum eſt, & hinc pariter no-
8 tandum eſt, quod actus duplici nul-
litate laborare poteſt; vna, quæ funditus
tollit actum;altera quæ non tollit actum
funditus, ſed in aliquo ſeruatur *iuxta textum
in l. ſi fundus §.1.ff. de pignoribus &c.* à quo in
propoſito noſtro ſic argumentari poteſt,
nam ratihabitio de qua loquitur dictus tex-
tus conualidat actum pignorationis eo
9 quia pignorans erat habilis ad dictum actū
ſed prohibitus ad illum actum peragen-
dum,eo quia nō interuenit conſenſus Do-
mini:vnde ſuperueniente ratificatione cō-
ualidatur, ſed in caſu noſtro notarius ex ſe
10 non eſt habilis, nec poteſt actum iudicia-
lem adminiſtrare, ſed ſpectat omnino ad
poteſtatē iudicis, & in eo quidquid agitur
11 iudicis authoritati attribuitur ac proinde
ratificatio ſuperueniens nihil operatur fa-
cit *gloſ.ordinar. in l. inſtar C.de iure fiſci lib.10.
verſ. item nota hic argumentum Bald. in l.1.n.18.
C. ſi à non competen. &c.* & ratio eſt quia hoc
negotium non ſpectat ad ratificationem
ratihabitione, ſed mandato,ideo niſi appa-
reat, quod notarius de iudicis commiſſio-
ne ſuper actu corporis delicti ſcripſerit. ni-
hil agit. Vnde cum recognitio corporis
12 delicti ſit, & pertineat ad iuriſdictionem
iudicis meritò à principio requiritur eius
authoritas nec per rathihabitionem poſtea
ſequutam, vel tacite per proceſſum ad vl-
teriora, vel etiam expreſſe ratificando ni-
hil operatur quia auctoritas veluti ſolem-
13 nitas quædam debet intereſſe tempore,
quo actus perficitur, & eodem contextu
interponi debet, *vt in cap. dudum de reb. Ec-
cleſ. non alien. lib.6. Bald. in dicta l. cum non ſo-
lum §. ſin autem num. 1. verſ. & eſt ratio C. de*
24 *bonis qua lib.* & in hoc differt auctoritas à
conſenſu, quia iſte poteſt ſequi poſt actum
geſtum. *l. iubemus C. de emancip.lib.* ibi dum
dicit *auctoritate precedente* Notarius enim
cum ſit oculus iudicis non debet inſpice-
15 re niſi vbi, & quomodo iudex, & eius
publicum officium requirit argumēto eo-
rum quæ tradit idem *Bald. in dicta l. cum non
ſolum §. neceſſitate num. 25. & 26. C. de bonis
qua lib.*
Corroboratur ex eodem *Bald. in l. obſer-
uare §. poſt hæc num. 13. ff. de offic. proconſ.* vbi
16 dicit quod *quidquid factum eſt à iudice incom-
petenti non poteſt ratificari à iudice competenti cu-
ius nomine factum eſt* Et ſi replices, quod iu-
dex vti iudex tenetur illud confirmare ar-
gumento textus *in l. inſtar ff. de iure fiſci lib.
10.* & tunc actus ſi non valet vti auctori-
zatus valet vti confirmatus à iudice. Re-
17 ſpon. quod aut actus poteſt ſtare in ſu-
ſpenſo aut opus eſt quod ſtatim perficia-
tur; primo caſu bene procedit obiectum;
ſecundo vero caſu non *Bald. in dicta l. cum
non ſolum §. ſin autem num.2. C.de bonis qua lib.*
ſed cum actus de quo loquimur non poſ-
18 ſit ſtare in ſuſpenſo cum agatur de iudi-
ciali recognitione corporis delicti quæ re-
quirit inſtantaneam perfectionem idcirco
neque poterit poſtea à iudice confirmari.
Sed limita ſupradicta duobus modis primò
19 non procedere quando à parte non fue-
rit oppoſitum quia tunc actus ſuſtinetur
etiā ſi factus fuerit ſine iudicis auctoritate,
vt notat *Vermigl.conſ.12. nu.7. & citat Roman.
conſ.497.num.6.verſ.2. quia.*
Secundò limita non procedere quando
fuerit lata ſententia per ea quæ tradit, *Me-
noch. de præſump.lib.2. præſumptione 24.num.12.*
vbi dicit, quod commiſſio citationis præ-
20 ſumatur quando iudex ad vlteriora pro-
ceſſit per ſententiam diffinitiuam, quod
idem refert *Vermigl.d.conſ.12. num.7.* & ratio
eſt ſubiungit ille, quia ante rem iudicatam
eſt

eſt in poteſtate iudicis per quẽuis actũ de-
clarare ſe ab initio mandaſſe alias de ſub-
21 ſtantia auctoritatis, & mandati eſt, vt de
ea preambulè conſtet, & allegat *Angel. de
malefic. in verbo iudex, commiſſit num. 10. ad fi-
nem verſ. ſecus autem.*

Immo notandũ, quod ſi contra aliquem
exhibetur ſententia cõdemnatoria lata per
22 iudicem alterius territorij prorſus ſepara-
ti; poteſt procedi contra condemnatum per
illam ſententiam, etiam non conſtito de
corpore delicti *Baiard. ad Clarum queſt. 55.
num. 17. Clar. queſt. 54. num. 6. Spada conſ. 65.
num. 31. verſ. minus obſtat lib. 1.*

Quo ad ſecundum nimirum quãdo dum-
taxat notarius enunciauit ſcripſiſſe de mã-
dato, & commiſsione iudicis, quod quo-
tidie faciunt Notarii, quando reum ſeu te-
ſtes examinant, dicimus, quod tunc per
proceſſum ad vlteriora iudex cenſetur ra-
tificare quidquid notarius ſcripſerit. Sed
ad huius concluſionis intelligentiam ad-
uertendum eſt, quod enunciatio huiuſ-
23 modi quã facit notarius ſcripſiſſe ſuper re-
cognitione corporis delicti de mandato iu-
dicis duplicem habet conſiderationem,
vnam reſpectu ad ipſum iudicem mandan-
tem; alteram reſpectu ad partes; ſi enuncia-
tiua mandati ſeu commiſſionis conſidera-
tur per reſpectum ad iudicem qui per pro-
ceſſum ad vlteriora mandatum, ſeu com-
miſsionem approbauit non poteſt impro-
24 bare; ſi verò conſideratur per reſpectum
ad partes inter quas de dicta enunciatiua
contingat principaliter diſputari in iudicio
huiuſmodi enunciatio non probat *argumen-
to textus in cap. illud. de præſump.* vbi enuncia-
25 tio matrimonij facta in inſtrumento dotis
ſi contingat dubitari de matrimonio enun-
ciato illa enunciatiua nõ plenè probat ma-
trimoniũ: vnde arguẽdo dicimus, quod ſi de
mandato iudicis enunciato in proceſſu ſu-
per recognitione corporis delicti dubitari
contingat talis enunciatio per ſe non pro-
bat dictum mandatum. Et cum dicimus,
26 quod Notario credatur de commiſſione
ſibi facta hoc procedit de conſuetudine, ſeu
de ſtylo non autem de iure, vt ſupra dixi.

An judex incompetens quo ad cauſam delicti principalem ſit incompetens quo ad corporis delicti recognitionẽ Quæſt. XV.

SVMMARIVM.

Probatio ſuper corpore delicti eſt præparatoria ad cauſam delicti principalem. n. 1.

In connexis idem eſt iudicium. numer. 2.

Corporis delicti probatio ordinem aliquem ſignificat cum prius de illo conſtare debeat, quam deueniri ad alios actus. num. 3.

Præparatorium, & præparatum ſunt eiuſdem naturæ ideo ſunt eiuſdem iuriſdictionis. n. 4.

Quædam valent ad præparandum quæ non valent ad decidendum, nu. 5.

Probatio ſuper corpore delicti non eſt deciſoria cauſæ principalis ideo poteſt ſumi à quolibet iudice. n. 6.

Probatio corporis delicti conſiſtit in ſola, & nuda notione. n. 7.

Notio ſpectat ad actum ſimplicis iuriſdictionis quæ penes quemcumque iudicem reperitur. nu. 8.

Notio corporis delicti delegari poteſt, num. 9.

Ea quæ ſunt meri imperij delegari non poſſunt. n. 10.

Probatio corporis delicti eſt de ordinatorijs cauſæ non iudicij. nu. 11.

Ordinatoria cauſæ vti concernentia factum, probant etiam coram competenti, licet fuerint ſumpta ab incompetenti iudice. num. 12.

Probatio ſuper corpore delicti ſumi poteſt ab incompetenti; ne forſan prius quam à competenti ſumeretur periret. n. 13.

PRima facie videtur di-
cendum, quod ſit in-
competens, quia pro-
batio, quæ ſit ſuper
1 corpore delicti eſt præ
paratoria ad cauſam
principalem, vt tra-
dit *Marcus Angelus Leo-
nus in tract. de præparat.
iudiciorum par. 2. præparatorium 30.* quo circa
ſequitur quod ſit de connexis eiuſdẽ cau-
1 ſæ principalis, & in connexis idem eſt iu-
dicium, vt dicit *Decius conſ. 420. num. 2. lib. 3.*
& ad paria iudicantur veluti via ſine qua
ad terminum perueniri non poteſt, vt di-
cit. *Bald. in l. ſi fundus §. qui fundum in fin. ff.
de leg. 1.* quod autem corpus delicti ſit quid
prçparatorium ad cauſam principalem de-
licti patet, quia ordinem aliquem ſignifi-
3 cat cum prius de corpore delicti conſtare
debet antequam iudex criminalis deueni-
re poſſit ad aliquem alium actum contra
delinquentem *per textum vulgarem in leg. 1. §.
item illud ff. ad Syllan.* exinde enim ſequitur
quod cum prçparatorium, & prçparatum
4 ſit eiuſdem naturæ, meritò debẽt eſſe eiuſ-
dem cognitionis, & iuriſdictionis, & ideo
ſi iudex non eſt competens in cauſa prin-
cipali non erit competens in præparatorijs
& ſic in probatione corporis delicti.

Sed his minimè obſtantibus contrarium
verius puto quia quædam valent ad præ-
5 parandum, quæ non valent ad decidendum
vt dicit *Bald. in l. Iulis num. 4. C. de his qui vt*

in

indic. nam probatio quæ ſuper corpore
delicti ſumitur eſt ſola probatio præpara-
toria, ſine qua proceſſus cauſæ principalis
inchoari non poteſt, non autem eſt pro-
6 batio deciſoria eiuſdem cauſæ principalis,
ideò poteſt à quocumque fieri, & ratio eſt
quia conſiſtit in ſola, & nuda notione ali-
7 cuius rudis facti permanentis *Farin. q. 34.
num. 31. & 32.* quæ ſpectat ad actum ſim-
plicis iuriſdictionis criminalis, quæ penes
8 quemcumque Iudicem criminalem repe-
ritur, & hinc ſequitur quod quilibet Iu-
dex Criminalis poterit ſuper corpore deli-
cti probationes ſumere; at verò cum de
cauſa principali agatur, ſcilicet de legiti-
mè inquirendo contra delinquentem, tunc
nonniſi per Iudicem habentem non ſolum
ſimplicem iuriſdictionem, ſed etiam ha-
bentem merum imperium, & hinc eſt,
9 quod prædicta notio ſuper recognitione
corporis delicti delegari poteſt, prout quo-
10 tidie faciunt Iudices, quæ ſi eſſet de mero
imperio nequaquam delegari poſſet *l. 2. C.
de pedaneis iudicijs*; vel dicendum eſt, quod
11 probatio corporis delicti eſt de ordinato-
rijs cauſæ, & nō de ordinatorijs iudicij, id-
circò huiuſmodi ordinatoria cauſæ habita
coram Iudice incompetenti vti concernen-
12 tia factum, probant etiam coram Iudice
competenti, & facit *tex. in l. fin. C. de teſti-
bus*, & ratio eſt, maximè in caſu noſtro,
13 quia poteſt euenire, ſicut ſæpiùs euenit,
quod huiuſmodi cognitio facta ſuper cor-
pore delicti fruſtraretur, & periret, & gra-
ue eſſet, quod talia perirent, cum non poſ-
ſint de facili iterari per ea, quæ proportio-
nabiliter ſumi poſſunt *ex Felin. in cap. præſen-
tata num. 9. de teſtib. & atteſt.* & ex his facilli-
mè reſponderi poteſt contrarijs.

An Corpus delicti probari poſſit per teſtes de viſu tantùm.

Quæſt. XVI.

SVMMARIVM.

Iudex habens facilem facultatem inſpiciendi corpus delicti non poteſt illud probare per teſtes de viſu. num. 1.

In delictis facti tranſeuntis corpus delicti probari poteſt per teſtes de viſu. num. 2.

Corpus delicti facti permanentis difficilis inſpectionis poteſt probari per teſtes de viſu. num. 3.

In ijs, quæ ſunt difficilis probationis contenti eſſe debemus de his, quæ haberi poſſunt. num. 4.

De difficultate oportet quod conſtet. num. 5.

Negligentia viſitandi corpus delicti nocet, nec per teſtes de viſu ſuppleri poteſt num. 6.

Qualitas aliqua quando eſt deducta in inquiſitione, niſi probetur, non poteſt ſequi condemnatio. nu. 7.

Etiamſi inquiſitus delictum confiteretur. num. 8.

Qui ſe aſtringit ad aliquam qualitatem, allegando ſubſtantiam, & qualitatem, tanquam vnum, & idem illam debet probare. num. 9.

Quando qualitas non alterat naturam cauſæ, tunc accuſator, vel fiſcus non videtur ſe aſtringere ad illam probandam. num. 10.

Quando duo, vel plura ſunt neceſſaria ad vnum, alterum adeſſe non ſufficit. num. 11.

Qualitas fracturæ adiuncta furto eſt acceſſoria, quæ poteſt deſtrui remanente principali. num. 12.

Qualitas fracturæ in furti querela ponitur per ampliationem cauſa aggrauandi delictum. num. 13.

Accuſator de conſuetudine non proponit vnam legem pro pœna infligenda reo, ſed omnem legem, quibus puniri poſſit. num. 14.

Accuſator non ſe aſtringit connexè ad probationem ſubſtantiæ, & qualitatis ſimul, ſtante clauſula ſuper quibus. num. 15.

Si intentatur delictum de nocte, & probatur de die reus abſoluitur. num. 16.

Qualitas duplex eſt, vna, quæ remouet factum à naturali eſſe, altera, quæ non remouet. num. 17.

Non eſt licitum mutare querelam. num. 18.

ET ad huius concluſio-
nis euidentiam recur-
rendum eſt ad diſtin-
ctionem, aut Iudex
habuit facultatem in-
1 ſpiciendi, & corpus
delicti fuit facilis in-
ſpectionis, & tunc nul-
lo modo poteſt proba-
ri per teſtes de viſu, vt dicit *Scaccia de iudi-
cijs cap. 83. num. 17. Clarus quæſt. 66. in princ.
Paul. de Caſt. in l. quoties §. ſi quis nomen nu. 3.
verſ. contrarium ff. de hæred. inſtituen.* & ratio
Scacciæ eſt, quia ſi diceretur conſtare de
corpore delicti, quando duo, vel plures
teſtes deponerent de viſu ſequeretur, quod
in hoc nō daretur differētia inter delictum
facti permanentis, & delictum facti tran-
2 ſeuntis, quia etiam in delicto facti tran-
ſeuntis poteſt conſtare de delicto, ex quo
teſtes viderunt, quando Titius v. g. cola-
phum impegit Meuio, hoc idem etiam
tenet *Farin. quæſt. 2. ſub num. 6. verſ. liquidè
autem in fine, & in conſ. 185. num. 6. Hon-
ded. conſ. 106. num. 19. lib. 1. Seraph. deciſ.
972. num. 21.*
Aut non fuit facilis eius inſpectio, &
3 tunc puto per teſtes de viſu probari poſſe
corpus delicti, quia in ijs, quæ ſunt diffi-
cilis inſpectionis, & probationis ocularis
4 contenti eſſe debemus de ijs, quæ haberi
poſſunt

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

poſſunt, vt dicit *Farin. quæſt.* 46. *num.* 38. *Alex. conſ.* 24. *num.* 6. 20. *&* 42. *lib.* 2. ne delicta euadant impunita, benè tamen verũ eſt, quod de dicta difficultate in pro-
5 ceſſu conſtare debet, vt notat *Vermigl. conſ.* 59. *num.* 3. quocircà aliquando dubitaui, an corpus delicti, puta furti cum fractura non probatum niſi per teſtes de viſu ſufficiens ſit ad torturam, ſaltem quoad furtum ſimplex, & dixi quod cum fractura ex parte Fiſci commodè viſitari potuerit, & ex negligentia non fuerit facta viſitatio
6 corpus delicti, ſcilicet furti cum fractura non videtur probatum, cum fuerit facti permanentis: ſuper quo non ſufficit examinari teſtes de viſu, vt dicit *Farin. q.* 2. *n.* 6. *& in conſ.* 185. *num.* 9. *& Scaccia de iudicijs cap.* 83. *nu.* 17. *Hond. conſ.* 106. *nu.* 19. *lib.* 1. ſed Iudex proprijs oculis, vel Notarius de mãdato Iudicis inſpicere debet, quod cum factum nõ fuerit, & potuerit fieri deficit corpus delicti. Idcircò dubitari poteſt an ſaltem procedi poſſit ad torturã pro ſimplici furto, nempè probata præexiſtentia, & deficientia rerum derubatarum, ac bona fama derubati, & illius conquæſtionibus nulla habita ratione ad qualitatem fracturæ.

Et prima facie videtur diceñ, quod non, quia quando aliqua qualitas eſt deducta in
7 accuſatione, ſi non ſit probata non poteſt ſequi condemnatio *Bart. in l. is, qui Reus ff. de pub. iudic. Marſ. conſ.* 7. *nu.* 68. quod etiam
8 procedere dicitur ſi reus delictum confiteretur ſine dicta qualitate *Gram. conſ.* 71. *nu.* 51 *circa finem* quantò minus ergo deueniri poſſet ad torturam, & per conſequens reus veniat abſoluendus *Farin. conſ.* 55. *num.* 6. *& conſ.* 205. *num.* 20. & ratio eſt, quia accuſator, ſeu Fiſcus ſe aſtrinxit ad dictum factum ſic qualificatum, ideò imputet ſibi vt dicit *Bart. in l. Diuus allegat. per Bald. in l. Iudicati num.* 6. *C. ſi ex falſis inſtrumentis* ſub-
9 dens quod ille videtur ſe aſtringere, qui factum qualificat, allegando ſubſtantiam, & qualitatem, tamquam vnum, & idem per ea, quæ docet *Bald. in d. l. iudicati, & d. n.* 6. *C. ſi ex falſis inſtrumentis* ſed non curando de ſupradictis, dicimus conſiderandam eſſe naturam cauſæ, nam ſi qualitas ſit ta-
10 lis, quæ naturam cauſæ non poſſit alterare, tunc accuſator, ſeu Fiſcus non videtur ſe aſtringere, ſi verò qualitas ſit talis, quę naturã cauſæ poſſit alterare, tũc oportet, quod qualitas de neceſſitate probetur *c. licet cauſã de prob. l. in delictis* §. *ſi detracta ff. de nox al. action. l. Prætor* §. *edocere ff. de vi bon. rap. cap.* 2. *de reſcri-*
11 *ptis*: nam quoties duo, vel plura ſunt neceſſaria ad vnũ, alterum adeſſe non ſufficit *l.* 3. §. *hoc autem ff. de itin. actiuq; priuat.*

Vnde veniendo ad noſtrũ caſũ, dũ accuſator, vel Fiſcus propoſuit querelã de furto cũ fractura nõ videtur ſe aſtrinxiſſe ad probationem qualitatis fracturæ; quia hæc
12 qualitatis adiectio eſt acceſſoria, quæ poteſt deſtrui remanente principali *l. pacta ff. de contrah. empt.* & videtur detrahere qualitatem eo ipſo quod petitur puniri de facto ſimplici iuxta theoricam *Bartoli in l. denunciaſſe* §. *ſi quid tamen num.* 2. *ff. de adulterijs*. &
13 ratio eſt, quia huiuſmodi qualitas ponitur per ampliationem cauſa aggrauandi delictum. *l.* 4. §. *aduerſus ff. de ſepul. violato l.* 1. *in fine ff. de abigeis.* ideò vtile per inutile non debet vitiari *l. ſi cui ff. de legat.* 1. & quamuis de iure videantur ſupradicta in contrariam partem adducta poſſe ſubſtineri ſecundum *Iacob. de Arez.* vt dicit *Bald. in l. poſſeſſiones num.* 8. *verſ. ex quibus C. de probat.* tamen
14 quia accuſator de conſuetudine non proponit vnam legem pro pœna infligenda reo, ſed omnem legem, quibus puniri poteſt, dum dicit peto ipſum puniri ſecundum formam iuris, & ſtatutorum, ideò non ſe aſtringit connexè ad probationem
15 ſubſtantiæ, & qualitatis ſimul, maximè ſi in accuſatione adſit clauſula *ſuper quibus omnibus, & ſingulis, &c.* quæ eſt clauſula diſtinctiua, vt notat *Clarus quæſt.* 66. *num.* 4. *verſ. ſcias autem. Bald. vbi ſupra*, & idcircò ſufficit alterum probari.

Dices quod ratione diuerſæ qualitatis requiruntur duo iudicia, vnde cum ego intento iudicium furti cum fractura, & probo furtum ſimplex, reus debet abſolui; ſicuti cum intento dolum, & probo culpam leuem, vel latam, reus debet abſolui, quia primò, & principaliter non eſt actum ex hoc capite *l. illud ff. de liber. cauſa*, ita pariter ſi intento delictum de nocte pa-
16 tratum, & probatur dę die reus venit abſoluendus, vt dicit *Bald. in dicta l. poſſeſſiones num.* 8. *circa finem C. de probat.* Reſpond. quod
17 duplex eſt qualitas; vna, quæ remouet factum ſimplex à naturali eſſe, vt eſt illa qualitas noctis, quæ aduerſatur qualitati diei, nam impoſſibile eſt, quod idem actus momentaneus ſit factus de die, & de nocte, ideò reus hoc caſu debet abſolui, quia Fiſcus ipſe ſibi eſſet contrarius propter incompatibilitatem temporis; alia eſt, quæ non remouet factum ſimplex à naturali eſſe, vt in furto, quod naturaliter habet eſſe furti, vel ſi ſit ſimplex, vel ſi ſit cum fractura, nam ſemper naturaliter dici poteſt quod ſit contrectatio rei alienæ.

Et ſi replices quod non eſt licitum mutare querelam, vt notat *Farin. conſ.* 9. *nu.* 5. idcircò cũ accuſatio de furto fuerit expoſita cum

tu cum qualitate fracturæ non videtur licitum Fiſco mutare dictam querelam *Clarus d. quæſt. 66. num. 4. verſ. ſed quando*: reſpondetur quòd obiectum procedit de iure, ſed concluſio noſtra procedit de conſuetudine vt benè notat idem *Clarus d. quæſt. 66. d. n. 4. verſ. ſcias tamen.*

An per peritos probari poſſit Corpus delicti. Quæſt. XVII.

S V M M A R I V M.

Probatio non deſumitur ex indicio, ſed ex teſtimonio. num. 1.
Periti ſuper eo, ſuper quo peritiam exponunt non deponunt, ſed indicant. num. 2.
Peritorum iudicium fallax eſt, & non facit plenam probationem. num. 3.
Probatio corporis delicti etiam à peritis ſumi poteſt. num. 4.
Peritiæ peritorum ſtādum eſt potius, etiam ſi pauciores ſint quàm peritiæ vulgarium. num. 5.
Periti vt probent, ſufficit quod dicant de credulitate per canones Hypocratis, &c. num. 6.
Periti licet non ſint veri teſtes, tamen non excuſantur à teſtimonio per verbum credo. *num. 7.*
Verbum credo *eſt indifferens ad verum, & falſum, & interdum facit probationem. num. 8.*
Periti non præſumuntur, quod ſine ratione peritiam faciant. num. 9.
Periti in materia ſpectante ad artem ſuam per verbū credo *aſſerentes probant. nu. 10.*
Periti tenentur iurare non de veritate, ſed de conſcientia, & credulitate. num. 11.

1 Difficultas huius concluſionis eſt, quia probatio non deſumitur ex iudicio, ſed ex teſtimonio, nam cum periti veluti iudices in eorum arte ſuper eo, ſuper quo peritiam exponunt veritatem non deponunt, ſed de ea iudicant, idcirco nullo modo videntur
2 probare corpus delicti, quia periti propriè non ſunt teſtes, vt dicit *Bald. in l. eadem n. 4. ff. de ferijs*, idcircò fallax eſt iudicium pe-
3 ritorum. *Farin. conſ. 108. num. 55. verſ. vbi quod, &c.* & in criminalibus peritorū iudiciū nunquam facit plenam probationem, vt dicit idem *Farin. conſ. 179. num. 5.*

Sed difficultas iſta moderatur ex factorum, & caſuum contingentia, nam aliquando eueniunt caſus, in quibus nec teſtes, nec eorum depoſitiones ſufficiunt ad probationem, idcircò ad peritiam recurrēdum eſt, quoniam in delictis maximè difficilis probationis oportet ſumi illas pro-
4 bationes, quas poſſumus; ac proindè non eſt inconueniens illas reducere ad peritorum iudicium, etiamſi agatur de probando corpore delicti, vt docet *Boſſ. tit. de delicto num. 7. Clar. quæſt. 4. num. 5. Farin. qu. 2. num. 29. verſ. altera coniectura Vermigl. conſil. 480. num. 9.* hinc eſt quòd quando dubitatur an vulneratus perierit ex vulnere, vel alia ex cauſa adhibentur periti, quorum
5 dicto potius quam vulgarium ſtādum eſt, etiamſi periti eſſent pauciores, quia ipſi melius nouerunt factum *Alex. conſ. 148. n. 1. lib. 2.* & hoc iudicium fieri non poteſt, niſi periti per ocularem inſpectionem factum inſpiciant *l. 2. ff. de ferijs. Bald. in l. ſi quis numer. 4. ff. ſi ex noxali cauſa aga-*
6 *tur*. ſufficit enim quod dicant de credulitate per canones Hypocratis, Galeni, & Auicenæ *Bald. in l. 1. §. idem Labeo num. 6. & 7. ff. de aqua pluu. arc.* & hinc eſt, quòd *Bald.* ſubiungit *in l. data opera nu. 23. verſ. ſi autem C. de ijs, qui accuſare non poſſunt*, quòd periti licet non ſint veri teſtès, ſed præſumpti cum admixto iudicio artis, tamen non
7 excuſantur à teſtimonio, ſi teſtificantur per verbum *credo*, quod eſt indifferens ad
8 verum, & falſum, nam interdum verbum *credo* facit probationem ex addita ratione, quia peritus præſumitur, quod non ſine ratione peritiā faciat, vt quando à perito pro-
9 fertur peritia in materia ſpectanti ad artem ſuam, & tunc eius dictum per verbum *credo* pro aſſertione habetur; ac ideò
10 periti tenentur iurare non de veritate,
11 ſed de conſcientia, & credulitate. *Bald. in l. comparationes num. 4. verſ. ſexto not. C. de fide inſtrumentorum Alexand. conſ. 87. num. 3. lib. 7.*

De Corpore delicti facti tranſeuntis.

Quomodo delictum dicatur facti tranſeuntis. Quæſt. XVIII.

S V M M A R I V M.

Factum tranſiens perpetuatur in memoria offenſi. n. 1.
Delicta, quæ tranſeunt dupliciter conſiderantur quædam quæ citò tranſeunt quædam, quæ non ita citò tranſeunt. num. 2.
Vulnus eſt perpetua priuatio reſultans ex actu tranſacto. num. 3.

Teſtis,

Digitized by Google

Teſtis, qui deponit in factis tranſeuntibus illicò probat corpus delicti. num. 5.

Actus, qui non ita cito tranſit eſt expreſſiuus alicuius facti malo animo. num. 6.

Per actum tranſeuntem datur cognoſci modus, quo delictum explicatur, & ex actibus tranſeuntibus conſideratur quid reſidet in animo agentis tanquam quid permanens. num. 7.

Non datur actus tranſiens, qui non relinquat poſt ſe ſaltem veſtigium formale. num. 8.

Factum pingit in memoria hominis cum quadam tenacitate eius recordationem. num. 9.

Qualitates quædam veluti cicatrices infiguntur in mente hominum à quibus ſanari non poſſunt. n. 10.

Factum licet tranſeat remanet ſecundum memoriam eius. num. 11.

Permanentia formalis apud Iuriſtas non habetur in conſideratione. num. 12.

Permanentia illa ſola dicuntur. quæ materiali veſtigio ſe detegunt. num. 13.

Delicta facti tranſeuntis veſtigia non relinquunt, vel relicta citò tranſeunt. num. 14.

HIC quærendum eſt, quomodo delictum dicatur facti tranſeuntis, cum per quamdam permanentiam non videatur tranſa-
1 ctum ſcilicet per perpetuationem in tenaci memoria offenſi, vnde inoleuit illud prouerbium ſcribit *in marmore læſus* ad demonſtrandam permanentiam facti iniurioſi. Reſpondetur, quod
2 delicta, quæ tranſeunt ſunt in duplici differentia, nàm alia ſunt, quæ citò tranſeunt veluti verba iniurioſa, alia ſunt, quæ non ita citò tranſeunt, ſed habent prout eſt in fieri aliquam temporalem moram, vt ſunt inſultus, vel actus percutiendi, qui actus non remanent, ſed tranſeunt poſt inſultum, & percuſſionem, licet aliquando tranſeũdo relinquant aliquod veſtigium, puta vulne-
3 ris ex illo actu illati, quod vulnus cum ſit perpetua priuatio; eſt quidam actus permanens reſultans ex actu tranſeunti ſcilicet percuſſionis, & inſultus, & ſic habes, quod actus, qui tranſeunt, vnus eſt, qui non
4 eſt aptus relinquere veſtigium poſt ſe, vt verbum iniurioſum, alter, qui poteſt veſtigium poſt ſe relinquere, vt percuſſio, & in iſtis duobus caſibus teſtes, qui deponunt
5 de facto principali deponunt etiam de corpore delicti, benè verum eſt, quod ille actus, qui non ità citò tranſit, ſed propter aliquam moram non poteſt dici permanẽs, eſt tamẽ expreſſiuus alicuius facti malo
6 animo patrati, & ſic declarat quã mente factum ſit, nam non ſolum per inſtantaneam verborum prolationem, ſed etiam per actum tranſeũtem datur cognoſci modus, quo delictum explicatur, & ex illis actibus conſideratur quid reſidet in animo
7 agentis tanquam quid permanens in eo, quod eſt id, quod dat formam delicto, ex quo poſtea reſultat memoria illius delicti per ea, quæ tradit *Bald. in l. ſi vnus §. quod in ſpecie nu. 45. ff. de pactis* & ſic non datur actus
8 tranſiens, quia licet non relinquat veſtigium formale in agente propter malitiam & in paſſo propter memoriam, factum tamẽ quod tãgit memoriam hominis pin-
9 git mentem cum quadam tenacitate recordationis, quæ quidem qualitates veluti
10 cicatrices infigũtur, à quibus homines ſa-
11 nari non poſſunt, vnde licet factum tran-
12 ſeat remanet tamen memoria facti, ait *Bald. in l. cum fratrem num. 5. C. de his, qui vt indig. & in l. ſi non ſimpliciter num. 9. C. de ædilitijs edictis.*

Verum quia permanentia formalis apud Iuriſtas non habetur in conſideratione ideò dicimus, quod illa ſolum dicuntur perma-
13 nentia, quæ aliquo veſtigio materiali, vt ita dicam ſe detegunt; cætera verò, quæ veſtigia noñ relinquunt, ſed citò tranſeunt
14 dicuntur delicta facti tranſeuntis, & hoc modo remanet declaratum quomodo dicatur factum tranſiens.

An per ſolam querelam, & confeſſionem partis in delictis facti tranſeuntis probetur corpus delicti.

Quæſt. XIX.

SVMMARIVM.

Querela ex opinione Clari probat cum rei confeſſione corpus delicti. n. 1. declaratur. nu. 3.

Querela eſt facti narratio inquiſitionem prouocans. numer. 2.

Querela cum confeſſione probat furtum quando aliæ coniecturæ auſint. n. 4.

Per ſolam querelam non poteſt deueniri ad capturam delinquentis. nu. 5.

Querela eſt quædam inculpatio oſtenſi, nullam fidem faciens. num. 6. 7.

FVIT

FVit opinio *Clari in quæ-
ſtione 55. verſ. quomodo
autem &c.* quod ſola
1 querela ſufficiat in de-
lictis facti tranſeuntis
ad probãdum corpus
delicti, vt refert *Farin.
quæſt.2. nu. 13.* & quod
ſubſequẽte confeſſio-
ne poſſit etiam reum condemnari: ni-
hilominus contrarium dicendum eſt quia
ſicut nunquam per ſolam querelam pro-
batum fuerit delictũ, ita nec per eam pro-
batum erit corpus delicti quia querela, vt
dicit *Bald.in l. ſi quis num.2.C.de accuſ.* non eſt
2 aliud quam facti narratio inquiſitionem
prouocans.

Dices, quod ſaltem querela cum con-
feſſione in delictis facti tranſeunris probat
corpus delicti, vt dicit *Clarus dicta quæſt.55.
num. 11. verſ. nam aut eſt delictum.* Reſponde-
tur, quod contrarium videtur determina-
3 re *Boſſius in tit. de delicto num. 22.* vbi dicit,
quod opinio Clari procedat in ciuilibus,
non autem in criminalibus. *& Farin. qu.2.
num.14.verſ. & propterea: & num. 16.* valde
ſe inuehit contra illos qui affirmant, quod
per ſolam querelam delictum, & cor-
pus delicti probetur immo affirmat, quod
querela cum confeſſione tunc probet deli-
ctum furti, quando vltra querelam adſint
4 aliæ coniecturæ, quod ampliat etiam ad
alia delicta *vt in dicta quæſt.2. nu.15. vbi etiam
reprobat Clarum.*

Et ego huic Farinaccii opinioni libenter
adhæreo, & moueor ex infraſcriptis, primò
quia per ſolam querelam, non poteſt deue-
5 niri ad capturam delinquentis, niſi adſit
aliqua alia probario contra reum, vt dicit
Farin.quæſt.27. num.128. ergo nec per ſolam
querelam poterit probari delictum ita vt
afficiat prætenſum delinquentem: ſecundò
quia querela eſt quædam inculpatio offen-
6 ſi cui nulla fides adhiberi debet, quantò mi-
nus faciet fidem de delicti corpore, de quo
liquidè, hoc eſt certe ſine vllo facti aut iu-
ris dubio conſtare debet *Bald. in l. mater C.de
calum.* quod etiam procedere dicit ſi offen-
ſus fuerit in articulo mortis conſtitutus *l.
7 ſi quis in graui l.ſi quis moriens ff.ad Syllan.Bald.
in l. Athletas §. calumniator num.6. verſ. 3. fal-
lit ff. de his qui not.infam.Farin. quæſt.46. per to-
tam.*

Ad ea verò quæ dicuntur, nimirum,
qnod querela coniuncta cum confeſſione
ſit apta ad condemnandum; ac proinde pro-
bet corpus delicti. Reſpondetur hoc in-
telligi cum grano ſalis; nimirum de iure
communi quando querela, & confeſſio
conueniunt in circumſtantiis, & qualitati-
bus delicti, quia tunc confeſſio, & quere-
la videntur ſibi inuicem præſtare indicia
& probationes pro vt ſentire videtur *An-
gel. in l. certum in principio ff. de confeſſis allega-
tus per Alex. in conſ.19.nu.3.verſ. ecce quod An-
gelus lib.7.* & melius idem *Alex.d.conſ.19.n.5.*
& ratio eſt quia ſecundum regulas iuris
ſufficit ſola confeſſio abſque alia verifica-
tione, vt idem *Alex.d. conſ.19. num.12. verſ.
tamen quia.*

De corpore delicti facti permanentis, ſed occulti, & difficilis probationis.

Quæſtio XX.

SVMMARIVM.

Corpus delicti occultum quando dicatur. n.1.

Corpus delicti occultum tripliei modo inueſtigatur. nu.2.

Quo ad effectum inquirendi ſufficit querela, ſeu alia denunciatio. num.3.

Corpus delicti in furto probatur per querelam. nu.4.

Quo ad effectum procedendi requiruntur indicia indubitata. nu. 5.

In delictis occultis, & difficilis probationis ſatis eſt, quod corpus delicti probetur præſumptionibus, & coniecturis, num.6.

Ex indicijs indubitatis poteſt condemnari in pœnam extraordinariam ſi liquidè conſtet de corpore delicti num.7.

In occultis delictis tormenta irrogantur pro detegendo corpore delicti. nu.8.

Condemnari non poteſt reus confeſſus ſeu conuictus, ſi liquidè non conſtet de corpore delicti. num.9.

TItulus iſte valde differt
à ſupradictis idcircò
ne delicta euadãt im-
punita, & precipue
illa quæ occultè fiunt,
vel facto occultantur
hæc infraſcripta pro-
ponenda curaui: vnde
1 cum ſępius etiam in
criminibus facti permanentis, ac verè per-
petratis corpus delicti oculis iudicis ſu-
biici nõ poſſit, quia verbi gratia in caſu ho-
minis occiſi in mare, vel in lacum quem-
dã proiecti, aut clam ſepulti, vel combuſti
vel alijs mille modis occultati ne oculis
ſubijciatur, tunc iudex debet omni quo po-
teſt conatu de illo inueſtigare, & ad huius
facti inueſtigationem triplicem modum,

Digitized by Google

2 quo de corpore delicti conſtare poteſt,con-
ſiderare debet, vno modo ad effectum in-
quirendi,altero modo ad effectum torquē-
di, tertio modo ad effectum condemnandi
pro vt notat *Canalcan. de Brachio Regio par.1, num.*188. Si primo modo conſideratur tunc
ſufficere videtur ſola querela, aut publica
3 diffamatio ſeu denunciatio, vt notat *Clarus quaſt.*4.

Dices, quomodo ſola querela ſit ſuffi-
ciens ad probādum corpus delicti, cum ſu-
perius hoc negauimus. Reſpondetur, quod
non dicimus querelam probare corpus de-
licti, ſed prebere anſam de illo inueſtigan-
di,hoc eſt aperire viam Iudici ad inquiren-
dum de illo *Farin.conſ.*5.*num.*82. *&* 98.

Et ſi replices, quod ex querela, & con-
queſtionibus partis dicitur probari corpus
4 delicti in furto, quod vt plurimum occul-
tè patratur, & eſt difficilis probationis, vt
notat *Farin. quaſt.*176. *nu.*3. precipuè quan-
do querelans eſt vir bonæ famæ, & condi-
tionis.Reſpondetur quod hoc eſt ſpeciale
in furto propter eius exuberantiam,nihilo-
minus requiritur quātum fieri poteſt,quod
probetur bonorum ablatorum pręexiſten-
tia, aut eorum poſſibilis exiſtentia, vt do-
cet idem *Farin.conſ.*189.*num.*17.

In alijs verò delictis occultis ſufficit per
querelam iudicem inſtructum fuiſſe, vt
ſit adſtrictus ad inquirendum de illis.

Si ſecundo modo conſideratur, tunc o-
portet, quod per inquiſitionem factam
5 acquiſita fuerint indicia indubitata contra delinquentem; nam ſæpiſſimè euenit,
quod reus nec delictum confiteri, nec lo-
cum vbi cadauer occiſi ſepultum fuerit
demonſtrare velit, & tamen ex indicijs in-
dubitatis contra eum acquiſitis certè con-
ſtet illum eſſe delinquentem: vnde pro iu-
ſtitiæ complemento oportet, vt experiatur
inquiſitus ad cadauer occiſi exhibendum,&
demonſtrandum *Carpzzo. quaſt.*108. *num.*21.

Dices, quomodo hoc eſſe poreſt dū nec
ad inquiſitionem, nec minus ad torturam
contra reum deueniri poteſt, niſi liquidè
conſtet de corpore delicti per *textum in l.* 1.
*§. item illud ff. ad Syllan, Boſſ. tit. de delictis num.*14.*Clar.quaſt.*64.*verſ. debet autem iudex*.
Reſpondetur quod cum ſimus in caſu de-
6 licti occulti, & difficilis probationis ſatis
eſt quod corpus delicti probetur præſum-
ptionibus, & coniectur s vt voluit *Far.q.*2.
*in prima limitatione num.*12.vnde ſi ex indicijs
indubitatis quando liquidè conſtaret de
7 corpore delicti poſſet condemnari reus in
pænam extraordinariam *Felyn. in cap. afferte num.*8. *de praſum. Clarus quaſt.*20. *verſ. ſcias autem Boſſ. in tit. de conuictis numer.* 39. *&* 49.

quantò magis contra eumdem quando nō
liquidè, ſed per pręſumptiones indubitatas
de ipſo delicto conſtet, poſſet deueniri ad
torturam pro habenda liquida recognitio-
ne corporis delicti.

Et ſi replices, quod ſupradicta ſubſiſtere
nō poſſunt dum confeſſio ipſius delinquē-
tis non ſufficeret, Reſpondetur quod tor-
8 menta hoc caſu irroganda inquiſito non
ſolum ſunt ſimpliciter ad confeſſionem
habendam, ſed etiam ad detegen-
dum corpus delicti, quod ſi per dictam
confeſſionem non detegeretur vtique reus
non poſſet condemnari, vt infra dicam.

Nam (& hæc eſt tertia conſideratio) &
ſi delinquens delictum confeſſus, aut de eo
conuictus fuerit, nihilominus de corpore
9 delicti commiſſi conſtare oportet *l.*1.*§.item illud ff. ad Syllan. Bald. in l. vnica C. de confeſſis Boſſ.tit. de delictis num.* 15. *& eſt regula omnium DD.* quod delinquenti etiam confeſſo, aut
conuicto pęna mortis irroganda non ſit an-
tequam de corpore delicti, & veritate cri-
minis commiſſi liquidè, & certè per teſtes,
vel per euidentiam facti conſtet.

An corpus delicti facti permanentis probatum per præſumptiones ſufficiat ad pænam ordinariam, vel ſaltem extraordinariam, etiam corporalem.

Quæſt. XXI.

SVMMARIVM.

Probato corpore delicti facti permanentis per præſumptiones iuris poteſt deueniri ad pœnam ordinariam, vel extraordinariam. nu. 1.

Quod procedit etiam ſi fuerit probatum per præſumptiones hominis à iure approbatas. nu. 2.3.

Præſumptiones hominis detegunt dolum. num. 4.

Præſumptiones iuris non recipiunt arbitrium. n. 5.

Corpus delicti firmari oportet, vt ad vlteriora procedi poſſit. nu. 6.

In occultis delictis, & difficilis probationis præſumptiua probatio habetur pro plena probatione. n. 7.

Præſumptiones hominis non firmant plenam probationem. n. 8.

Per indicia, & præſumptiones delicti in genere procedi poteſt ad torturam. nu. 9.

Teſtis vnus iuratus deponens vidiſſe corpus delicti ſufficiens eſt ad condemnandum dum ſit omni exceptione maior. num. 10. *declaratur. n.* 11.

Idem operatur ficta confeſſio in contumace, quod vera in reo preſente. nu. 12.

Fin-

Fingi poteſt ſuper corpore delicti. num.13.
Condemnatio contra abſentem non habet fomentum à iure communi, ſed à iure nouiſſimo conſuetudinis. nu.14.
Fictio ſuper corpore delicti eſt fictio iuris, & non trahit ſecum delictũ fictum per ſtatutum. n.15.
Contumax non poteſt condemnari niſi conſtet ſufficienter de corpore delicti. num.16.
Coniectura iuris licet faciant manifeſtum, & euidens tamen non facit euidens, & verè expreſſum. n.17.
Corpus delicti probatum per coniecturas non dicitur euidenter per ſe notum. num.18.
Corpus delicti probatum per coniecturas non caret fictione. n.19.
Corpus delicti per coniecturas probatum afficit ſi ſuperueniet confeſſio delinquentis. nu.20.
Serui tenentur omnem opem præſtare dominis. n. 21.
Seruus eſt, ergo nequam. num.22.

1 ET dicimus, quod ſic
ſi prædictę præſumptio-
nes ſint tales quod æqui-
polleant veritati corpo-
ris delicti, veluti pręſum-
ptiones iuris non autem
hominis niſi præſũptio-
nes hominis ſint tales, quod à iure cõſtet il-
2 las eſſe approbatas vt dicit *Vermigl. conſ. 59. num. 5.* quo fit vt prædictæ præſumptiones
ſint liquidiſſimæ probationes. *l. tutor C. de periculo tutorum*, quæ idem operari debent
ac ſi eſſent plenæ probationes, & ſic ſicut
corpore delicti probato per plenas pro-
bationes ordinaria pœna imponitur, ita etiã
quando fuerit probatum per iuris præſum-
ptiones, quia corpus delicti debet eſſe li-
quidum hoc eſt certum, & non dubium;
& ſic cum de corpore delicti conſtet per
præſumptiones iuris, tunc liquidè conſtat
de corpore delicti, & per conſequens po-
teſt ad pœnam ordinariam deueniri ergo
quantò magis ſufficierent ad pœnam ex-
traordinariam.

Dices, quod idem dicendum erit de cor-
3 pore delicti probato per præſumptiones ho
minis nam *Egidius Boſſius in tract. cauſarum criminalium tit. de partu ſuppoſito num. 33.* affir-
mauit ſufficere, quod adſint præſumptio-
nes hominis, & expreſſius *Alex. conſ. 56. in fine lib. 2.* ait coniecturas, quibus dolus dete-
4 gitur relinqui in arbitrio iudicis, ergo datur
intelligi, quod etiam præſumptione homi-
nis, non tantum præſumptione iuris fir-
mari poſſit corpus delicti, quia ea quæ à
lege terminata ſunt arbitraria dici nõ poſ-
ſunt. Reſpondetur, quod obiectum proce-
dit in probatione doli, & ſic delicti non
autem in probatione corporis delicti, quod
debet eſſe terminatum ſaltem per præſum-
5 ptiones iuris, quæ non recipiunt arbitrium
quæ ſi reciperent arbitrium, corpus delicti
non firmaretur, prout firmari debet, vt ad
vlteriora proceſſus deueniri poſſit: vnde
6 *Foll. in verbo rapiat informationẽ n.17. verſ. Fallit tamẽ, &c.* dicit quod vbi cõcurrit difficul-
tas nimia probationis, tunc eo caſu conſtã-
do per coniecturas validas à iure approba-
tas ſufficit, idem dicit *Farin. ſequendo Follerium in quæſt. 2. num. 12.* ibi quod enim in oc-
cultis delictis, & quæ ſunt difficilis proba-
tionis præſumptiua, & coniecturata pro-
7 batio habetur pro plena, & conclu-
denti probatione communiter receptum
eſt ex *Bald. in l. quicumque C. de ſeru. fug. nu. 28.*
dum ergo probatio per coniecturas habe-
tur pro plena, & concludenti probatione
non de coniecturis hominis, ſed iuris intel-
ligi oportet, quia hominis præſumptio
8 non firmat plenam, & concludentem pro-
bationem vnde *Vermigl. dicto conſ. 59. num. 5. auctoritate Deciani conſ. 18. num. 221. lib. 1.* ante
medium dicit, quod ſaltem oportet con-
ſtare hominem non eſſe in humanis adhoc
vt præſumptio ſuper corpore delicti facti
permanentis plenè probet, & per conſe-
quens reſultat, quod ſi corpus delicti fue-
rit probatum per præſumptiones iuris non
extraordinaria, ſed ordinaria pœna impo-
9 ni poteſt; nam ſicut per indicia, & præſum-
ptiones delicti in genere poteſt procedi ad
torturam ſecundum communem opinio-
nem DD. quos recenſet *Farin. quæſt. 11. n. 12. in 1. limit. & per Caualcan. de brachio regio p. 1. num. 201. & facit textus in l. & ſi certus §. ſi vnus ff. ad Syllan.* vbi notat *Bart. ſeruos poſſe torqueri non comparente Domino Clarus quæſt. 4. num. 3. verſ. vide etiam San. Felicius deciſ. 28. nu. 2.* ita etiam ad condemnationem proce-
di poteſt hinc *Carpzzo. quæſt. 16. num. 19.*
hoc idem affirmauit ibi *meo iudicio iudex pœnam ordinariam dictitans neutiquam à vero, & æquo aberrat aut certa ratio diuerſitatis danda eſt quare in delictis facti tranſeuntis ſufficiant coniecturæ validæ, & approbatæ ad condemnandum quæ tamen ſufficientes non ſunt ad pœnam in delicto facti permanentis* ſuadet hoc idem *Clarus præcipue quando adſit confeſſio delinquentis in qu. 55. num. 11. Boſſ. tit. de delictis num. 15. Farinac. quæſt. 2. num. 9. immo ſubiungit dictus Carpzz. dicta quæſt. 16. num. 27.* quod vnicus teſtis ſi
10 iuratus deponat ſe corpus delicti, hoc eſt ca
dauer occiſi vidiſſe, nam vnicus teſtis om-
ni exceptione maior de viſu deponens in-
dicium facit ad torturam *l. ſi maritus ff. de quæſt. Clarus quæſt. 21. verſ. vnus teſtis Farinac. quæſt. 36. num. 225.* ſed ſic eſt quod vnus teſtis
de viſu faciat ſemiplenam probationem,
11 ergo ſi cum dicta ſemiplena probatione

by Google

concurrat aliud adminiculum addita confeſſione inquiſiti; hoc caſu ordinaria pœna tutè dictari poſſet, quod eſſet ſecus ſi non fuiſſet confeſſus.

Sed quid dicendum quando proceditur contra contumacem, an corpus delicti facti permanentis probatum per coniecturas ſufficiat ad illum condemnandum in contumacia, & prima facie videtur dicendum, quod ſit ſufficiens, quia ſicut contra præſentem huiuſmodi coniecturæ valeant ad probandum corpus delicti, atque etiam ad condemnandum inquiſitum, maximè ſi ſit confeſſus, ita pari modo valere debent ad condemnandum contumacem, qui pro cōfeſſo, & conuicto habetur, cum idem ope-
12 retur ficta confeſſio in contumace, quod operatur vera in reo præſente, vt notabiliter dicit *Cepolla conſ. 29. ſub num. 29. verſ. item non obſtat. Caball. caſu 256. num. 6. & caſu 255. num. 9.* Immò etiā valeant ad procedendum contra inquiſitum, vt notat *Igneus in l. & ſi certus §. fin. num. 28. ff. ad Syllan.* vbi dicit, quod ſatis eſt in reum homicidij proponere hominem, qui ſecum viſus eſt non apparere, vt ad torturam contra eum deueniri poſſit, licet de morte alia certitudo non
13 habeatur, & ſic fingi etiam poteſt ſuper corpore delicti ad effectum torquendi, & huiuſmodi fictio tantum operatur quātum veritas, vnde ſicut contra præſentem deueniri poteſt ad torturā ita poteſt deueniri ad condemnationem contra abſentem ſufficit enim, vt abſens contumax condemnari poſſit, quando ſi fuiſſet præſens torqueri poſſet. *Farin. conſ. 5. num. 103. & quæſt. 11. num. 48.* & præciſè *Natta conſ. 594. num. 14.* vbi citat *Bald. in l. ſeruum quoque §. publicè circa fin. ff. de procurat.*

Sed contrarium mihi videtur verius, & ad huius contrarij intelligentiam ſciendum eſt, quod condemnatio, quæ contra abſentem contumacem infertur non habet fomentum à iure communi. *Farin. quæſt. 11. num. 3.* ſed à conſuetudine, vel conſtitu-
14 tione, aut ſtatuto, ſeu bannimento nam de iure communi abſens non punitur, nec pro confeſſo, nec pro conuicto habetur, *l. properandum §. & ſi quidam C. de iudic. Bart. in l. abſentem ff. de pœnis. Cartar. de capto bannito cap. 1. num. 1. cum ibi alleg.*

Pariter ſciendū eſt, quod fictio ex coniecturis, eſt fictio iuris, & præcipuè ex coniecturis, quibus probādū eſt corpus delicti, vt notat *Verm. conſ. 59. n. 5.* Idcircò hoc ius, quod fingit conſtare delictum in genere, & ſic corpus delicti ex coniecturis non trahit ad
15 ſe ſpeciale maleficium fictum per ſtatutū, ſeu conſuetudinem, aut per aliam conſtitutionem, vel bannimentum, vt docet *Bald. in l. ſi quis ſeruo n. 11. C. de furtis,* & ratio eſſe poteſt, quia tunc duæ fictiones cōcurrerent ad vnum, & eumdem effectum nēpè fictio delicti in ſpecie, & fictio in ficta confeſsione conſiderati, idcircò contumax non po-
16 teſt condemnari, niſi conſtet ſufficienter de corpore delicti. *Caball. caſu 255. num. 3. Farinac. quæſt. 2. num. 7. verſ. Amplia hanc quintam.*

Dices, quod vt dixi coniecturæ iuris ſunt liquidiſſimę probationes *Bald. in conſ. 23. nu. 8. lib. 1. diuerſ. in paruis*, idcircò cum ex coniecturis præſumatur corpus delicti verè probatum, & iuſtificatum *Farin q. 2. nu. 12.* meritò verè, & non ficte probatum videtur facit *textus in l. ſi quis locuples §. fin. ff. de manum. teſtam. Iaſ. in l. licet impetratum nu. 8. ff. de legat. 1. ideo, &c.* Reſpondetur quod licet coniecturæ iuris faciant manifeſtum, & euidens, tamen non dicuntur facere euidenter, & verè per ſe notum illud, quod elicitur per coniecturas *l. ſi plures in fine ff. de*
17 *vulg. & pupil.* ibi niſi euidenter fuerit expreſſum, & facit *textus in cap. 2. de ſententia excomm. in 6.* ibi patenter expreſſum per quē textum notant *Canoniſtæ*, & præcipuè *Gemin.* quod illud non dicitur euidentèr, & verè expreſſum, quod ex coniecturis apparet *Iaſ. in d. l. licet Imperator num. 14. ff. de leg. 1.* dum
18 ergo corpus delicti probatur per coniecturas dicatur manifeſtè probatum, non idcircò videtur euidenter per ſe notum, & expreſſum, quia vbi coniecturæ, ibi veritas per ſe nota non eſt. *Bald. in l. Ciues in prin. C. de appellat.* & per conſequens corpus delicti per coniecturas probatum fictione non
19 caret, quæ fictio, cum alia fictione concurrere non poteſt ad effectum condemnādi contumacem. Vnde pro reſponſione ad ea, quæ pro affirmatiua dicta ſunt dicimus, quod corpus delicti per coniecturas probatum ideò ſufficit, ſi ad illud poſtea
20 conſequitur vera cōfeſſio delinquentis ſecundum ea, quæ tradit *Clarus quæſt. 55. verſ. quomodo*, & ad doctrinam *Ignei* dicimus, quod ſit caſus ſpecialis in ſeruis, qui omnem opem tenentur præſtare Dominis *l. 3.*
21 *ff. ad Syllan.* & omnem malam interpretationem contra eos accipimus, dum valet
22 conſequentia ſeruus eſt, ergo nequam *l. 4. in add. marg. C. de libertis & eorum liberis l. apud antiquos in addit. ad marg. C. de furt. & ſeu. corrup.*

De ipſo

De ipſo delicto, & quid ſit. Quæſt. XXII.

SVMMARIVM.

Probatio delicti debet concludere malitiam actus, quo delictum demonſtratur. num. 1.
Quid ſit delictum. num. 2.
Delictum quaſi derelictum dicitur. num. 3.
Delictum potiùs à declinando à bono, quam in faciendo malum conſiſtit. num. 4.
Illicitum omne non dicitur delictum, dum non ſit punibile. num. 5. 39.
Non omne illicitum punitur, ſed illud ſolum, quod lex ſtatuit eſſe delictum num. 6.
Definitio delicti comprehendit tàm delictum in omittendo, quàm in commitendo. num. 7.
Offenſio vti genus compræhendit tàm offenſionem licitam, quàm illicitam. num. 8.
Offenſio illicita duplex eſt; vna expreſſiua delicti innominati, altera nominati. num. 9.
Aliud eſt offendere, aliud eſt homicidium facere. num. 10.
Offenſio propriè eſt, quando particulariter nocetur perſonæ, vel rebus, non autem cùm homo occiditur. num. 11.
Offenſio vti quid potentiale compræhendit homicidium, non autem vti quid ſpeciale. num. 12.
Bannimenta loquentia de offenſione, intelliguntur de offenſione propriè dicta, puta verberationis, ſeu percuſſionis. num. 13.
Delictum eſt iuris, delinquere eſt facti, & ſunt diſtincta ad inuicem. num. 14.
Delictum in ſuo eſſe generaliſſimo accipitur pro omni eo, quod committitur contra iuris præcepta. n. 15.
Lex iubet honeſta, prohibet contraria. num. 16.
Delictum vti offenſio contra ius, oportet quod ſit conſumatum, & habeat eſſe, & exiſtentiam delicti. num. 17.
Delictum dicitur conſumatum ſtatim quod puniri poteſt. num. 18. & 21.
Attentatum puniri poteſt tanquam conſumatum. num. 19.
Conſumatio delicti dupliciter conſiderari poteſt; vno modo ſecundum ipſum factum, altero modo ſecundum ius num. 20.
Actus humanus ex tribus integratur, poteſtate ſcilicet voluntate, atque ſcientia. num. 22. & 23.
Agere qui non poteſt, non facit actum humanum. num. 24.
Animus, & voluntas ex factis, & geſtis exterioribus dantur ſe intelligi. num. 25.
Voluntas, & propoſitum diſtinguunt delicta. num. 26.
Iure fori inſpicimus paſſum. num. 27.
Ex delicto mentali nullus patitur. num. 28.
Vt quis ſit delinquens oportet, quod ſit ſciens, & volens, atque eligens. num. 29.
Electio connotat ſcientiam. num. 30.
Delictum deficit ab ignorante. num. 31.
Ignorantia omnis non excuſat, & duplex eſt. n. 32.
Maleficium trahitur ad ſuum principium, & illud eſt inſpiciendum. num. 33.
De delictis indicamus ſecundum primum voluntatis propoſitum licèt alteretur forma propoſiti per aliam ſpeciem delicti num. 34.
Actus humanus priuatus rationali rectitudine dupliciter contingit vel per dolum, vel per culpam. n. 35.
Delinquere nihil aliud eſt quàm deficere à rectitudine boni. num. 36.
Puniens factum non conſiderat illud ſub ſpecie veri, ſed ſub ſpecie mali, vel prohibiti. num. 37.
Actus humanus malus debet eſſe talis, pro quo lex imponit aliquam pœnam. num. 38.
In actu punibili requiritur, vt ex eo ſi ciuilis actio intentaretur oriretur condemnatio. num. 40.
In delictis requiritur cauſa, propter quam quis deliquit num. 41.
Cauſa delicti duplex eſt vna per ſe, & eſt voluntas, altera per aliud, & eſt finis malus 42.
Delictum, vel principaliter tendit ad damnum alterius, vt homicidium, vel principaliter ad commodum delinquentis, vt furtum. num. 43.

IAM ſupra diximus probationem dupliciter conſiderari poſſe vno modo quatenus verſatur circa recognitionem ſubiecti, hoc eſt corporis delicti de quo nuper diximus, reſtat modò, vt ad tertiam partẽ informatiui deueniamus, nempè ad ea, quæ verſãtur circa probationem delicti, ſed operæ pretiũ eſt, vt de ipſomet delicto aliquid dicamus, & cum hæc probatio delicti debeat concludere malitiã
1 actus, quo delictum demonſtratur, idcircò priùs quid ſit delictum, deindè quotuplex ſit, & tandem quas probationes requirat dicendum oportet.

Et primò quid ſit delictum, & dicimus
2 eſſe offenſionẽ cõtra ius illatã. Hæc definitio, ſeu potius deſcriptio non videtur cõue-
3 nire cũ ethimologia verbi, nam delictum quaſi derelictũ dicitur: Vndè delictũ potius
4 à declinãdo à bono, quàm in faciẽdo malũ conſiſtere videtur, & ſic prædicta definitio non rectè poſita videtur, dum factum, & non declinationem definire intendit, cum
5 non omne illicitum ſit delictum, dum nõ ſit punibile, quia vbi non cadit pœna à iure expreſſa, ibi delictũ non dicitur eſſe, etiam quod illud ſit illicitum *l. 1. §. 1. ff. ne quis eum, qui, &c.* ſaltem ex interpretatione iu-

ris, non autem quoad bonos mores; non
6 enim omne illicitum punitur, ſed illud ſo-
lum, quod lex ſtatuit eſſe delictum. *Farin.*
qu. 18. num. 6. Bald. in l. hoc edictum ff. eodem
num. 3. vnde per definitionem prædictam
non intelligimus definire delictum dumta-
xat, prout ſit declinare à bono, ſed etiam
7 prout ſit facere malum, & ſic quod com-
prætendat tàm delictum in omittendo,
quàm in committendo: ideò, &c.

Dixi, delictum eſſe offenſionem vti genus
8 cõprehendens tàm offenſionẽ licitam, quã
illicitam, & illa eſt offenſio licita, quæ iure
permittente fit, vt offendere bannitũ, & of-
fendere ad defenſionẽ; hæc, quæ dicitur illi-
cita eſt offẽſio punibilis, & prohibita, prout
eſt illa, quæ à lege, vel bannimentis pro-
9 hibetur, & duplex eſt vna propria, altera
impropria; propria offenſio eſt illa, quæ
eſt expreſſiua alicuius delicti innominati,
impropria eſt expreſsiua delicti nominati,
10 nam aliud eſt offendere, & aliud eſt homi-
cidium facere *l. 1. ff. de his, qui deiec. vel ef-*
fund. Cepol. conſ. 5. num. 6. primum conno-
tat actum ad delictum, cum offenſio pro-
11 priè ſit, quando particulariter nocetur
perſonæ, vel rebus, non autem cùm ho-
mo occiditur *arg. l. 1. ff. de his, qui ſui vel alie-*
ni iuris. ſecundum connotat ipſum delictũ.
& totalem rei conſumptionem, *vt l. bonas*
ædes ff. de ſeru. præd. Cepol. d. conſ. 5. num. 7. &
ideò in primo poſſum facere actum offen-
dendi, ſed non committere delictum, in
ſecundo nullo modo poſſum facere homi-
cidium, quin committam delictum.

Dices, homicidiũ nõ eſt, nec poteſt eſſe ſi-
ne offẽſa, ergo offẽſio in homicidio eſt pro-
pria offẽſio. Reſpond. quod offẽſio vti quid
12 potẽtiale, & generale nomen propriè com-
prehẽdit homicidiũ, ſed ſi offẽſio accipiatur
vti quid ſpeciale, & abſtractũ à ſuo genere,
vtique homicidium non dicitur propriè
13 offenſa, vnde ſi Bannimentum v.g. diſpo-
nat de offenſa vti de ſpeciali actu, ſcilicet
de actu percuſſionis, verberationis, & ſimi-
libus vti abſtracto ab illis actibus recipiẽ-
tibus nomen à iure, tunc non niſi de pro-
pria offenſione, & non de homicidio in-
telligi debet, & hinc eſt, quòd delictum
14 eſt iuris, & delinquere eſt facti, & ſunt di-
ſtincta ad inuicem, & vnum non conne-
ctit alterum in ratione, nimirum quod vnũ
comprætendatur ſub diſpoſitione legis al-
terius ſecundum ea, quæ proportionabili-
ter tradit *Bald. in l. iuſiurandum num. 3. ff. de*
iure iurando.

Dixi, contra ius illata, quia delictum in
ſuo eſſe generaliſſimo accipitur pro omni
15 eo, quod committitur contra iuris præce-
pta, quæ ſunt tria, honeſtè viuere, alte-
rum non lædere, & ius ſuum vnicuiq; tri-
buere §. *iuris præcepta Inſtit. de iuſtitia, & iure*
& quod cõmittitur lege prohibente deli-
16 ctum eſt, cum lex iubeat honeſta, & prohi-
beat contraria *per tex. in l. 2. ff. de leg. 1.* & ad
hoc vt ſit contra ius oportet quod ſit con-
17 ſumatum, & habeat eſſe, & exiſtentiam
delicti hoc eſt quod habeat ſuam formam
ſpecificam, vt dicitur *in tex. in l. 1. §. hæc au-*
tem ibi conſumatum iniuria non cœptum ff. quod
quiſque iuris, & conſumare eſt perficere in-
choatum *l. ſi in aliquam ff. de officio proconſulis*;
18 itaut ſit capax pœnæ, quia ſtatim quod
puniri poſſit delictum dicitur cõſumatum,
& ſic eſſe delicti naſcitur ex perfectione.
Bald. in l. 16. num. 11. C. de fide inſtrum.

Dices, quod delictum etiamſi non ſit cõ-
ſumatum, ſed attentatum puniri poteſt,
19 tamquam conſumatum. *l. ſi quis non dicam*
rapere C. de Epiſc. & Cler, l. his, qui cum telo
C. de ſicarijs cap. pro humani de homicidio in 6.
Idcircò non ſolum factum conſumatum
dicitur delictum, ſed etiam attentatum, cũ
ſit etiam contra ius illata offenſio. Reſpõ-
detur quod conſumatio delicti dupliciter
20 conſiderari poteſt; vno modo ſecundum
ipſum factum, alio modo ſecundum ius;
primo modo dicitur delictum conſumatũ,
quãdo delictum eſt in ſuo eſſe quoad om-
nes circumſtantias illud conſtituentes in
eſſe delicti, puta homicidium, quando ſe-
quuta fuerit exanimatio, & exanimatio ho-
minis, cuius corpus reducitur ad cadauer;
ſecundo modo quando ius punit actum li-
cet non conſumatum, quia tunc conſidera-
tur id, per quod ipſum delictum punitur à
iure, & tunc ſtatim quod habemus in facto
21 id per quod punitur factum, tunc dicitur
delictum eſſe cõſumatum perfectione, quæ
de iure ſufficit ad irrogandam pœnam.
Bald. in l. non ideò minus num. 10. C. de Accuſat.
& inſcriptio.

Dixi illata ſcilicet voluntate deliberata,
22 hoc eſt proueniens ab actu humano, quia
ad eſſentiam delicti requiritur, quod ſit
actus humanus, qui ex tribus integratur, vt
23 tradit *Bald. in l. cum teſtamentum num. 3. C. de*
iuris, & facti ignorant. nimirum ex poteſtate,
voluntate, & ſcientia *Alex. conſ. 52. num. 30.*
lib. 4. Fenzon ad ſtatutum Vrbis in proœmio n. 60.
& 61. cum ibi allegatis Afflict. deciſ. 305. num. 7.
licet alij velint, quod duo tantum perfi-
ciant actus humanos, ſcilicet voluntas, &
poteſtas; hæ enim ſunt actuum humano-
rum radices, & perfectiones ſecundum *Bal.*
in l. omne verbum C. de legi, & in cap. ſuper Ab-
batia de officio deleg. Catalanus de indultu cap. 1.
num. 35.

Inte-

Integratur ergo primò ex poteſtate ſcilic.
quando delinquens potuerit actum delicti
patrare, quia ſi docetur de impoſſibilitate
ad agendum actum humanum, ceſſat deli-
ctum; nam qui non poteſt agere non facit
24 actum humanum *arg. l. nolle ff. de acquiren. hæred. Bald. in cap. 1. num. 3. de iuram. calum. Alex. conſ. 127. num. 5. lib. 4.*

Integratur ſecundò ex voluntate, quæ
omninò in omnibus maleficiis inſpici de-
bet *l. Diuus ff. de falſis l. qui ex mente ff. de furtis Cepol. conſ. 34. num. 14. Bertazz. conſ. 35. num. 28.* & voluntas ſic accipitur pro deli-
beratione animi intelligentis, & acceptan-
tis id quod vult *Bald. in l. 13. num. 18. C. de contrah. emption.* ac propterea debet eſſe cum
aliquo actu exteriori. *gloſ. in l. præſenti in verb. cogitatione C. de his, qui ad Eccleſ. confug.*
25 quia animus, & voluntas ex factis, & ge-
ſtis dantur ſe intelligi. *l. reprehendenda C. de Inſtit. & ſubſtit. Natta conſ. 407. nu. 7.* ſicuti &
26 voluntas, & propoſitum delicta diſtingũt.
Ancher. conſ. 251. num. 2. Cephal. conſ. 70. n. 28. & ſic non debet remanere in ſimplici
actu intentionis, ſeu cogitationis *Bald. in l. ſi quis ſeruo nu. 1. C. de furtis,* & ratio eſt quia
27 iure fori inſpicimus paſſum; ſed ex delicto
mentali nullus patitur, & ſic requiritur vo-
28 luntas in actu exteriori explicata *Bald. in l. ſi quis non dicam num. 3. & 4. C. de Epiſcopis, & Cleric.*

Reintegratur tertiò ex ſciẽtia, nam opor-
tet, quod quis ſit ſciens, & volens nec
29 ſufficit ſimplex ſcientia, ſed requiritur,
quod quis ſciat factum cum ſuis qualitati-
bus, adeò quod perfectè intelligat, quod
agit *Alex. conſ. 114. num. 4. verſ. accidit ad maiorem lib. 1.* ita vt ſciat, quod potiùs eli-
30 gat actum prauum, quàm bonum; electio
enim connotat ſcientiam, vnde *Bald. in l. cum teſtamento num. 3. C. de iuris, & facti ignor.*
31 dicit quod delictum deficit ab ignorãte, &
non deficit à ſciente, idem *Bald. in l. quæ fortuitis num. 3. C. de pignor. actio.*

Et hic nota, quod non omnis ignorantia
excuſat, & propterea ſciendum eſt, quod
ignorantia, quæ non excuſat duplex eſt,
32 vna particularis, altera communis; parti-
cularis eſt, quando quis determinauit fa-
cere delictum, puta occidere inimicum,
quem poſtea ignoranter occidit, hæc igno-
33 rantia non excuſat delinquentem, & ratio
eſſe poteſt, quia maleficium trahitur ad
ſuum principium, & illud eſt inſpiciendum
Bald. in l. ſi abducta n. 4. C. de furtis & hæc igno-
rantia dicitur concomitans delictum, quæ
non tollit, nec excuſat delinquentem per
ea, quæ dicit *Bald. in l. falſus procurator num.*
34 *27. circa fin. C. de furtis,* de delictis enim
iudicamus ſecundum primum voluntatis
propoſitum, licet alteretur forma propoſiti
per aliam ſpeciem delicti *Bald. in l. ſi non ſimpliciter num. 15. C. de edilit. action.* Commu-
nis verò ignorantia eſt illa, ſecundum
quam omnis delinquẽs dicitur ignorans, vt
dicit *Ariſtotil. 3. Ethic. cap. 1.* quæ ignoran-
tia licet non ſit cauſa delicti eſt tamen
conſequens ad cauſam delicti, & hæc igno-
rantia non excuſat.

Secũdò requiritur quod actus humanus
ſit malus hoc eſt, quod ſit inordinatus, &
35 priuatus rationali rectitudine, quod con-
tingit dupliciter, vel per dolum, vel per
culpam, vt probat *textus in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœnis l. 1. ff. de legibus l. 1. C.*
36 *ſi aduerſus delictum;* vnde delinquere nihil
aliud eſt quam deficere à rectitudine boni
& hinc eſt, quod puniens factũ non conſi-
37 derat ſimpliciter illud ſub ſpecie veri, ni-
mirum quod factum ſit verum, ſed ſub
ſpecie mali, vel prohibiti *Bald. in l. ea, quæ ſub num. 13. C. de condit. indebit.*

Tertiò requiritur quod actus humanus
38 malus, ſit talis actus, pro quo lex imponat
aliquam pœnam. *l. at ſi quis §. diuus ff. de relig. & ſump. fun. l. 3. §. diuus ff. de ſepul. viol. l. 1. & 2. ff. ne quis eum, qui, &c.* nam non om-
ne, quod eſt malum eſt delictum, ſed id
39 ſolum, quod eſt punibile, vt ſupra dixi.

Declara tamen, quod vbi agitur de actu
punibili requiritur, quod ſit actus talis, ex
40 quo ſi ciuilis actio intentaretur, oriretur
cõdemnatio, quia ſi ex eo actu nõ oriretur,
actio ciuilis pariter nec criminalis intẽtari
poterit *l. non ſolum §. quamquam ff. de iniurys Bart. conſ. 100. num. 2. Cepol. conſ. 38. num. 26. Marſ. in §. conſtante num. 34. & ſeqq. verſ. attende,* quem ſequitur *Foller. in pratic. crim. in verbo capiat informat. in 2. par. verſ. item ad hoc Farin. conſ. 125. num. 23.*

41 Quartò requiritur cauſam propter quam
quis deliquerit, cum nemo præſumatur
delinquere ſine cauſa *Farin. conſ. 192. num. 1.*
42 quæ duplex eſt vna per ſe, & propria, &
hæc eſt voluntas; altera extrinſeca; & mo-
uens ad malum, ſecundum naturam vo-
luntatis, & hæc eſt finis malus.

Quintò requiritur quod delictum tendat
ad damnum proximi, vt homicidium, vel
ad commodum delinquentis principaliter
vt furtum, & falſum, hæc enim delicta
non patrantur principaliter ad offenſam al-
terius, ſed ad commodum delinquentis, vt
dicit *Alex. conſ. 89. num. 3. lib. 3.*

Digitized by Google

Quotuplex ſit delictum. Quæſt. XXIII.

SVMMARIVM.

Delictum prouenit aut ex propoſito, aut impetu, aut caſu. num. 1.
Delicta alia nominata, alia innominata. num. 2.
Delicta alia publica, alia priuata. num. 3.
Delicta alia capitalia, alia non capitalia. num. 4.
Crimen propriè eſt illud. quod ex induſtria patratur. num. 5.
Adulterium vocatur crimen, quia dolo, non per errorem committitur. num. 6.
Quæ requirantur ad delictum ex propoſito patrandum. num. 7.
In omni iniuſtitia multum intereſt vtrum turbatione aliqua animi, aut conſulto fiat. num. 8.
Impetus dupliciter conſideratur actiuè ſcilicet, & paſſiuè. num. 9.
Impetus actiuè conſideratus multa requirit. num. 10. & 11.
Voluntarium dupliciter conſideratur. num. 12.
Dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod ſequitur. num. 13.
Voluntarium in ſua cauſa dicitur culpoſum. num. 14.
Delictum ex impetu debet oriri ex ipſo actu turbationis. num. 15.
Quando dicatur factum delictum in turbatione. num. 16.
Paſſio tunc dicitur impedire animum quando afficit partes ſenſitiuas. num. 17.
Paſſio licet non excuſet in delictis, tamen minuit delictum in grauitate. num. 18.
Ira impedit rationem. num. 19.
Per paſſionem, aſſenſus, & diſſenſus voluntatis impeditur num. 20.
Qui per iracundiam delinquit mitius punitur. n. 21.
Lacerans per ſuperbiam ſcripturam coram iudice punitur extraordinariè. num. 22.
Caſus aut eſt fortuitus, aut improuiſus. num. 23.
Caſus fortuitus eſt ille, cui nulla præcedit cauſa. num. 24.
Inter caſum fortuitum, & leuiſſimam culpam non datur medium. num. 25.
Caſus improuiſus eſt ille, cui præcedit aliqua culpa. num. 26.
Quæ requirantur ad delictum caſu fortuito commiſſum. num. 27.

COgnito quid ſit delictum, opportunè de eorũ diuiſione titulũ proponimus. Nã delicta diuerſa sũt ſecũdũ diuerſos reſpectus, ideòdiuerſas etiã recipiunt differentias, vnde ſi delictum cõſideramus quoad ipſius exordium, tunc
1 aut prouenit ex propoſito, aut impetu, aut
caſu, vt in *l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœnis* ſi conſideramus quoad ipſius nomenclaturam, tunc diſtinguitur in delictum
2 nominatum, & innominatum, ſi conſideramus, quoad ipſius iudicialem cognitionem, tunc diſtinguitur in publicum, & pri-
3 uatum, ſi verò conſideramus quoad ipſius punitionem, tunc diuiditur in delictum
4 capitale, & non capitale, & vt de ſingulis aliqua dicamus ſciendum eſt primò, quod delictum quoad ſui exordium committitur, aut propoſito, & tunc delictum alio vocabulo dicitur crimen, quod propriè eſt
5 illud, quod dolo malo ex induſtria, ac praua intentione patratur. *l. 1. C. de Sicar. ibi crimen contrahitur animo, l. in crimine ff. de adul-*
6 *ter.* vbi adulterium vocatur crimen, quia dolo, & animo deliberato, non autem per errorem committitur. *Farin. q. 18. num. 2. cum ibi allegatis*, & ad huius criminis cogni-
7 tionem primò requiritur firma animi deliberatio de patrãdo crimine, ſcilicet quod delinquẽs ita de illo in mẽte ſtatuerit, & ſic requiritur ratiocinatio, vt dicit *Menoch. caſu 361. num. 16.* quæ eſt diligens, & conſiderata faciendi, aut non faciendi aliquid, excogitatio, vt dicit *Cicero lib. 2. de inuentione*, & ſic crimen ex propoſito requirit interuallum temporis ad actum, qui poſtea ſequitur *Boſſ. tit. de homicid. num. 54.* atq; ideò *idem Cicero 1. officiorum* tradit quod in omni
8 iniuſtitia multum intereſt vtrum turbatione aliqua animi, quæ plerumq; breuis eſt, & ad tempus, aut conſulto, & cogitata fiat iniuria.

Secundò requiritur, quod fuerit cogitatũ de mediis ad crimen patrandum, & ſic requiritur, quod induſtria aliqua adhibeatur, vt dicit *Caſon. tract. 2. cap. 1. num. 8.* puta interficiendi aliquem proditoriè loci, & temporis occaſione capta. aliiſq; ad ipſum ſcelus perficiendum concurrentibus, vt tradit *Bertazz. conſ. 85. num. 10.* quæ nihil aliud important, quam ex animo nocere. *l. 3. de iuſt. & iure*, & ſatis eſt quod aliquæ inſidiæ leui induſtria patratæ interueniant, vt voluit *Menoch. d. caſu 361. num. 3.* & refert

Bertaz.

Bertazz. d. conſ. 85. *nu.* 10. *Faria. q.* 126. *n.* 13.

Quoad delictũ ex impetu notan: quod impetus dupliciter dicitur, vno modo actiuè ſcilicet reſpectu illius, qui impetum facit, & eſt quando animus efferueſcit, & impetus animum trahit, & calorem quemdam ſignificat *l.* 28. §. *Imperator ff. de adulterijs* ibi *ſi maritus vxorem in adulterio deprehenſam impetu tractus interficit.*, & ſic impetu delinquitur, vt cum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum venitur *l. reſpiciendum* §. *delin-* 9 *quunt ff. de pœnis*; alio modo paſſiuè nimirum reſpectu illius, qui impetum recipit, & hic dicitur impetus prædonum *l. 23. ff. de diuer. reg.* nam primo modo connotat perturbationem mentis in impetum faciente; in ſecundo ſignificat impetum ex propoſito & vti medium ad terrendum, & dicitur vis, ſeu violentia, aut aggreſſio. *l. 9. ff. ex quibus cauſis maior*: ibi *à latronibus, vel prædonibus vi oppreſſus* Nos verò de impetu actiuè loquimur, & ad hoc delictum impetu factum multa requiruntur, primò requiritur turba- 10 tio animi, vel per iram, vel per aliam animi alterationem; ita vt non ſit omnimoda cognitione priuatus, & ſic quod culpa deliquerit. *l. omne delictum* §. *fin. ff. de re militari Alberic. dicto* §. *delinquunt.* & *Bald. in l.* 1. *n.* 13. & *ſeq. ff. de legibus* quærit an ratione culpæ quis puniatur.

Secundò requiritur, quod non habeat 11 principium à re illicita per ipſum delinquentem ex propoſito electa, & hinc notan: quod cum delictum debeat eſſe volũtarium, ſciendum eſt quod voluntarium 12 dupliciter conſiderari poteſt; vno modo ſecundum ſe quatenus directe per ſe voluntas feratur in delictum; ſicuti quando quis ſanę mentis vult interficere inimicum; alio modo dicitur voluntarium in ſua cauſa, & indirecte, vt quando quis vult inebriari, à qua ebrietate poſtea ſequitur delictum puta homicidium, & ſic res illicita eſt cauſa delicti, & tunc dans ex propoſito operam rei 13 illicitæ tenetur de omni eo quod ſequitur præter illius intentionem, eo quia delicti auctor veriſimiliter, aut cogitare potuit, aut ſaltem cogitare debuit de eo, quod inde facile ſequuturum erat. *l. quoniam multa C. de vi pub. vbi gloſ. in verbo quoniam*, & *in verbo continetur Marſ. conſ.* 7. *num.* 5. & 8. & hoc de- 14 lictum dicitur culpoſum, quaſi delinquens voluerit delictum propter actum illicitum à ſe primò volitum.

Tertiò requiritur, quod incontinenti in 15 ipſo actu turbationis delictũ factum ſit, & non ex interuallo quando ad actus extraneos animus diſtractus fuerit, & hinc notandum quod delictum in actu turbationis factum dicitur, quando paſſio aliqua 16 impedit animum in rectè operando *Bald. in l.* 1. §. *idem Iulianus ff. de ædilitio edicto* & tunc paſſio dicitur impedire animum, quando 17 afficit partes ſenſitiuas, quæ ſunt iraſcibilis, & concupiſcibilis vt rationi non ſubijciantur, quæ partes dum non ſunt ordinatæ labuntur in motus appetitus vehementer illum in ordinando: vnde quantò fortior eſt motus inordinatus, tantò maior eſt paſſio, 18 & fragilitas humana, quæ licet non eſcuſet in delictis vt dicit *Bald. in l. illicitas* §. *ſicuti medico ff. de off. Præſidis.* tamen propter illam minuũtur in grauitate, & ſic quantò maior eſt paſſio, tantò fragilius operatur, & quantò magis impeditur volũtas in operãdo tãtò minus delictũ imputatur delinquenti, vt videre eſt in eo qui irę impetu delinquit; ira enim impedit rationem, & homo iracun- 19 diæ furore accenſus non eſt in plenitudine intellectus *Farin. quæſt.* 125. *num.* 352. & *facit textus in l. ſed & ſi* §. *magiſtri ff. ad l. Aquil. Alex. conſ.* 75. *lib.* 3. *Clarus quæſt.* 56. *num.* 2. *Boſſ. tit. de homicidio num.* 58. & 59.

Et ſi dicatur quod delinquens per iracũdiam poſſit aſſentire, & diſſentire his in quæ paſſio iræ inclinat, & ſic dum aduertit poſſe delictum patrare, & non patrare, videtur dum illud patrat voluntariè delicto aſſentire & ſic impetus iræ non excuſat.

Reſpondetur, quod aſſenſus & diſſenſus 20 voluntatis per paſſionem impeditur, ſcilicet quia fragilius voluntas operatur non vt omnino voluntas ſit expers eius quod facit quo circa qui per iracũdiam delinquit mi- 21 tius punitur *Paris de puteo tract. de Syndicatu in verbo condemnatio verſ. quidam iudex num.* 2. & ratio eſt quia ad conſilium & deliberationem applicare non poteſt *Farin. conſ.* 22. *ſub. num.* 10. *Giurb. conſ.* 13. *num.* 16. *Bald. in l. debitores num.* 4. & 7. *C. de fide inſtrumentor* vbi dicit *quod ſi quis per ſuperbiam lacerauit ſcripturã* 22 *coram iudice punitur extraordinariè cum non ex propoſito, ſed impetu & paſſione laceraſſe videatur.*

Quo ad delictum ex caſu ſciendum eſt, 23 quod caſus, aut eſt fortuitus, aut eſt improuiſus, ſeu inopinatus, & ad horum euidentiã aduertẽdum eſt, quod caſus fortuitus eſt il- 24 le cui nulla pręcedit cauſa dependens ab eo, cui caſus imputatur *Cepol. conſ.* 33. *num.* 8, 25 hinc eſt quod inter caſum fortuitum, & leuiſſimam culpam non datur medium vt dicit *Bald. in l. & hoc edicto num.* 3. *ff. naut caup,* & *ſtabul.* caſus verò improuiſus eſt ille cui 26 præcedit aliqua culpa illius, cui imputatur *Surd. conſ.* 445. *num.* 41. *Bald. in l.* 1. *num.* 3. *vbi dicit hanc eſſe notandam differentiam C. de Sicarijs & ibi adden. in verb. cauſa Farin. qu.* 126. §. 1. *n.* 59. & ſic ad delictũ caſu fortuito, requiruntur infraſcripta. Pri-

27 Primò, quod non adſit cauſa præcedens: *Bald. in l. quæ fortuitis C. de pign. actio Cepol. conſ.33. nu.8.* & in hoc differt à caſu improuiſo quia caſus improuiſus conſequitur ad aliquam cauſam, ſeu culpam: ideo caſus improuiſus punitur per modum culpæ *Laurẽz Siluan: de feudi recog. quæſt.109. num.36.*

Secundò requiritur, quod per humanum ingenium præuideri non poſſit. *l. Lucius ff. de euictio: Alex. conſ. 57. num. 4. lib. primo Dec. conſ.14. num.49. lib.3.* idcirco quidquid contingit abſque culpa, etiam læuiſſima, cõtingit caſu fortuito ita *Bart. in l.3. §.1. ff. de Naut. cap. & ſtab. licet Hyrenen. Preuidell. de peſte in verſ. quoniam &c. dicat quod Bart.* ibi loquatur corruptè, & quod etiã hoc ſit de mente *gloſ. in §. præterea in fin. Inſtit. quibus modis contrahit. oblig.*

Diuiſio delictorum quoad eorum nomen. Quæſt. XXIV.

SVMMARIVM.

Delictum non ſolum habet eſſe, & exiſtere, ſed etiam nomen. num. 1.
Delicta alia ſunt abſoluta alia correlatiua. nu.2.
Abſoluta ſunt, vt furtum, homicidium. nu.3.
Correlatiua ſunt, vt mandatum, adulterium. num.4.
Delicta alia ſunt nominata alia innominata, & quæ. num.5.
Differentia inter nominata abſoluta, & nominata correlatiua, nu. 6.
Aſſaſſinium antiquitus cognoſcebatur per nomen locationis. & conductionis. num.7.

1 IAm diximus, quod delictum oportet quod habeat ſuum eſſe, & exiſtere, & hoc eſſe & exiſtere ſtet in conſumatione, & perfectione eiuſdem delicti, ſed non ſufficit, quod delictum exiſtat, ſed oportet, quod habeat etiam nomen: ideo ſciendum eſt, quod delicta alia ſunt abſolu-
2 ta, alia correlatiua; abſoluta ſunt illa, quæ
3 per ſe habent nomen abſolutum, vt furtum homicidium; correlatiua ſunt illa quæ
4 niſi cum duobus, vel plutibus perſonis cõmittuntur *Farin. conſ.53. num. 2.* vt mandatum, Adulterium &c. & vtrorumque iſtorum delictorum quædam ſunt nominata
5 quæ habent à iure proprium nomen, vt quæ abſoluta dicuntur veluti furtum homicidium, & quæ corelatiua appellantur pro vt ſunt adulterium; & mandatum; quædam verò ſunt innominata, quæ nullum nomen habent, & potius dici poſſunt actus delictorum nominatorum, quam delicta, vt ſunt percutere, verberare. *Bart. in l. nunquam plura ff. de priuatis delictis num.4.*

Sed differunt delicta nominata abſoluta à delictis nominatis correlatiuis, quia ab-
6 ſoluta non diuerſificantur in nomine delinquentium: nam furtum denominat furẽ independenter, ſed correlatiua diuerſificantur in nomine, quia aliquando nomina delinquentium ſunt diuerſa, quamuis vnum nomen deſcendat ab alio, vt mandans & mandatarius, aliquando nomen non deſcẽdit à nomine delinquentium, vt quando plures per tractatum iniuerunt quamdam ſocietatem ad delinquendum, aliquando variatur nomen delicti, & delinquentium, vt in aſſaſſinio, quod de iure ciuili non erat cognitum per verbum Aſſaſſinij, ſed alijs vocabulis appellabatur locator, & cõ-
7 ductor, vt dicit *Farin. quæſt.123. num.1. Bald. in l. non ideo minus in princ. C. de accuſat. vbi citat textum in l. non ſolum §. proculus ff. de iniurijs.*

Diuiſio delictorum quoad Iudicialem cognitionem.

Quæſtio XXV.

SVMMARIVM.

Offenſio eſt alterius vtilitatis atque ſtatus, vel publici vel priuati læſio. n.1.
Delicta dicuntur publica, vel priuata ex modo agendi, & quare. nu.2.
Publica iudicia non ſunt inuenta propter vtilitatem priuatam, ſed propter publicam vindictam. n. 3.
Delictum dicitur publicum per reſpectum ad ordinationem. iudicij non per reſpectum ad genus pœnæ. num.4.
Pœnæ augumentatio, vel minoratio non faciunt, vt crimen ſit publicum, ſed eius atrocitas. nu.5.
Si per ſtatutum alteretur pœna delicti, non accuſatur ex ſtatuto, ſed ex l. pub. iudiciorum. num.6.
Si ſtatutum inducat nouum nomen delicti, tunc reus accuſatur ex ſtatuto. n.7.
Priuata delicta ideo ſic dicuntur, quia eorum perſecutio permittitur ei cuius intereſt. nu.8.
Delicta priuata diſtinguntur à publicis re, & nomine & quomodo. num.9.
Noxia priuata accipitur per quam quiſque priuatus læditur, & eſt ipſum delictum, veluti furtum damnum. nu.10.

De

Digitized by Google

De iure canonico delicta omnia ſunt publica , & titulus de priuatis delictis non eſt in vſu. nu. 11.

CVm iam diximus delictum eſſe offenſio-
1 nem, modò ſciendum eſt quod offenſio eſt alterius vtilitatis atq; ſtatus, vel publici vel priuati læſio ſed ex agendi modo ; delicta
2 dicuntur publica, vel priuata ; nam ex publicis delictis oritur ciuilis actio , ſed non poteſt noxaliter in-
3 tentari , quia publica iudicia non ſunt inuenta propter vtilitatem priuatam , ſed propter publicam vindictam vt notat *Bald. in l. ſi prædium num. 23. C. de ædilit. actio* : ac proinde in iure habemus titulos diuerſos de publicis, & priuatis iudicijs: verum quia de huius diſtinctionis doctrina multa , & copioſè tradidit *Farin. in quæſt.* 18. *num.* 8. *& ſeqq.* ideo ad illum me remitto. vnum tamē
4 aduertendum , quod delictum dicitur publicum per reſpectum ad ordinationem iudicij , & eius qualitatem ; non per reſpectum ad genus pœnæ , & publica iudicia facit cauſa intentata, non pæna, vt notat *Bald. in Rub. C. de his qui accuſare non poſſunt num.* 13. *& in l. ſi eum num.* 2. *ff. ſi quis cautio*, &
5 hinc eſt quod augumentatio , vel minoratio pænę non facit, vt crimen ſit publicum, ſed eius atrocitas *Bald. in l. actoris num.* 2. *ff. de procur. & defens.* quo circa ſi per ſtatutum
6 alteretur pæna ſuper homicidio non accuſatur reus accuſatione deſcendente ex ſtatuto, ſed accuſatur *ex l. publicorum iudiciorum ſcilicet ex l. cornelia de Sicarijs* cuius pæna eſt alterata per ſtatutum ; ſi vero ſtatutum in-
7 ducat nouum nomen delicti , & nouam ſpeciem criminis v.g. quia imponit falſitati nomen baratarię, tunc reus accuſatur accuſatione deſcendente ex ſtatuto , & non accuſatione deſcendente *ex l. publicorum iudiciorum Bartol. in l. non omnia nu.* 15. *ff. de pub. iudicijs.*

Delicta verò priuata ideo ſic dicuntur ,
8 quia horum delictorum publica accuſatio non eſt, ſed perſecutio permittitur ei cuius propriè priuatim, ac ſpecialiter intereſt, id eſt ei parti, quæ læſa eſt *Gomez tit. delictorum cap.* 1. *num.* 5. & hinc eſt quod multi volunt,
9 quod delicta priuata diſtinguntur à delictis publicis re & nomine: re quia per delicta publica lęditur reſpublica; nomine, quia crimen ſeu crimina appellantur , vt ſunt cędes, falſitas, adulterium; Delictorum verò verbum ad priuatam noxiam referunt, qua priuatim quiſq; læditur, veluti furtum, & iniuria . *l.* 17. *ff. de ædilit. edict.* Noxia verò
10 priuata accipitur, per quam quiſq; priuatus læditur , & eſt ipſum delictum , veluti furtum, damnum *toto tit. ff. de noxal. actio* . Hæc omnia, quæ diximus de pub. & priuatis delictis procedunt de iure ciuili , quia de iure canonico omnia delicta ſunt publi-
11 ca vt notat *Farin. conſ.* 85. *num.* 40. *& eſt gloſ. in cap. infamis in verbo fures* 6. *quæſt.* 1. ex hoc infert *Milleus in pract. fol.* 147. *num.* 32. quod hodie titulus de priuatis delictis non eſt in vſu.

Diuiſio delictorũ quoad punitionem. Quæſt. XXVI.

SVMMARIVM.

Pænarum genera ſunt cauſa diſtinctionis delictorum in capitalia , & non capitalia . n. 1.
Crimē capitale eſt illud quod imponi poteſt pæna mortis ſiue ciuilis ſiue naturalis . nu. 2.
Pæna eſt ſignum culpæ . num. 3.
Delicta capitalia ſunt in triplici differentia ratione triplicis generis pænarum mortis, mettalli , & deportationis . n. 4.
Pæna mettalli ſucceſſit pæna carceris perpetui . nu. 5.
Pæna deportationis ſucceſſit pæna bannimenti perpetui . num. 6.
Delicta non capitalia ſunt quæ vel relegatione infamia verberum ictus fuſtium percuſſione puniuntur. num. 7.
Delicti capitalis pæna triplex eſt, ciuitatis, libertatis , & vitæ . nu. 8.
Exilium: an ſit pæna capitalis. num. 9.
Exul dicitur trans ſolum miſſus, aut extra ſolum vagus . n. 10.
Exilium vt plurimum non niſi pro delictis non capitalibus infligitur . nu. 11.
Exilium eſt nomen generale . num. 12.
Relegatio non eſt pæna capitalis . num. 13.

PÆnarum genera ſunt cauſa diſtinctionis de-
1 lictorum in capitalia & non capitalia vnde *Bart. in l, 2. ff. de pub. iud.* Capitale crimen appellat illud , per quod
2 imponi poteſt pæna mortis, ſiue ciuilis, ſiue naturalis , & ratio eſt quia pæna eſt ſi-
3 gnum culpæ *Bald. in l.* 1. *num.* 4. *ff. de iuſtitia , & iure* vnde delicta capitalia ſunt in triplici generis differentia nimirum quædam quæ
4 puniuntur pæna mortis; quædam quæ puniun-

niuntur pæna mettalli quę hodie eſt pæna
carceris perpetui *Bald. in l. reos num. 4. C. de
accuſat.* immo triremium *Gabriel. conſ. 17.
num. 17. lib. 1. Iaſ. in l. tranſigere num. 4. C. de
tranſac.* & quædam quæ puniuntur pæna
deportationis, cuius loco hodie ſucceſſit
perpetuum bannimentum, vt notat *Farin.
quæſt. 25. num. 4.* non capitalia ſunt illa quæ,
6 vel relegatione infamia, dignitatis ammiſ-
ſione, & verberum ictuſque fuſtium per-
cuſſione puniuntur, vt notat *Bald. in l. quid
7 ergo §. pæna grauior ff. de his qui not. infam. & in
l. tranſigere num. 17. ff. de tranſactio,* ex quibus
8 habes differentiam in delicta capitalia, &
non capitalia, nam capitalia puniuntur pæ-
na capitali, vt ſupra dixi, quæ triplex eſt, vna
ciuitatis altera libertatis; tertia vitæ, *gloſſ.
poteſtatem l. imperium ff. de iuriſd. omn. iud.*
non capitalia puniuntur pænis inferiori-
bus non capitalibus, licèt ſint corporis
afflictiuę.

Dices, quod exilium ſit pæna capitalis,
9 vt dicit *Alex. conſ. 104. ſub num. 2. & conſ. 121.
lib. 7. & facit textus in l. ſed & ſi quis 4. ff. ſi quis
caut. indic. ſiſtendi*, ſed exilium imponitur
etiam pro delictis non capitalibus: ergo nō
videtur ſufficiens predicta diuiſio. Reſpōde-
tur, quod exilium dupliciter conſiderari
poteſt, vel pro vt à iure infligitur, vel pro
vt ab homine iniungitur, vel pro vt per-
petuò, vel ad tempus comminatur; ſi con-
ſideratur, prout à iure infligitur, & tunc
dici poteſt pæna capitalis cum propriè de-
portatio dicatur *Farin. quæſt. 19. num. 17. verſ.
propriè tamen &c.* per quam ciuitas amitti-
tur; ſi verò conſideratur pro vt ab homine
tunc non deportatio, ſed expulſio potius à
ciuitate dicitur, ideo exul nominatur quaſi
10 trans ſolum miſſus aut extra ſolum vagus
& vt plurimum non niſi pro delictis non
capitalibus imponitur: ſi verò conſideratur
pro vt perpetuò, vel ad tempus infligitur
11 tunc ſi perpetuò etiam pro capitali delicto
imponitur; Si ad tempus non niſi pro non
capitali: cum autem generale ſit nomen
12 ad deportationis ſpeciem, & quaſi propriè
reducitur vt *in l. 2. ff. de pænis: capitalia delicta
ſunt* inquit textus ille *in quibus pæna mors aut
exilium eſt* hoc eſt aquæ, & ignis interdi-
ctio; per has enim pænas eximitur caput
13 de ciuitate; nam cæterá exilia non exilia,
ſed relegationes propriè dicuntur; relegatio
enim non capitalis pæna eſt vt tenet *Nico-
laus Antonius in ſuo tract. de Exilio cap. 30. lib. 2.*

De Probatione Delicti.
Quæſt. XXVII.

SVMMARIVM.

Probatio delictorum inſtituta fuit vt veritas certo conſtet adminiculo, quod iudex condemnando aut abſoluendo ſequatur. n. 1.
Probatio delicti duplex, vna directa altera, indirecta. nu. 2.
Duo ſunt modi probandi delictum, & qui. num. 3.
Probatio tripliciter compleri poteſt. n. 4.
In probationibus duo conſideranda ſunt, & quæ. nu. 5.
Accuſator de iure ſi non probat delictum pæna talionis tenetur. num. 6.
Accuſator de iure tenetur ſe inſcribere. n. 7. quæ inſcriptio hodie ſublata eſt, & cur. nu. 8.
Delicta debent in accuſatione ſpecificari, num. 9.
Calumnia præſumitur in non probante. n. 10.
Veritas facti à calumnia defendit. nu. 11.
Accuſator ſi ſe inſcripſiſſet puniretur extraordinariè, & quare. num. 12.

PRæhabita aliqua cognitio-
ne de delicto; conſentaneū
videtur vt modò de illius
probatione diſſeramus.
Probatio enim delicti ſi-
cut, & cæterarum cauſę
controuerſarum inſtituta
1 fuit, vt veritas certo conſtet adminiculo,
quod iudex aut condemnando aut abſol-
uendo ſequatur. *l. ad probationem C. de pro-
bationibus.* Vnde ſcias, quod hæc delicti pro-
batio propter quandam ſui generalitatem
2 non ſolum de directa, ſed etiam de præ-
ſumpta probatione intelligi oportet, quia
duo ſunt modi probandi delictum ſcilicet
vno modo per preſumptiones, & indicia;
altero modo per perfectas, & directas argu-
mentationes *Vnde Impp. Grat. Valent. & Theo-
doſ. in l. ſciant cuncti C. de prob.* ita aiunt *ſciant
cuncti accuſatores ſe rem deferre in publicam no-
tionem habere, quæ munita ſit idoneis teſtibus, vel
inſtructa apertiſſimis documentis vel indicijs ad pro-
bationem indubitatis, & luce clarioribus expedita*
quapropter occaſione huius textus, qui in-
tentioni noſtræ optimè deſeruit duo no-
tanda ſunt, vnum ſpectans ad perſonam,
4 quæ probationem promouere debet & eſt
accuſator; alterum ſpectans ad modum
promouendi prædictam probationem qui
tripliciter cōpleri poteſt vel per idoneos te-
ſtes, vel per apertiſſima documenta, vel per
indicia indubitata.

Quo ad primum ſpectans ad accuſato-
rem

rem dicendum eſt, quod talis, & tanta erat de iure accuſatorum cura, & diligētia ad probationes promouendas, quod ſi illas
6 poſtea non compleuiſſent, non ſolum calumniatores, veluti falſa crimina intendentes reputabantur, vt *in l. 1. §. calumniari ff. ad Tarpilianum*, ſed etiam ad pœnam talionis tenebantur *l. 1. C. de accuſat. l. 2. §. fin. ff. de adulter.* & hinc eſt quòd tunc temporis inoleuit quod accuſatores deſerrentes inſcri-
7 bere ſe eorum accuſationi tenebantur, quod erat ſe obligare, ſi non probaſſent ad eam pœnam, quam reus debebat pati, vel quam accuſando inferre intendebant ſi dicti accuſatores probaſſent, *vt in cap. ſuper his de accuſat. in gloſ. & can. quiſquis 2. quæſtion. 8.* ſed hodie hæc formula inſcribendi receſſit
8 ab aula, vt notat *Guazz. defenſ. 3. cap. 3. nu. 13. verſ. ſed circa illud* & numqnam, aut rarò huiuſmodi accuſatores puniri ſolent, & ratio eſt ne metu pœnæ homines ſe abſti-
9 neant ab accuſando *Honded. conſ. 112. nu. 43. lib. 1.* requiritur tamen pro forma vt in accuſatione ſpecificè exprimantur delicta, ſuper quibus inſtituitur accuſatio, aliàs illa non procederet, quantumcumque generalis fuerit, atque etiam per accuſatorem probata fuerit alias vti calumniator habe-retur; calumnia enim præſumitur in non
10 probante *Bald. in l. Athletas §. calumniator n. 8. ff. de is, qui not. infam.* veritas tamen facti à calumnia defendit *l. ſi conuicij C. de iniurijs Bald. in l. debuit num. 3. ff. eod.*

Quid ſi accuſator ſe inſcripſiſſet nunquid
12 teneretur ad pœnā inſcriptionis? & dicen. quod nō; ſed erit puniēdus pœna extraordinaria, vt determinat *Scaccia de iudicijs cap. 51. num. 16. lib. 1. per textum in cap. ſuper his de accuſat.* maximè ſi probata fuerit accuſatio per vnum teſtem, & ratio eſt, quia tale ius admittitur per quamdam analogiam, hoc eſt per quamdam proportionem non per æqualitatem *Bart. in l. ſi cui in prin. ff. de accuſation. Felyn. in d. cap. ſuper his col. 4. de accuſat.* Et ratio rationis eſt ne propter antiquorum rigorem accuſatores retrahantur, vt dixi, & ſic delicta euaderent impunita contra *l. ita vulneratus §. penult. ff. ad l. Aquil.*

Quoad ſecundum ſpectans ad modum probandi, qui tripliciter conſideratur, ſcilicet vel per idoneos teſtes, vel per apertiſſima documenta, vel per inditia indubitata ſciendum eſt, quod licet in iure probationum variæ ſint ſpecies, tamen omnes, ad hos tres modos probandi reducuntur; ideò de iſtis tribus modis ſermonem faciemus, in ſequentibus quæſtionibus.

An probationes in proceſſu informatiuo excedere debeant probationes in ciuili. Quæſt. XXVIII.

SVMMARIVM.

Probatio eſt quædam demonſtratio, ſeu rei dubiæ per argumenta oſtenſio. num. 1.

Indicia indubitata, vel alia multa dubitata ſimul collecta indicant indubitabiliter veritatem. num. 2.

Indicia ſunt minus quam ſemiplena probatio. nu. 3.

Res quando ita eſt demonſtrata, vt ſit ſuperuacuam amplius demonſtrari ſufficit æqualiter in ciuili, & in criminali, num. 4.

Probatio in criminali debet excedere ciuilem in tripli ci qualitate num. 5.

Probatio triplex eſt, & quæ num. 6. & 7.

Pœna propter inopiam probationum minuitur. nu. 8.

Qualitas præcedentis vitæ elidit indicia. num. 9.

Sciendum eſt, quod probatio nihil aliud eſt, quam quædam demonſtratio, & vt
1 definit *gloſ. Bart. & Alex. in Rub. C. de probation.* eſt rei dubiæ per argumenta oſtēſio idcircò cum ſæpiſſimè per indicia, & præſumptiones in criminalibus procedatur ad condemnationem, ſaltem extraordinariam; videtur probationē in criminali non eſſe neceſſariā, vt excedat probationem in ciuili, patet quia indicia indubitata, & alia multa dubitata
2 ſimul collecta, & in vnum conſonantia indicent indubitabiliter veritatem *l. milites §. quoties C. de quæſtion.* Et ſi dicas quod indicia quantum in ſe eſt non inducant verita-
3 tem ad plenum, cum ſint minus quàm ſemiplena probatio *gloſ.* deficit *in l. cum probatio ff. de probation. l. capite quinto ff. de adulterijs* Reſpondetur, quod quando indicia ſunt à lege approbata, vel iudicis commiſſa religioni vti plura, & ſimul collecta ſunt, indubitabiliter inducunt veritatē, vt dicit *Bald. in l. ſciant cuncti num. 3. C. de probat. & num. 7. Curtius Papienſ. tract. de teſtibus concluſ. 62. nu. 115.* dicit enim quod quando res ita eſt de-
4 monſtrata, vt ſit ſuperuacuum amplius demonſtrari, ſufficit æqualiter in ciuili, & in criminali *l. 1. in fin. ff. de dolo*, aut res non eſt ita demonſtrata, ita quod non ſit vtile amplius demonſtrari, ſcilicet quia per indicia non ità inter ſe conſonantia eſt demonſtrata, tunc dicendum eſt, quod in crimina-

nalibus debet excedere probatio in triplici
5 qualitate, primò in receptitia, quia cum maiori ſubtilitate ſunt teſtes interrogandi, & recipiendi, *Auth. apud eloquentiſſimum C. de fid. inſtromentor. l. 4. §. idem diuus ff. de teſtibus*. Secundò in qualitate demonſtratiua, quia requiruntur indicia grauiora, & maturiora in criminali, quam in ciuili, & ratio eſt, quia plenior requiritur probatio, vbi maior requiritur condemnatio *l. bonæ fidei ff. ſi certum pet.* tertiò in qualitate teſtiũ approbatiua, quia requiruntur teſtes magis idonei, quos appellant leges maiores omni exceptione. vnde habes, in quibus probationes criminales excedant probationes in ciuili: ac proindè ſciendum
6 eſt, quod triplex eſt probatio; vna minor, quæ perfectè non demonſtrat, ſed indiget ſuppleri *in d. l. bonæ fidei C. de reb. creditis*, & iſta concludit interdum in ciuili, non in grauì criminali; tamen ſi eſt caſus torturæ venitur ad torturam; altera eſt probatio maior, quæ fit per duos teſtes de veritate, & iſta ſufficit in ciuili,& in criminali, tamẽ in criminali facilius eliditur, quam in ciuili, quia vt dixi in criminali teſtes, qui deponunt de dicta veritate debent eſſe omni exceptione maiores, contra quos ſi aliqua exceptio opponi poteſt non dicuntur omni exceptione maiores. *Roland. conſ. 7. num. 13. lib. 1. Gram. conſ. 59. num. 17.* tertia eſt probatio maxima; circa quam non poteſt intellectus errare, & iſta eſt indubitata,quę nec elidi poteſt, ſiue loquamur in ciuili, ſiue in criminali.

7 Pariter notandum eſt circa probationem in criminali, quod triplex ſit probatio,prima probatio eſt intuitiua, ſcilicet quando teſtes ſunt conteſtes, & deponunt vidiſſe factum in numero ſufficienti,& qualitas teſtium eſt approbata à iure, & iſtam probationem appellamus probationem pleniſſimam, quia quidquid ei adiungitur ſuperuacaneum reputatur. *cap. ad noſtrum. de prob.*

Secunda probatio eſt, quæ in criminalibus non multum arduis, nec valdè ponderoſis eſt communiter ſufficiens, & ſemiplenam probationem excedens, v.gr. ſi cum iſta iungatur confeſſio efficitur probatio plenior, quàm in ciuili requiritur, *l. 2. C. quorum appella. non recipiat.* & plena fit punitio ſecundum exigentiam naturæ delicti, ſi autem non adiungeretur confeſſio, vel quia qualitas perſonæ non patitur, vel quia,cum hoc ſit commiſſum arbitrio Iudicis, & non vult torquere, vel quia reus abeſt, vel quia ſtatutum prohibet, tunc non poteſt imponi pœna corporalis, quia propter inopiam probationũ
8 minuitur pœna, hoc eſt, quia non poteſt plus punire in criminali, quam condemnare in ciuili: Tertia probatio eſt iudicatiua, ſcilicet quãdo fit iudicium,quod eſt minus quàm ſemiplena probatio, & ex iſta in vili perſona habet locum tortura *l. cum probatio ff. de probatio.* ſecus in grauioribus perſonis, quia qualitas præcedentis vitæ elidit huiuſ-
9 modi indicia *cap. cũ in iuuentute de præſumpt. l. non omnes §. à Barbaris ff. de re militari*, vbi ergo ceſſat tortura, & tortus non confitetur, debet ſequi abſolutio, nec poteſt reus in aliquo condemnari ex ſola ſuſpicione *l. abſentem ff. de pœnis facit cap. ſi clericos de ſenten. excomm. lib. 6.*

An probatio ex duobus imperfectis ſit ſufficiens probatio. Quæſt. XXIX.

SVMMARIVM.

Ex duobus imperfectis probationibus non reſultat ſufficiens probatio num. 1.

Probatio in genere non datur, quæ non ſit alicuius ſpeciei. num. 2.

Genus non reperitur in rebus ſenſatis ab omni ſpecie abſtractum. num. 3.

Legiſtis non permittitur formari genus tamquam ideam in mente legis. num. 4.

Genus dupliciter conſiderari poteſt. num. 5.

Vnus teſtis quatenus in ſpecie probat non diuerſificatur à Iuramenti probatione. num. 6.

Si non proſunt ſingula multa vnita iuuant. num. 7. num. 8.

Vnus teſtis licet non faciat ſemiplenam probationem, tamen facit quamdam violentam probationẽ. num. 9.

Vnus teſtis cum adminiculis facit ſemiplenam probationem. num. 10.

Probatio ſemiplena non ſufficit ad condemnandum. num. 11. Declara num. 16.

In criminalibus non eſt reperire ſemiplenam probationem. num. 12.

Seruitus non recipit ſemiſeruitutem. num. 13.

Duo teſtes in criminalibus ad condemnandum non ſufficiunt. num. 14.

Vt vnus teſtis ſit ſufficiens ad torturam tria requiruntur, & quæ num. 15.

Dolus, & ſcientia coniecturis probantur. num. 17.

Probationes imperfectæ, numquam coniunguntur, vt plenè probent. num. 17.

Quis dicatur conuictus. num. 18.

1 ET videtur diceñ, quod non, nam hæc probatio reduci non poſſet ad aliquam ſpeciem probationis, quæ perfici deberet per eãdem ſpeciem atteſtationum; & nõ per diuerſas: *Bal. in l. Spadonem §. qui* il primo *ff. de excuſat. tutorum n.......* &; ratio eſt, quia ex pluribus concurrentibus non augetur effectus, cum non veniant ad integrationem vnius ſpeciei, ſicut ex pluribus teſtibus ſingularibus non reſultat certa plena probatio, idcircò iſta probatio reſultans ex imperfectis non videtur ſufficiens ſecundum ea, quæ tradit *Bald. in rub. C. de probat.* vbi dicit quod eſſet dare probationẽ
2 in genere, quæ non ſit alicuius ſpeciei, & ſubiungit rationem, quia in rebus ſentatis non eſt reperire aliquod genus ab omni
3 ſpecie abſtractum, quod ſi daretur eſſet formaliter in mente legis tamquam quædam
4 idea, quod non permittitur legiſtis, vt notatur per *Cyn. in rub. C. ſi certum petatur*.

Sed veritas in contrarium eſt, & ad huius veritatis enucleationem ſciendum eſt,
5 quod genus dupliciter conſiderari poteſt, vno modo per quamdam rationem eſſentialem generi competentem, quæ communicatur cuilibet eius ſpeciei, vt animal in homine, & equo alio modo per rationem ſimilitudinis, quæ licet non ſit in qualibet eius ſpecie, attamen in eo, de quo agitur adeſt ſimilitudo, & hoc ſufficere videtur, vt in aliquo genere conſtituatur ſecundum ea, quæ tradit *Abb. in cap. conſtitutus in 3. not. de appellat. Farin. conſ.* 198. *n.* 14. nam
6 cum vnus teſtis quatenus in ſpecie ſua probet, iſta probatio, in genere ſimilis probationis nõ diuerſificatur à iuramẽti probatione, quę ſuo modo afficit ſicut ſuo modo afficit vnus teſtis in eo, in quo ſimiles ſunt, & hinc
7 eſt, quod legiſtę conſtituerunt regulã generalem, quod ſi non proſunt ſingula multa vnita iuuant propter ſimilitudinem, ratione generis, vt docet *Bald. in d. rub. C. de probat.*

Dices quod ſupradicta regula non procedit, quando ſingula ſunt imperfecta in ſua vera ſpecie *Alex. conſ.* 13. *num.* 19. & 20. *Iaſ. in l. admonendi ſub num.* 99. *ff. de iure iuran. Rota recenti deciſ.* 187. *par.* 5. Reſpondetur,
8 quod ſupra dicta regula benè procedit quoad procedendum contra reum, non autem quoad condemnandum. *Farin. conſ.* 59. *nu.* 1. nam vnus teſtis de viſu, & confeſſio extraiudicialis ſi non ſunt ſufficientes ad pœnam, sũt tamẽ ſufficientes ad torturam, vt notat idem *Bald. in d. Rub. C. de probat. nu.* 1. *Farin. quæſt.* 37. *n.* 11. *in verſ. & tamen* vnde dicit *Add. ad conſ.* 25. *Farin. lit. M. verſ. verum quia* quod licet vnus teſtis in criminali
9 non faciat ſemiplenam probationem, quæ ex ſe ſufficeret ad torturam: *Farin. qu.* 36. *num.* 231. dum ſit perfecta; tamen facit quamdam violentam probationem, vt cũ
10 alio diuerſo inditio puta fama facit dictam ſemiplenam probationem ſufficientem ad torturam. *Alex. conſ.* 89. *num.* 7. *lib.* 3. *gloſ. in l.* 2. *in verbo legitimi ff. de excuſat. tutor.*

Et ſi replices quod à proportione numeri vnus teſtis in criminalibus faciat ſemiplenam probationem ſufficientem ad torturam, vt ſupra dixi, ſicut duo faciunt plenam probationem, ergo non videtur verũ, quod vnus faciat violentam probationem, & ita ſentit *Farin. quæſt.* 63. *num.* 52. & tenere videtur *gloſ. in l. admonendi ff. de iure iuran. Farin. quæſt.* 36. *num.* 226. & 229. vbi in fine dicit, quod vnus teſtis de viſu non eſt propriè indicium maleficij, ſed ſemiplena probatio, & idem replicat in *qu.* 37. *num.* 54. Reſpondetur, quod ſi eſſet vera opinio *Farinaccij* ſequeretur quod à proportione numeri, ſicut duo teſtes etiam in criminali faciant plenam probationem ad effectum condemnandi in pœnam ordinariam. *Farin. qu.* 63. *num.* 232. & dixi ſupra, ita vnus teſtis quatenus faciat ſemiplenam probationem erit ſufficiens ad pœnam extraordinariam, & tamen numquam vidi per teſtimonium vnius teſtis condemnari reum in pœnam extraordinariam, quia probatio ſe-
11 miplena non ſufficit ad condemnandum, niſi iunctis adminiculis: *Farin. conſ.* 78. *nu.* 38. & ibi *in addit. lit. B.* Quocirca aut opinio *Farin.* non videtur vera, aut intelligenda cum aliqua declaratione, quod non ſit vera videtur facere ea, quæ notat *Bald. in l. in bonæ fidei C. de reb. cred. & in l. admonendi num.* 21. *ff. de iure iurand. & in conſ.* 364. *num.* 6. *verſ.*
12 *prætereà lib.* 3. vbi dicit quod in criminalibus non eſt reperire ſemiplenam probationem. & ratio eſt, quia probatio eſt quid indiuiduum, vnde ſicut ſeruitus non reci-
13 pit ſemiſeruitutem ita non eſt reperire ſemiplenam probationem *l. ſi quis C. ad l. Iul. maieſt.* Idcircò dubitat *Cyn. in l. final. C. de probat.* quod duo teſtes in criminalibus ſuffi-
14 ciant ad condemnandum, immò negat ſufficere. vnde ne *Farinaccij* opinio in totum reſpuam, dico quod intelligenda veniat cum grano ſalis, ſcilicet quod faciat ſemiplenam probationem adiunctis alijs adminiculis, & tunc erit ſufficiens ad torturam, præcipuè quando teſtis eſſet omni exceptione maior, alias non: *Add. ad Angel. de maleficijs in verbo fama publica num.* 12. *Alex. d. conſ.* 89. *num.* 7. *lib.* 3. & ita idem *Farin. tenet*
15 *in conſ.* 10. *num.* 33. vbi tria requiri voluit,

vt vnicus teſtis ſit ſufficiens ad torturam primum quod deponat de maleficio directe & immediate:ſecundum quod teſtis ſit omni exceptione maior *Aym.conſ.6.num.*12. tertium quod indicia ſeu adminicula concurrant ad vnius teſtis depoſitionis corroborationem.

Verum quia ſupra diximus ſemiplenam probationem cum adminiculis ſufficientē
16 eſſe ad condemnandum operæ, prætium eſt intelligere in quam pænam, nam quidam aiunt in pænam ordinariam, & quidam in pænam extraordinariam, ſed *Cartar. in deciſ.90.num.39.40.41.* conciliando opiniones ſupradictas dicit quod qui tenent poſſe cōdemnari in pænam ordinariam intelliguntur quo ad pænam pecuniariam pro delicto comminatam non autem corporalem ſeu corporis afflictiuam niſi ſit delicti extraordinaria aut prædicta ſemiplena probatio tendat ad probandum doli,& ſcientiæ qualitatem quia minor requiritur probatio ad probandum dolum,
16 & ſcientiam quam ad probandum delictū cum dolus & ſcientia coniecturis probentur *Cartar dicta deciſ. numeris 64.65.66.* vnum tamen tene quod probationes in ſua ſpecie imperfectæ nunquam coniunguntur ad ef-
17 fectum vt plene probet *gloſſa eſt ſingularis in verbo illorum in cap. veniens il primò de teſtibus Bartol. in l. ſi quis ex argentorijs* §.1. *ff. de edendo Marſil. in Rub. C. deprobatio num....... Clarus quæſt.63.verſ. tu ſcis*, & per conſequens, vt reus ordinaria pæna plectatur, nam in quēquam ſententia ferri non poteſt niſi aut cōuictus aut confeſſus ſit;nec conuictus quiſ-
18 quam dici poteſt niſi habeat teſtes cōtra ſe idoneos, & per omnia loco & tempore atque dicto conteſtes & conformes.

De probatione per idoneos teſtes. Quæſt. XXX.

SVMMARIVM.

*Teſtes vt probationem faciant debent eſſe idonei. n.*1.
*Bonum nomen, & optima fides teſtium faciunt illos, habiles ad teſtificandum. nu.*2.
*Teſtes in criminali debent eſt omni exceptione maiores num.*3.
*Quando veritas aliter haberi non poteſt admittuntur teſtes inhabiles. n.*4.
*Idoneitas Teſtium duobus temporibus conſideranda eſt nempe tempore delicti,& tempore quò deponunt.n.*5
*In teſtimonijs duo conſideranda ſunt vnum quod conſiſtit in veritate alterū quid cōſiſtit in probatione.n.*6.
*Veritas per teſtes habiles habetur. n.*7.
*Probatio haberi non poteſt per teſtes in habiles. n.*8.
*Quando teſtis recipitur quo ad veritatem tunc habetur reſpectus ad tempus delicti. num.*9.
*Quando teſtis recipitur quoad probationem tunc habetur reſpectus ad tempus examinis. n.*10.
*Probatio eſt publici iudicij in quo non admittuntur teſtes in habiles. nu.*11.

1 TEſtes ad hoc vt probationem faciant debent eſſe idonei hoc eſt integræ exiſtimationis & numero ſufficientes ac iurati.

Quo ad integram exiſtimationem certum
2 eſt quod bonum nomen, & optima fides teſtium faciunt illos habiles ad teſtificandum. *l.* 1. *ff. de teſtibus* & vt plurimum teſtes in criminali debent eſſe omni exceptione maiores *l.opinionem C. de contrahen. & committ. ſtipul.* cum a-
3 gatur de maximo ac irreparabili præiudicio hominis *gloſ. in* §. *item verborum verb. idoneos Inſtit: de inutilibus ſtipulatio Farin.quæſt.62.nu.*1.
4 niſi tamen veritas aliter haberi non poſſit quia tunc etiam inhabiles admittuntur ad teſtificandum, & præcipue in delictis,& factis occultis, & difficilis probationis *Farin. quæſt.63.num.*28.*Burſat.conſ.*346.*num.*17. qua propter idoneitas teſtis duobus tempo-
5 ribus conſideranda eſt; nimirum tempore patrati delicti,& tempore quo deponit de delicto patrato: ſi conſideramus idoneitatē tēpore quo delictū commiſſum fuit parum refert, quod teſtis fuerit bonæ conditionis & famę & ſic habilis ad teſtificandum dum tempore quo deponit de dicto facto repelli poſſit vti inhabilis ad deponendum quo tempore eius teſtimonium eſſet nullum. *l.* 3. §. *duæ autem verſ. figuræ & ibi gloſ. non eamdē &c. ff. de Carboniano edicto*: vbi dicitur quod ſi mutatur conditio teſtis, vt quia fuit primo habilis, & tempore depoſitionis eſt inhabilis tunc eius iuramento non creditur.

Dices quod per teſtes inhabiles quo ad eſſe veritatis facti, depoſitio ſubſiſtit idcirco quo ad veritatem conditio inhabilitatis non nocet tempore teſtificationis Reſpondetur quod in teſtimonijs duo conſideran-
6 da ſunt vnum, quod conſiſtit in veritate aliud quod conſiſtit in probatione ſi reſpicimus ad id,quod conſiſtit in veritate vtiq;
7 per teſtes inhabiles nō tollitur ſi vero reſpicimus ad id quod cōſiſtit in probatione per
8 teſtes inhabiles non recipitur, & ratio eſt quia quando teſtis recipitur quo ad veritatem tunc habetur reſpectus ad tempus quo
9 delictum patratum fuit quando vero teſtis recipitur quo ad probationem tunc habetur

10 tur reſpectus ad tempus examinis quo tẽpore ſi teſtis eſt inhabilis non probat quia probatio eſt publici iudicij in quo non admittuntur teſtes inhabiles, *l. quoniam liberi*
11 *C. de teſtibus*.

De numero ſufficienti teſtium.

Quæſt. XXXI.

SVMMARIVM.

Ad probationem coadiuuandam oportet, quod teſtes ſint numero ſufficientes. n.1.
Numerus teſtium dupliciter conſiderari poteſt. nu.2.
Teſtimonium ſtat in duorum, vel trium teſtium ore. num.3.
Dictio, vel, *disiunctiue ſumitur. n.4.*
Probatio dupliciter conſiderari poteſt in genere ſcilicet & in ſpecie. nu.5.

1 AD coadiuandam probationem per idoneitatem teſtium de qua ſupra diximus oportet quod teſtes idonei ſint etiã numero ſufficientes alias idoneitas, aut nihil ageret aut imperfectam redderet probationem, ideo ſciendum, quod numerus teſtium dupliciter cõſiderari po-
2 teſt vno modo quatenus reſpiciat ad ſolemnitatem actus vt ſunt teſtes requiſiti ad validitatem teſtamenti, vel alterius inſtrumenti ſeu publici actus de quo numero videtur loqui textus cum *gloſ. in l. vbi numerus ff. de teſtibus* & de hoc numero non erit ſermo noſter: altero modo quatenus reſpiciat ad probationem alicuius facti de quo numero loquitur textus in *Deuter. c.17.* quod
3 in duorum vel trium teſtium ore peribit, qui interficiendus eſt & nemo occiditur vno tantum contra ſe dicente teſtimoniũ, & regulariter in omnibus delictorum probationibus ſufficiunt duo teſtes *Abb. in cap. quoties de teſtibus Angel. conſ. 14. iuxta dictum Chriſti Domini Noſtri in ore duorum ſtat omne verbum* vt apud *Matth. c.18. & prima Corinth. cap.13. & in cap. licet vniuerſis. vbi gloſ. cap. veniens de teſtibus vbi notan.* illa particula *vel* que
4 disiunctiue ſumitur ſignificans quod duo tantum teſtes ſint ſufficientes.

Dices quod textus in *cap. excomunicamus §. adijcimus de hereticis iubet* quod tres vel plures boni teſtimonij viros vel etiam (ſi expedire videbitur) totam viciniam iurare cõpellat quo fit vt non duo, ſed plures quã duo requirantur ad probationem faciendã. Reſpondetur quod probatio dupliciter cõ-
5 ſiderari poteſt vna in genere altera in ſpecie ſi conſideratur probatio in genere prout ſpectat ad inquiſitionem generalem tũc textus ille in *cap. excommunicamus* bene procedit quia inquiſitio prædicta non poteſt fieri niſi per examen trium vel plurium virorum aut omnium de ciuitate ſeu prouincia ſi vero conſideramus probationem in ſpecie tunc duo teſtes cum ſint omni exceptione maiores ſufficiunt ad probationem.

An teſtes vt probent dicere debeant cauſam ſui dicti.

Quæſtio XXXII.

SVMMARIVM.

Id ſuper quo teſtes deponere debent ſub duplici forma conſiderari debet. n.1.
Non eſt neceſſarium teſtes dicere cauſam de illo quod cadit in ſuo ſenſu niſi interrogentur. nu.2.
Teſtis non reddens cauſam ſui dicti non probat perfectè. num.3.
De his quæ cadunt in intellectu, teſtis tenet reddere cauſam. n.4.
Ratio reddita per intellectum eſt potius iudicium quã teſtimonium. nu.5.
Teſtimonium eſt de rebus quas teſtis vidit vel audiuit vel alio ſenſu corporeo percepit. num.6.
Ebrietas vel furor ſunt animi vitia in corporis paſſionem diſgredentia. n.7.
Teſti deponenti de ebrietate vel furore non creditur niſi aſſignat cauſam. nu.8.
Differt eſſe ebrium vel ebrioſum. num. 9.
Qualitas inuiſibilis animi ſicut eſt intangibilis ita eſt difficilis probationis. n.10.
Vbi requiritur præiudicium intellectus circa ſenſum non creditur teſti niſi applicet rationem. nu. 11.
Ratio eſt certa veritatis demonſtratio. num.12.
Ea quæ videri vel ſentiri poſſunt oportet manifeſtari per cauſam. n.13.
Adulterium nec videri nec ſentiri poteſt nec ſciri per rationes niſi exprimantur. nu.14.
Teſtes deponentes ſuper negatiua ſi non reddant cauſam ſcientiæ nihil probant. nu.15.
Negatiua non cadit in ſenſu. n.16.
Ratio ſeu cauſa negatiuæ qualis eſſe debeat. nu. 17.
Regula quod credatur magis duobus teſtibus affirmantibus quam decem negantibus intelligitur de negantibus, & non reddentibus rationem. nu. 18.
Oportet quod teſtes ſuper negatiua coarctent ſuum dictum. n.19.

Affirmatiua & negatiua cum ratione pari paſſu ambulant. nu.20.

1 ET dicendum quod id ſuper
quo teſtes deponere debent
poteſt eſſe in duplici differen-
tia nam aut cadit ſub aliquo
ſenſu corporali per quem te-
ſtis omnino deponere debet,
vt dicit *Bald. in l.3.§. eiuſdem quoque num.3. ff.
de teſtibus* aut cadit ſub formali ratione in-
2 tellectus: quo ad primum non videtur ne-
ceſſarium quod teſtes reddant cauſam ſui
dicti, tum quia ſufficit quod teſtis reddat
cauſam ex qua præſumatur ſenſus corpo-
ralis præſumptione iuris licet non reddat
rationem directè per ſenſum corporis *Bart.
in l.1.n.17. Bald.n.7. ff. ſi certũ petat.* tũ quia ſuf-
ficit ſenſus remotus ab actu ſi ex eo præſu-
matur actus vt in eo qui vidit fugientem
cum gladio ſanguinulento, vel vidit ſcho-
larem exeuntem de domo meretricis de
nocte. *l. neque natales C. de probat. Bald. in
Auth. quas actiones num. 19. C. de ſacr. ſanct. ec-
cleſ.* tum quia veritates quæ poſſunt eſſe
notę ipſi teſti quo ad plenam notitiam per
aliquem ſenſum corporis tunc probat non
reddita ratione ſi non eſt interrogatus *Bald.
in l. ſolum num. 1. C. de teſt.* bene verum eſt,
3 quod quando teſtis non interrogatus non
reddit cauſam non ita perfectè probat ſicut
ille qui teddit perfectã cauſam idem *Bald.
in l. presbiteri num. 17. C. de Epiſcopis & Cleri.*
Quo vero ad ſecundum quia non ita faci-
4 le teſtis poteſt de veritate habere notitiam
oportet quod de dicto ſuo reddat cauſam
vt ſcire demonſtret; alias teſtimonium eius
excedet notiſſimos terminos officij teſtis &
efficitur altioris inquiſitionis ideſt tranſcẽ-
5 dentis ad rationem intellectus quæ ratio
potius dicitur iudicium quam teſtimoniũ,
quod eſt verbo teſtari ſeu deponere factũ
prout ſe habet extra intellectum cum teſti-
monium ſit de rebus quas teſtis vidit, vel
6 audiuit vel alio ſenſu corporeo percepit vt
dicit *Bald. in l.3.§. eiuſdem quoque num.3. ff. de
teſtibus*, & idem dicitur quando teſtis indu-
citur ad probandum id, in quo plurimum
laborat ratio intellectus licet in facto con-
ſiſtat v.g. ſi volo probare Titium ebrioſum
7 vel furioſum licet ebrietas, vel furor ſint
animi vitia in corporis paſſionem diſgre-
dientia, & principaliter conſiſtentia in ani-
mo, tamen ad iſta ſciendum requiritur per-
ſpicax inquiſitio non offerens ſe menti niſi
per multa, & diuerſa media circa quæ te-
ſtes poſſunt de facili errare, & ideo teſti de-
8 ponenti de ebrietate. vel furore non credi-
tur niſi aſſignet facti rationem, & cauſam
dicti ſui faciat manifeſtam *§. licet Auth. de
teſtibus Bald. in l.1. §. idem Iulianus ff. de ædilit.
edicto.* & hoc eo magis procedit propter dif-
9 ferentiam quæ intercedit inter eſſe ebrium
& eſſe ebrioſum quia ebrius connotat a-
ctum, ebrioſus habitum, & difficilis eſt
probatio quod quis dicatur ebrioſus, vt
notat *Bald. in l. ſi vero §. Plane in add. verſ. dif-
ferentia ff. mandati & in l. cum his quibus §. nihil
autem ff. de tranſact. Innocen.* qui ita notat *in
cap. cum cauſam quæ inter. de teſti*, nam inuiſi-
bilis animi qualitas ſicut eſt intangibilis ita
10 difficilis eſt probationis niſi aſſignetur ra-
tio per teſtem de illa deponentem *Bald. in
l. ſolum num.1. & 2. C. de teſtibus* vbi ergo re-
11 quiritur præiudicium intellectus circa
ſenſum non creditur teſti niſi applicet ra-
tionem, & cauſam concludentem ex ſenſu
quod ſeruari oportet in omnibus quæ ſunt
12 difficilis probationis quia ratio eſt certa
veritatis demonſtratio, vt dicit idem *Bald.
in l.1. C. de ſerui. fugi.* propterea ea quæ vide-
13 ri vel ſentiri directe non poſſunt oportet
manifeſtari per cauſam, & rationem; &
hoc idem puto ſi teſtis induceretur ad pro-
14 bandum adulterium; nã hoc nec videri nec
ſentiri plene nec concludenter nec ſciri per
rationes intrinſecas quæ non præſumuntur
niſi exprimantur *cap. litteris cap. certo loco de
præſumpt.* Idem dico de teſtibus deponenti-
bus ſuper negatiua, nam ſi non fuerint in-
15 terrogati de cauſa ſcientiæ nihil probant
quia negatiua non cadit in ſenſum nam vt
dicũt DD. non entium nullæ ſunt cauſæ, &
16 id quod non eſt non cadit in ſenſu idcirco
quando teſtis vult de negatiua deponere o-
portet quod aſſignet cauſam ſui dicti v.g. ſi
teſtis vult probare quod Seius non vulne-
rauit Meuium non ſufficit, quod ſimplici-
ter dicat non vulneraſſe, ſed debet addere
17 rationem nimirum quia interfui eo loco,
& tempore quo dicitur percuſſiſſe & non
vidi eũ percuti nec potuiſſet percuti quin
vidiſſẽ *gloſ. in l.1. §.1. ff. de itin. actu priu.* vbi po-
nitur dicta forma reddendi rationem nega-
tiuę facit quod notat *Cyn. in l.2. C. de errore
aduocat.*

Ex his apparet de intelligentia *gloſ. in l.
diem §. ſi plures ff. de recep. arb.* dicentis quod
18 plus credi debeat duobus teſtibus affirmã-
tibus quam decem negantibus quia hoc
procedit quando teſtes negantes non red-
19 diderint cauſam, & rationem negatiuæ
oportet enim quod teſtes coarctent eorum
dicta vt probent quo caſu pari paſſu ambu-
20 lant affirmatiua, & negatiua *vt in l.1. §.1. ff. de
ventr. inſpicien. Bald. in l. cum his §. nihil autem
ff. de tranſactio.*

An

Digitized by Google

An teſtes ſimul turmatim examinati faciant ſufficientem probationem. Quæſt. XXXIII.

SVMMARIVM.

Teſtes turmatim examinati non probant. n.1.
Verbum ſigillatim exponitur. nu.2.
Si teſtes non fuerint examinati ſigillatim non probant. num.3.
Iudex ſecundum Afflictum habet arbitrium examinandi teſtes ſigillatim, vel omnes ſimul. n.4. reicitur opinio Afflicti. nu.5.
Quod aliquando factum fuit non ſemper eſt faciendum. num.6.
Teſtibus deponentibus per eumdem præmeditatum ſermonem non eſt credendum. n.7.
Modus examinandi teſtes per turbam ſeruatur in aliquibus regionibus vt in Gallia. nu.8.
Fama poteſt probari per teſtes turmatim examinati. num.9.
Teſtes turmatim examinati habentur loco vnius teſtis. n.10.
Teſtes examinari turmatim non procedit de iure. num.11.

DIcimus huiuſmodi teſtes non probare per
1 *textum in cap. venerabilis* 52. ibi examinare ſigillatim curetis cum ea diligentia quæ ſolet, & debet in receptione teſtium adhiberi, & ibi *gloſ. de teſtibus*, cuius diſpoſitionem ſequuti fuerũt communiter omnes DD. & *Io. And. in d.cap. venerabilis exponit verbum ſigillatim,*
2 hoc eſt quod non duo vel plures ſimul, ſed vnuſquiſque teſtis de per ſe ſecretè in examine audiatur; ſigillatim enim verbum exponi debet pro ſingulis, exemplum eſt in *cap. quia propter. de Elect.*, vbi dicitur aſſumantur tres de Collegio, qui vota cunctorum ſecretè & ſigillatim diligenter exquirant & mirum non eſt quod hæc diligen-
3 tia adhibenda ſit in examine teſtium; quia res grauis eſt cum ſpectet ad ſolemnitatem examinis cuius omiſſio reddit actum examinis nullum *Boſſ. in ſua praxi tit. de oppoſ. teſtium num.88.*

Et ſi dices cum *Afflict. in cap. 1. num. 136.*
4 *ex quibus cauſis feudum amitt.* quod iudex habet arbitrium examinandi teſtes ſigillatim, vel omnes ſimul & pariter cum *Paulo de Caſtro in l. minimè in fine ff. de legibus*. quod aliquando contrarium obſeruatum fuerit; nimirum, quod multi teſtes fuerint inſimul interrogati & omnes certo modo reſponderunt ad interrogata. Reſpondetur cum
5 *Menochio de arb.iud.quæſt.29.* opinionem Afflicti non procedere quia daretur caſus, quod non dignoſceretur quis illorum veritatem dixerit vel ad commodum, vel ad damnum inquiſiti, qui non poſſet poſtea ſuas defenſiones facere ita notat *gloſ. in d.cap.venerabilis* vltra quod cum obſtet textus *in dicto cap. venerabilis* & communis om-
6 nium DD. opinio; non videtur opinio Pauli de Caſtro ullo modo ſequenda, quia quod aliquando factum fuit non idcirco ſemper faciendum maximè cùm eidem facto obſtet iuris diſpoſitio immò quatenus factum ſit non idcirco validum dici poteſt, nam non effugiet Fiſcus quin teſtes illi per eumdem & præmeditatum ſermonem deponant quo caſu teſtibus ſic deponentibus nullo modo eſt credendum *Roland. conſ. 72. num.5.lib.2. Alex.conſ.237.num.10.lib.6.& præcipue in crim. Gabr.concluſ.6. num.5. de teſtibus.*
Non me latet quod huiuſmodi modus e-
8 xaminandi teſtes per turbam ſeruari in aliquibus regionibus veluti in Gallia vt teſtatur Paponus Areſtorũ Franciæ *lib.9.tit.5.§. 20.* per totũ vbi in additione dicit hoc examen non fieri niſi ex auctoritate parlamẽti idẽ in Ducatu Sabaudię in ciuilibus ob-
9 ſeruari; & in criminalibus ad probandam famam teſtatur. *Faber in ſuo Codice tit. 15. de*
10 *teſtibus lib. 4. deffinit.3.* ſed vnius teſtis loco habentur: qui tamen modus examinandi
11 teſtes potius à conſuetudine quam à iure prouenit vt dicit *Carena de Sancta Inquiſitione par.3. de teſtibus tit.7.§.8.*

An renuncians intereſſe ſit idoneus teſtis. Quæſtio XXXIV.

SVMMARIVM.

Derubatus renuntians intereſſe eſt idoneus teſtis contra furem. n.1. & quando ſit verum. nu.8.
Accipiens ad vſuram eſt ſufficiens teſtis contra vſurarium. num.2. declara. n.4.
Sufficientia teſtis dupliciter conſideratur. nu.3.
Teſti non renuncianti intereſſe non eſt credendum etiã ſi ſtatutum mandaret, quod illi crederetur. nu. 5. declara. num.6.
Renuncians priuat ſe commodo, & vtilitate ex eius teſtimonio conſequendo. n.7.
An Teſtes quando expectant commodum ſint ſufficientes teſtes. num.9.
Inimicus non eſt idoneus teſtis ad probandum. n. 10.
Qui elegit viam iuris accuſando furẽ ceſſare motiuũ videtur inimicitia. nu.11. *Ini-*

Inimicitia intantum conſideratur, inquantum inimicus ſemper præſumitur moliri contra aduerſarium, vindictam extraiudicialem. num. 12.

Qui renunciat iuri ſuo non idcircò conſideratur inimicus. num. 13.

Inimicus dicitur, qui accuſat. num. 14.

Qui renunciat iuri ſuo videtur omnem vindictam committere arbitrio iudicis. num. 15.

Renuncians intereſſe facit qualem probationem, & cũ adminiculis reum afficit. num. 16.

QVotidiè vociferatur inter criminaliſtas quod
1 derubatus renuncians intereſſe ſit ſufficiens teſtis contra furem, ſeu alium delinquentem, & hæc eorum ſententia videtur fulciri doctrina *Baldi in l. dictantibus num. 3. C. de teſtamentis*, vbi dicit, quod qui accipit ad vſuras ſit ſufficiens teſtis cõtra vſurarium, ſi proteſtatur, quod non intendat ex hoc teſtimonio aliquod ius
2 quærere, & hanc *Baldi* doctrinam ſequuti ſunt *Ioan. de Ana. in cap. cum diæceſim de vſuris. Felyn. in cap. perſonas ad fin. de teſtam. Decian. conſ. 99. num. 4. Muſcatell. prax. delict. tit. de priuileg. & peric. vſur. num. 21. Roland. conſil. 45. num. 14. conſ. 98. num. 31. lib. 4.* & hanc cautelam ponit etiam *Laur. de Rod. tract. de vſur.* & habetur *per Angel. in diſputat. ſua incip. Aſtenſis miles.*

Dices, quod doctrina *Bald.* loquitur in eo, qui accipit mutuum, pro quo vſuram ſpontè ſoluit, idcircò non eſt mirum, quod etiam illis ſpontè renunciet in actu teſtificandi, ac proindè propter dictam renunciationem eius teſtimonium efficiatur ſufficiens, ſed in derubato, qui coactè, & inuitò ſoluit non videtur ſufficiens teſtis renunciando, dum ſemper cogitet malum contra furem, veluti contra inimicum, contra quem etiamſi renũciet intereſſe, hoc faceret ad vindictam, non autem vt ſit idoneus teſtis, & ſic non videtur vllo modo ſufficiens. Reſpondetur, quod ſuffi-
3 cientia teſtis dupliciter conſiderari poteſt vno modo quoad qualem probationem, altero modo quoad plenam probationem, primo modo certum eſt, quod teſtis renuncians intereſſe qualem qualem probationem facit, ita vt concurrentibus alijs adminiculis, & coniecturis videtur ſufficiens ad procedendum contra inquiſitum, vt ſenſit *Crauett. conſ. 73. num. 30. in fine Burſat. conſ. 320. num. 89.*

Secundò modo quoad plenam probatio-
4 nem dicimus nullo modo teſtem iſtum eſſe ſufficientem, cò quia vel ſocius criminis eſt reſpectu vſurarum ſolutarum, vel facit ſe inimicum reſpectu furti in ſe patrati: idcircò non eſt omni exceptione maior per ſupradicta.

Et ſi replices quod teſti non renuncianti
5 intereſſe non eſt credendum, etiamſi ſtatutum aliquod mandaret, quod illi crederetur, vt voluit *Bertazz. conſ. 33. num. 16.* ergò quantò minus credi deberet, ſi intereſſe renunciat quaſi coactè renunciaret. Reſpondetur, quod valdè differt diſpoſitio
6 prædicti ſtatuti ab eo, qui voluntariè renunciat, nam illa diſpoſitio non tollit cõmodum teſtis idcircò dicit *Federicus de Senis conſ. 64.* quod non valet huiuſmodi ſtatutum, ſed qui renunciat priuat ſe com-
7 modo, & vtilitate ex eius teſtimonio conſequendo *Oſaſch. deciſ. 99. num. 4.*

Etſi inſiſtas, quod non ſit ſemper verum quod ad hoc, vt teſtis probet debeat renũciare intereſſe, quia ſi teſtis ſit legalis, & fide
8 dignus, cuius etiam ſi interſit admittitur ad teſtificandum nulla præcedente renunciatione, vt voluit *Bart. conſ. 87. num. 38.* Reſpondetur, quod aut deponit ſuper re modicæ vtilitatis, & parui commodi, aut deponit ſuper facto, ſuper quo veritas aliter haberi non poteſt; primo caſu non repellitur teſtis non renuncians, quia non præſumitur, quod pro modico intereſſe voluerit mentiri, immò ſtante legalitate perſonæ non videtur, quod fore ſit peieraturus per ea quæ tradit *Maſcard. de probat concluſ. 1357. num. 58. Tiraquel. de reb. exig. ſub verſ. & id quidem Fælin. in cap. inſuper num 12. in fine verſ. videmus etiam de teſtibus.* Secundo verò caſu diſtinguendum eſt, aut eſt actus,
9 qui de ſui natura non recipit veritatem, niſi ab iis, qui interuenire ſolent etiamſi commodum, & intereſſe habeant, & tunc tales admittuntur in teſtes, & probant aut eſt ſecus, ſcilicet quod ſit actus, in quo alij potuerint intereſſe, & tunc teſtes, qui expectant commodum repelluntur, vt benè diſtinguit *Farin. q. 60. num. 58. & 61.*

Tandem dices, vt ſupra dixi, quod etiam ſi derubatus renũciaret intereſſe, nihilominus remanet liuor, inimicitia, & malus
10 animus erga furem, ideò omninò repellendus, & hoc in tantum eſt verum, quod etiam in caſibus, in quibus difficilis eſt probatio, & aliundè veritas haberi non poſſit nullo modo ad teſtificandum admittitur vt notat *Farin. conſ. 76. num. 6.* & regula, quod ad teſtificandum admittantur etiam inhabiles, quando veritas aliundè haberi non poteſt non procedit, vt admittatur inimicus *Bertazzol. conſ. 3. num. 30. Gram. conſ. 45. n. 19.*

45. *num.* 19. Reſpondetur, quod eo quia
derubatus elegit viam iuris, nempe accu-
11 ſando furem ceſſare videtur motiuum ini-
micitiæ: *Alciat. conſ. 468. num. 8. in fine Bur-
ſat. conſ. 146. num. 19. & conſ. 216. num. 73.*
nam inimicitia intantum conſideratur, in-
quantum inimicus ſemper præſumitur
12 contra aduerſarium moliri extraiudicialē
vindictam, non autem quando per viam
iuris; & iuſtitiæ inſtituendo querelam de
furto, ſeu de alia iniuria conquæritur, &
officium Iudicis ab eo imploratur *Guazz.
defenſ. 28. cap. 1. num. 9.* quia tunc ius ſuum
13 proſequitur, cui renunciando non vide-
tur admitti conſideratio inimicitiæ, & licet
14 inimicus dicatur etiam ille, qui accuſat:
*l. pen. ff. de adimendis legat. gloſ. de crimine in
§. ſi verò quis auth. de teſtibus* attamen cum
renunciet proprio intereſſe dici non poteſt
inimicus, qui ad mortē aduerſarium odit,
ſed videtur omnem vindictam committe-
15 re arbitrio boni viri, ſcilicet Iudicis *arg.
gloſ. fin. in l. 3. C. de dotis promiſ.* ac proindè
dum renunciat intereſſe videtur ſufficiens
teſtis quoad qualem probationem, vt cum
aliis adminiculis, & coniecturis reum in-
16 quiſitum afficiat: *Adden. ad Conſtit. Mar-
chia lib. 3. cap. 13.*

An locus, & tempus inducant ſingularitatem in teſtibus. Quæſt. XXXV.

SVMMARIVM.

Locus, & tempus non diuerſificant factum, & quomodo. num. 1.
Fur non minus dicitur talis, ſi ſingulis teſtibus variis temporibus oſtendat furtum, quam qui eodem tempore, & loco à pluribus conuictus reperiatur. n. 2.
Locus, & tempus non inducunt ſingularitatem. nu. 3.
Singularitas dupliciter conſiderari poteſt. num. 4.
Teſtes ſingulares probant in genere. num. 5.
Genus eſt quid confuſum, & nihil certum demonſtrat. num. 6.
Teſtes ſingulares probant ſemiplenè ad ingerendam malam opinionem. num. 7.
Locus non plurificat factum licet teſtes diuerſificant illud. num. 8.
Diuerſitas teſtium in aliis circumſtantiis quam in ſubſtantia facti non tollit veritatem facti. num. 9.
Teſtes diſcordes loco, & tempore quamuis coadiuuent in facto non plenè probant. num. 10.
Diuerſitas loci, & temporis connotat diuerſitatem facti. num. 11.

SVpponendū eſt, quod
teſtes nullam poſſint
aliā habere exceptio-
nem, niſi quod de-
ponant ſingulariter de
loco, & tempore cir-
ca aliquod factum, &
videtur prima facie
dicendum, quod lo-
1 cus, & tempus non diuerſificant factum,
maximè ſi factum ſit talis naturæ, quod à
loco, & tempore, diuerſum eſſe, & indi-
uiduale exiſtere non recipiat, tum quia di-
uerſitas teſtium deponentium in aliis cir-
cumſtantiis, quam in ſubſtantia delicti non
abrogat fidem teſtium, ita vt ſingularitatē
inducat tum quia nō minus dicitur fur, ille
qui id quod rapuit, ſi à ſingularibus teſtibus
2 variis tēporibus, & locis oſtendatur; quam
qui eodem tempore, & loco conuictus de
furto à pluribus teſtibus reperiatur, ideò
diceñ quod locus, & tempus non inducāt
3 ſingularitatem, quia locus, & tempus ex-
terna ſunt, nec diuerſificare, aut variare
facti ſubſtantiam poſſunt.

Sed ad huius concluſionis intelligētiam
4 ſciendum eſt, quod dupliciter poteſt ſin-
gularitas conſiderari vno modo, quando
duo, vel plures teſtes dicunt de diuerſis fa-
ctis loco, & tempore diuerſis patratis, vt
cum vnus teſtis dicit vidiſſe Titium furari
menſe vno, puta Martii, alius teſtis dicit
eum Titium vidiſſe graſſari in via publica
de menſe Octobris:

Altero modo quando quis habet duos,
vel plures teſtes diſcordantes de loco, &
tempore, vt v. g. cum vnus teſtis dicat vi-
diſſe Titium furari die Iouis in domo Sē-
pronii, alius verò teſtis dicat vidiſſe Titiū
die Mercurii in platea furari.

Quoad primum dicimus, quod ad pro-
bandum in genere Titium eſſe furem, ſeu
5 malæ qualitatis teſtes ſingulares ſufficiunt,
non autem in ſpecie, vt docet *Salicetus in l.
quicumque C. de Hæreſ. Bald. in l. actor C. de pro-
bat. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 12.
num. 12.*

Dices, quod probatio in genere, aut nihil
6 eſt, aut eſt vana, nam genus cum ſit quid
confuſum nihil certum demonſtrat, idcircò
nihil operatur, vt videtur docere *Salycet. in
l. teſtium num. 16. C. de Teſtibus Alex. conſ. 72.
num. 3. lib. 1. & num. 4.* Reſpondetur quod
licet huiuſmodi teſtes non probent plenè
delictum, cum ſint ſingulares in eorum di-
ctis loco, aut tempore, probant tamen ſe-
7 miplenè ad ingerēdam malam opinionem
de dicto Titio, vt optimè deduci poteſt ex
d. Salyceto in dicta l. teſtium n. 16. C. de teſtibus.

Quoad

Google

Quoad ſecundum dicimus, quando duo, vel plures teſtes deponunt de eadem
8 ſpecie delicti, licet vnus diuerſificet ab alio in loco, tamen videtur dicendum, quod ſpecies facti ſit plenè probata, quia iſto caſu locus non plurificat factum, quia diuerſitas
9 teſtium in alijs, quàm in ſubſtantia non tollit veritatem facti, quia ſi vnus teſtis dicat Titium occidiſſe Petrum in platea, & alter teſtis dicat occidiſſe domi, certum eſt, quod conueniunt in ſubſtantia delicti patrati à Petro, licet diſcordant in circumſtantia loci, quæ cum non ſit de ſubſtantia facti non diuerſificat illud, vt *idem Salycet.* dicit *in d. l. teſtium num. 16. de teſtibus*: ibi (vt verba eius referam, ſecus ſi ambo deponunt de eadem ſpecie hæreſis, licet vnus dicat ſe audiuiſſe in vno loco, alter in alio; quia tunc videtur dicendum, quod ſpecies illa ſit plenè probata; quia iſto caſu locus non plurificat hæreſim ſæpiùs firmatam, & recenſitam, & continuatam.)

Sed contrarium videtur verius, nimirum quod hi teſtes loco, aut tempore diſcordes,
10 quamuis conueniant in facto non plenè probent, & ratio eſt, quia diuerſitas loci, ſicut diuerſitas temporis connotat diuerſitatem factorum, & per conſequens reddunt teſtes ſingulares: *Bald. in l. quicumque num. 9. C. de ſeru. fugit. Abbas conſ. 98. incipiens in quæſtione lib. 2. Bald. in conſ. 39. incipiens proponitur quod &c. lib. 3. facit textus in cap. nihilominus 3. q. 9. ibi: nec eorum voces tamquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diuerſitas ſimul interfuiſſe prohibuit.*

An vnus teſtis dicatur ſingularis in probando. Queſt. XXXVI.

SVMMARIVM.

Vnitas in teſte dupliciter conſiderari poteſt. num. 1.
Vnitas quoad ipſum teſtem non facit illum ſingularem, quia quantum in ſe eſt probat. num. 2.
Probatio reſpicit idoneitatem in teſte. num. 3.
Teſtis ſi non fuerit idoneus quamuis veritatem dicat, non probat num. 4.
Teſtis de viſu non eſt propriè indicium, ſed ſemiplena probatio. num. 5.
Vnitas quoad dictum teſtis facit ſingularitatem. nu. 6.
Teſtes ſingulares in ſuis dictis faciunt probationem dubiam. num 7.
In teſtium dictis duo conſiderantur, & quæ. num. 8.
Singularitas dupliciter conſiderari poteſt. num. 9.
Quilibet gradus debet probari per duos teſtes. n. 10.
Singularia teſtimonia ſufficiunt ad probandum vſum, qui probatur per ipſius vſus cauſam. num. 11.
Cum natura rei neceſſariò dat ſingularitatem, & ſeparationem actus, tunc ipſorum ſingularis probatio ſufficit. num. 12.
Sufficit quod vnus teſtis ſciat aliquem reputari pro vſurario publico, licet eum non viderit fænerari, num. 13.

AD huius concluſionis intelligentiam,
1 ſciendum eſt, quod vnitas in teſte dupliciter conſiderari poteſt; vno modo quoad ipſum teſtem; altero modo quoad dictum ipſius teſtis, ſi conſideratur vnitas quoad ipſum teſtem, non facit illum ſingularem, quin probet, quia unus teſtis quantum in ſe eſt
2 probat, cum probatio reſpiciat idoneitatem perſonæ teſtificantis, & unuquiſque teſtis eſt unus in deponendo, quod
3 ſi non fuerit idoneus quamquam ueri-
4 tatem dicat, non probaret: *Bald. in l. 1. nu. 23. verſ. reſpondeo ff. de teſtam.* ideò teſtis ſingularis ſi eſt idoneus probat ſaltem ſemiplenè, ut tenet *Farin. quæſt. 36. num. 226. & 229.* ubi in fine dicit, quod unus teſtis de
5 uiſu non eſt propriè indicium, ſed ſemiplena probatio maleficij; & idem replicat *quæſt. 37. num. 54.* ſi uerò conſideramus uni-
6 tatem quoad dictum ipſius teſtis utiq; ſingularitas ipſa non probat, quia tunc teſtes ſingulares in ſuis dictis probationem dubiã
7 faciunt *Bald. in l. 1. num. 20. C. de teſtam.*

Dices, quod nõ ſolum ueritas, ſed etiam probatio reſultant ex eo, quod teſtis deponit, non autem ex idonitate perſonæ dicti teſtis, dum ſupra dicitur, quod ex dictis teſtium probatio redditur dubia, ſeu etiam certa. Reſpondetur, quod in dictis teſtiũ
8 duo conſiderari debent unum quod conſiſtit in probatione, & hoc primò & principaliter reſpicit ad perſonam teſtis, qui debet eſſe idoneus; alterum, quod eſt, & conſiſtit in ueritate ex probatione reſultante, & hoc reſpicit ad teſtis dictum.

Et ſi replices, quod iam eſt in prouerbio, quod unus teſtis propter eius ſingularitatẽ nõ probat, quia dictum unius dictum nullius, & ſic non probat non ſolum quoad dictum, ſed nec etiam quoad perſonam teſtis.

Reſpondetur quod ſingularitas dupli-
9 citer conſiderari poteſt; uno modo quatenus reſpiciat ad ius, ſeu obligationem, altero modo quatenus reſpiciat ad factũ uti cauſam proximam obligationis: unde teſtes ſingu-

ſingulares poſſunt concordare in iure, &
obligatione, non autem in facto, & cauſa
proxima obligationis, ut e. g. unus teſtis
dicit Titium commiſiſſe unum furtum tali
die, alius teſtis dicit dictum Titium com-
miſiſſe aliud furtum altero, & diuerſo tem-
pore; iſti teſtes probant Titium eſſe furem,
& obnoxium infamiæ furti, ſed non pro-
bant furtum, quia duo teſtes requiruntur in
probando quẽlibet actum, ut uidetur tene-
re *Inn. extra de teſtibus cap. ſeries in fine*, ubi di-
cit, quod quilibet gradus debet probari per
10 duos teſtes, quando uolo probare me eſſe
conſanguineum in tertio gradu. Item *Vin-
cent. de Franch. extra de præſcription. cap. illud*
dicit, quod ſi uolo probare famam non
ſufficit, quod unus teſtis dicat fuiſſe famam
in una parte Ciuitatis, alius in alia.

Demum dices, quod iſti teſtes non di-
cantur ſiugulares, & facit ratio, quia teſti-
monia ſingularia ſufficiunt ad probandum
12 uſum, qui probatur per ipſius uſus cauſam
productiuam, quæ eſt eiuſdem actus repeti-
tio: *l. nemo C. de Epiſc. aud.* Reſpondetur,
quod cum natura rei neceſſariò dat ſingu-
12 laritatem, & ſeparationem actus, tunc ipſo-
rum ſingularis probatio ſufficit, & hoc ap-
paret, quia de eiuſdem continuati ſceleris
nequitia probanda tractatur, & de infamia;
quę eſt vna, & eadem reſultans ex multis
actibus *l. Arriani verſ. ad vnam C. de haret.
l. ob. carmen §. fin. ff. de teſtibus* nam ſufficit,
13 quod teſtis ſciat aliquem reputari pro pu-
blico vſurario, licet eum non viderit fœ-
nerari: *arg. l. 1. ff. ad Maced in verſ. publicè.*
quia tunc probat infamiam, quamuis ad
repetitionem vſurarum probatio iſta non
ſufficiat *Bal. in l. 2. num. 19. & ſeqq. C. de te-
ſtamentis.*

Quod teſtes ſint iurati.
Quæſt. XXXVII.

SVMMARIVM.

Veritas eſt iuramento promittenda. num. 1.
Iuramentum eſt de validitate, & forma teſtimonij. num. 2.
Non tamen eſt de ſubſtantia. num. 3.
Teſtis deponens falſum non iuratus punitur de falſo, ac ſi iuraſſet. num. 4.
Veritas depoſitionum cum iuramento in informatiuo dupliciter conſiderari poteſt. num. 5.
Proceſſus informatiuus portat ſecum quandam figuram iudicij. num. 6.
Sine iuramento quis non dicitur teſtis examinatus in figura iudicij. num. 7.
Proceſſus informatiuus eſt quodam inefficax iudicium. num. 8.
Oportet quod teſtes ſint iurati, ſaltem quoad reum, qui conſtitui coram Iudice debet. num. 9.
Teſtes cogi poſſunt ad teſtificandum. num. 10.
Teſtes regulariter ſine iuramento non probant. n. 11.

SVpra diſſeruimus de
probatione, quæ
verſatur circa perſo
nas teſtium, nimi-
rum quod ſint ido-
nei, & numero ſuf-
ficientes; modo di-
cendum eſt de eorũ
dictis, & veritate di-
ctorum, quæ veri-
1 tas iuramento eſt per teſtes promittenda,
ideò hic quæri oportet, quod teſtes ſint iu-
rati: nam iuramentum eſt de validitate, &
2 forma teſtimonij *l. iure iurandi C. de teſtibus*;
3 non tamen eſt de ſubſtantia illius *cap. 2. de
clandeſ. deſpon.* ideò dicit *Bart. in l. ſi quis ff. de
falſis*: quod teſtis deponens falſum non iu-
4 ratus punitur de falſo ac ſi iuraſſet. *Abb. in
cap. de teſtibus. num. 9. de teſtibus.*

Dices, quod iuramentum, quod præſta-
tur teſtibus receptis pro informatione cu-
riæ nihil operatur quoad validitatem, quia
ſi eorum dicta non legitimentur nullius
momenti ſunt, & nihil operantur, ergo ne-
que ad validitatem in informatiuo iura-
mentum præſtatur. Reſpondetur, quod
veritas depoſitionum cum iuramento in
5 informatiuo proceſſu recepta dupliciter
conſiderari poteſt; vno modo ſimpliciter
quatenus reſpiciat ad ſolam informationẽ,
& ſic quatenus reſpiciat ad ipſum nudum
proceſſum informatiuum, & tunc iuramẽ-
tum non videtur neceſſarium, quia quæli-
bet aſſertio teſtis, etiam ſine iuramento
apta eſt informare; alio modo quatenus re-
ſpiciat ad Iudicem, & ad partes, puta Fi-
ſcum, ſeu adhærẽ, & ad ipſum reum in-
quiſitum, quo caſu proceſſus informatiuus
6 portat ſecum quamdam figuram iudicij. *l.
1. C. de iudicijs* ſaltem reſpectu Iudicis, &
accuſatoris, ſeu Fiſci: *tex. eſt in l. is, qui ſe ob-
tulit ff. de rei vind. & l. ſi quis Romæ ff. de iudic.*
vbi habetur, quod reus litem conteſtando
dicitur acceptare iudicium; ideò teſtes exa-
minati oportet quod ſint iurati; quia iura-
mentum eſt de forma, & validitate teſti-
monij in iudicio recepti, cum ſine iuramẽ-
to quis non dicatur teſtis examinatus in fi-
gura iudicij *l. iuſiurandi C. de teſt. cap. tuis, &
cap. nuper*, & ibi *Abb. de teſtibus Bald. & Ang.
in l. milites C. de teſtam. militar. Marſ. conſ. 2.
num. 2. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 115.
num. 6.*

nu.6.verſ. his minime obſtat licet *Bart. in extrauag. ad reprimendum verſ. & figura iudicij* exiſtimet iuramenti omiſſionem non vitiare proceſſum, quod autem proceſſus informatiuus ſit quodam inefficax iudicium patet quia ex teſtibus ſeu ex eorum depoſi-
8 tionibus iuratis ſumit Iudex motiuum examinandi reum, & cum eo delictum conteſtandi ac cum eo ad conflictum quemdam iudicialem perueniendi, & pro-
9 inde neceſſe eſt quod teſtes ſint iurati ſaltē quo ad reum qui conſtitui coram iudice oportet, & intantum hoc eſt verum quod ſi teſtes nollent iuramentum de veritate dicēda preſtare cogi poſſunt mediante tor-
10 tura ad illud preſtandum *l. ſi quando C. de teſtibus* quia teſtimonium eſt ius publicum & ideo cogi poſſunt teſtes *Guaz. defens 14. cap.11.num.14. Caualcan. de Brachio reg. par. 3. num.47. Scialoja in praxi torquendi reos cap. 14. num.40. Ambroſin. de mod. forman. proceſ. infor. cap.3.num.7. lib.1.* ne eorum depoſitiones euadant fruſtratoriæ cum regulariter teſtes
11 ſine iuramento non probēt, vt ſupra dixi, & probat *textus in l. teſtium C. de teſtibus*, & ibi *gloſ. in verb. Sacramenti Farin. quæſt. 74. num.46.*

An Iudex debeat deferre iuramentum Teſtibus. Quæſt. XXXVIII.

SVMMARIVM.

Officium Iudicis eſt vt inueſtiget veritatem. n.1.
Interrogationes ſunt petitiones quædam noſcendæ veritatis gratia factæ. nu.2.
Interrogationes duplicem habent effectum & quem. n.3
Iudici non licet dicere mendacium. n.4.
Iudex poteſt fictè, & ſimulatè agere. nu.5.
Interrogationes relatiuæ ad reſponſiones producunt probationem atque inſtructionem. num.6.
Reſponſio debet correſpondere in omnibus interrogationi. n.7.
Iudex debet per ipſummet deferre iuramentum. nu.8.
Iuramenti delatio poteſt demandari notario. num.9.
Quo tempore deferri debeat iuramentum. n.10.
Iuramentum duo habet, vnum ad intentionem Iudicis alterum ad teſtimonium perhibendum. nu. 11.
In ijs quæ ſunt de neceſſario ordine debet iudex diligenter aduertere. num.12.
Iudex non poteſt ordinem à iure datum mutare. n.13.
Præpoſteratio vitiat ordinem. nu.14.
Proceſſus informatiuus formatur potius ex officio quā ad petitionem Fiſci vel adherentis. num.15.
Iuramentum poſt depoſitionem datum non cadit ſuper intentione de teſtimonio reddendo. n.16.
Iuramentum in teſte deſideratur vt metu periurij veritatem deponat. nu.17.
Præpoſteratio iuramenti in teſte non facit ceſſare cauſam ob quam defertur. num.18.
Cauſa deferendi iuramentum eſt ipſa depoſitio ſeu teſtificatio. n.19.
Quando aliquid requiritur ad validitatem actus illud requiritur in actu. nu.20.
Teſtis deponens falſum non iuratus punitur. num.21. declara. n.22.
Sub qua forma deferri debeat iuramentum teſti. n.23.
Sub qua forma antiquitus deferebatur iramētū. n.24.
Verbum Dei in iure ad Deum Iouem refertur. n. 25.
Teſtis debet præſtare iuramentum corporaliter tactis ſcripturis. nu.26.
Iuramentum etiam ſolo verbo præſtari poteſt. n.27.
Per corporalem tactum teſtis fit cautior, & memor de importantia iuramenti. n.28.

1 QVoniam Iudex oportet quod de delicto inueſtiget veritatem, ac propterea vel preparare interrogationes faciendas teſtibus, vel alia documenta admittere tenetur.

2 Quo ad interrogationes quæ cum ſint petitiones quædam alicuius facti ab aliquo noſcendæ veritatis gratia
3 factæ; ideo duplicem habent effectum, alterum probationis, alterum inſtructionis, effectus probationis duplex eſt, primus vt per eam fides fiat iudici. *l. quinquaginta in fine ff. de probatio.* Secundus eſt vt ſecundum eam ſi ſufficiens eſt preuia legitimatione feratur ſententia. *l. ſi inferiorem l. demum l. dote C. de rei vindicat.* & hinc eſt quod nullo modo li-
4 cet iudici dicere mendacium ad eruendam veritatem *Baiard. ad Clarum quæſt. 55. num. 2.* & licet non poſſit nec debeat mendacia di-
5 cere, poteſt tamen fictè & ſimulatè agere *Farin. conſ.83. nu.7.* Sed aduertendum, quod interrogationes per ſe non producunt effectum probationis, ſed cum ſint relatiuæ ad reſponſiones teſtium inſimul producunt
6 probationem, atque inſtructionem, & adhoc vt producant inſimul iſtum effectum probationis duo continere debent, vnum conſiſtens in iuramenti delatione, alterum,
7 quod reſponſio correſpondeat interrogationi in omnibus partibus quoniam ſi ſimplex eſt interrogatio, ſimplex eſſe debet reſponſio *per textum in l.1 §. cum adiecit ff. de uerb. oblig. Bald. in l. vnica n.20. C. de confeſ.* & hæc ſunt quædam ſolemnitates quæ ſuo modo legitimant depoſitiones teſtium in informatiuo ad effectum vt poſtea Reus examinari, & conſtitui poſſit in læniori examine ac proinde Iudex debet ipſemet iuramentum

8 tum teſti deferre,cum officium ſit Iudicis&
hoc procedit tam in iudice ordinario quàm
delegato, vt notat *Bald. in l. bonæ fidei nu.29.*
C. de reb. cred. Intantum quod delatio iura-
menti non concludit; niſi ſit approbata per
Iudicem vt dicit idem *Bald. in l. generaliter* §.
ſed iuramento num.3.C. eodem vbi ait quod idē
procedit in poſitionibus quia non dicitur
facta poſitio parti antequam Iudex admit-
tat eam, & approbet.
Sed difficultas eſt;an huiuſmodi iuramē-
ti delatio poſſit demandari Notario, & li-
9 cet quàm plures negatiuam teneant;tamen
communis & quotidiana, & antiquiſſima
conſuetudo contrarium demonſtrauit, ac
proinde ſuperfluum videtur ſuper hoc in-
ſiſtere, nihilominus habeatur præmanibus
Farin. quæſt.77. n.178. qui pleniſſimè lectori
ſatisfaciet. Hic verò quæri poteſt an iu-
10 ramentum debeat deferri antequam teſtis
deponat;an autem poſt quam examen cō-
pleuit& dicimus quod cum hoc iuramen-
tum ſit veritatis videtur poſſe deferri, &
ante,& poſt arbitrio iudicis & ſic ſi ante de
feratur erit iuramentum de veritate di-
cenda ſi poſt erit veritatis iam dictæ ac pro-
inde adſunt DD. qui tenent poſſe etiam
poſt completum examen iſtud iuramentū
deferri dummodo incontinenti, & non ex
interuallo deferatur vt refert *Farin. qu. 74.*
num.40. & Sylnius annotauit in oratione pro L.
Corn. Balbo Græcorum morem fuiſſe vt prius dice-
retur teſtimonium poſtea iurarent, ſed commu-
nis opinio eſt, vt antequam teſtes exami-
nentur hoc eis iuramentum deferatur *fa-*
cit textus in l. iuſiurandi C. de teſtibus. in illis
verbis *prius quam perhibeant teſtimonium* & re-
fert *Farin. dicta quæſt. 74. num. 31.* idem cla-
rius oſtenditur in *cap. teſtes in fin.4.quæſt.3.* &
ſtylus ac obſeruantia confirmauit, & huic
opinioni me libēter ſubſcribo ex infraſcri-
ptis, nam iuramentum duo habet; vnum
11 reſpiciens ad intentionem Iudicis; alterum
reſpiciens ad teſtimonium perhibendum
quoad illud quod reſpicit ad intentionem
iudicis eſt quod ſeruetur forma iuris, cuius
ipſe eſt miniſter quæ importat neceſſitatē
ordinis nam *textus in dicta l. iuſiurandi* impo-
nit præceptum vt prius per teſtes iuretur,
quam per eos teſtimonium perhibeatur, &
12 in ijs quæ ſunt de neceſſario ordine actus,
Iudex debet diligenter aduertere, vt ſerue-
tur; tum quia iudex non poteſt mutare or-
13 dinem traditum à iure, vt dicit *Bald. in l.*
prius num.34. verſ. ego non credo C. de ijs, qui ac-
ſar. non paſ. alias prępoſteratio dicti ordinis
14 vitiaret actum *Salycet. in l. præpoſteri C. de*
teſtam. Iacob. de Gazio conſ.65. diuerſ. num.3. lib.2
tum etiam quia proceſſus informatiuus, &
pręcipue quando eſt in fieri potius ex offi-
15 cio formari videtur quam ad petitionem
Fiſci vel adherentis,& ideo potius ad illum
quam ad Fiſcum ſpectat aduertere ne detur
huiuſmodi prępoſteratio per ea quæ tradit
Bald. in l. ſi quis libertatem num.5. ff. de petitione
libertatis.
Quo verò ad illud quod reſpicit ad teſti-
monium eſt, quod ſi teſtes iurarent poſt
depoſitionem factam, etiam incontinenti
nulla propoſita mora ſemper verum eſſet,
quod teſtimonium abſque iuramento fa-
16 ctum fuerit quia tunc iuramentum non
caderet ſuper intētione de teſtimonio red-
dendo, ſed de reddito;vltra quod iuramen-
tum in teſte antequam deponat deſidera-
tur, vt metu periurij aduertat puram veri-
17 tatem dicere *vt notat, Seraph. de priuil. iuram.*
priuileg. 115. num.7. ſub verſ. non obſtat & pri-
uileg.30. nu.4. verſ. & videtur vbi alias, quam
plures allegat rationes, & tandem reſidet
in opinione, quod teſtis non debeat iurare
poſt, ſed ante depoſitionem.
Dices quod licèt hoc iuramentum ſit ſo-
lemnitas ſubſtantialis in recipiendo teſti-
monio;tamen non videtur eius prępoſtera-
tio vitiare examen,quia ex ipſa præpoſtera-
tione nō ceſſat cauſa,ob quā iuramentum
18 defertur à iudice, & præſtatur à teſte iux-
ta ea quæ *tradit Gail. obſeruat.101. nu.10. lib.1.*
quia cauſa deferendi, & præſtandi iuramē-
tum eſt veritas, quæ non minus videtur
iurata poſt depoſitionem quam ante illam.
idcircò cum non ceſſet iſta cauſa non vide-
tur abſurdum quod prædictum iuramen-
tum prępoſterari poſſit.Reſpondetur,quod
cauſa deferendi iuramentum teſtibus non
19 eſt veritas ſimpliciter quia veritas etiam
ſine iuramento haberi poteſt, ſed eſt ipſa
teſtificatio quæ non debet eſſe nuda ſed
veſtita religione iuſiurandi iuxta formam
datam à iure: quæ teſtificatio ſi non eſſet
hoc iuramento vallata nihil eſſet in iudicio
& ſic ceſſaret eius virtus, & ratio eſt quia
quando aliquid requiritur ad validitatem
20 actus tunc illud adhiberi debet quando fit
ille actus non poſt factū dictū actum, vt *per*
Paul. de Caſtro in l. liberorū §. fin. in fin. ff. de his
qui not. infam, ſed ſic eſt quod iuramentum
eſt ſolemnitas, quæ requiritur ad validita-
tem teſtificationis dum eſt in fieri idcircò
ſi poſtea fiat nihil operatur.
Et ſi replices quod ſi teſtis deponeret
21 falſum non iuratus puniretur ſaltem pæna
ſtellionatus ergo falſum eſt, quod teſtifica-
tio ſine iuramento nihil operaretur etiam
ſi fuiſſet falſa. Reſpondetur quod huiuſ-
modi teſtificatio duppliciter cōſiderari po-
22 teſt vel per reſpectum ad probationem

principalis facti ſuper quo eſt interpoſita, & tunc nihil operatur, vel per reſpectum ad quodam eſſe figuratum teſtificationis, quatenus propter hoc ſuum eſſe in figura teſtificationis offenderit aures iudicis *l. nullum C. de teſtibus, Bald. in dicta l. ius iurandi numer. 14. C. eodem*, & tunc ſine punitione ſaltem ſtellionatus prætermitti non poteſt, ne puniatur.

Reſtat modò videre ſecundam partem condusionis nimirum ſub qua forma iura-
23 mentum deferri debeat, & dicimus quod antiquitus ſub quibuſdam certis formulis deferebatur, quæ tamen erant in arbitrio iurantis, an illis vti voluerit, ſed cōmunior erat illa formula, quæ per Iouem Lapidem
24 perficiebatur, *vt auctor eſt Feſtus lib.* 10. ibi, *iuraturos per Iouem Lapidem ſilicem tenuiſſe*, hæc ſolemnia verba dicentes, *ſi ſciens fallo tum me deiſpiter ſalua Vrbe arcéque, bonis eijceat, vt Ego hunc lapidem*, quæ formula licèt forſan non ſeruabatur quando teſtes deponebant, tamen notum eſt quod iuramentũ in Deos ſuos reponebant prout poſteà ex prudentum reſponſis nomen Iouis Tribunianus ſuſtulit, & eius loco Dei verbum
25 poſuit quo fit vt quoties in prudentum reſponſis Dei occurrit mentio verbum illud ad Iouem ſemper referendum eſt *ita Reuardus Variorum lib. 5. cap. 5.* Sed hiſce noſtris temporibus aliam, & diuerſam formulam lex perinuenit, & eſt quod iuramentum debeat præſtari per teſtem corporaliter iu-
26 rando ad Sancta Dei Euangelia tactis ſcripturis alias teſtificatio non probaret *textus eſt in cap. hortamur 3. q. 9. ibi tactis Sacroſanctis Euangelijs Farin. quæſt. 74. num. 20.*

Sed hodie inoleuit ſtylus deferendi iuramentum tactis quibuſuis ſcripturis ad manus Iudicis, ſeù Notarij deuenientibus ſine vlla diſtinctione, & credo non alio fine niſi, vt appareat illa ſolemnitas tangendi; quo-
27 niam etiam ſolo verbo iuramentum præſtari poteſt, verum quia ſic vſus, & conſuetudo fulcita à iure inoleuit neceſſitatem importat, vt teſtis tangat ſcripturas, *vt dicit Farin. dicta quæſt. 74. nu. 20. in fine*, & rationem eſſe credo quia per illum corporalem actũ
28 teſtis efficitur cautior, ac memor de importantia iuramenti, & dicitur maiori cum deliberatione iurare, quam iurare per Deũ ſolo verbo *per ea quæ tradit Seraph. de priui. iuram. priui. 77. num. 3.*

Quod Teſtes interrogari debeant.
Quæſt. XXXIX.

SVMMARIVM.

Finis interrogandi teſtes eſt, vt veritas facti haberi poſſit. num. 1.

Circumſtantiæ ſunt notæ quædam, ex quibus reſultat iuris definitio. num. 2.

Circumſtantiæ conſiderandæ ſunt pro teſtibus interrogandis. num. 3.

Septem ſunt circumſtantiæ, quibus teſtes interrogari poſſunt, & quæ. num. 4.

Nemo præſumitur ſine cauſa delinquere. num. 5.

Voluntas non debet eſſe coacta. num. 6.

Finis malus eſt ille, per quem quis mouetur ad malum. num. 7.

A cauſa impulſiua non dependet malum. num. 8.

Ignorantia, atque infirmitas minuunt iudicium rationis. num. 9.

Iudicis officium eſt liquidare non ſolum delictum, ſed etiam perſonam delinquentis. num. 10.

Loci euidentia cæteris alijs probationibus certior, & fortior eſſe debet. num. 11.

Locus circumſcribi oportet, vt Reus ſuas poſſit facere defenſiones. num. 12.

Ex loco, teſtis redditur conteſtis. num. 13.

Tempus non eſt cauſa eſſe, vel non eſſe delictum. numer. 14.

Tempus non eſt qualitas, quæ coarctet ſicut locus. n. 15.

Ratio furti etiam in re minima ſeruari poteſt. nu. 16.

Furtum pro ſui eſſentia requirit dolum. nu. 17.

Dolus in re minima furata non committitur, num. 18. declara num. 19.

Actio furti, & actio de dolo differunt. num. 20.

Qualitas in delicto eſt conſideranda. num. 21.

Qualitas eſt omne id quod alterat delictum a ſuo eſſe naturali. num. 22.

Subſtantia in maleficijs eſt illud, per quod principale maleficium definitur. num. 23.

Contumacia non eſt qualitas delicti. num. 24.

Ratione euentus delicta excuſantur. num. 25.

Metus non excuſat in homicidio, ſed mitigat eius pœnam. num. 26.

Sufficit probare quod metus inferens fuerit conſuetus minas exequi. num. 27.

IVDEX poſtquam præſtiterit iuramentum teſtibus, oportet quod illos interroget; Nam finis interrogandi te-
1 ſtes eſt ad habendam facti probationem, atque veritatem, & debet ex varijs circumſtantijs cauſæ, ſuas interrogationes facere *gloſ. in cap. præſentiam de teſtibus in 6.* Circumſtantiæ

enim

Digitized by Google

2 enim ſunt notæ quædam, ex quibus reſul-
tat iuris definitio, non ſolum in omnibus
contractibus, & hominum negotijs, ſed
etiam in pœnis delicto debitis; ideò a Iudice
3 in interrogandis teſtibus ſunt conſiderandę,
quia illæ magnam partem conferunt ad ve-
ritatem cognoſcendam *Boniſat. de furtis* §. *eſt*
ſecundo numer. 103. *Bald. in l. eos quos C. de exeq.*
4 *rei. iud.* & ſunt ſeptem prout colligitur in
l. aut facta ff. de pœnis, prima eſt cauſa quare
aliquid factum ſit, quia nemo præſumitur
ſine cauſa delinquere *Farin. conſ.* 185. *num.* 28.
5 *& conſ.* 192. *num.* 1. & triplex eſt, vna per ſe,
& propria, & hæc eſt voluntas, quæ eſt ani-
mi motus nullo cogente, & licèt voluntas
coacta, ſit voluntas; attamen cum perficiat
6 actum humanum; vti requiſitum neceſſa-
rium in delictis punibilibus, vt dicit *Bald. in*
l. ſi mulier §. *ſi metus ff. quod metus cauſa &c.* non
debet eſſe coacta, nec violentata; altera
cauſa eſt extrinſeca mouens ad delinquen-
dum ſecundum naturam voluntatis, & hæc
7 eſt finis malus, per quem quis alias non eſ-
ſet facturus malum *Bald. in l. falſam nu.* 2. *C. ſi*
ex falſis inſtrumentis, & differt à cauſa impul-
8 ſiua, quia à cauſa impulſiua non dependet
malum *Bald. in l. repetendi num.* 2. *C. de condit.*
ob cauſam &c. Tertia pariter extrinſeca mo-
uens præter voluntatis naturam, & hæc eſt,
9 quæ minuit iudicium rationis, & liberta-
tem, vt ignorantia, infirmitas, & huiuſmo-
di; & ratio eſt, quia tunc deliquens ex igno-
rantia, aut alia infirmitate non applicat
mentem ſuam contra veritatem: *vt docet*
idem Bald. in l. Præſes num. 5. *C. ſi ſeruus, aut li-*
bertus.

Secunda circumſtantia inueſtiganda a
teſte interrogando, eſt perſona; hoc eſt qui
deliquerit, & cum quo deliquerit; quia Iu-
10 dicis officium eſt liquidare perſonam de-
linquentis, & complices delicti: non enim
ſufficit conſtare de delicto, ſeù de corpore
delicti, niſi etiam conſtet de delinquente,
contra quem proceſſus fabricatur, vt ſupra
dixi *quæſt.* 2. *num.* 10.

Perſona enim delinquens, vt conſtitui,
& examinari poſſit, debet eſſe certa, & non
incerta *l. ſi is qui rem* §. *ſi tu Titium ff. de furtis*
Anchar. conſ. 286. *Marſ. conſ.* 49. *num.* 13. *Farin.*
conſ. 37. *num.* 18. *in fine*.

Tertia circumſtantia inueſtiganda à te-
ſte; eſt locus, vbi delictum patratum fuerit,
11 loci enim euidentia cęteris alijs probatio-
nibus certior, & fortior eſſe debet *ad tradita*
per gloſ. in cap. ad noſtram il. 2. *in verbo requirit*
de iur. iur. Azon. in Rub. C. eodem Bald. in l. contra
negantem C. ad l. Aquil. Farin. conſ. 34. *numer.* 14.
ex qua circumſtantia reſultat grauitas, &
leuitas delicti. Nam magis deliquit, qui de-
lictum commiſerit in platea, ſeù alio in lo-
co publico, quam in agro, *l. cum ancillis* §. *ſi*
verò C. de inceſtis nuptijs, & ibi Bald. vltra
quod neceſſario de loco conſtare debet ad
12 circumſcribendum delictum, vt melius
inquiſitus ſuas facere poſſit defenſiones
Bald. in l. cum fratrem num. 4. *C. de his quib. vt*
indign. pariter de loco interrogandus eſt te-
ſtis, quia, vel ex loco teſtis redditur conte-
13 ſtis cum alijs teſtibus, vel ſingularis *Bald. in*
l. quicumq. nu. 9. *C. de ſeruis fugitiuis*.

Quarta circumſtantia à teſte inueſtigan-
da eſt tempus, quæ circumſtantia non eſt
14 cauſa eſſe, vel non eſſe delicti; ſed eſt ac-
ceſſio, ſeù comes, quia nihil ſine tempore
fit *Bald. in l. edicto num.* 35. *C. de Edicto Diu. Ad-*
15 *dri. tollen.* & ſic tempus non eſt qualitas, li-
cèt coarctet ſicut locus.

Quinta circumſtantia à teſte requirenda
eſt quantitas, & hæc circumſtantia præci-
puè conſiderari poteſt in delicto furti, & in
delictis, quæ facillimè reduci poſſunt ad
furtum: Nam licet in omni re minima cō-
16 mitti poſſit furtum; quia ratio furti etiam
in re minima ſeruari poteſt, tamen quia
furtum eſt de delictis, quod pro ſui eſſentia
17 requirit dolum; idcircò quantitas in fur-
to, quò ad actionem non de dolo, eſt conſi-
derabilis, cum actio de dolo non detur pro
18 re minima furata, quia in illa non com-
mittitur dolus *l. ſi oleum in fine cū l. ſeq. ff. de do-*
lo: niſi dicas quod actio furti competat tam
pro re minima, quàm prò re magnę quan-
titatis; non autem actio de dolo, quæ non
competit, niſi pro furto magno; Et ratio eſt,
quia in re minima conſideratur iniquitas,
19 ac iniuſtitia furantis, & non quantitas fur-
ti; idcircò pro re minima datur actio furti,
non autem quando furtum conſideratur in
quantitate, quia tunc dolus fundatur ſuper
ea quantitate, ac proindè datur actio de
dolo *textus in dicta l. ſi oleum* §. *fin.* vbi actio
de dolo nō datur prò re modica *Petrus Ghe-*
rard. de Petra Sancta ſingul. 19. *per totum*, & in
20 hoc differt actio furti ab actione de dolo,
quia actio furti de iure communi eſt pecu-
niaria, nempe dupli, vel quadrupli §. *furti*
Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcuntur, actio ve-
rò de dolo, eſt actio in perſonam, quæ non
datur de iure communi, niſi duos aureos
excedat *l. ſi oleum* §. *fin. cum l. ſeq. ff. de dolo*.

Sexta circumſtantia à teſte inueſtiganda
eſt qualitas delicti, ſcilicet qualiter delictū
fuerit commiſſum, hoc eſt ſi per ſacrile-
21 gium, aut per aſſaſſinium, aut per prodi-
tionem, aut per alios mille modos, cum
delicta non ſemper ſint ſimplicia, ſed per
qualitates transformātur in aliam ſpeciem
delicti *Farin. conſ.* 10. *numer.* 17. *circa medium*

22 & ſciendum eſt, quod qualitas, eſt omne
id, quod alterat delictum à ſuo eſſe natura-
li; vndè natura qualitatis eſt aliquid pone-
re in eſſe præter ſubſtantiã; ſicut ſubſtantia
23 in maleficiis eſt illud principale, per quod
maleficium definitur *Bald. in l. ea quæ nu. 11. & 12.* vbi per decem prędicamenta declarat
hanc qualitatem *C. de condit. indebit. & in l. de quib. num. 120. ff. de legib. & in l. non ideò minus num. 10. circa medium C. de accuſatio, & inſcription.* & delicto inhęret ab originali principio
delicti *l. 1. ff. de pactis*, ideò contumacia non
24 eſt qualitas delicti, quia non conuenit cum
delicto loco, & tempore *Bald. in l. & in multis num. 4. C. de appell. & in l. ſi non dum num. 10. C. de furtis.*

Septima circumſtantia à teſte petenda
eſt euentus, ſcilicet, an factum euenerit
metu, vi, vel errore, aut dolo, ſeù culpa, vel
25 caſu quia hæ circumſtantiæ excuſant de-
licta: puta ſi quis occiderit aliquem per
metum, id eſt ne ab aliquo potente homi-
cidium, ſibi mandante, interficiatur, excu-
ſetur *Bald. in cap. iniuria num. 19. verſ. ſed pone de pace iuram. firman.* hoc tamen intellige
quo ad mitigationem pœnæ, non autem
ad totalem excuſationem, quia homicidiũ
eſt de atrocioribus, in quibus metus non
26 excuſat, ſed mitigat *Bald. in l. ſeruum num. 4. C. ad l. Iul. de vi publ.* quapropter ſufficit ad
probandum metum, per minas illatum,
probari quòd probabiliter dubitare poterat
27 de offenſione, puta quia metum inferens,
fuerit conſuetus minas exequi *Gram. deciſ. 5. num. 3. 4. & 5.*

An interrogatio facta Teſtibus ad opportunam &c. ſit ſufficiens; & teneat. Quæſt. XL.

SVMMARIVM.

Modus interrogandi Teſtes ad opportunam interrogationem non vacat ſuggeſtione. num. 1.
Modus iſte prohibetur à Bulla Pauli V. ſuper reformatione Tribunalium Vrbis. num. 2.
Modus iſte interrogandi perniciosſus eſt reo, & teſtibus. num. 3.
Modus iſte quando ſit permiſſus. num. 4.
Reſponſio debet eſſe conformis interrogationi. nu. 5.

HIC modus interrogandi te-
1 ſtes non vacat ſuggeſtione
quoniam, vt *Paulus Papa V. in eius reformatione tit. de Iudicibus crim. §. & tam Reos, quam teſtes &c.* vti ſuggeſtiuarum
2 interrogationum velamentum, & fraudi-
bus plenum damnandus, & reſpuendus à
bono Iudice eſt, idcircò iubet quod Iudi-
ces, tàm reos, quàm teſtes interrogent de-
ſcriptis, & extenſis à Notario integrè om-
nibus interrogatoriis, relicto prorſus, & ſu-
blato ab vſu illo ſcribendi ad opportunam
Domini interrogationem, vel interrogatus
reſpondit, aut ſubdens interrogatus, &
ratio eſt, quia huiuſmodi modus interro-
3 gandi pernicioſus videtur, non ſolum in-
quiſito, ſed etiam Reipublicæ, & Fiſco, vt
in Reo notat *Cartar de capto bannito cap. 2. numer. 76. Farin. quæſt. 40. num. 23.* & in teſte no-
tat *Scaccia de indic. cap. 86. num. 8. lib. 1.* vbi
etiam permittit, quod huiuſmodi modus
interrogandi poſſit fieri; quando ſcilicet
4 teſtis non perfectè declarat ſuam reſpon-
ſionem allatam ad præcedentem interro-
gationem, ſeù quouis modo eſſet manca
eius reſponſio quia tunc poſſet interroga-
tio concipi his verbis, *& ad aliam interrogationem* ità dicit declarare *Flam. Cartar in ſua praxi de interrogandis reis lib. 3. cap. 3. numer. 12. in fine*, & ratio eſſe poteſt quia hæc
ſecunda interrogatio, licèt non ſit ſpecifica,
attamen, vti conſequutiua à ſuperiori ſpe-
cifica interrogatione videtur ſpecifice fa-
cta, & hoc etiam ſuadere debet reſponſio
inde ſequuta, quæ vti explicita, & clara id
vtique declarat *Rimingld. Sen. conſ. 702. nu. 12. lib. 4.* Nàm reſponſio dicitur eſſe confor-
5 mis interrogationi, & talis ſequuta videtur,
qualis interrogatio præceſſit *§. præterea Inſtit. de inutilibus ſtipulationibus Natta conſ. 98. numer. 22. Cartar. de Capto bannito cap. 2. nu. 79. 80.*

De probatione per apertiſſima documenta. Quæſt. XLI.

SVMMARIVM.

Probationes non prohibentur fieri per ſcripturas. n. 1.
Documenta dicuntur inſtrumenta, quibus aliquod probatur. num. 2.
Probatio apertiſſima fit etiam per indicia. n. 3. & 5.
Regulariter delictum non probatur per inſtrumenta, ſeu per ſcripturas. num. 4.
Delictum dupliciter probatur; vno modo directè; alio modo per coadiuuationem. num. 6.
Notarius conficiens inſtrumentum de verberatione, vel

Digitized by Google

vel homicidio non probat. num. 7.
Aliud eſt delictum, aliud corpus delicti. num. 8.
Delictum importat formam quamdam mentalem, quæ per notarium percipi non poteſt. num. 9.
Teſtes, qui viderunt, aut audierunt factũ oportet, quod de illo deponant. num. 10.
Notarius non poteſt conficere inſtrumentum, niſi de eo, quod vidit, aut audiuit. num. 11.
Inſtrumentum ſententiæ probat immediatè delictum. num. 12.
Inſtrumentum duplex eſt. num. 13.
Inſtrumentum ſententiæ non eſt maioris efficaciæ, quam ſint probationes à quibus pendet. num. 14.
Sententia licèt non probet ſine actis, tamen vti iura producta, probat etiam non conſtito de corpore delicti. num. 15.

1 PRobationes in criminalibus, & præcipuè ad informandum Iudicem receptæ, ſeu recipiendæ nõ prohibentur fieri etiam per ſcripturas: eſt notandum, quod *textus in d. l. fin. C. de probat.* dicit apertiſſimis documentis, quæ verba propriè important id, quod docet, ſeu ex quo docemur, & ſic documenta dicuntur inſtrumẽta, quibus aliquod
2 probatur *auth. ſi quis C. de edendo l. in extraneos C. de donat.* & ſubiungit verbum *apertiſſimis* ad ſignificandam indubiam veritatem, quã continere debent ſcripturæ producendæ,
3 vt acceptæ ſint, immò etiam probatio apertiſſima fit per indicia *arg. textus in l. licèt Imperator ff. de legat. 1. Bald. in l. quoties n. 2. ff. de hæred. inſtituen.*

Et quamuis regulariter delictum non
4 probetur per inſtrumenta, ſeu ſcripturas. *Bald. in l. contra negantem. n. 9. C. ad l. Aquil. Farin. conſ. 125. num. 5.* vide *Abb. in cap. à nobis; qui matrim. accuſare poſſunt, &c.* tamen aliquando non eſt inconueniens ſumere à
5 ſcripturis aliquam probationem de delicto, ideò ſciendum eſt, quod dupliciter probari poteſt delictum; vno modo directè, hoc
6 eſt ſimpliciter; altero modo indirectè, hoc eſt per coadiuuationem, primò modo non cõuenit, quod probatio delicti fiat per ſcripturas *Bald. in d. l. contra negantẽ.* ſecundo modo cõueniũt DD. quod probari poſſit delictũ per ſcripturã *Alberic. in l. ſemel malus n. 3. ff. de reg. iur. & facit tex. in l. obſeruare ibi inſtrumentis publicis C. quorũ appell. non recip.* vbi videtur argumentũ, quod maleficium probetur etiam per inſtrumentũ, ſed intellige, vt notat *Bald. in d. l. contra negantem num.* 12. non de totali probatione, ſed de probatione coadiutiua, vel de maleficio, quod conſiſtit in eademmet ſcriptura, ſicut eſt falſum inſtrumentum, vel falſum teſtimonium. Nam ſi Tabellio faciat inſtrumentum de
7 verberatione, vel homicidio non probat, quia Iudex in criminalibus debet examinare illum, qui deponit de crimine, & illum audire voce, & verbis ſignificantibus probantem delictũ, alias depoſitio nullius eſſet momenti. *l. 4. §. idem diuus ff. de teſtibus.*

Dices, quod Notarius viſitando vulneratum, ſeu faciendo viſum, & repertum de occiſo, poteſt ſuper vulneribus, & ſuper cadauere conficere inſtrumentum, & ſe rogare de homine occiſo, vt ſupra dixi, ergò non videtur inconueniens, quod delictum probetur per ſcripturas. Reſpõdetur, quod
8 aliud eſt delictum probare, aliud corpus, hoc eſt ſubiectum indicans delictum per ſcripturam demonſtrare, vt alias dixi; nam
9 delictum importat formam quãdam mẽtalem delinquentis, quæ per Notarium percipi non poteſt, idcircò non pertinet ad eum ponere mentem, ſeu animum delinquentis, quæ non cadit ſub eius ſenſu, ſed ipſum nudum factum in eius ſcriptura rogare, quod cadit in eius ſenſu, nempè vidiſſe cadauer vulneribus inflictum, vel vidiſſe vulnera in corpore Titij: *Bald. in l. ſi non eſt num. 4. C. de cond. furtiua*: oportet enim quod teſtes, qui viderunt, aut audie-
10 runt, aut aliquo alio ſenſu corporali perceperunt factum cum omnibus eius circumſtantijs deponant, vt ex eorum depoſitionibus Iudex percipiat quã mente delictum factum fuerit, & ſic ex eorum depoſitionibus poſſit iudicare ſuper eo, quod ſpectat ad ſui iuris prudentiam, quam Notarius non callet, idcircò non poteſt de eo ſe rogari, corpus autem delicti importat factum quoddam apparens, ac ſub oculis eiuſdem Notarij exiſtens, de quo vti teſtis iuris poteſt ſcribere, & conficere inſtrumentum, prout in ſenſu cadit, non dico, quod ſit teſtis formalis inſtrumenti ad ſolemnitatem requiſitus, ſed eſt teſtis ipſius facti, quod vidit præſentibus alijs teſtibus *arg. eor. quæ tradit Bald. in Auth. ſed nouo iure n. 14. C. ſi certum pet.* Vnde Notarius conficiens inſtrumentum de maleficijs, non habetur in iſtis pro Notario, cum ad eius officium non ſpectet de illis ſe rogari, & in hoc differt à teſte, qui deponit, quia teſtis poteſt deponere per quinque ſenſus corporis, Notarius verò non poteſt inſtrumentum conficere, niſi de duobus ſenſibus
11 ſcilicet viſu, & auditu, quia iſti duo ſenſus ſunt magis communes, de quibus Tabellio poteſt eſſe certus, quod non eſt ita in alijs ſenſibus: *Bald. in l. ead. nu. 4. circa fin. ff. de ferijs, & dilat.*

Iterum dices, quod per inſtrumentum
12 ſententiæ probatur immediatè ipſum de-
lictum, immò per inſtrumentum confeſ-
ſionis delinquẽtis probatur delictum eiuſ-
dem delinquentis confeſſi *textus eſt in l. ictus
cum gloſſ. ſua ff. de ijs, qui not. infam.* ergo non
videtur verum, quod delictum probari
non poſſit per ſcripturas. Reſpondetur,
quod duplex eſt inſtrumentum; vnũ, quod
13 fit, & ſcribitur à partibus extraiudicialiter,
alterum quod fit, & ſcribitur in iudicio, ſeu
pendet à iudicio: primum nullo modo
probat delictum ſecundum benè probat
illud, quia dependet ab actis, & pro-
bationibus factis in iudicio, & conti-
net concluſionem iuris ſuper dicto facto.
*Bald. in d. l. ſciant cuncti num. 18. in fine C. de
probat.* ideò ſententia, ſeu inſtrumentum
14 ſententiæ non ſolet eſſe maioris efficaciæ,
quam ſint ipſæ probationes à quibus pen-
det, cum ex ipſis probationibus ſumat ef-
fectum ſuum *l. ſed ſi poſſeſſori §. fin. cum l. ſeq.
ff. de iure iuran. Bald. in cap. conuenticulas
num. 8. in fine de pace iuram. firman.* & hinc
eſt, quod licèt ſententia non probet ſine
actis *Cartar. de capt. bann. cap. fin. num. 25.
Farin. quæſt. 11. num. 61. verſ. limita:* tamen
ſi contra aliquem in actis exhiberetur pro-
15 ducendo vt iura, poſſet procedi contra eum
etiam non exhibitis actis per ea, quæ *tradit
Baiard. ad Clarum qu. 55. num. 17. & idem Cla-
rus qu. 54. num. 6.* vbi dicunt, quod probet
etiam non conſtito de corpore delicti.

De probatione per indicia indubitata. Quæſt. XLII.

SVMMARIVM.

Indicium quid ſit. num. 1.
Indicia dicuntur quaſi veritatis demonſtratiua, & probationum adminicula. num. 2.
Differentia inter præſumptionem, & indicium. nu. 3.
Præſumptio eſt probatio probans; indicia verò probatio probata. num. 4.
Indicium minus eſt, quam præſumptio. num. 5.
Indicium eſt delicti indicatiuum. num. 6.
Indicium eſt probabile inuentum ad faciendam fidem. num. 7.
Indicium, præſumptio, coniectura, ſignum, & ſuſpicio diſtinguuntur inter ſe. num. 8.
Appellatione indiciorum continentur præſumptio, coniectura, ſignum, atque ſuſpicio. num. 9.

Licèt titulus ſit de proba-
tione per indicia indubi-
tata, nihilominus non e-
rit ab re, primò quid ſit
indicium, ſecundò quo-
tuplex ſit, tertiò de pro-
batione indiciorũ, quartò
de effectu indiciorũ pro-
batorum aliquid dicere.
1 Quoad primum dicendum, quod indi-
cium ſit demonſtratio, ſiue adminiculum,
vel ſignum ad detegendam veritatem: *l.
adulterij de adulterijs l. ſolent ff. de præſcriptis verb.*
vnde *Bonifacius in ſua praxi de quæſtionibus in
Rubrica, quæ indicia præcedere debeant nu. 5.* di-
cit, quod indicia dicũtur quaſi veritatis de-
2 monſtratiua, & probationum adminicula,
& *Bald. in l. non hoc num. 6. C. vnde legitimi,*
dicit indicium eſſe cõiecturã ex probabili-
bus, & nõ neceſſarijs ortam, à quibus poteſt
abeſſe veritas, ſed non veriſimilitudo veri,
quæ quandoque mentem iudicantis intan-
tum perſtringunt, vt cogant conſcientiam
Iudicis iudicare ſecundum ipſam, & idem
3 *Bald.* ponit differentiam inter præſumptio-
nem, & indicium dicendo, quòd præſum-
4 ptio eſt probatio probans indicia verò ſunt
probatio probata in præſumptione vnus te-
ſtis non facit plenam probationem, ſed
tangit directè factum probandum. Indicia
verò, & cõiectura indirectè tangũt factum,
5 ac proindè minus eſt indicium, quàm præ-
ſumptio vt dicit *Bald. ibi,* ſed quidquid ſit
de ſupradicta concluſione; certum eſt ad
propoſitum noſtrum, quod indiciũ dici po-
teſt, quod ſit argumentũ quoddã delicti in-
6 dicatiuũ, vt ex *textu in l. 1. §. ijdem Cornelio ff. de
quæſtionibus* ſatis apertè colligitur, dũ ſic in-
quit *Vulpia. Iidẽ Cornelio Proculo reſcripſerũt nõ
vtiq; in ſerui vnius quæſtione fidem rei conſtituen-
dam ſed argumentis cauſam examinandam,* & fa-
cit *text. in l. Diu. Adrianus §. ſed & caput ibi non
exquiſitis argumentis ff. de cuſtodia reorũ* adiungi-
tur delicti indicatiuum, quia argumentum,
7 ſeu indicium eſt probabile inuentum ad fa-
ciendam fidem, quo colligitur aliud per
aliud, hoc eſt illud, quod eſt dubium per
illud, quod certum eſt deducitur. Etſi in-
8 dicium præſumptio, coniectura, ſignum, &
ſuſpicio, de quibus ſupra mentionem feci-
mus propriè diſtinguantur inter ſe, prout
notat *Menoch. de præſump. lib. 1. præſump. 7. n. 18*
nihilominus ſingula ſupradicta ſub vno
verbo indiciorum continentur, quo fit, vt
9 afficiendum reum, ſiue ad illum conſti-
tuendum, ſiue ad illum torquendum, ſeu
condemnandum parum refert, quo nomi-
ne appellẽtur, quia lex interdũ, ſub vno, vel
altero nomine illa appellat *Brun. trac. de tort.*

Quotuplex

Quotuplex ſit indicium. Quæſt. XLIII.

SVMMARIVM.

Quotuplex ſit indicium. num. 1.
Indicia facti ſunt, quæ factum demonſtrant. num. 2.
Indicia iuris alia communia, alia particularia, & quæ. num. 3. & 4.
Indicia indubitata quæ ſint. num. 5. & ſunt in duplici differentia. num. 6. & 8.
Vbicumque poſſibile eſt rem aliter ſe habere non dicitur indicium indubitatum. num. 7.

1 COgnito quid ſit indicium opportunè de quotuplicitate illius diſſerendum eſt; & dicimus, quod indicium aliud eſt facti, hoc eſt quo Iudex ſe dirigit ad habẽdam notitiam facti de illo inquirendo ad ſui informationem, aliud quo idem Iudex ſe dirigit in viam iuris ad effectum torquendi, vel condemnandi reum, vt notat *Boſſ. in eius pratic. tit. de inquiſitione n. 4. per doctrinam Baldi in l. ſeruos C. de teſtibus.*

2 Indicia facti ſunt illa, quæ factum demonſtrant, quibus Iudex ſe inſtruit de facto, & ad hæc indicia demonſtranda ſufficiunt vnus teſtis, ac etiam inimici, nam etiam inimici dirigunt Iudicem in viam intelligendi in ſpecie propter circumſtantias per eos datas, non tamen immediatè dirigunt ad inquirendum, vt procederet contra inquiſitum, *vt idem Boſſ. notat. in d. tit. de inquiſitione num. 4.*

3 Indiciorũ verò iuris licet varias de illis DD tradant differentias, attamen ad duplicem ſpeciem reduci poſſunt, nimirum quod alia ſint omnibus delictis communia alia particularia, & delictorum propria.

4 Quoad communia pariter diſtinguuntur in indicia dubitata, ſeu veriſimilia, & in indicia indubitata, ſeu certa: illa deſcribi poſſunt, quod ſint præſumptiones ſpecialiter mouentes animum Iudicis ad aliquid credendum, vel diſcredendum. *Farin. qu. 36. n. 38.* & ſunt idẽ quod ſemiplena probatio: *Surd. conſ. 132. num. 92.* & dicuntur veriſimilia, ſeu probabilia, quia rem veram eſſe arguunt: *l. milites §. oportet C. de quæſt.*

5 Indicia verò indubitata ſunt illa, quæ ita arctant mentem Iudicis, vt omninò credat, nec poſſit in contrarium inclinare: *Farin. dicta quæſt. 36. num. 36.* quæ etiam plena dicuntur & ſunt in duplici differentia,
6 nam alia ſunt indubitata ex ſe ſcilicet ex ſe ipſis hoc eſt poſito indicio probato reſultat certitudo delicti v.g. poſito quod certum ſit quod Titius viſus fuit cum gladio ſanguinolento egredi de domo in qua repertum fuit cadauer Seij ſtatim ex iſto indicio reſultat certitudo, quod idem Titius occiderit Seium illum, ſed aduerte quod vbicumque poſſibile eſt rem ſe aliter habere
7 tunc non dicitur indicium indubitatum. *Farin. conſ. 78. num. 27.*

Alia ſunt indicia indubitata reſultantia
8 ex cumulatione plurium indiciorum veriſimilium vt idem *Farin. notat in quæſt. 86. num. 59. & in conſ. 108. num. 90.* cum hac tamen declaratione nimirum primò quod prima indicia non ſint ſimpliciter remota ſed grauia & valde proxima delicto, ſecundò quod cumulentur ad reum condemnandum in pœnam pecuniariam non autem in pœnam corporalem vt idem *Farin. dicta quæſt. 86. nu. 61. 62. & 82.*

De indicijs veriſimilibus & veris in ſpecie. Quæſt. XLIV.

SVMMARIVM.

Indicia veriſimilia deducuntur vel ex qualitate perſonæ delinquentis, vel alijs ex cauſis. n. 1.
Indicia certa quæ. num. 2.

CVm ex diſtinctione ſupradicta mentionem fecimus de indicijs veriſimilibus & de indicijs certis, & veris: operæ prætium duxi de illis in ſpecie notitiam aliquã dare, & ſic primò de veriſimilibus quæ deducuntur, vel ex qualitate perſonæ delinquentis veluti ſi ſit ma-
1 læ qualitatis, & famæ vel quia quis fuerit deprehenſus in loco delicti, vel quia fuerit ſolitus conuerſari cum hominibus facinoroſis vel quia fuerit inimicus capitalis, vel quia ſperaret lucrum, & commodum, vel quia fuerit inculpatus ab offenſo vel quia aufugerit.

Secũdò de indicijs certis quę dici poſſunt primò res reperta in loco delicti quæ ſit re-
2 cognita pro re ſpectante ad reum inquiſitum; ſecundò nominatio ſocij criminis; tertiò confeſſio extraiudicialis; quartò minæ quintò pax ſeu tranſactiò aut alia concordia; ſextò auxilium, aut opis aliqua facie-

no-

noroſo pręſtita ſuper quibus nō inſiſto quia longus,& prolixus tractatus requireretur,& noſtro tractatui de legitimatione proceſſus non videtur facere ad propoſitum,cum per legitimationem non verificentur ipſa indicia ſed corroborentur depoſitiones ſupradictis indicijs receptæ quo circa remitto me *ad Farin. & alios DD.* qui non ſolum ingenere ſed etiam in ſpecie de indicijs tractatum habuerunt.

De probatione indiciorum. Quæſt. XLV.

SVMMARIVM.

Probatio indiciorum diuerſa eſt ſicut diuerſa ſunt indicia. n.1.

Motiuum inquirendi de delicto ſumi poteſt à quacunque notitia. nu.2.

Ad probationem indiciorum iuris teſtes habiles, & idonei recipi debent. num.3.

Ad probationem indiciorum vt plurimum requiruntur duo teſtes. n. 4. præcipuè ſi eſt indicium remotum. nu.5.

Vnus teſtis omni exceptione maior probat indicium proximum. num.6. declara. n.7.

Numerus teſtium facit teſtes alias inhabiles eſſe habiles. nu.8.

PRobatio indiciorum diuer
ſa eſt ſicut diuerſa ſunt in-
dicia, nam ad probationē
indiciorum facti quælibet
1 piobatio ſufficit, ſiue illa
proueniat à teſtibus habi-
libus,ſiue inhabilibus quia
motiuum inquirendi de delicto ſumi po-
2 teſt à quacumque notitia quoniam ad id
quod eſt de facto videtur etiam ſufficiens
teſtis de facto & qui alias nihil valeat ita ſo-
lemniter *Bald. in l.ſeruos C. de teſtibus relat.per*
Boſſium in tit. de inquiſitione num.4. ad proba-
3 tionem verò indiciorum iuris,ſcilicet ad ef-
fectum torquendi, vel puniendi non eſt
ſic;cum dumtaxat teſtes idonei ſeu habiles
recipiendi ſint, & in qualibet iſtorum in-
diciorum probatione vt plurimum admit-
4 tendi ſint duo teſtes *ſecundum Accurſium in l.*
vlt. in verb. vel indicijs C. fam. Erciſcun. quam
doctrinam ſequuti ſunt *Bar. in l. vlt. num.7.*
verſ. quæro qualiter ff. de quæſtio Alex. conſ. 18.
poſt num.6. lib.1. & alij quos allegat Maſcard. de
probat.concluſ.895.num.1.

Quam concluſionem declarabis ſecun-
dum infraſcriptam diſtinctionem, nam
quando agitur de probando indicio remo-
5 to à maleficio vtique verū eſt requiri pro-
bationem per duos teſtes vt declarat *Bart.*
in l.fin.n.7. verſ. quæro qualiter probari debeat in-
diciū ff.de quæſt. ſecus,quādo agitur de probā-
do indicio proximo ad maleficiū,quia tunc
6 vnus teſtis ſufficit,dūmodo ſit omni excep-
tione maior, *vt per Marſil. in ſua praxi §. di-*
ligenter num.primo poſt Bart. in l. admonendi nu.
36. ff. de iure iuran. hoc tamen intellige pro-
7 cedere quoad examinandum reum ſeu illū
torquendum non autem quo ad illum cō-
demnandum *Farin.conſ.65.num.53.Alex.conſ,*
89.num.7.lib.3.

Dices cum *Boſſio in tit.de indicijs ante tortur.*
num.18. quod etiam in indicio propinquo,
&proximo delicto requiratur probatio per
duos teſtes quod etiam confirmatur à *Bur-*
ſat.conſ.35. num.2. Reſpondetur quod obie-
ctum non infringit concluſionem,quin per
vnum teſtem probari poſſit indicium pro-
ximum nam numerus teſtium hoc caſu
non videtur neceſſarius neceſſitate præci-
ſa, ſed ad bene eſſe nam ſi vnus teſtis om-
ni exceptione maior ſufficiat ad proceden-
dum contra reum inquiſitum,eo magis ſuf-
ficient duo & plures: bene verum eſt quod
8 numerus teſtium eſt tantæ potentiæ, quod
facit teſtes alias inhabiles eſſe habiles,vt no-
tat *Io. Crotus de teſtibus num.193.* quo circa ſi
fortaſſe vnus teſtis deponens ſuper indicio
proximo non fuerit omni exceptione ma-
ior ſuppletur per alios habiles, vt ſufficiens
euadat. *Farin. quæſt. 62. num. 331.*

De effectu indiciorum probatorum. Quæſt. XLVI.

SVMMARIVM.

Probatio non debet eſſe fruſtatoria. n.1.

Effectus probationis indiciorum eſt multiplex & qui. nu.2.

Plures probationes imperfectæ non iunguntur ad faciendam probationem perfectam. num.3.

Vnus teſtis de fama non probat famam. num.4.

Interrogatio debet eſſe certa clara & ſpecifica. nu. 5.

Ad effectum conſtituendi reum ſufficit qualibet ſuſpicio. num.6.

Reus conſtitui & examinari poteſt ſine indicijs præcedentibus. n.7. declara. nu.8.

Reo conteſtari debent ea quæ per teſtes recepta ſunt. num.9.

Cum

1 CVM fruſtratoria eſſe non
debeat quælibet probatio
in criminalibus, & præci-
pue ea quæ circa indicia,
& circumſtantias delicto-
rum verſatur idcirco hic
opportune de eius effectu
diſputandum eſt, Et cum effectus probatio-
2 nis indiciorum ſit multiplex quoniam vnus
principalis eſt, vt inquiſitus poſſit exami-
nari, & coram Iudice conſtitui, & poſt rei
examinationem ſint apta recipiendi corro-
borationem à legitimatione ad inferrenda
tormenta, ac etiam punitionem, ac proinde
indicia, & eorum probationes non debent
eſſe equiuocæ, ſed concludenter probatæ
ſaltem per duos teſtes conteſtes alias nul-
lius effectus eſſent *Aym. conſil. 6. numer. 12. Becc. conſ. 85. num. 9. in fine, Farin. quæſt. 37. nu. 6.*
habemus enim regulam quod ſicut plures
3 probationes imperfectæ non iunguntur ad
faciendum aliquod perfectum *l. 1. C. qui num. tutel. ſe excuſant*, vbi dicitur quod
ex pluribus imperfectis in ſua ſpecie non
reſultat aliquod perfectum, nam ſi vnus te-
ſtis probet de veritate, vnus de fama, vnus
de alio indicio iſta probatio non ſubſiſteret,
quia non eſt in ſua ſpecie perfecta, nã vnus
4 teſtis de fama, non probat famam vnus te-
ſtis de alio indicio non probat indicium, *vt dicit Bald. in l. prætor ait in addit. §. quod. numer. 3.*
5 *ff. de edend.* ità cum interrogatur reus de de-
licto huiuſmodi interrogatio debet eſſe cla-
ra, & ſpecifica continens omnes qualitates,
& circumſtantias, ſecundum probationes
habitas, ne reo tollantur defenſiones, *Fa-rin. quæſt. 1. num. 11.*

Sed dices quod ſupradicta benè procedũt
ad effectum inferendi torturam, vel aliud
6 genus tormenti non autem ad effectum il-
lum ſimpliciter conſtituendi, ad quem effe-
ctum bene ſufficere videtur quælibet ſuſpi-
cio, & quælibet coniectura, immò po-
7 teſt ſine indicijs interrogari, ac examinari;
vt videtur notare *Clarus quæſt. 45. verſ. ſcias autem Cartar. in prax. lib. 1. cap. 2. num. 8. Lucatell. de quæſtio. iudiciali inſpectio 5. num. 185. & 186.*
vbi refert quod paſſim Iudices ordinarij
Vrbis, & cæteri Status Eccleſiaſtici ſtatim
reus captùs examinant quanto magis inter-
rogari poſſet, dum adſunt præſumptiones.
Reſpondetur quod cum Reus ſine indicijs
interrogari, nec inter reos poni poſſit, *vt do-cet Farin. quæſt. 81. num. 15. & conſ. 110. num. 12.*
8 *Marſil. conſ. 130. num. 35.* nihilominus ſimplex
ſuſpicio, ſeù ſimplex coniectura non videtur
ſufficiens ſine ſuis adminiculis ad interro-
gadum reum *Boſſ. tit. de exam. reorum numer. 6.*
vel dicas quod quatenus interrogari poſſit
non niſi ſecundum qualitates indiciorum
contra eum reſultantium faciendum eſt
examen illius *Caualcan. de Brachio Regio par. 3. num. 189. verſ. tamen conſtito &c.* eo quia cum
9 eo conteſtari oportet dumtaxat quæ per te-
ſtes recepta ſunt, & non alias *Farin. quæſt. 1. num. 45. Cartar. in practic. lib. 1. cap. 2. nu. 8.* & ea
quæ dicta ſunt in obiecto procedunt de ſty-
lo, ſeù de conſuetudine, *vt dicit ibidem Luca-tell.* de iure autem coutrarium ſeruari opor-
tet ſecundum *Farin. dicta quæſt. 81. num. 15.*

An plura indicia remota per Teſtes plures ſingulares probata ſufficiant ad Torturam.

Quæſt. XLVII.

SVMMARIVM.

Singula ſi non proſunt multa vnita iuuant. num. 1. declara num. 22.

Requiſita vt concluſio quod plura indicia remota per teſtes ſingulares probata ſufficiat ad torturam. numer. 2. 19.

Teſtes tunc dicuntur omni exceptione maiores quando nullam exceptionem patiuntur. num. 3.

Indicia remota ſunt in duplici differentia. num. 4.

Confeſſio extraiudicialis eſt indicium remotum, et quomodo. num. 5. & 6.

Indicia delicto proxima probantur vnico teſte. nu. 7.

Inimicitia debet probari præcisè, & debet eſſe correſpectiua. num. 8.

Indicia per teſtes ſingulares probata debent eſſe talia, quæ reddant animum Iudicis quaſi certum. nu. 9.

Pluralitas duplex eſt. num. 10.

Duo indicia ſimpliciter proxima, ſed non immediata ſufficiunt ad torturam. num. 11.

Teſtes tres, aut quatuor ſingulares ſufficiant ad torturam. num. 12.

Teſtes ſingulares coniunguntur, quãdo tendunt ad eundem finem: num. 13.

Ex pluribus diuerſis non ſpem reſultat vnum. nu. 14 declarat num. 17.

Iudex non debet alligare animum ſuum ad vnam ſpeciem probationis. num. 16.

Vnus teſtis coniunctus cum alia ſemiplena probatione alterius ſpeciei, & forma facit coniecturam ſufficientem ad probationem. num. 17.

In ciuilibus non infertur præiudicium irreparabile. num. 18.

Vnus teſtis de fuga, vnus de fama, vnus de inimicitia non coniunguntur ad torturam inferendam. numer. 20.

Fama non poteſt probari ſemiplene per vnum teſtem. num. 21.

In ijs quæ requirunt certam ſpeciem nihil operantur diuerſa ſpecies imperfecta. num. 23.

Digitized by Google

Tortura inferri non poteſt niſi ex indicijs reſultet ſemiplena probatio. num.24.
Semiplena probatio, eſt imperfecta probatio. nu. 25.

HANC concluſionem videtur decidere *Vulpel. conſ. 39. num.11.& 12. auctoritate Gramatici dec.34.nu.35.& conſ.32. nu.10.Aym. conſ. 35.* vbi dicit
1 quod ſufficiant ad torturã, propter regulam ſi non proſunt ſingula multa vnita iuuant, & opinionem *Vulp. ſequitur Cabal.caſu.193.num.2.ſed Farin.quæſt.37. num. 38.* dicit quod hæc concluſio diu ancipitem illum reddidit, & tandem omnibus hinc inde conſideratis, venit in hanc infraſcriptam ſententiam nimirum quod huiuſmodi concluſio procedere poſſit, quatuor requiſitis cõcurrentibus: Primo quod teſtes
2 ſint omni exceptione maiores,& ſic idonei; Secũdo quod ſint ſuper indicijs delicto proximis recepti, nõ autẽ ſuper valdè remotis; Tertio quod inditia, ſuper quibus teſtes ſingulares deponunt ſint plura,& talia,quę reddant animum Iudicis, quaſi certum quod reus deliquerit: Quarto quod prædicta indicia probata per teſtes ſingulares tendant ad eumdem finem, & coniungantur.

Quo ad primum requiſitum, tunc teſtes
3 ſunt omni exceptione maiores, quando cõtra eos nulla exceptio opponi poteſt, *Roland. conſ.7. numer. 13. lib. 1.* quinimò quod ſuperent omnem friuulam exceptionem; adeò quod eis nihil poſſit opponi *Gram. conſ. 59. numer. 17.* & faciunt *textus in l. optimum C. de contrahen.& comitt ſtipulat.ſub fine gloſ.in §. item verborum Inſtit. de inutil.ſtipulat.* hinc Ioannes Tiſilinus,quæ in teſtibus conſideranda ſunt, hoc diſticon complexus eſt.

Conditio, fortuna, fides, diſcretio, ſexus
Fama, ætaſque, bonis teſtibus, eſſe volunt.

Et vno verbo teſtes omni exceptione maiores ſunt illi, quorum fides nulla ex cauſa legitima poteſt maculari, & qui cõmuni hominum opinione reputantur boni viri, idonei, ſcilicet bonæ exiſtimationis *arg. textus in l.42.ff.de verb.ſignif.*

Quo ad ſecundum requiſitum nimirum quod deponant ſuper indiciis delicto proximis; non autem valdè remotis; videtur, inſpecto iſto requiſito concluſio propoſita de remotis remoueri, & excludi, & ſic doctrina Farinacij non facere ad propoſitum dictæ concluſionis,in qua quæſitum fuit de teſtibus ſingularibus deponentibus ſuper indicijs remotis; Idcirco ſciendum eſt,quod
4 indicia remota ſunt in duplici differentia, vt idem *Farin. docet in dicta quæſt. 37. nu. 47. & 48.* videlicet quædam ſunt remota, ſed valde de ſe inferentia maleficium, & de ho-
5 rum genere ſunt confeſſio extraiudicialis, & res furata pœnes aliquem reperta, quædam ſunt remota, ſed generalia non valde inferentia de ſe delictum, vt ſunt inimicitia, fuga, & fama: Prima indicia dicuntur
6 remota, vt contra diſtinguantur ab indicijs delicto immediatè proximis; nàm etiam confeſſio extraiudicialis dicitur proximum indicium: prout ità illam appellauit *Oſaſch. deciſ.79.num.8.Peguer.deciſ.17. num. 3.* ſed non immediatè, & dicitur indicium remotum propter veriſimilitudinem, quam portat delicti, ac proinde indiget probari per duos teſtes conteſtes, & non ſingulares *Bertazol. conſ.549.num.6. lib. 2.* quod non ſequitur in
7 indiciis immediatè delicto proximis, quæ vnico ſolo teſte probata ſufficiunt ad torturam *Farin.quæſt.37.num.42.& 70.*

Secunda verò indicia dicuntur valdè remota, vt contra diſtinguantur ab indicij ſimpliciter proximis; ſed remotis per reſpectum ad indicia immediatè proxima: Nam inimicitia, *verb. gratia*, dicitur indicium valdè remotum, quia ex quadam ſimplici ſuſpicione ſufficiens redditur ad cogitandum,quod inimicus offenderit, ſed ſemper cum aliqua formidine, quod alius, quam inimicus, potuerit offendere, ac proinde
8 inimicitia debet eſſe probata præcisè, & debet eſſe correſpectiua ad id, quod fuit ſequutum *Farin.conſ.55. num. 24.* & hæc indicia debent pariter probari per duos teſtes.

Quo ad tertium ſcilicet quod indicia ſuper quibus teſtes ſingulares deponunt
9 ſint plura, & talia, quæ reddant animum Iudicis quaſi certum, quod reus deliquerit:
10 hoc requiſitum deſiderat pluralitatem, quæ duplex eſt vna, quæ in duobus certificari poteſt *arg.l. vbi numerus ff.de teſtibus*, quo circa duo indicia ſimpliciter proxima, ſed
11 nõ immediata videntur ſufficere ad torturam, cum faciant ſemiplenam probationem, & debent plenè probari; altera, quæ in multo pluribus poteſt verificari, & ſic
12 tria, aut quatuor indicia poſſunt ſufficere ad torturam; licet ſint probata per teſtes ſingulares: & hoc caſu videtur verificari noſtra concluſio; nam vt inquit *Farin. dicta quæſt.37. num. 34.* ſi vnus teſtis dicat ſe vidiſſe Seium in terra poſtratum, & interrogatus reſpondit, vulneratum à Titio, alter verò dicat ſe vidiſſe Titium ſanguine aſperſum,& cum euaginato enſe fugientem; alius autem deponat, eumdem Titium vidiſſe recto tramite verſus nemora euntem, & occultè latitantem; certè hi ſinguli teſtes, licet de ſingulis indicijs ſingulariter depo-

deponant, nemo tamen ſanæ mentis ne-
gabit, quin faciant indicium ad torturam
hæc Farin.
Quo ad quartum requiſitum, nempe
13 quod prædicta indicia probata per teſtes
ſingulares coniungantur, quando tendunt
14 ad eumdem finem, cum ex pluribus di-
uerſis numquam reſultat vnum facit *quod*
not. in l. vbi fideiuſſor ff. de ſolutio: prout *in exem-*
plo ſupra ex Farin. allato; quia cum teſtes ſin-
gulares ordinent ſuum dictum ad vnum
indiuiduale delictum, non debent diuerſo
iure cenſeri, ſed vniri per ea quæ dicit, *Bald.*
in l. ſi quis cum in add. ff. ſi ex nox. cau. agat. ſed
aduertendum quod prædicta indicia debent
15 eſſe eiuſdem generis, non autem diuerſi
quia etiam duæ ſemiplenæ probationes ad
eundem finem tendentes, quæ ſi ſunt di-
uerſi generis non coniunguntur in crimi-
nalibus, vt dicit *Boſſius in tit. de conuictis n. 23.*
Bald. in l. Spadonem §. qui ff. de excuſat. tutor.
16 Dices, quod Iudex non debet alligare
animum ſuum dumtaxat ad vnam ſpe-
ciem probationis; ideò vnus teſtis de ve-
ritate coniunctus cum alia ſemiplena pro-
batione alterius formæ, & ſpeciei facit cõ-
17 iecturam ſufficientem ad probationem; &
ad hoc videmus, quod iuramentum in
defectum probationis cũ vno teſte probat;
tamen ſunt duo actus diuerſi, & diſtincti
generis, & formæ, & quantum ad Iudicis
motum, vnius actus infert informationem
alterius actus: *Bald. in d. l. ſpadonem §. qui* il
primo *circa finem ff. de excuſation. tutor. & in*
l. 2. ff. eod. Reſpondetur, quod obiectum
18 procedit in ciuilibus, in quibus non in-
fertur prę iudicium irreparabile; prout ſunt
irreparabilia præiudicium torturæ, & prę-
iudicium pœnæ, & præcipuè corporalis,
quæ infertur in Criminalibus; faciũt ea, quę
dicit *Centulin. ad farin. conſ. 25. lit. M.* Ex qui-
bus ſic enucleatis, remanet reſoluta noſtra
concluſio, nimirum quod plura indicia
19 remota per plures teſtes ſingulares proba-
ta ſufficiant ad torturam; dummodò ſint
indicia ſimpliciter proxima, ſed remota
per reſpectum ad indicia immediatè pro-
xima; & hoc idem videtur ſentire *Vulpel.*
ſupra allegatus dum loquitur de confeſſione
extraiudiciali *Aſcanij, de quo in d. conſil.* & ſic
non videtur prædictus *Vulpel.* voluiſſe in-
telligere de iudicijs pluribus, etiam per te-
ſtes ſingulares probatis valdè remotis, quia
20 abſurdum eſſet, quod vnus teſtis de fuga,
vnus teſtis de fama, vnus teſtis de inimici-
tia, coniungantur ad torturam inferendam;
dum iſta indicia per ſe ſola, etiam plenè
probata non faciunt indicium ad torturam
textus eſt in l. quæro §. fin. ff. de ædilit. edict. ibi
ſi & alia indicia prioris fugæ non deficiunt
Bald. in l. fin. circa finem C. de probat. Farin. q.
48. per totum Clarus quæſt. 21. num. 21. num. 1.
Balliſ. tract. varij lib. 1. quæſt. 5. num. 2. vltra
21 quod fama non poteſt probari ſemiplenè
per vnum teſtem, quia debent eſſe plures,
vt notat *Bald. in l. bonæ fidei num. 19. C. de*
reb. creditis: quia impoſſibile eſt, quod adſit
22 fama, & plures quã vnus non ſapiant illã, &
ad regulam, quę non proſunt multa vnita
iuuant, licet valeat ad torquendum, vt di-
cit *Farin. conſ. 59. num. 1.* immò etiam,
quod in occultis faciant plenam probatio-
nem, vt idem *Farin. conſ. 38. num. 8. & qu.*
86. num. 4. Nihilominus in caſu noſtræ
concluſionis tenet, non procedere, niſi in
indicijs ſimpliciter proximis, & ad eumdẽ
finem tendentibus, vt dicit *Bald. in l. ſi tres*
tutelas C. qui, n. tutel. ſe excuſat. vbi magiſtrali-
ter dicit, quod plura imperfecta, non fa-
ciunt vnum perfectum, quod eſt verum,
inquit ille, in his, inter quæ remanent
termini diſtincti, quia ſunt diuerſi generis,
& formæ; ſed quando plura tendunt ad
eumdem finem: tunc procedit regula præ-
dicta: *l. inſtrumenta C. de probat.*
Dices, quòd quædam ſunt, quæ requi-
runt certam ſpeciem, & tunc diuerſæ ſpe-
23 cies imperfectæ nihil operantur, quia
ex pluribus concurrentibus non augetur
effectus; cum non veniant ad integra-
tionem vnius ſpeciei; ſicut ex pluribus
teſtibus ſingularibus non reſultat vna plena
probatio: quædam ſunt, quæ non requi-
runt certam ſpeciem, & tunc quod non
proſunt ſingula, multa iuuant, vt dicit
Bald. in d. l. ſpadonem §. qui il primo *ff. de excu-*
ſat. tutor.
Reſpond. quod obiectum non procedit,
quando ex pluribus indicijs, per plures te-
ſtes ſingulares probatis diceremus probari
plenè, ſed dicimus, quod reſultat ſemiple-
24 na probatio ad torturam ſufficiens; prout
nunquam tortura infligi poteſt, niſi ex in-
dicijs reſultat ſemiplena probatio, vt notat
Farinac. qu. 36. num. 231. ſed ſic eſt, quod
ſemiplena probatio eſt probatio imperfe-
25 cta ergo obiectum non afficit, & ſic cum
dicimus, ex pluribus indicijs ſemiplenè
probatis, poſſe deueniri ad torturam intel-
ligimus, quod ex eorum imperfectis pro-
bationibus reſultet ſemiplena probatio de-
licti; alias non procederet.

De Pro-

De Proceſſu informatiuo prout eſt in facto eſſe. Quæſt. XLVIII.

SVMMARIVM.

Proceſſus informatiuus quatenus dicitur in facto eſſe, dicitur informatiuus, & offenſiuus, & cur. num. 1.
Officium Iudicis, eſt benè rimari omnia in proceſſu contenta. num. 2.
Accuſatio eſt officium Iudicis intentatum ad vindictã malefactorum. num. 3.
Offenſiuus proceſſus dicitur quatenus per illum iniuria alteri facta probatur. num. 4.
Offenſiuus proceſſus continere debet probationes præiudiciales. num. 5.

Diſeruimus ſupra de proceſſu informatiuo, prout eſt in fieri; modo ratio poſtulat, vt de perfecto informatiuo, ſcilicet prout eſt in facto eſſe aliquid dicamus:
1 & ſciendum eſt, quod ſaltem ſecundum eius extrema diſtinguere poſſumus in informatiuum, quatenus ſpecialiter informat iudicem, & in offenſiuum quatenus effectiuè inquiſitum afficiat.

Quoad primum dicitur informatiuus propter finem ad quem fabricatus fuit, videlicet vt pateant Iudici qualitates delicti, & eius circumſtantiæ; nam non ſufficit accuſationem, ſeu inquiſitionem propoſuiſſe, nec conſtitiſſe de corpore delicti, nec ſumpſiſſe probationes ſuper delicto; niſi Iudex poſſideret, ac benè teneret vires illarum, propter iudicium ex ipſis ſumen-
2 dum; officium enim iudicis eſt benè rimari omnia in proceſſu contenta, vt poſtea
3 optimè iudicet; idcircò accuſatio nihil aliud eſt, quam officium Iudicis intentatum ad vindictam malefactorum, vt dicit *Bald. in l. vnica num.* 15. *C. ex delictis defunctorum*, & ſubiungit *in l. cum mulier numer.* 32. *verſ. ſi autem accuſatio ff. ſolut. matr.* quod ſi accuſatio ſit malè inſtructa, non poteſt Iudex ex officio illam proſequi, nec ritè ad vindictam procedere, vt aliàs ſupra dixi.

Quoad ſecundum dicitur offenſiuus, nõ quaſi offenſam, ſeu iniuriam aliquam al-
4 teri faciat; ſed illum ſic appellamus, quatenus per eum iniuria alteri facta probetur, vt, indè poſtea condigna iniuriæ pœna inferatur: & dicitur offenſiuus, hoc eſt præiudicatiuus, quia continere debet probationes præiudiciales illius, qui criminis
5 cauſa puniri debet: vndè dicimus aliquem habere præiudicia in iſtã, vel illa Curia; hoc eſt quod contra illum fuerit fabricatus proceſſus continens præiudicia in ſui offenſam, conſtituentem illum in aliquo reatu, pro quo aliquod pœnale nocumentum recipere poſſit: à præiudicijs enim, quæ poſſunt reum offendere proceſſus offenſiuus, ſeu præiũdicialis dicitur.

An proceſſus offenſiuus diſtinguatur ab informatiuo. Quæſt. XLIX.

SVMMARIVM.

Proceſſus informatiuus diſtinguitur ab offenſiuo, ſicut cauſa ab effectu. num. 1.
Cauſa efficiens offenſiui quæ ſit. num. 2.
Cauſa efficiens informatiui quæ ſit. num. 3.
Cauſæ formales offenſiui, & informatiui quæ ſint. num. 4.
Cauſæ materiales offenſiui, & informatiui quæ ſint. num. 5.
Cauſæ finales eorumdem. num. 6.
Reus quando dicatur receptus inter reos.

Quæſtio iſta videtur prima facie eſſe de nomine, cum proceſſus offenſiuus ſit idem cum informatiuo, & non diſtinguantur, niſi ſecundum extrema, vt dixi, nihilominus ſi con-
1 ſideramus cauſas vnius, & alterius, viderentur quodammodo inter ſe realiter diſtingui; ſicut diſtinguitur cauſa ab effectu.

Nam cauſa efficiens offenſiui eſt ipſe Fiſcus; eo quia ad diligentiam Fiſci ſpectat
2 ſubminiſtrare probationes, & indicia, patet, quia ſi in hoc negligens fuerit, nihil ageret iuxta ea, quæ notat *Roland. conſ.* 52.
3 *num.* 21. *lib.* 4. Cauſa verò efficiens informatiui eſt ipſe iudex, qui vti vir bonus, ex ſubminiſtratis à Fiſco componit facti ſeriẽ, vt inſtructum ſe reddat, & ideò ſtatim ad cognitionem corporis delicti ſuſcipiendam præſtò eſt, quæ functio propriè ſpectat ad iudicem, qui vti miniſter legis hoc facere tenetur. *Bald. in l. vnica num.* 9. *C. de confeſſis, & in l. accuſationis C. quod metus cauſa, & l. prius num.* 31. *C. de his, qui accuſar. non poſſ.*

Cauſa formalis offenſiui, eſt ipſe ordo requiſitus in probationibus faciendis, ſeu factis, qui eſt rerum geſtarum, & gerendarum, ſecundum prius, & poſterius principium medijs, & media ſuis finibus iungens, vt dicit *Bald. in l. Aretuſa num.* 2. *ff. de ſtat. hom. & in Proem. ff. de inſt. & iure.*

Cauſa

Digitized by Google

Cauſa verò formalis informatiui, eſt modus inueſtigandi ex dictis probationibus delictum, & veritatem facti, ac etiam delinquentem: *arg. textus in l. Iulianus §. ſi quis rem ff. ad exhiben. Guazz. defen. 4. cap. 20. n. 21.*

Cauſa materialis offenſiui eſt accuſatio, ſeu denunciatio, vel querela aut alius mo-
5 dus, quo factum crimihoſum in iudicio deducitur, circa quem, ſeu quam veluti circa materiam, ſupra qua totius proceſſus moles conſtruitur. *Menoch. de praſump. lib. 1. qu. 1. num. 6. & ſeqq.*

Cauſa verò materialis informatiui eſt ipſum corpus delicti, & ipſum delictum, ſuper quo, ſeu circa quod ſtudet Iudex ſe informari, ac inſtrui *Blanc. in l. fin. num. 18. ff. de quaſt. Boſſ. tit. de delictis num. 1.*

Cauſa tandem finalis offenſiui eſt vt cognita veritate delicti, & illa probata deue-
6 niatur ad punitionem, & vindictam: *l. 2. §. ſed ſi agant ff. de iudicijs. l. 18. §. 1. ff. de iure Fiſci*; hinc gladio vltore punire aliquem, eſt de illo, pro crimine aliquo vindictam ſumere: *l. 31. C. de adulterijs ibi gladio vltore armari iura.*

Cauſa verò finalis informatiui eſt reum conſtituere, & examinare, & cum eo litem conteſtare, ac illum inter reos ponere: *Clarus qu. 14. num. 13.* & tunc dicitur receptus
7 inter reos, quando Iudex interrogat reum, an commiſerit delictum, de quo imputatur, & recipit reſponſionem, vel affirmatiuam, vel negatiuam: *Bald. in l. prius nu. 23. C. de his, qui accuſar. non poſſ.*

An proceſſus informatiuus ex ſe probationem aliquam faciat.

Quæſt. L.

SVMMARIVM.

Iuramentum eſt ſpecies probationis. num. 1.
Probatio eſt actus educens rem dubiam in lucem cognitionis. num. 2.
Probatio eſt demonſtratio indubitabilis, & certa fides rei dubia. num. 3.
Teſtes pro informatione curia ſunt ſufficientes ad condemnandum reum. num. 4.
Iudex eo ipſo, quod defert teſti iuramentum monet ipſum ad veritatem dicendam. num. 5.
Proceſſus informatiuus nullam facit probationem. n. 6.
Teſtes pro informatione curia examinati tripliciter conſiderari poſſunt. num. 7.
Publicatio proceſſus non obſtat Iudici, cui ſemper eſt publicatus. num. 8.
Iudex non publicatis teſtibus poteſt ponere reum ad torturam. num. 9.
Sententia lata ante publicationem valet. num. 10.
Teſtes in informatiuo recepti per reſpectum ad reum non probant. num. 11.
Teſtes in informatiuo per reſpectum ad ipſoſmet teſtes probant. num. 12.
Probatio per teſtes eſt de iure diuino. num. 13.
Teſtes non alio modo deponere debent, quam cum iuramento. num. 14.
Caſus contumaciæ operatur idem, quod caſus præſentia. num. 15.
Teſtes licet concludant Iudici, tamen concludunt per reſpectum ad partem. num. 16.
Contumax habetur pro confeſſo. num. 17.
Monitio facta reo non habet vim citationis. num. 18.

PRO affirmatiua videtur dicendum, quod faciat aliquam probationem; eò quia teſtes, qui
1 fuerunt recepti in eo non fuerunt recepti ſine iuramento; quod eſt ex ſe ſpecies probationis, vt dicit *Bald. in l. eum qui num. 5. ff. de iure iuran.* vltra quod cum
2 probatio ſit actus, educens rem dubiam in lucem cognitionis, vt dicit idem *Bald. in l. ea quidem num. 19. C. de accuſat. & inſcript. & in l. filium n. 11. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris*: dicit enim, quod probatio ſit demon-
3 ſtratio indubitabilis, & certa fides rei dubiæ: idcircò cum per teſtes pro informatione Curiæ receptos educatur res dubia in lucem cognitionis, & de ea ſit demonſtratio, & fides indubitabilis, ergò probant *Centulin. ad deciſ. 95. littera D.* pœnes *Farin. ad conſ. 1. libri* manifeſtantur ſupradicta, quia teſtes pro informatione
4 Curiæ recepti ſunt ſufficiẽtes ad condemnandum contumacem, ergo probant: & ſi dices quod teſtes, pro informatione Curiæ, ideò non probant, quia ſunt recepti non citata parte, vt dicit *Farin. qu. 72. n. 136. verſic. quando.* Reſpondetur, quod reus conſtitutus, & interrogatus à Iudice, ac monitus ad diceñ veritatem; ſtante quod contra eum adſint probationes per teſtes pro informatione Curiæ receptæ, dici po-
5 teſt citatus; ſicut dicitur de teſte; cui eo ipſo quod Iudex ei defert iuramentum, videtur eum monere ſuper veritate dicenda; quæ monitio habet vim citationis, vt docet *Bald. in §. porrò ſi Dominus num. 10. quæ fuit prima cauſa, &c.*

Pro negatiua vti veriori, & approbata opinione dicimus, nullam facere probatio-
6 nem: & ad huius opinionis dilucidationẽ
7 ſciendum eſt, quod teſtes pro informatione Curiæ examinati tripliciter conſiderari

poſſunt; vno modo per reſpectum ad Iu-
dicem; altero modo per reſpectum ad par-
tes, poſtremo modò per reſpectum ad ip-
ſoſmet teſtes: ſi conſideramus teſtes per re-
ſpectum ad Iudicem; tunc non eſt dubium
quod faciant probationem; vt docet *Bald.*
in l. cum de indebito §. ſin vero n. 1. ff. de probat.
& præſumpt. vbi dicit quod ante apertum, &
publicatum proceſſum atteſtationum con-
ſtat Iudici; ſed non parti, & ex hoc ſumit
8 duo argumenta: primum quod publicatio
proceſſus non obſtat Iudici, cui ſemper at-
teſtationes teſtium ſunt publicatæ; ſecun-
dum quod licèt teſtes ex quibus Iudex ha-
bet indicia non ſint adhuc publicata, tamen
9 poteſt ponere reum ad torturam, hoc eſt
dicta teſtium ſunt apta ad ponendum reum
ad torturam, quia ita liquet Iudici ante pu-
blicationem, vt quoad ſe non indigeat
alia ſolemnitate *Inn. in cap. cum clamor. de te-*
ſtibus, Ignens in l. 3. §. aperire ſub num. 59. ff.
ad Syllan. ver. intellige, Bald. in l. prolata ſub
n. 20. C. de ſenten. & interlocut. vbi dicit quod
ſi Iudex ante publicationem ferat ſententiã
10 cauſa cognita valet, & ſi eſt appellatum
poſſint poſtea teſtes publicari in cauſa ap-
pellationis. *l. per hanc C. de temp. appellat.*

Si verò conſideramus teſtes per reſpectũ
11 ad reum, tunc non probant *Farin. quæſt. 72.*
num. 136. verſ. quando tamen, vbi dicit illos
non probare, niſi fuerint ipſo citato repetiti,
prout declarat *Bald. in l. 3. §. ſi tibi col. 2. verſ.*
ſed nunquid iſti teſtes ff. de cond. ob turpem cauſam,
Salycet. in l. fin. in fine C. de quæſtion.

Si verò tandem conſideramus per reſpe-
ctum ad ipſoſmet teſtes, ſimiliter dicimus
12 plenè probare, quia ex naturali eorum di-
cto, quantum ad ſe ipſos, qui dictum ſuum
benè ſciunt à principio, vt dicit *Bald. in l.*
atqui ſemel num. 7. C. de probat. nullam præ-
ſumptionem faciunt, ſed habent de re, ſu-
per qua deponunt lucem claram cognitio-
nis, ſecundum ea, quæ dicit *Bald. in l. ea*
quidem num. 19. C. de accuſat. & inſcript. &
per ea, quæ tradit *Natta conſ. 633. num. 13.*
dicit enim iſte Auctor, quod probatio per
13 teſtes habita, eſt naturalis inducta de iure
diuino: *c. in omni negotio de teſtibus*: ſecundum
quod in ore duorum, vel trium teſtium,
ſtet omne verbum, vndè ſolemnitates ſu-
peradditæ ad dictam probationem, ſunt ex
artificio iuris ciuilis, & imponunt ei ciui-
lem formam *arg. eorum*, quæ tradit idem
Bald. in l. prolatam num. 10. C. de ſentent. interl.

Non obſtant modò ea, quæ pro affirma-
tiua deducta fuere; Nam verum eſt, quod
teſtes pro informatione Curiæ recipiuntur,
cum iuramento, quia cum debeant infor-
mare, & inſtruere Iudicem de facto, ſuper
14 quo deponunt; non alio modo depo-
nere debent, quam cum iuramento verita-
tis dicendæ eidem Iudici *Tyndarus de teſtibus*
in cap. 11. num. 2. lib. 1. cap. de teſtibus extra eodem
l. ius iurandi C. eodem 4. quæſt. 3. §. item iuſiuran-
di, & hinc ſequitur, vt dixi, quod teſtes,
quo ad ipſum Iudicem plene probant.

Non obſtat, quod teſtes pro informatio-
ne Curiæ ſint ſufficientes ad condemnandũ
contumacem; ac proinde probent, etiam
15 quo ad reum; quia caſus contumaciæ eſt
de exceptis, qui operatur idem, quod ca-
ſus præſentię Rei ſi fuerit confeſſus *Auth. qua*
in prouincia C. vbi de crim. agi. oport. Bald. in l.
prius num. 30. C. de his qui accuſ. non poſſ. & in
l. nec quiſquam num. 12. ff. de off. pro conſulis.

Dices quod contumacia non operatur,
niſi contemptum Iudicis, eo quia reus vo-
catus non vult obedire; non autem opera-
tur, quoad probationem. Reſpondetur,
quod teſtes licèt concludant ipſi Iudici; ta-
16 men concludunt per reſpectum ad partem
condemnandam, uel abſoluendam: idcir-
co reus uocatus à Iudice, & non compa-
rens ad ſe defendendum, & iuſtificandum
poteſt per dictum Iudicẽ, cui per teſtes fuit
concluſum puniri; quia ipſa contumacia
17 eſt probatio; & contumax habetur pro
confeſſo; iuxta probationem per teſtes a-
pud Iudicem concludentes *Bald. in §. iniuria*
de pace iuram. firm. gloſ. ordin. in l. locorum C. de
omn. agr. deſ. lib. 11. & ideo contumax non de-
bet niſi de ſe ipſo conquæri ſi condemna-
tur *Bald. in l. ſi quis teſtem. C. de fideic. libert.*

Nec obſtat quod reus monitus ad dicẽdã
ueritatem, & ad iurandum de illa dicenda
dicatur citatus ſicut citatus dicitur teſtis du-
admonetur ad deponendum; quia moni-
18 tio facta reo, non habet uim citationis, niſi
quoad ſe ipſum, ut ueritatem dicat; non
autem, ut uideat probari per teſtes, quæ
contra eum obijciuntur; quæ ualde diuer-
ſa ſunt inter ſe: ultra quod monitio, quæ
reſultat ex iuramento teſtibus delato, in tã-
tum habet uim citationis: in quantum mo-
nitio illa fit in preſentia partis & Iudicis. *l.*
ceſſante C. quomodo & quando Iudex. Alberic. de
meletis tractat de teſtibus cap. 7. num. 24. & 25.
ideo non applicatur monitioni factæ reo,
qui ſeorſum à teſtibus monetur.

An

An proceſſus informatiuus ſit de ſimplici iuriſdictione: an vero de mero imperio. Quæſt. LI.

SVMMARIVM.

Proceſſus informatiuus eſt de ſimplici iuriſdictione. num.1.
Proceſſus informatiuus eſt de præparatorijs proceſſus legitimatiui. nu.2.
Præparatoria, & præparata differunt inter ſe. nu.3.
Proceſſus informatiuus præcedit litis conteſtationem. num.4.
Litis conteſtatio eſt meri imperij cuius eſt proceſſus legitimatiuus. nu.5.
Proceſſus informatiuus eſt leuis præiudicij. num.6.
Inquiſitio eſt meri imperij. n.7.
Talis debet æſtimari proceſſus qualis eſt cauſa ipſa. nu.8.
Merum imperium non ſe elongat à iuriſdictione. num.9.
Merum imperium reſpicit ad omnem pænam corporalem inferendam. n.10.
Merum imperium quid ſit. nu.11.12.
Iudex habens ſimplicem iuriſdictionem ſi conficiat proceſſum informatiuum non debet ſperni. n. 13.
Inquiſitio generalis poteſt formari à Iudice, qui habeat baſſam, & inferiorem iuriſdictionem. nu.14.
In quolibet proceſſu quatuor conſideranda ſunt & quæ. num.15.
Proceſſus informatiuus ſecrete fabricatur. num. 16.
Merum imperium continet notionem & cognitionem. num.17.
Notio quid ſit. n.18.
Cognitio non niſi ab habente iuriſdictionem exerceri poteſt. n.19.

HVius concluſionis vtilitas eſt vt ſciamus ſi proceſſus fabricatus à Iudice habente ſolam ſimplicem iuriſdictionem operetur apud Iudicem habentem merum imperium. Et credimus non errare ſi affirmatiuè reſpondemus eſſe ſimplicis iuriſdictionis;
1 nam cum proceſſus informatiuus ſit de preparatorijs proceſſus legitimatiui vtique
2 ad inuicem ſunt ſeparati; quia præparatoria, & preparata differunt inter ſe *l. ſi pecu-*
3 *niam §. 1. ff. de condit. ob cauſam &c.* patet, quia informatiuus præcedit litis conteſtationem
4 quæ eſt initium iudicij. *l. 1. C. de lit. conteſt.* & litis conteſtatio eſt preparatoria proceſſus legitimatiui, quæ cum ſit de annexis
5 legitimatiui; vtique erit eiuſdem meri imperij, cuius eſt legitimatiuus; & per conſequens informatiuus erit ſolius ſimplicis iuriſdictionis, eo quia eſt leuis preiudicij;
6 pro vt ſunt cætera preparatoria *Bart. in l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his ff. de liber. agnoſc. Felin. in cap. veniens il 2. num. 18. in fine de teſtibus*. Immo proceſſus informatiuus actu, nullius eſt præiudicij; niſi in potentia propter legitimationem, quam expectat.

Sed dices quod merum imperium concernat non ſolum preparatum, verum etiã præparatorium ad illud; nam ſicut inquiſitio eſt preparatorium ad iudicium, & eſt
7 meri imperij vt eſt textus *in l. congruit in princ. ff. de off. Præſ. cap. qualiter 17. cap. cum oportet cap. inquiſitionis de accuſat.* ita, & accuſatio, & inſcriptio erunt meri imperij; cum iſtæ ſint de preparatorijs iudicij vt docet *Bald. in l. ea quidem num. 43. verſ. nam quod C. de accuſat. & inſcript.* pariter etiam recognitio corporis delicti erit meri imperij, cum illud quoque ſit de præparatorijs eiuſdem iudicij vt dicit *Bald. in l. ſi quando num. 2. verſ. nota quod quando &c. C. vnde vi. Pariſ. conſ. 153. num. 8. & ſeqq. lib. 1.* Immò & totus proceſſus informatiuus vti preparatorium ad proceſſum legitimatiuũ erit pariter meri imperij; ſicut eſt legitimatiuus patet, quia proceſſus informatiuus ordinatur in cauſa, quæ eſt de mero imperio, talis enim æſti-
8 mari debet proceſſus qualis eſt ipſa cauſa. *l. 2. ff. de iuriſd. l. ordinary C. de rei vindic. & l. 3. C. de interdictis* ergo &c.

Reſpondetur quod merum imperium
9 non ſe elongat à iuriſdictione: immo eſt ipſa iuriſdictio, quæ appellatur merum imperium; & vti comprehendens in ſe omnem actum iuriſdictionis poteſt ſine vitio dici quod actus preparatorij ſint iuriſdictionis: ac proinde ſciendum eſt, quod ipſa iuriſdictio, quæ appellatur merum impe-
10 rium reſpicit dumtaxat ad omnem pœnã inferendam pro vt eſt triremium, vltimi ſupplicij, & cæterarum penarum corporalium; ideo merum imperium deſcribitur
11 eſſe gladij poteſtatem animaduertendi in facinoroſos homines vt notat. *Vulpianus in l. 3. ff. de iuriſd. &c.* verùm quia ad huiuſmodi pænas deueniri non poteſt; niſi medijs probationibus in informatiuo ſuſceptis oportet ergo dicere, quod non niſi per actus iuriſdictionales ad illas deuenitur: quapropter *Bart.* ad noſtrum propoſitum *in dicta l. 3. nu. 6. ff. de iuriſd.* definit merum imperium
12 eſſe iuriſdictionem, quæ officio Iudicis nobili expeditur, & publicam vtilitatem principaliter reſpicit: quæ quidem definitio, quamuis videatur latior ſuo definito; vtique ad omnes actus per quos ad pænas ſupradictas imponendas deuenitur poſſit ap-

plicari, & ſic informatiuus dici poteſt de mero imperio, quatenus per ſimplicem iuriſdictionem comprehenſam ſub mero imperio, vti genus expediri poſſit; & hinc eſt, quod ſi Iudex aliquis habens ſimplicem
13 iuriſdictionem conficiat proceſſum informatiuum ſuper aliquo delicto, non debet ſperni; quia quatenus informatiuus validus eſt, & Iudex habens merum imperium illo vti poteſt ad ſui inſtructionem, & poſtea illum reddere efficacem per actum legitimationis ſicut dicitur de inquiſitione, quæ vti generalis poteſt formari à Iudice
14 qui inferiorem & baſſam habet iuriſdictionem *Berlich. deciſ.* 120, *Carpzo. quæſt.* 107 *n.* 14. *verſ. illa formari*.

Sed vt melius intelligas differentiam informatiui à legitimatiuo, ſcias quod in
15 quolibet proceſſu criminali, quatuor conſideranda ſunt, primum eſt quod pertinet ad introductionem cauſæ & hoc ſpectat ad inquiſitionem, accuſationem, & denunciationem quibus medijs cauſa criminalis introducitur in iudicium; ſecundum eſt illud quod conſiſtit in notione cauſæ poſt introductionem illius nempe in ijs, quæ in forma iudicij non recipiuntur, & huius generis eſt proceſſus informatiuus vt dicit *Farinacius quæſt.* 72. *nu.* 135. tertium eſt illud quod in cognitione cauſæ conſiſtit nempè quando requiſita parte negotium ventilatur, & huius farinæ videtur eſſe proceſſus legitimatiuus; eo quia per legitimationem cognoſcitur de cauſa citata parte, quod non
16 eſt ſic in proceſſu informatiuo, qui ſecretè fabricatur; quartum eſt illud, quod conſiſtit in animaduerſione, nempe in punitione, ſeu abſolutione, vti conſequutiua à legitimatiuo: & in hoc proprie merum imperium conſideratur, unde cum Iudex criminalis exerceat vtrumque, oportet dice-
17 re quod merum imperium contineat notionem, & cognitionem; non quia illa ſint præciſe de mero imperio; ſed quia ad exercitium dicti meri imperii perueniri nō poteſt, niſi illis medijs; & hinc eſt, quod ea, quæ ſpectant ad notionem poſſunt exerceri à non competenti Iudice; quia notio
18 eſt quælibet cauſæ cognitio, ſiue ea iure magiſtratus expediatur, ſiue abſque iuriſdictione, hoc eſt, ſine magiſtratus iure *per textum in l. notionem* 99. *ff. de verbor. ſignif.* cognitio verò, non niſi ab habente iuriſdictio-
19 nem, exerceri poteſt. *l.* 15. *ff. de re iud. l. ſolent ff. de off. pro conſulis*, & ſit requiſita, & citata parte.

An per conſuetudinem induci poſſit quod ſtetur proceſſui informatiuo. Quæſt. LII.

SVMMARIVM.

Citatio tolli non poteſt per conſuetudinem. n. 1. 4.
Citatio tolli non poteſt cum ſit ſolemnitas iuris naturalis fomentata à iure ciuili. nu. 2.
Ius ciuile non tollit ius naturale, ſed coadiuuat illud. num. 3.
Conſuetudo quæ tollit citationem non venit obſeruanda. nu. 5.
Princeps non poteſt ordinare aliquem debere ſubijci torturæ ex proceſſu informatiuo. num. 6.
Princeps non poteſt tollere ea quæ ſunt iuris naturalis num. 7. 15.
Conſuetudine induci poteſt; vt teſtes parte non citata recepti ſufficiant, non ſolum ad torturam, ſed etiam ad condemnationem. nu. 8. 9.
Procedere ex informatiuo non eſt ſimpliciter contra ius naturale. n. 10.
Conſtituta Rei habent vim litis conteſtationis. nu. 11.
Subſtantialis forma conſtituti eſt interrogatio & reſponſio. num. 12.
Per litis conteſtationem ponitur inquiſitus inter reos. num. 13.
Conſtitutus Reus dicitur ideſt conuentus. nu. 14.
Differentia inter proceſſum à denegatis, & proceſſum ex informatiuo. num. 15. 16.
Modus Procedendi denegatis eſt potius in nomine acrior quam in effectu. nu. 17.
De iure poteſt procedi ex informatiuo. num. 18.
Proceſſus informatiuus duplex eſt & qui. n. 19.

Conclusio iſta in ſumma continet, an citationi per conſuetudinem derogari poſſit, ita vt contra reum procedi poſſit, nulla contr aeum præmiſſa citatione ſic permittente con-
1 ſuetudine; & dicen. quod cum prædicta conſuetudo foret contra ius, & ſic irrationabilis, meritò per conſuetudinem citatio tolli non poteſt; cum ſit ſolemnitas iuris naturalis fomentata à iure ciuili, cuius of-
2 ficium eſt adiuuare ius naturale, non illud tollere ac proinde inquit *Burſat. conſ.* 201. *num.* 40. *lib.* 2. quod huiuſmodi conſuetudo non obſtabit, cum tanquam irrationabilis operaretur tantum, quod Iudex non tene-
3 retur in ſyndicatu: non autem quoad validitatem actorum; quia cum citatio, vti ſpecies defenſionis neque à Principe tolli poteſt; multo minus debet poſſe tolli à conſue-

4 ſuetudine, & ſic ab inferioribus, qui inducunt conſuetudinem; ita ſingulariter. *Marſil.conſ.8.num.26.* & in effectu, quod dicta conſuetudo non eſſet obſeruanda, vbi
5 de vita hominis ageretur tradit. *Afflict. deciſ.391.* dicens ita fuiſſe concluſum per Iudices magnæ curiæ, & ſacrum concil., & *Vrſil. ad dictã deciſ.* dicit quòd Princeps non
6 valeat tollere huiuſmodi defenſionem, & per conſequens ordinare aliquem ſubiici debere queſtioni ex proceſſu informatiuo, ſine vlla citatione, & ea, quæ ſunt iuris na-
7 turalis tollere. *Patiſ.tract. de Syndic.verb.condemnatio cap.4.num.5.*

Contrarium tamen *Caball. caſu 269. nu.9.* cuius verba ſunt hæc *conſuetudine induci poteſt vt teſtes ſic pro ſimplici informatione curiæ recepti*
8 *parte non citata, & ante litẽ conteſtatam probent, & ſufficiant; non ſolum ad torturam; ſed etiam ad condemnationem*: ita in puncto reſoluit. *Blanc. in tractat. de indicijs num.22.* & hinc videmus, quod quotidie proceditur contra inquiſitos ex abrupto, & ex ſolo proceſſu informatiuo, ac denegatis defenſionibus: & præcipue in Vrbe in tribunali Gubernatoris Vrbis, in quo propter caſuum contingentiam ſæpiſſime contra inquiſitos denegatis defenſionibus proceditur: ac prop-
9 terea dicimus, quod per conſuetudinem introduci poteſt, quod ſtetur proceſſui informatiuo: nam ſuppoſita præeminentia Tribunalium in quibus conſiderari poteſt merum, & altum imperium, & ſic altam iuriſdictionem, non videtur repugnare, quod de ſtylo introduci poſſit vt ſtetur proceſſui informatiuo: ſecundum ea quæ dicit *Baiard. ad Clarum quæſt.49.n.24. Claud. Bertaz. ad conſ. Patris 130. verſ.5. Afflict. dicta deciſ.391.*
10 vltra quod procedere ex informatiuo non eſt ita contra ius naturale; quin in eo prædicto iuri in aliquo conforme ſit: quoniam non proceditur contra inquiſitum, omnino eo inaudito, quod eſſet pænitus contra ius naturale, ſed accepta accuſatione, ac examinatis teſtibus deuenitur ad cõ-
11 ſtituta contra reum, quæ habent vim litis conteſtationis vt notat *Caball. dicto caſu 269. num. 11.* cuius ſubſtantialis forma eſt inter-
12 rogatio inquiſiti & reſponſio eiuſdem *l. 1. C. de litis conteſt.* & per litis conteſtationem
13 ponitur nomẽ inquiſiti inter reos *Guaz. defenſ.20.cap.7.num.9.* & dicitur conſtitutus, id
14 eſt conuentus, ſcilicet in ius vocatus *l. 45. ff. de re iud. l. 7. C. de præſcripti 30. ann.* quod habet vim citationis, & ex hoc capite reus habet occaſionem ſuas defenſiones proponere, ac illas ſibi præparare: quo caſu ceſſaret dicta conſuetudo alias eſſet irrationabilis, iniqua, & nutritiua peccati, cum tolleret quod alienum eſſet: *Hinc Hieronimus de Federicis conſ. 9.* dicit quod vbi reus nulla ſibi competit defenſio poteſt torqueri denegatis defenſionibus *Gram. voto 3.n.29* ergo ſumendo à contrario ſenſu, cum aliqua defenſio ei competeret, nullo modo poſſet torqueri; & quotidie ſeruatur hic in Vrbe, in tribunali D. Gub. vbi viget prædicta conſuetudo, ſeu potius ſtylus procedendi denegatis defenſionibus, vt dixi: intellige tamen de defenſionibus, quæ excluderent delictum, & ſic ſi eſſent de mera innocentia, non de alijs exceptionibus *Bald. in l. hoc edictum num.8. circa finem ff. ne quis eũ qui in ius voc.* & hanc defenſionẽ Princeps
15 tollere non poteſt *Bald. in l.3. §. ſi is pro quo num.2. verſ. & ſic nota ff. quod quiſque iuris Farin. conſ. 16. num. 18.* Sciendum tamen eſt, quod magna inter proceſſum denegatis, & proceſſum ex informatiuo differentia intercedit vt docet *Farin. conſ. 185. num. 8.* nam vbi datur facultas procedendi denegatis defenſionibus proceſſus debet legitimari ſaltem per confrontationem, vt notat *Farin.quæſt.72.num.42.* & ita obſeruari vidi in dicto Tribun. Gub. Vrbis. Vbi verò datur facultas procedendi ex proceſſu informatiuo proceſſus non indiget alia legitimatione; ſed vt bene explicat *Illuſtriſſimus D. meus Scannarolus in eius tract. de viſit. carc. cap.1. ſectione 1. num.1. fol. 84. auctoritate Mauri Burgi in tract. de modo proceden. ex abrupto quæſt.3.num.10.* proceditur præcipitan-
16 ter ex ſtruncato, ſeu perfracto proceſſu, non ſeruatis ijs, quę de iure ſeruari oportet.

Scias tamen, quod modus iſte procedẽdi
17 denegatis defẽſionibus; potius ſit in nomine acrior; quã in effectu: nam in modo procedendi denegatis defenſionibus, nihil detrahitur defenſioni reorum; quoniam in ipſa confrontatione datur reis facultas interrogandi teſtes, quæ eſt quædam ſpecies defenſionis; & ſi quas ſibi præparet defenſiones ad innocẽtiam probandam; illæ ſibi conceduntur proponere, & promouere: quæ omnia ſunt iuri, & legibus conſona; nam de iure quoque ſancitum eſt, quod vbi euidenter apparet, reos non habere defenſiones proceditur contra eos nullo aſſignato termino ad ſuas defenſiones faciendas *l. ſi quis filio verſ. niſi forte ff. de iniuſto teſtamento,* & facit quod notatur *in l.2. ff. de furtis Farin.quæſt.39.nu.103.* cui termino poteſt etiam reus renunciare ſi fuerit confeſſus.

18 Dices quod etiam de iure poteſt procedi ex informatiuo *per textum in clemen. 1. vbi gloſ. repererint de officio delegati* ubi dicitur, quod non requiritur partis citatio in capien-

piendis informationibus, an aliquis ſit idoneus, quam *gloſ. ſequitur Rota in Toletana portionis coram Mantica 20. Nouembris 1591. apud Farin. deciſ. 57. num. 6. lib. 2. conſil.* quæ informatio de iure ſufficit ad ſententiam ferendam etiam non legitimato proceſſu; Reſpondetur, & ad huius concluſionis intelligentiam ſciendum eſt, quod duplex eſt
19 proceſſus informatiuus, vnus ſcilicet, qui perficitur in ſimplici informatione, vt notatur *in d. gloſſ.* & faciunt ea, quæ dixi in quæſtione de teſtibus receptis pro verificatione confeſſionis; alius, qui non poteſt, nec debet permanere in dicta ſimplici informatione: ſed vltra tendit ad pœnam tertio inferendam; & iſte proceſſus, tanquam ad diuerſum finem fabricatus; nempè ad ſolam inſtructionem Iudicis, debet repeti citato reo; vt legitimè illum afficiat. *Rota in vna Romana cenſus 19. Octobris 1598. apud Farin. lib. 2. conſ. num. 5. in fine.*

An Reus, contra quem prætenditur poſſe procedi ex informatiuo teneatur manifeſtare ſuas defenſiones. Quæſt. LIII.

SVMMARIVM.

Reus non poteſt interrogari de qualitate ſuarum defenſionum. num. 1. & 6.

Præeminentia procedendi à denegatis ceſſat cùm reus ſibi parat defenſiones. num. 2.

Tormentum eſt malum irreparabile. num. 3.

Gubernator Vrbis habet arbitrium. num. 4.

Iudex habens brachium regium ſi dubitat de ſubornatione poterit procedere abſque teſtium repetitione. num. 5.

Reus non poteſt deliberare quam velit defenſionem facere, niſi prius conſultis aduocato, & procuratore ſuis. num. 6.

HVius concluſionis caſus poteſt figurari hoc modo, reus inquiſitus, v.g. de craſſatione in ſuis conſtitutis dixit tempore craſſatur cōmiſſę, eum fuiſſe alibi, quam in loco delicti; interrogatus ideò à Iudice de teſtibus ſcientibus dictam allegatam negatiuam, dixit illorum nomina non recordari, ſed illa in ſuis defenſionibus manifeſtaturus: Quæritur, an ſi reus in continenti induxerit teſtes, & produxerit articulos ad probandam allegatam negatiuam ſint dicti articuli admittendi, & dicẽ quod ſint
1 admittendi; nam reus primò non poteſt interrogari à Iudice de qualitate defenſionis ab ipſo faciendæ, vt notat *Farin. conſ. 84. num. 7. & qu. 73. num. 11.* præſertim quando adeſt inſtigator; ſecundò quando reus,
2 vel parat ſibi defenſiones illas allegando in ſuis conſtitutis, vel offert teſtes promptos ſuper probatione prædictæ negatiuæ: tunc ceſſat præeminẽtia procedendi à denegatis *Farin. qu. 39. num. 15. & in ſpecie num. 31. verſ. inter quos, &c. Scaccia de iudicijs lib. 1. cap. 97. num. 88. verſ. ſi offenſus,* et ratio eſt, quia probato illo, quod offert reus probaturus, ceſ-
3 ſaret tormentum. idcircò ei defenſio deneganda non eſt, prius quam illud inferatur, vt inquit *Gramm. vot. 3. num. 22. poſt medium verſ. item adducitur, & conſ. crim. 64. nu. 7. in fine verſ. ſed ſic eſt. Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de poteſtate ad modum belli cap. 6. nu. 1. & 2. verſ. ſecus verò*: & ratio rationis eſt, quia cum tormentum ſit malum irreparabile; ſi reus inauditus torqueretur, & poſtea id probaretur, non poteſt amplius illud factũ reparari; vt ponderat *Gram. d. voto 3. n. 23. verſ. & ratio, & dicto conſ. 64. num. 8.* & licèt forſan illa recuſatio ad interrogationem Iudicis nominandi teſtes, ac etiam forſan mala, & peſſima qualitas inquiſiti, immò vrgentiſſima indicia contra dictum inquiſitũ laborantia poſſint mouere animum Iudicis ad ſuſpicãdum huiuſmodi oblationem defenſionum fuiſſe motiuatam gratia morandi tormenti, ac captandi occaſionem ſubornandi teſtes *per ea,* quæ tradit *Alex. conſ. 65. num. 5. lib. 1.* & his ſtantibus Iudex, qui ha-
4 bet liberum arbitrium, prout dicunt habere D. Gubern. Vrbis, poſſit ad torturam procedere denegatis defenſionibus etiam nulla admiſſa exceptione negatiuæ *Guaz. defenſ. 21 cap. 1. num. 6. verſ. vel niſi Iudex, &c.* vbi notañ, quod ſi Iudex habeat brachium re-
5 gium, & veriſimiliter dubitet de ſubornatione teſtium poterit procedere ad torturã abſque illorum repetitione, tamen propter priuilegium dafenſionum meliùs, & tutius eſt, quod Iudex reum admittat ad defenſiones, quàm in periculum incidat errandi, quod reus indefenſus euadat; quoniam ſi reus poſtea dictam negatiuam probaret, tormenta retractari non poſſent: *Boſſ. tit. de iudicijs ante tortur. &c. num. 8. verſ. & ideò.*

Nec eſt imponenda reo neceſſitas patefa-
6 ciendi teſtes, atque probationes; ſed ſufficit, quod reus incontinenti paratam habeat defenſionem, antequam Iudex deueniat ad tormentum: *Farin. q. 39. num. 79.* & ratio eſt, vt ibi dicit *Farin. Ne ab eodem Iudice, ſeu Fiſco, aut inſtigatoribus eadem propalata*

defenſio

defenſio ſupprimatur, vt in caſu Burſati conſ. 201. num. 77. verſ. poſtremo lib. 2. tum etiam, quia
7 *reus non poteſt deliberare, quam velit facere defenſionem, niſi prius fuerit loquutus cum ſuis Aduocatis, & Procuratoribus:* hæc ille.

Ad quem effectum Proceſſus informatiuus fabricetur. Quæſt. LIV.

SVMMARIVM.

Proceſſus informatiuus ad duplicem effectum fabricatur, & qui, num. 1. & 3.
Oportet quod Iudex ſciat, ex quibus indicijs reus ſit irretitus. num. 2.
Proceſſus informatiuus eſt de ſimplici notione. nu. 4.
Proceſſus à laico Iudice fabricatus contra Clericum deſeruire poteſt Iudici Eccleſiaſtico pro ſui informatione. num. 5.
Prohibitio quam habet Iudex Eccleſiaſticus de ſtando proceſſui à laico fabricato contra Clericum eſt facultatiua, non præceptiua. num. 6.
Probatio quælibet concludit Iudici. quamuis non concludat parti. num. 7.
Poteſtas Iudicis in fabricando proceſſu triplex eſt, & quæ. num. 8.
Poteſtas quoad notionem, quæ ſit. num. 9.
Notio ex ſua lata ſignificatione nedum in ciuili, ſed etiam in criminali vſurpatur. num. 10.
Notio verſatur circa primam examinis operationem hoc eſt inueſtigationem facti. num. 11.
Notio diſtinguitur à cognitione. num. 12.
Poteſtas Iudicis, quoad iuriſdictionem, quæ ſit nu. 13. & num. 15.
Cognitio dici poteſt quædam ſecunda operatio Iudicis in benè diſponendo proceſſum. num. 14.
Merum imperium dici poteſt tertia operatio Iudicis in exequendo. num. 16.
Merum imperium quid ſit. num. 17.
Eiuſdem iuriſdictionis eſt condemnatio, & abſolutio. num. 18.
Merum imperium non competit omnibus, qui habent Iuriſdictionem. num. 19.
Conſtitui reum, eſt de iuriſdictione non de notione tantum. num. 20.
Iudex examinando reum tacitè vult interloquitur illum eſſe reum. num. 21.
Reus ponitur inter reos per litis conteſtationem. n. 22.
Litis conteſtatio quid ſit. num. 23.
Conſtitutum rei deſeruit pro litis conteſtatione nu. 24.
Indicia debent eſſe legitima ad effectum vt Iudex conſtituat reum. num. 25.
Teſtes recepti à Iudice omninò incompetenti non faciunt indicium. num. 26.

QVID ſit proceſſus informatiuus ſupra diximus, & quid cōtinere debeat; modo ſecūdum ordinem præſcriptum dicendum eſt, ad quem effectum fabricetur, & dicimus quod ad dupli-
1 cem effectum fabricatur; vno modo ad effectum, vt Iudex ſe reddat informatum de præiudicijs contra reum; altero modo ad effectum, vt habitis indicijs reus conſtitui,
2 & examinari poſſit: nam Iudex oportet, quod ſciat ex quibus denunciationibus, & accuſationibus, ac teſtium depoſitionibus, indicijs, ſuſpicionibus, & præſumptionibus reus ſit irretitus: *Cartar. lib. 2. cap. 2. num. 3. in ſua praxi interrogan. reor.*

Quoad primum effectum ſciendum eſt, quod informatio, ſeu inſtructio, quam recipit Iudex ex fabricatione proceſſus non eſt ſimpliciter, vt ſe informatum, & inſtru-
3 ctum reddat, ſed vt exindè poſtea informatus cogitet de conſtituendo reo, & ſic vnus effectus videtur alteri ſubordinatus; ac proindè quæri poteſt, an in Iudice fabricante proceſſum informatiuum neceſſaria ſit iuriſdictio, & dicimus, quod cum fa-
4 bricatio proceſſus informatiui ſit de ſimplici notione, hoc eſt de ſola occulti facti inueſtigatione, quæ competere videtur tam magiſtratui habenti omnem iuriſdictionem, quam alteri non habenti ſimilem iuriſdictionem oportet dicere, quod non ſit neceſſaria iuriſdictio omnimoda: patet, quia ſi proceſſus informatiuus fabricaretur à Iudice laico contra Clericum, contra quem Iudex laicus nullam omnino iuriſdictionē habet, ſi huiuſmodi proceſſus tranſmittatur Iudici Eccleſiaſtico, poteſt Iudex Eccleſia-
5 ſticus illo vti ad ſui informationem, non autem ad Clericum conſtituendum, vt videtur innuere. *Ruin. conſ. 7. num. 6. lib. 5.* nam prohibitio quam habet Iudex Eccleſiaſticus de ſtando proceſſui facto à Iudice
6 laico non eſt præceptiua, ſed facultatiua, vnde ſi Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui Iudicis laici, quoad procedendum contra Clericum, poteſt illi ſtare quoad ſe inſtruendum, vt optimè notat *Bald. in Auth. Clericus quoque num. 11. C. de Epiſc. & Clericis* vbi allegat *cap. Paſtoralis de re iud.* & ratio eſt, quia quælibet probatio concludit
7 Iudici, quamuis non concludat parti *l. 3. C. de condit. ob turpem cauſam cap. ſtatutum §. cum verò de reſcriptis in 6.* ſed vt dilucidior habeatur ſcientia ſupradictorum aduertendū;
8 quod Iudicis poteſtas in proceſſu fabricando, tripliciter conſideratur, nempè prout diſtinguitur in notionem, iuriſdictionem,

An depoſitiones teſtium pro informatione Curiæ, propter quas reus conſtituitur ſint de proceſſu. Quæſt. LV.

SVMMARIVM.

Depoſitiones teſtium non videntur eſſe de proceſſu. num. 1.
Depoſitionum receptio fit de actis quotieſcumque depoſitiones recipiuntur à Iudice in ordine ad iudicium. num. 2.
Conſtitutum habetur loco citationis.n.3. declara. n.4.
Conteſtatio dupliciter conſiderari poteſt. num. 5.
Sola præſentia non ſufficit, vt reus dicatur citatus. num. 6.

VBI reus conſtituitur, oportet, quod depoſitiones teſtium illi conteſtentur; idcircò dubitari poteſt, an ſint
1 de proceſſu; & prima facie videtur diceñ, quod non ſint de proceſſu; nam cũ proceſſus incipiat à citatione,vt alias dixi, & depoſitiones recipiantur, antequam reus citetur; idcircò non videntur de proceſſu; primò enim recipiuntur teſtes, & ſubſequenter citatur reus ad videñ iurare teſtes, & illos repeti: ſi ergo iudicium, & eius proceſſus incipit à citatione, ergo non incipit à teſtium depoſitionibus, quæ cum ſint quaſi præambulæ ad iudicium non poſſunt dici principium iudicij, & ſic non ſunt de proceſſu.

Sed in contrarium facit, quia depoſitiones, & earum receptio fiunt de actis quo-
2 tieſcumque recipiuntur à Iudice in ordine ad iudicium, ergo ſunt de proceſſu. *cap. quoniam contra de probat.*& ideò dicitur,quod Iudex, qui recipit dictas teſtium depoſitiones,vtitur ſua iuriſdictione,& illa in eo perpetuatur, & ſic ſaltem quoad Iudicem videntur eſſe de proceſſu; quamuis quoad reum non ſint de proceſſu; niſi poſtquam fuerit citatus, & ſic habes, quod ſi depoſitiones conſiderantur per reſpectum ad Iudicem, cenſentur de actis, & ſic de proceſſu: ſi verò conſiderantur per reſpectum ad inquiſitum nullo modo ſunt de actis, & per conſequens non ſunt de proceſſu, niſi largo modo.

Dices quod cum reus examinatur ei cõteſtantur depoſitiones teſtium, ac delictum per teſtes probatum, idcircò ſaltem quoad reum examinatum poſt receptas teſtium depoſitiones fiunt de actis, & ſic de proceſſu: probatur, quia examen illud, ſeu conſtitutum haberi debet loco conuentio-
3 nis, & ſic citationis, à qua incipit iudiciũ; ideò per dictum conſtitutum ſuppleta videtur omnis alia citatio, propter inquiſiti præſentiam, quo caſu certificatur reus de omnibus contra eum receptis; ac proindè prædictæ depoſitiones fiunt de actis, etiam quoad inquiſitum.

Reſpondetur quod cum depoſitiones teſtium recipiãtur antequam reus conſtituatur, & antequam cum eo lis conteſtetur; non poſſunt haberi, niſi veluti quædam præludia ad iudicium; idcircò nihil operãtur, vt ſint de proceſſu antequam reus citaretur.

Nec dicatur, quod illæ conteſtantur eidem inquiſito, & hæc conteſtatio habeat
4 vim citationis, quia reſpondetur, quod hæc conteſtatio dupliciter conſiderari po-
5 teſt; vno modo per reſpectum ad ſimplicẽ inquiſiti comparitionem; & tunc dicta conteſtatio videtur habere vim citationis, quia fit præſente reo; altero modo per reſpectum ad productionem hoc eſt receptionem teſtium per Iudicem factam citato reo, & tunc dicta conteſtatio nullo modo habet vim citationis, ſecundum ea, quæ tradit *Bald. in l. cum fratrem C. de his, qui*
6 *vti indign. vbi num. 9.* dicit quod ſola præſentia non ſufficit ad effectum, vt reus dicatur citatus ad ſuas præparandas defenſiones,& muniẽdi ſe teſtibus, & ita non videtur ſufficiens, vt Fiſcus videatur citaſſe reum ad videndum iurare teſtes; quo caſu requiritur alia citatio ad videndum iurare teſtes prout quotidie poſt conteſtationem praticatur,& tunc fiunt de proceſſu.

De Reo conſtituendo. Quæſt. LVI.

SVMMARIVM.

Completo proceſſu informatiuo ad examen rei deuenitur. n.1.
Reus conſtitutus tenetur iurare, quod ſi recuſauerit iurare habetur pro confeſſo. nu.2.
Examen rei quare conſtitutum appelletur. num.3.
Conſtitutum quid ſit. n.4.
Conſtitutum tria ordinate continere debet. nu.5.
Reus conſtitui non debet niſi de cauſa criminali conſtet. num.6.
Differunt inter ſe litis conteſtatio & litis conſtitutio. num.7.
Examen Rei non dicitur conſtitutum eo quia incipiat per verbum conſtitutus. *nu.8.*

Actus

Actus viſitationis incipiens per verba viſum,& re-
pertum *quare dicatur viſum & repetum . nu.* 9.
Verbum cõſtitutum *ad reum potius quam ad teſtem*
*debet appropriari . n.*10. *quare & quomodo intel-*
*ligatur . nu.*11.
*In criminalibus non eſt locus variationi . num.*12.

NVnc ad quartam par-
tem proceſſus infor-
matiui accedimus .
Nam poſtquam con-
1 pletæ fuerint proba-
tiones pro curiæ in-
formatione ſuſceptæ
ad reum conſtituen-
dum,hoc eſt ad illum
examinandum præuio iuramento deueni-
tur quod ſi iurare recuſauerit habetur pro
confeſſo *ſpeculat. de iuramen. calum. §. ſupereſt*
2 *verſ. quoniam per textum in l. confeſſus ff. de cu-*
ſtodia reorum Caballin. ad conſtit. Marchiæ cap.
25. *nu.*82. *lib.*4. cuius examen conſtitutum
uocant , & ſi licet ſpeculari; credo examen
iſtud conſtitutum appellari , uel quia cum
3 reo Iudicium conſtitui incipitur, hoc eſt in
iudicium uocatur , uel quia ad diem , uel
tempus determinatum, quo reus examina-
ri à quæſitore ſcilicet à Iudice criminali
poſſit , ſumpta methaphora à uocabulo
conſtituti ſignificantis diem tempuſque in-
dictum , quo. ſe aliqui in loco certo , ac
conſtituto agendi cauſa ſiſtunt , quaſi Iu-
dex poſt quam informationes ſuſceperit ;
uideatur indicare reo diem, & tempus qui-
bus audiri debeat ſuper ijs , quæ contra ſe
cumulata fuere , cum ante ſuſceptas infor-
mationes audiri non poſſit *hinc Cicero pro*
Cecin. ait qui ad conſtitutum iuris experiundi gra-
tia veniſſent & pro Cælio dixit conſtituto experiri
eoque alluſit *idem Cicer. Epiſt. famil. ad Ma-*
rium Epiſtola 5. *lib.* 7. cum ait ; *minori cauſa*
ſi quod habes conſtitutum cum podagra fac in aliũ
diem differas,conſtitutum enim eſt ordinatio
4 rerum aliquarum ad diſſerendum de illis
cum aliquo : idcirco recte dicitur conſtitu-
tum propter ordinatas in proceſſu proba-
tiones; ad diſſerendum de illis cum ipſo in-
quiſito, uel quia cum conſtitutum non di-
catur ; niſi de debito , ſumpta pariter me-
thaphora cum reus ſit reipub. debitor ex
cauſa delicti; dici poteſt quod pro illo con-
ſtituitur.inde dicitur cõſtitutio iudicii, quæ
eſt controuerſia quædam ante litis conte-
ſtationem . *l. ſeſt. & lege ff. de petitione hæredi* .
Quare ſciendum eſt , quod conſtitutum
ſeu examen reo faciendum . quæ ordinate
5 continere debet; primum quod ſit ſuper a-
liqua controuerſia ad delictum ſpectante ;
nam reus conſtitui non poteſt ; niſi de cau-
6 ſa criminali conſtet; ſecundò , quod ſtatua-
tur ſtatus , ſeu ut greci aiunt *ſtàſis* cauſæ ,
quæ ex conflictu petitionis Fiſci , uel accu-
ſatoris , & Rei defenſionis, media litis con-
teſtatione peragenda incipitur ; exempli
gratia Iudex reo dicit, conſtare ipſum inſi-
dias inſtituiſse Meuio ; reus uerò , ut de-
pellat dictam obiectionem reſpondit ; ſe
non ſtruxiſſe dictas inſidias Meuio ; tertiò
quod ſubſequatur litis, ſeu cauſæ conſtitu-
tio ; ſcilicet an ne reus ſtruxerit dicto Me-
7 uio inſidias; differuntur enim inter ſe litis
conteſtatio , & litis conſtitutio , quia litis
conteſtatio eſt primus actus iudicij ; con-
ſtitutio litis eſt extremus Iudicis actus ,
quem de iure facit Iudex : ad inſtar con-
cluſionis an ſcilicet de inſidijs conſtare
uideatur .
Hæc notaui ut aduertatur,quod examen
8 Rei cõſtitutum non uidetur dumtaxat dici
eo quia examen Rei incipiat per uerbũ *con-*
ſtitutus , ut dicit *Scaccia de Iudicijs cap.*86.*nu.*
26.*Clarus quæſt.*45.*nu.*5.*Cartar.pratic. interrog.*
reos cap. 1. *num.*6. nam non ſine miſterio a
praticis iuriſtis examen Rei cõſtitutum di-
ctum fuit ; & ſimilitudo per *Scacciam & cæ-*
teros ſupra allegatos ſumpta ex actu uiſitatio-
nis cadaueris quæ dicitur *Viſũ, & repertũ*;eo
quia ille actus Viſitationis incipiens *per ver-*
ba viſum & repertum , vt idem *Scaccia notat in*
*quæſt.*83. *num.*18. non videtur concludere ;
9 nam etiam actus iſte incipiens perviſum,&
repertum,cum aliquo miſterio videtur ad-
hibitus: idcirco ſciendum eſt ; quod Nota-
rius , qui de dicto actu ſcribit , vel inſtru-
mentũ facit,non poteſt aliter notare, quam
quod ſub ſuo ſenſu viſionis occularis cadit;
de quo potius quam de alio sẽſu Notarius
efficitur certus,per ea *quæ notat Bald. in l.eadẽ*
*n.*4.*circa finẽ ff.de Ferijs*;idcirco incipit viſum
& repertum , vt hoc modò liquere poſſit
de facto , ſcelere commiſſo *l.* 1. *§. item illud*
ff. ad Syllanian. Bonacoſta com. opin. in verb. vi-
*ſum & repertum par.*2.*fol. mihi* 87.
Ex quibus habes , quod verbum *conſti-*
tutum ad reum inquiſitum potius , quam
10 ad teſtem debeat appropriari: licèt aliquã-
do dubitatum fuerit ; & pro parte Fiſci di-
cebatur non eſſe curandum de modo,an in
examine Rei dictũ fuerit conſtitutus , vel
examinatus *per ea quæ ſcribunt Farin.quæſt.*43
*num.*5. *& conſ.*84.*num.*10. *Bertazzol. conſ.*124.
*num.*4. ſed de effectu . Contra vero Fiſcum
dicebatur ſupradicta procedere, quando nõ
fuiſſet deuentum ad litis conteſtationem ;
ſed ſolum ad examen ; quo caſu non eſſet
11 curandum de modo; ſed quando effectua-
liter examinatus,inter Reos fuerit conſti-
tutus ; & ei conteſtata fuerit lis , & facta
com-

compilatio indiciorum; tunc non vti teſtis; ſed vti reus habendus eſt: & ratio eſt, quia in criminalibus non eſt locus variationi;
12 vt dicit *Boerius deciſ. 42. num. 24. per doctrinam Bald. in l. ſi quis iniuriam C. de accuſat.*

Quare Reus conſtituatur. Quæſt. LVII.

SVMMARIVM.

Ratio dubitandi quare reus conſtituatur. n. 1.
Reus multiplici ratione examinatur. nu. 2.
Litis conteſtatio requiritur in notorijs. num. 3. declara. n. 4.
Notorium facti potius factum manifeſtum, quam notorium dicitur. nu. 5.
Notorius delinquens indiget defenſionibus. num. 6.
Ex delicto ſtatim oritur obligatio licet in criminali non detur vera obligatio. n. 7.
Fiſcus non eſt creditor ante ſententiam. nu. 8.
Veritas facti non inducitur per indicia & conjecturas num. 9.
Reus tenetur reſpondere interrogationibus Iudicis dummodo fallaciam non contineant. n. 10.
Iudex debet cauere à mendacijs. nu. 11.
Iudex poteſt ficte, & ſimulate agere. num. 12.
Iudex per proceſſum informatiuum conſtituendo reo non dicitur petere, ſed velle petere. n. 13.
Ea quæ pro informatione recepta ſunt proponuntur vice ad inſtar cuiuſdam libelli. nu. 14.
Ante litis conteſtationem teſtes non recipiuntur. n. 15.
Per litis conteſtationem Iudex incipit cognoſcere. n. 16
Principium cognitionis non eſt proprie cognitio. n. 17.
Citatio duplex eſt. num. 18.
Proceſſus inchoatus non dicitur ante primam citationem. n. 19.
Conuictus non æquiparatur confeſſo. nu. 20.
Per reſponſionem inquiſiti dilucidantur indicia. n. 21.
Indicia debent eſſe legitima adhoc vt reus reſpondere teneatur. n. 22.
Nemo debet ſuam turpitudinem manifeſtare. nu. 23.
Iudex examinare non debet aliquem, niſi præcedant legitima indicia. num. 24.
Ad examinandum reum requiruntur indicia ſufficientia ad tranſmittendam inquiſitionem. nu. 25.

1 RAtio dubitandi fuit, quia, aut Reus eſt per teſtes conuictus, aut eſt indiciatus, aut non eſt, nec indiciatus, nec conuictus, & quoquo modo ſe habeat non videtur debere conſtitui, hoc eſt examinari; nam primò ſi eſt conuictus ad quid illum interrogare, cum conuictus æquiparetur confeſſo? & ideò ſicut reus poſtquam eſt confeſſus non interrogatur amplius; ita & conuictus interrogari minime debet ſecundum ea quæ tradit *Baiard. ad Clarum qu. 64. num. 24.* ſecundò ſi eſt indiciatus pariter interrogari non deberet; cum contra indiciatum deueniri non poſſit, niſi ad actum tormenti contra illum, vel condemnandi eum in aliquam pœnam extraordinariam. Si vero tertiò non fuerit, nec conuictus, nec indiciatus eo minus debet interrogari *Farin. conſ. 110. num. 12.* quia ſi ad conſtituendum reum non ſufficiant indicia qualia qualia, ergò quanto minus debet interrogari, quando nulla adſunt indicia. Reſpondetur quod Reus conſtituitur, & examinatur multiplici ratione primò, vt per
2 litis conteſtationem incipiatur cum ipſo reo iudicium, vt dicit *Iaſ. in rub. C. de in ius vocan. num. 2.* ſecundò vt ſciat, veluti obligatum ex delicto conueniri oportere, vt delicti pœnam ſi nocens ſit ſoluat, aut abſolutionem recipiat, ſi delicto careat, tertiò vt ex modo interrogandi confeſſionem emittat vt notat *Guazz. defenſ. 30. cap. 7. num. 1.* Quoad primam rationem licet *Foller par. 1. ſecunda partis verb. item quod cri.* dicat quod non requiratur in crimine notorio litis conteſtatio; tamen cum ſit de ordi-
3 natorijs iudicij, & ſic actus indiciarius oportet vt fiat, & expreſſè fiat ſuper delicto ſibi inpincto, vt nomen delinquentis poſitum ſit inter reos vt voluit *Bald. in l. prim. n. 13. C. de his qui accuſar. non poſſ. Clar. quæſt. 14. num. 12.* & ad id quod dicit *Foller.* ſcilicet, quod in notorio crimine, non requiratur litis conteſtatio, hoc eſt, interrogatio iudicis, & reſponſio inquiſiti ſuper delicto
4 intellige de notorio facti perpetuò permanentis, quod ſemper oculis hominum patet; non autem facti tranſeuntis, quod DD. appellant notorium facti præteriti, & iſtud factum ſicut indiget probatione quia
5 potius dici debet factum manifeſtum, quam notorium, vt dicit *Bald. in l. ſi vero §. qui pro rei nu. 1. ff. qui ſatis dare cog. Farin. conſ. 190. num. 2. & 3.* ita indiget, vt contra inquiſitum conteſtetur, quia etiam notorius delinquẽs in facto poteſt de iure indigere de-
6 fenſionibus idem *Bald. in l. obſeruare num. 2. C. quorum appell. non recep.* & ſic debet conteſtari, ſicut conteſtatur contra conuictum vt ſupra dixi.

Quo ad ſecundam rationem nimirum, quod vti obligatus ex delicto, ſciat ſe conueniri oportere ad pœnam ſoluendam, nam
7 ex delicto ſtatim oritur obligatio, licet in criminali, non detur vera obligatio ante ſen-

ſententiam, ante quam inquiſitus, non dicitur eſſe in pænę obligatione; ſed deſtinatus pænæ *Bald. in l.ea quæ num.25.C.de condit. indeb.* & hinc eſt, quod Fiſcus non eſt creditor ante ſententiam; ſed poſt illam idem
8 *Bald. in l. ſi non dum num.4.C. de furtis.*

Quo ad tertiam rationem nempe quo ad modum interrogandi, quem ei facit Iudex vt confeſſio ab eo habeatur: conſiderandũ eſt, quod officium Iudicis eſt, vt veritas facti requiratur: per præſumptiones enim,&
9 coniecturas, non inducitur veritas: & ideo illam ſaltem ex confeſſione inquiſiti perquirere debet, nec perquiri poteſt niſi me-
10 diis interrogationibus,& examinibus quibus reus reſpondere tenetur dummodo fallaciam non contineant; idcirco Iudex in examinando reo debet ſe præcauere à mē-
11 daciis vt dicit *Guazz.defen.20.c.7.n.5.verſ.qui non eſt*. Iudici enim non licet dicere mendacium ad effectum eruendi confeſſionẽ, nec fraus vlla ab eo adhiberi debet: quia Iudex ſemper cauere debet ne dicat aliquid in iudicando, quod videatut vulgo iniquũ *Baiard. ad Clarum quæſt.55.num.10.* poteſt ta-
12 men fictè, & ſimulatè agere, vt dicit *Farin.conſ.85.nu.7.* ſed omnino prohibetur vti artibus, & ſimulationibus habentibus admixta ſuppoſita fictitia, & alia de quorum veritate non conſtet *Farin. dicta quæſt.81.nu.305.Vermigl.conſ.15.num.26.*

Addimus quartam rationem ſcilicet, quod Iudex per proceſſum informatiuum, quatenus dicatur in facto eſſe,& ante quam reus conſtituatur, non dicitur petere, ſed
13 velle petere *l. amplius ff. rem rat.hab. Bart. in l. denunciaſſe §. quid ergo ſub num. 1. ff. de adulterijs*, & proponuntur, quæ pro informatione cumulata ſunt ipſi inquiſito, adin-
14 ſtar cuiuſdam libelli, ſeu qualis qualis petitionis, ſuper quo, ſeu qua interrogatur, an velit, vt ita dicam cedere fatendo; aut contẽdere negando prout practicatur in libello *Auth. offeratur C. de litis conteſtat. l. 1. ff. eodem*; ideo cum illo conteſtantur omnia, quæ in informatiuo cumulata fuere.

Verùm quia reus vt plurimum, dum conſtituitur neget, tunc oportet illum iudicialiter teſtibus, ac probationibus cõuinci: ac proinde reus citatur ad videndum iurare teſtes, qui denuo per repetitionem examinantur, vt illum afficiant; ante enim
15 litis conteſtationem teſtes recipi non poſſunt ad probationem efficacem faciendam vt dicit *Anton. Blanchus in tract. de indicijs & tortur.num.330.verſ.tertio quæro*: idcirco poſtquam cum reo fuerit lis conteſtata recipiuntur teſtes ad dictam efficacem probationem habendam.

Dices quod per litis conteſtationem Iudex incipit cognoſcere vt dicit *Bald. in l. Edita actio num.34.verſ. ſolues C.de edendo*: ergo
16 litis conteſtatio videtur habere vim citationis.

Reſpondetur quod principium cogni-
17 tionis, non eſt proprie cognitio, nec omnis citatio cognitionem connotat; ideo ſciendum eſt; quod duplex eſt citatio; vna,
18 quæ non requirit cauſæ cognitionem, & dicitur prima citatio, cum ſit initium, & principium cognitionis, prout eſt citatio, quæ habet effectum productionis: & hoc modo litis conteſtatio dici poteſt citatio, & *Bart. in rub. C. de in ius vocan.*, dicit quod ante primam citationem non dicitur pro-
19 ceſſus inchoatus; ſicut nec antequam reus conſtituatur,& cum eo lis conteſtetur non dicitur proceſſus initiatus. Altera citatio eſt, quæ requirit cauſę cognitionem, & ſecundùm *Bart. vbi ſupra*; poteſt haberi etiam ex ſola præſentia inquiſiti pro, vt ſequitur qnando per confrontationem reus conſtituitur cum teſtibus ipſis.

Ad ea verò, quæ dicta ſunt in ratione dubitandi reſpondetur,& primò ad rationẽ de conuicto non ſequitur æquiparari con-
20 feſſo, quo ad interrogandum, & cum eo litem conteſtandam; quia conuictus oportet vt à Iudice conueniatur, ne deficiat in ordinatorijs, quorum vnum eſt vt nomen rei conuicti ponatur inter reos, vt notat *Guazz. defenſ.20.cap.7.num.9. circa medium vbi reprobat Baiard. contrarium ſentientem*.

Ad ſecundam rationem nimirum ſi eſt indiciatus, pariter non debet interrogari, dicimus immo interrogari oportet; vt per
21 reſponſionem inquiſiti dilucidari melius poſſint indicia; bene verum eſt, quod debent eſſe legitima, aliàs reus non teneretur
22 reſpondere, vt ſupra dixi *quæſt.54.num.25.&* dicit *D.Thom. 2.2. quæſt.69. art.2.* & ſequitur *Cartar. in pratic.lib.1.cap.2.num.8.*

Quo ad tertiam rationem videlicet ſi nõ eſt conuictus, nec indiciatus, non oportet illum interrogare dicimus hoc verum eſſe,
23 quia nemo debet ſuam turpitudinem manifeſtare; non aſtrictus à legitimis indicijs *Iaſ. in l.ſi ſeruus §. ſi hæreditas num.4.ff.de leg.3* Immo Iudex ad examinandum aliquem vti reum deuenire nunquam poteſt, nec debet, niſi legitima præcedant indicia; &
24 aliter faciens mortaliter peccat, vt notat *Farin. in quæſt. 81. num. 15. cum ibi allegatis & in conſ. 110. num. 12.* & ad examinandum reum non minora requiruntur indicia quã
25 ea, quæ requiruntur ad tranſmittendam inquiſitionem abſenti *Farin. ibidem num.13.*

An

An Reus conſtitui poſſit nullis præcedentibus indicijs. Quæſt. LVIII.

SVMMARIVM.

Reus captus in flagranti ſtatim conſtitui poteſt. nu.1. & 2.

Reus captus ex interuallo conſtitui non poteſt, niſi præcedentibus legitimis indicijs. nu.3.

Quod ſi Reus conſtitueretur ſine indicijs, & confiteretur; confeſſio nulla eſt, etiam ſuperuenientibus poſtea indicijs. num.4.

Contra Reum in flagranti repertum, & conſtitutum, ſed non confeſſum, debet legitimari proceſſus, ſaltem per confrontationem. n.5.

Deprahenſio Rei in flagranti non operatur, vt Reus poſſit torqueri., vbi aliàs non eſſet torquendus. num.6.

Reus ſine indicijs conſtitui non poteſt. n.7.

Conſtitutum videtur eſſe actio, per quam Reus experitur, & in ius vocatur. nu.8.

Vt quis ſine indicijs conſtituatur duppliciter intelligi poteſt, & quomodo. num.9.

Spes habendi indicia dupplex eſt, & qua. n.10.

Spes indiciorum adeſſe dicitur, quando adeſt accuſatio, & quòd delictum verè ſit patratum. nu.11.

Spontanea confeſſio multi volunt, quod valeat ſine indicijs ad condemnandum dummodò per inditia futura verificetur. num.12.

Quando Reus conſtituitur ſine cauſa nihil agitur, & ſuperueniens confeſſio nihil operatur. n.13.

HÆc concluſio diſcutitur in gratiam illorum Iudicum, qui aliquando ſtatim, ac fuerit captus aliquis reus illum, (vt aiunt) *caldo caldo* cōſtituūt examinant; atque aliquando ab eo confeſſionem extorquent, quo circa ſciendum eſt, quod aliquando reus
1 capitur inflagranti crimine puta in delatione archibuſetti, vel aliorum delictorum, & tunc crederem, quod illico conſtitui poſſit abſque alijs indicijs pręcedentibus, vt dicit *Farin. quæſt.21. num.* 148. vbi licèt alias vulgaris ſit concluſio, quod ſine indicijs nemo torquendus ſit; ac proinde nec examinandus *l.1. in prin. ff. de quæſtio. l. milites §. oportet C. eod. Marſil. conſ.*130. *num.* 34. *in fine verſ. nam quando Farin. quæſt.* 81. *num.* 15. tamen
2 reus in flagranti captus poteſt abſque alijs indicijs torqueri, & eo magis examinari ſecundum communem de qua per *Alban. in l. defenſores num.* 2. *C. de defenſ. Ciuit.* ſequitur *Clar. quæſt.8. verſ. ſcias autem.*

Et ad hoc, vt hæc concluſio procedat requiruntur duo, primum, quod conſtet de delicto; ſecundum quod reus fuerit captus in predicto delicto, vt idem *Farin. docet in dicta quæſt.21. num.* 155. in alijs vero delictis pro quibus reus fuerit ex interuallo captus tunc omnino pręcedere debent in-
3 dicia ſufficientia, & legitima alias ſi reus conſtitueretur, ac confiteretur, confeſſio il-
4 la nullius eſſet momenti; etiam ſi millies ratificaretur, ac poſtquam fuerit ratificata ſuperueniſſent indicia; vt voluit *Baiard. ad Clarum in quæſt.55. num.31. verſ. ſi vero confeſſio & num.* 37. Immo ſubiungit idem Farin. *in dicta quæſt.21. & dicto num.148. verſ. aduerte &c.* quod ſi reus in flagranti reper-
5 tus non confiteretur non poteſt contra eū deueniri ad aliquod rigoroſum examen, ſine proceſſus legitimatione; ſaltem per confrontationem *ibi num.*149. quod ſi reus in flagranti crimine captus neget delictum confrontantur ei teſtes, qui eundem in ipſo delicto reperiiſſe teſtantur, & ipſo conuicto, & adhuc in negatione perſiſtente ipſum Iudex torturæ ſubijcit nō ad ſciendū delictum, ſed ad habendum qualitates, & complices delicti ex quibus colligitur requiri legitimationem, ſaltem per confrontationem, & ſic probationibus præcedentibus omnino habitis, & ſubiungit concludendo *num.* 152. *in fine* depręhenſio igitur
6 rei in flagranti crimine non operatur, vt poſſit ipſe reus torqueri; vbi aliàs non eſſet torquendus, ſed ſolum vt torqueatur ſine defenſionibus quando alias torquendus eſſet, & ita credit eſſe puram veritatem, quod comprobatur ex textu *in l. vnica §. ne igitur C. de raptu virginum*, vbi licèt Iuſtinianus ſanciuerit, quod raptores in flagranti crimine compręhenſi à parentibus virginum, vel viduarum interfici poſſint *tamen in §. ſin autem diſponit*, quod ſi ad manus curiæ deuenerint poſt legitimas; & iuri cognitas probationes ſine fori pręſcriptione durisſimis pœnis afficiantur, & mortis condemnentur ſupplicio.

Verū, quia ſupra dixi de reo ex interuallo ſine indicijs conſtituto, quod tunc ſi fateatur confeſſio nullius eſſet momenti, eo quia ad illius validitatem præcedere debent indicia *Vermigl. conſ.370. num.1.* ideo ſciendum eſt, quod ſicut quis agere ſine actione non poteſt *l. ſi pupilli §. videamus ff. de negotijs geſt. l. quoties. §. item ſi ff. de adminiſtratione tutor.* ita
7 conſtitui, & examinari reus ſine indicijs non debet, quia conſtiturum videtur eſſe quædam actio per quam reus experi-
8 tur, & in ius vocatur quo circa ſicut in ius vocari quis non poteſt ſine actione ita nec ſine indicijs quis conſtitui poteſt.

Attamen vt huius concluſionis veritatē
habeamus, aduertendum eſt, quod vt quis
9 ſine indicijs conſtituatur dupliciter intelli-
gi poteſt, vno modo, quādo nulla ſpes adſit
indiciorum; altero modo, quando adſit
ſpes aliqua indiciorum; primo modo non
poteſt reus conſtitui: ſecundo modo ſic, &
ad huius ſecundi modi intelligentiam pari-
ter aduertendum eſt, quod ſpes duplex eſt,
10 vna, quæ habet certam cauſam, & dici-
tur ſpes indubitata: *l. penult. ff. quibus ad li-
bertat. prouoc.* altera eſt ſpes ſine certa cauſa,
& dicitur ſpes reuocabilis *vt l. gallus §. quod
ſi is ff. de lib. & poſth.* nam quando reus con-
11 ſtituitur cum cauſa, hoc eſt quod adſit ac-
cuſatio, & quod delictum verè fuerit pa-
tratum vtique adeſſe ſpem indiciorum di-
cimus, & ideò multi volunt, quod ſponta-
12 nea confeſſio etiam ſine indicijs valeat ad
condemnandum, dummodo per indicia
futura verificetur *Farin. quæſt. 81. num. 13.* &
ratio eſt, quia confeſſio ſine cauſa, hoc eſt
habita ſine vllo motiuo precedente ad con-
ſtituendum reum non tenet; *Giurb. conſ. 16.
num. 9.* & hinc eſt, vt ſupra dixi, quod ali-
quando reus ſtatim, ac fuerit captus illicò
ideſt celeritèr examinatur, & conſtituitur;
Guazz. defen. 23. cap. 1. num. 2. etiam ſine
indicijs; at verò quando reus conſtitur ſine
cauſa, tunc fruſtra agitur, etiamſi poſtea
ſuperueniat confeſſio facit argumentum
eorum, quæ tradit *Baldus in l. de quæſtione
num. 3. C. de pactis*, & ſecundum ea, quæ
tradit *Boſſ. tit. de examine reorum num. 6. Scac-
cia de iudic. cap. 58. Farin. conſ. 184. num. 58.*

An reus conſtitutus poſſit allegare præiudicia. Quæſt. LIX.

SVMMARIVM.

Præiudiciorum variæ traduntur ſpecies, & quæ. n. 1.
Præiudicium præcluſio viæ, ideſt obſtaculum dicitur. num. 2. & 170.
Præiudicium dicitur res, quæ cum ſtatuta fuerit affert iudicaturis exemplum, quod ſequantur. num. 3.
Præiudicium aliud eſt abſolutum, aliud reſpectiuum. num. 4. & 5.
Apud antiquós frequens fuit vſus præiudiciorum. n. 6.
Præiudicium reſpectiuum quid ſit, & explicatur. n. 7.
Cauſæ omnes, vel in iudicio, vel in præiudicio ventilantur. num. 8.
Præiudicium redditur ſicut & iudicium. num. 9.
Actio ad vindictam duplex eſt. & quæ. num. 10.
Præiudicium vt plurimum exceptionis nomine inſtituebatur. num. 11.
Præiudicia dicuntur actiones, & exceptiones ſecundum diuerſos reſpectus. num. 12.
Præſcriptiones, ſunt exceptiones, quæ non tranſmutantur in actionem. num. 13.
Differt præiudiciū à præſcriptione, & quomodo. n. 14
Præſcribere differt ab vſucapione. num. 15.
Præſcriptio ſecundum grāmaticos quomodo accipiatur. num. 16.
Præiudicia in triplici differentia ſunt, & quæ. n. 18.
Præiudicia realia à quaſi realibus differunt. nu. 19.
Præiudicia perſonalia in criminalibus conſiderantur. num. 20.
Retardatio actionis ex triplici perſona conſiderari poteſt nempè actoris Rei excipientis, & Iudicis. n. 21.
In crimine ſtellionatus non niſi in ſubſidium competit actio criminalis. num. 22.
Delictum tunc non tranſit in ſpeciale nomen delicti, quando res habet originem à præſumptione. nu. 23.
Tutor intercipiendo pecunias pupillares dicitur in dolo præſumpto, & non in vero. num. 24.
Adminiſtrationis velamen delictum temperat. n. 25.
Actio rerum amotarum vicem cōdictionis furtiuæ ſuſtinet. num. 26.
Vt actio de dolo purgari poſſit actione ciuili, quæ requirantur. num. 27. 28. & ſup. num. 23.
Non omnia illicita experiantur actione criminali. n. 29
Illicitum omne eſt contra bonos mores, & excuſatur, quamuis ſit acceſſorium licito. num. 30.
Illicitum duplex eſt vnum remotum, alterum proximum delicto. num. 31.
Vbi non cadit pœna à iure expreſſa ibi non eſt delictum. num. 32. Declara. num. 33.
Electa actione ciuili pro conſequenda re infertur præiudicium actioni criminali. num. 34.
Actor non poteſt plures actiones proponere. num. 35.
Probationes factæ in vno iudicio non ſufficiunt in alio num. 36.
Nulla differentia dari poteſt inter probationes factas in vno iudicio quin probentur in alio, dum cauſæ ſint pares num. 37.
Abolitio generalis non tollit quin ciuiliter agi poſſit. num. 38.
In parricidio duo delicta conſiderantur, vnum velut genus nempè homicidium, alterum veluti ſpecies, vt parricidium. num. 39.
Abſolutoria obtenta ſuper facto, nempè ſuper homicidio non poteſt ſuper qualitate accuſari. num. 40.
Secus ſi fuerit condemnatus de homicidio. nu. 41.
Quando concurrunt pœnæ originalis, & pœnæ accidentalis tunc vna tollit alterum. num. 42.
Ciuilis pœna non præiudicat criminali, quando criminalis eſt maior. num. 43.
In delicto continente multa delicta veluti excedentia, & exceſſa, tunc vnum poteſt experiri ſine præiudicio alterius. num. 44.
In lege Cornelia de ſicarijs Iudex non permittit intentare actionem ciuilem. num. 45.
Excipere proprium eſt reorum. num. 46.
Præiudicium exceptionis duplex eſt. num. 47.
Præiudicium, & ſententia non fertur niſi requirente parte.

parte. num. 48. *Declara. ibidem.*
Iudex criminalis nullo modo de ciuili principaliter cognoſcit. num. 49.
Iudex criminalis non caret ſimplici iuriſdictione, quæ poteſt prorogari. num. 50.
Iudex tranſiens de criminali ad ciuile iudicium videtur abſoluere reum. num. 51.
Prorogatio ciuilis coram Iudice criminali fieri non poteſt. num. 52.
Declaratur Bald. in l. ſolemus de iudicijs. num. 53.
Iudex pendente cauſa ciuili poteſt promouere criminalem in præiudicium ciuilis. num. 54.
Iudex vbicumque ex officio procedit, prodeſt etiam parti. num. 55.
Ciuilis intentata præiudicat criminali ſaltem quoad partes. num. 56.

Aliquando euenit, quod reus ad declinandam iuriſdictionem, & impediendum proceſſum, allegat præiudicia, quibus allegatis, oportet prius de illis præcognoſcere; idcircò aliqua de præiudicijs dicendum puto opportunum.

Prçiudiciorũ enim materia, prout ex varijs exceptionibus conſideratur, variæ de il-
1 lis poſſunt tradi ſpecies: nam aliquando præiudicium præcluſio viæ dicitur; idest
2 obſtaculum, ſeu nocumentum, vt ait *Marcellus in l. ſæpè ff. de re iud.* nam ibi dicitur rem inter alios actam, alteri non præiudicare, hoc eſt alteri non nocere: idem dicit *Vulpianus in l. in cauſæ ibi quæ inuito te acta ſunt, tibi non præiudicant ff. de Procurat. & in l.* 1. *§. cũ dicatur ff. ſi cui plus quam per l. falcid.* idem dicit *Modeſt. in l.* 10. *ff. de except.* hinc eſt, quod opponuntur inter ſe præiudicium irrogare, & emolumenta afferre *dicit textus in l.* 2. *C. quibus res iudic. non nocet.*

Aliquando præiudiciũ dicitur quidquid prius iudicatum eſt, & ſequentibus exemplum affert, vndè *Aſcon. in diuinat.* Præiu-
3 dicium dicitur res, quæ cum ſtatuta fuerit affert iudicaturis exemplum, quod ſequantur; & nonnunquam hoc refertur inter probationes *l. penul. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris l.* 4. *ff. de pub. iud. l. ſi quid §. meminiſſe ff. de lib. agnoſc. Imò Quintil. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. inter probationes ponit, non vt exemplis iudicetur *contra l. nemo Iudex, vel arbiter C. de ſent. & interloc. & l. ſed licet ff. de officio Præſid.* ſed vt aliæ probationes efficiantur robuſtiores, & efficaciores, vt cum in huiuſmodi caſu iam ante iudicatum ſit, eò procliuiùs etiam Iudex, qui iudicaturus eſt iudicet *Vulte. ad §. præiudiciales. num.* 3. 4. 5. *Inſtit. de act.* & hoc præiudicium dicitur ab-
4 ſolutum, eò quia nullo habito reſpectu ad aliud iudicium futurum, ex poſt facto fit præiudicium, vel inter ipſaſmet partes, vel inter alios.

Aliquando præiudicium appellatur quęſtio, controuerſia, ſiue cauſa, de qua cognoſcendum eſt, prius quam de alia quæ-
5 ratur: & hoc præiudicium vocatur reſpectiuum, quia habet reſpectum ad futurum iudicium, quod, illo expedito, ſtatim ſequitur cognoſcendum, non inter alios, ſed inter ipſaſmet partes.

De hoc enim præiudicio ſermo noſter erit: & ſciendum eſt, quod priſcis Romanorum temporibus; vt dicit *Iacobus Reuardus in ſuo tract. de præiud. cap.* 1. frequens apud
6 eos huius præiudicij vſus erat, & illud non niſi per quaſdam exceptiones in quaſdam formulas redactas, vel per dictionem *ſi non vt l.* 1. *ff. de cond.* vndè *Budeus* emendauit textum *in l. ex lege §. Marito* ibi *ſi legem prodidiſſe dicatur ff. de adult.* vbi addidit dictionem *non*, vt notat *gloſſ. ad marg. & idem Budeus in d. textu*, vel aliquando per dictionem *extra quam* ideſt *niſi*, quæ importat idem, vt *in l.* 1. *§. Labeo ſcribit ff. de flumin.* proponebatur, de quibus multa fragmenta, in iuris codicibus inſpiciuntur, & præcipuè *in tex. in l.* 2. *§. illud l. fundi l. exceptiones l. exceptio ff. de except. præſcript. & præiud. & in tex. in l.* 1. *ff. famil. erciſ.* ibi *ſi in ea re, qua de agitur præiudiciũ hæreditati non fiat; & in l.* 25. *ff. de petit. hæred.* ibi *ſi præiudicium hæreditati non fiat inter actorem, & eum, qui venumdedit.*

Præiudicium hoc modo acceptum, ſcili-
7 cet cum reſpectu ad aliud iudicium deſcribi poteſt, quod ſit actus, quo quis aliam actionem, impedit cognoſcendam.

Dixi præiudicium eſſe actum, vti genus comprehendens, tàm iudicium, quàm præiudiciũ; quia præiudicium iudicium eſt;
8 nam cauſę omnes, vel in iudicio, vel in prę-iudicio ventilantur: in iudicio cùm purè, & abſolutè cauſa cognoſcitur; in præiudicio, quãdo propter reſpectũ aliquẽ cognoſcẽda
9 proponitur: vndè prçiudiciũ redditur, ſicut, & iudicium, iſtud ad cognoſcendũ, illud ad precognitionẽ *l. fin. ff. ſi libert. in gen. eſſe dicatur* ibi *redditur præiudicium l.* 3. *§. qui placianum ff. de lib. agnoſc.* ibi *certè probandum eſt cum auo præiudiciũ ff. de partũ agnoſcendo*, & inferius ibi *& quid ſit an vxor fuerit diſceptetur; & Iulianus Sexto Cecilio Aphricano reſpondit locũ eſſe præiudicio, & in §. illud* ibi *ſi viuo patre redditum ſit præiudicium.*

Dixi, quo quis aliam actionem impedit cognoſcendam: natura enim præiudicij

eſt, vt actionem excludat, vt dicit *Bald. in l. peremptorias nu.* 11. *C. ſententiam reſcindi non poſſ.* & exceptiones præiudiciales dicuntur,
quæ impediunt proceſſum, & in his reus
admittitur ad probandum, antequam actor.
l. præſes C. ad l. flauiæ de plag. item replicatio
præiudicialis, in qua replicans, priuſquam
excipiens admittitur ad probandum *l. quoniam Alexandrum ff. de Adulter.* Et dupliciter
euenire poteſt, vel per modum actionis,
vel per modum exceptionis: Si per modum
actionis, tunc vel excludit ad tempus, vt
dicit *Azzon. in tit. C. quando ciuilis actio, &c.*
ideſt quantum ad ordinem vt vna primũ,
deinde alia cognoſcatur: *l. interdum ff. de pub. iudic.* vbi diſponitur, quod pendente iudicio ſuper actione ciuili non poteſt proponi
accuſatio criminalis, vel excludit in per-
10 petuum, ideſt per actionem ad vindictam,
quæ duplex eſt, vna ciuilis ad æſtimationẽ
iniuriarum, altera criminalis ad pœnam
corporalem; vtraque enim tendit ad vindictam, & vna electa tollitur altera. *l. prætor ait* §. 1. *& l. quod Senatus ff. de iniurijs* ibi: *nec prohibendus eſt priuato agere iudicio; quo publico iudicio præiudicatur, quia ad priuatam cauſam pertinet, planè ſi actum ſit publico iudicio denegandum eſt priuatum. Salycet. in l. qui ſepulcra C. de ſepul. viol. Bald. in l. ex morte num.* 2. *C. ad l. Aquil. Farin. qu.* 105. *num.* 28.

Si per modum exceptionis tunc ſupradictæ deſcriptioni addi poſſunt verba hæc *per poſteriorem exceptionem in actionem mutatam;*
11 quia præiudicium, vt plurimum exceptionis nomine inſtituebatur; immò præiudicium nihil aliud eſt, quam exceptio, *vt in l. Diuus ff. de petit. hær.* idq; indicat *rub. toto tit. ff. de excep. præſcrip. & præiudic.* vbi præiudiciorũ
appellatione ſignificantur, quædã exceptiones ſpeciales, quibus excluditur actio prius
in iudicio intentata, quorum exempla ſunt
in l. ſi poſt litem, in l. fundum & in l. fundi in l. rei maioris ff. de excep. præſcrip. & præiud. & in l. per minorem ff. de iudicijs: quæ exceptiones poſtea
in actionem trãſmutatæ præiudicium ideſt
iudicium de dictis exceptionibus redditur
l. generaliter ff. de except, ibi *generaliter in præiudicijs actoris partes ſuſtinet, qui habet intentionem ſecundum id, quod intendit*; per actionem enim
præiudicialem, vt dicit *gloſ. in verb. præiudicio in l. fin. ff. ſi libertus inge. eſſe dicat.* præiudicium redditur, & facit: *l. actionis verbo ff. de act. & oblig.* itaque exceptiones, quæ in præiudicium tranſeunt, futuri iudicij exceptionem, non facti per rem iudicatam terminari denominatur, vt ſcribit *Iulian. in l. ſi poſt litem ff. de exep. &c.* Et notandũ, quod præiu-
12 dicia dici poſſunt, & actiones, & exceptiones, ſecundum diuerſum reſpectum; nam
tunc dicuntur exceptiones reſpectu cauſæ
principalis, contra quam proponuntur, &
tunc dicuntur actiones reſpectu iudicij, in
quo præiudicialiter, ideſt ante alias actiones
exercentur; & hoc ad differentiã aliorũ præ-
13 iudiciorũ, quæ nõ tranſmutãtur in actionẽ,
& hæc ſunt præſcriptiones, de quibus *in d. tit. ff. de except. & præſcript.* fit mentio, & ſunt
illæ, quæ ſub his formulis olim proponebantur; nimirum *ſi non pactus ſit peteret, ſi non ſoluta pecunia, ſi in ea re nihil dolo malo actoris factum ſit*: *l. 2. ff. de dolo, & metu except. ſi in ea re nihil metus cum factum eſt. l. 4. §. metus ff. eod. & in l. ex lege §. marito ff. de adul.* & dicuntur præſcriptiones, quia ſtatim ac reus impetitur ſoluere, excipit illicò pactum de
non petendo, quæ exceptio tollit actionẽ:
l. 12. ff. de inoff. teſt. l. penul. circa finem ff. de re iudicata. l. penult. ff. ſi libertus ingen. l. 12. ff. de
14 *diuerſ. temp. præſcript.* differt enim præiudicium à præſcriptione ſecundum ſuperius
explicata; quia præiudicium non ſtatim
perimit actionem principalem, ſed prius
ventilatur cauſa præiudicij, vt dixi. Præſcriptio verò ſtatim ac quod probata ſit
extinguit actionem principalem, vt dicit
Fortunatian. lib. 1. Rethoricorum, ea enim inquit *à principio probata extinguitur actio*, quod
non procedit in præiudicijs: vnde dicimus
præſcriptione ſubmoueri, vel præſcriptione non remoueri d. l. 12. ff. de inoff. teſta. l. penult. circa fin. ff. de re ind. l. penult. ff. ſi libertus ingen. eſſe dicat. l. 12. ff. de diuerſ. temp. præſcrpt. Præ-
15 ſcribere enim hoc caſu differt à præſcriptione, quam vſucapionem vocamus; hæc
enim eſt acquiſitio dominij per poſſeſſionem prolixam: *l. 1. §. vltimo. ff. ex quibus cauſis maior l. 3. ff. de vſucap.* & hoc caſu, vt
volunt Gramatici verbum præſcribere cõ-
16 ſtruitur cum accuſatiuo, vt præſcribere fũdum, ſed verbum præſcribere, prout exceptionem connotat, non eſt acquiſitio dominij, ſed actionis remotio, & conſtruitur
cum datiuo *l. 3. ff. de præuaricator.* ibi *nam ſi reus accuſatori, ideò præſcribit, quod dicat ſe ab alio accuſatum, & abſolutum.*

Itaq; præiudicia ſunt illa, quibus anterior
cauſa poſteriorem, vel è contra poſterior
anteriorem impedit cognoſcendam, vt ſu-
17 pra dixi; & hoc propter reſpectum, quem
vna habet ad aliam; & hinc eſt, quod ſecundum varias præiudiciorum ſpecies varij quoq; præiudiciorum tituli in iuris codicibus inſcribuntur: nam aliquando, imò
vt plurimum per exceptionem priori cauſæ præiudicium infertur ideò habemus titulum *ff. de except. præſcript. & præiud.*

Verùm quia aliquando ex vno, eodemq;
facto plures actiones intentari poſſunt; idcirco

circò quia vna electa, alteri præiudicium,
donec illa ventilatur congenerat; inſcribi-
tur *titulus C. quando cauſa ciuilis, &c.*
Tandem quia aliquando propter ſtatum
perſonarum controuerſia in præiudicium
venire poteſt; propterea *§. præiudiciales Inſtit. de act.* inſtitutus fuit.
Quapropter in triplici differentia præiu-
18 dicia dici poſſunt quædam realia, de qui-
bus *in d. tit. ff. de except. &c.* quædam quaſi
realia, de quibus *in d. §. præiudiciales* & quę-
dam perſonalia, ſeu mixta, de quibus in
prædicto tit. C. quando cauſa Ciuil. &c.
Differunt tamen præiudicia realia à qua-
19 ſi realibus; quia in realibus opus eſt pro-
nunciatione, nempè quod Iudex prius de
exceptione in actionem mutata pronun-
ciet *l. fundum ff. de except.* in quaſi realibus
non eſt opus, quod Iudex pronunciet, *vt
dicit Reuard. tract. de præiud. cap. 15. lib. 1.* hoc
tamen non eſt ita præcisè verum, quoniam
ſi Iudex vult non poteſt impediri quin ſu-
per illis pronunciet *l. 42. ff. de noxal. act. l. 8.
ff. de in ius vocan.*
Præiudicia verò perſonalia ſunt illa, quę
circa perſonam verſantur, ſuper quibus
etiam antiquitus quædam formulæ inſcri-
ptæ fuerunt, vt per *Cicer. lib. 2. de Inuent.* ibi
ſi in reum capitis præiudicium fiat, quæ præiu-
20 dicia in criminalibus quoq; conſiderantur.
Verùm quia retardatio vnius, vel alte-
rius actionis, vt ſupra dixi, conſiderari po-
21 teſt, vel ex parte actoris principaliter agẽ-
tis; vt cum ex eodem facto plures actiones
competant, vna electa alijs præiudicium
dicitur inferri, vel ex parte excipientis con-
tra actorem, cuius actio per exceptionem
retardatur, vel ex parte iudicis ſuper vna, &
non ſuper alia iudicantis, ideò de ſingulis
infra dicemus.
Et primò de præiudicijs ex parte actoris
hæc præiudicia dupliciter conſiderari poſ-
ſunt; vno modo ex natura actus tribuentis
actui modum agendi; alio modo ex electio-
ne actoris.
Primo modo procedit quando occaſio-
ne eiuſdem rei, quæ non tranſit in propriũ
nomen delicti, dolus in eo commiſſus pur-
gari debet actione ciuili, prout eſt in cri-
22 mine ſtellionatus, in quo non niſi in ſubſi-
dium competit criminalis actio, vt dicit
Bald. in conſ. 15. lib. 1. num. 1. Secundo mo-
do procedit quando ex eodem facto, quod
proprium delicti ſortitur nomen, actor ele-
git potius vnam actionem, quam aliam,
prout eſt in furto, falſo, & ſimilibus.
Quoad primum tria concurrere debent,
vt habeat locum, primò quod dolus non
tranſeat in particulare nomen delicti, vt
23 dixi; & tunc dicitur non tranſire in ſpecia-
le nomen delicti, quando res habet origi-
nem à præſumptione, & permanet in eo-
dem eſſe *Bald. in l. etiam furti num. 6. C. de
furtis*, exemplum ponit *Bald. in l. poſthumo,
§. continua num. 3. ff. de tut. & rat. diſtrahen.* vbi
24 dicit, quod tutor intercipiendo pecunias
pupillares, & in vſum proprium conuer-
tens, dicitur in dolo præſumpto, & non in
verò, propterea nõ actione furti, ſed actione
de rationibus diſtrahen. conuenitur, & facit
illa vulgaris regula, quod adminiſtrationis
25 velamine delictum temperatur *l. ſi multi ff.
de publican. Bald. in cap. iniuria num. 10. de pa-
ce iuramen, firm. gloſ. in verb. contrectare in l. tres
tutores ff. de adminiſt. tut. idem Bald. in l. ſed cum
teſtator num. 22. C. ad l. Falcid. Vermigl. conſil.
264. num. 5.* & hoc idem procedit in vxori-
bus, ſuis hæredibus, amicis, qui ſi aliquid
intercipiendi animo celauerint, interuerte-
rint, conſumpſerint, eius rei non furtum
feciſſe eos; ſed amouiſſe dicimus lenitate
vocabuli rei turpitudinem mitigantes *l. 71.
§. præter ait cum ſeqq. ff. de acquiren. hær.* hinc
amotarum rerum actio inter coniuges,
prodita earum rerum nomine, quas diuor-
tij conſilio, alteruter ſurripuerit *toto tit. re-
rum amot. l. 52. ff. de re iud. l. 4. in fin. ff. de iure
26 dotium.* hæc autem actio condictionis furti-
uæ vicem ſuſtinet turpitudine, & atrocitate
facti verbi lenitate temperata.
Secundò, quod materia ſit ordinata po-
27 tius ad contrahendum, dicit *Bald. in d. conſ.
15. Oſaſch. de ciſ. 137. num. 17. verſ. vel re-
ſponderi etiam poteſt Farin. q. 19. num. 37.*
Tertiò, quod ex contractu is, qui dolum
28 commiſit non ſit factus locupletior, cum
damno alterius, vt ex *Farin. conſ. 96. nu. 19.*
nam ſi quis inficiando nolit reſtituere de-
poſitum ſit locupletior cum aliena iactura,
& per conſequens, non ex contractu depo-
ſiti, ſed actione de dolo criminaliter con-
ueniri poteſt, vt dicit *Farin. dicto conſ. 96.
num. 20.*
Vndè præiudicium hoc conſiſtit in pro-
hibitione agendi de dolo, cui præiudicatur
per legem, quæ vult, quod ex actu illicito
poſſit, & debeat ciuiliter, & non criminali-
ter agi; niſi in ſubſidium, vt dixi: nec mi-
29 rum eſt, cum non omnia illicita experian-
tur actione criminali, vt dicit *Bal. in d. con-
ſil. 15. num. 2. in fine lib. 1.*
Dices, quod cum omne illicitum ſit
contra bonos mores, non poteſt dici quod
30 omne illicitum non ſit delictum; ac proin-
dè omne illicitum experiri oporteat actio-
ne criminali, & non actione ciuili in tantũ,
quod non excuſatur illicitum, licèt ſit ac-
ceſſorium licito; *Bald. in l. Athletas §. ait*

Digitized by Google

Prætor ff. de his, qui not. infam.
Reſpondetur; quod illicitum duplex eſt,
31 vnum remotum à delicto; alterum proxi-
mum delicto: remotum à delicto intelligo
quod ſit ex ſe illicitum, vt iniuria; & pro-
ximum delicto intelligo, quod non ſolum
ſit ex ſe illicitum, ſed etiàm cauſa delicti.
primo caſu non omne illicitum experitur
32 actione criminali, quia vbi non cadit pœ-
na à iure expreſſa, ibi delictum non eſt
etiam quod illud ſit illicitum: *l. 1. §. 1. ff. vt*
quis eum, qui. Bald. in l. hoc edictum num. 3. ff. ne
33 *quis eum in ius voc. vi exim.* intellige tamen
iuris interpretatione, quia illicitum verè eſt
delictum; cum ſit contra bonos mores.
Secundo verò caſu verificari poteſt in dan-
te operam rei illicitæ, quo caſu tenetur de
omni eo, quod ſequitur: ita quod delicti
auctor veriſimiliter, aut cogitauit, vel co-
gitare potuit, vel debebat de eo, quod indè
facilè ſucceſſurum erat cogitare: *l. quoniam*
multa C. de vi pub. vbi gloſ. Farin. conſ. 144. n. 13.
in fine, Carpzouius in ſua praxi quæſt. 129. cum
ibi allegatis, & per cõſequens non niſi actio-
ne criminali experiri poteſt.

Idem dicimus procedere in eo, qui fru-
ſtratoriè agit vno iudicio, cum poſſit vtili-
ter agere alio, vt v.g. cuidam creditori erat
delata hæreditas debitoris, quæ poſſideba-
tur ab alio, qui prætendebat ſe eſſe hære-
dem, modo creditor fortè habebat paratã
executionem, de debito agebat contra poſ-
ſeſſorem ex inſtrumento debiti proteſtan-
dò, quod per hoc non renunciabat hæredi-
tati ſibi delatæ, hoc caſu non procedit pe-
titio, quia præpoſterè agit, cum primò de-
beat præmitti cognitio an ſit hæres; nam ſi
eſſet hæres fruſtatorium eſt aliud iudicium:
Bald. in l. vt debitum C. de hæred. act.

Quoad ſecundum: cum ex eodem facto
plures actiones exordiantur, nimirum vel
vna ciuilis ad rei perſecutionem, vel alia
criminalis ad vindictam, vt in iniuria.

Primo modo quando actor elegit actio-
34 nem ciuilem pro conſequenda re, tunc ſit
præiudicium actioni criminali: quæ licèt
ſit maior ciuili; nihilominus per electio-
nem, quàm facit actor de ciuili recipit prę-
iudicium ſaltem ad tempus; in criminali:
Bald. in l. ſi quis ad ſe nu. 11. C. ad l. Iul. de vi:
ſcilicet donec ciuilis ventilatur, & termina-
35 tur: & ratio eſt, quia actor non poteſt
plures actiones proponere, & cumulare,
ſed vnam de pluribus eligere *l. nemo §. quo-*
ties ff. de except. l. quid in hæredem §. eligere ff. de
tribut. action. qua terminata poteſt intentari
alia *l. interdum ff. de pub. iud. Bald. in l. 1. ff. de*
appell. ſcilicet quando Iudex condemnat;
ſecus ſi Iudex ciuilis abſolutoriam pronun-
ciet ſuper facto, nempè; quod non conſtet
de delicto, & per conſequens ceſſare etiam
poſſit criminalis *l. 2. ff. de vi bon. rap. l. 1. C.*
quando Ciuilis, &c. arg. l. ſi duo §. idem Iulianus
& l. ſi duobus §. colonus ff. de iur. iuran. Dyn. in
cap. Nullus verſ. ad ſeptimum de reg. iur. in 6.
Bald, in d. l. ſi quis ad ſe nu. 11. C. ad l. Iuliam
de vi, & in l. ex more num. 4. C. ad l. Aquil.
Bart. in l. ſi ab eo num. 2. ff. de calumn. Salycet.
in l. vn. num. 10. in verſ. abſolutoria C. quando
Ciuil.

Dices quomodo ciuilis abſolutoria ſu-
per facto præiudicet actioni criminali cum
ratione diuerſitatis iudicij probationes fa-
36 ctæ in vno iudicio non ſufficiant in alio li-
cèt inter eaſdem perſonas *DD. in cap. cauſam*
extra de de teſtibus; tum quia in criminalibus
requiruntur probationes lucidiores *l. ſciant*
cuncti C. de prob. tum etiam, quia teſtibus, &
non teſtimonijs in criminalibus iudican-
dum eſt *l. 3. §. idem dicimus ff. de teſtibus* tum
tandem quia cauſa ciuilis tendat ad com-
modum priuati; abſolutoria ergo in ea la-
ta non poteſt præiudicare in criminali, quę
eſt abſtracta à dicto commodo; ſed tendit
ad vtilitatem publicam *l. ita vulneratus ff. ad*
l. Aquil. l. licitatio §. quod illicitè ff. de public.
Bald. in l. placet num. 11. C. de pedaneis iudici-
bus; & ſic propter diuerſum finem videtur
non poſſe hoc præiudicium inferre per di-
ctam abſolutoriam, & hanc etiam difficul-
tatem facit *Io. de Imol. in d. l. interdum ſub nu.*
2. verſ. in abſolutoria autem ff. de pub. iud.

Reſpondetur, quod cum abſolutoria
proueniat ex eo, quod non conſtet de fa-
cto tanquam de fundamento principali, in
quo iudicium ſumit principium; non eſt
mirum, ſi actor poſtea non poſſit crimina-
le iudicium intentare; quia cum deficiat
fundamentum corruit omne id, quod ſu-
perædificari poteſt: & licèt verum ſit quod
in criminalibus probationes debent eſſe lu-
cidiores, nihilominus hoc procedit quoad
condemnandum, non autem quoad inqui-
rendum: vndè cum factum ſit principium
inquirendi, & iam ſuper eo pronunciatum
fuerit non conſtare meritò ceſſat initium à
quo inquiſitio incipere debet idcircò dicit
Bald. in l. ſi quis ad ſe num. 19. C. ad l. Iuliam de
37 *vi pub.* quod nulla differentia dari poteſt
inter probationes factas in vno iudicio;
quin probent in alio dum cauſæ ſint pares,
& ſic ſe habent, quod ſententia lata in
vna plenè pręiudicat in alia, vt in caſu
noſtro, tunc idem de probationibus di-
cendum eſt: *l. fundi l. fundum ff. de excep.* nam
probationes in dictis cauſis factæ idem ius,
& diſpoſitionem ſortiuntur, & à pari iudi-
cantur: vltra quod probationes factæ ſuper
facto

facto ipſo ſunt præparatoriæ ad iudicium; ideò probant in alio iudicio, ſaltem quoad iudicis inſtructionem *Bald. in l. talis n. 4. C. de his, qui vt indig.*

Limita tamen non procedere, quando venit generalis abolitio ſuper crimine, de
38 quo in iudicio agebatur, tunc abolitio nō præiudicat, quin poſſit agi ciuiliter *Alberic. in l. vnica num. 5. circa finem C. quando ciuilis.*

Secundo modo quando actor elegit ciuilem actionem ad vindictā, ſcilicet quando agitur ad æſtimationē iniurię, prout declarat *Bart. in l. Prætor §. ſi dicatur ff. de iniurijs Farin. qu. 105. num. 27.* tunc perpetuò ſibi præiudicium infert quoad vindictam criminalem; quia cum vtraq; tendat ad eundem finem; ſufficit quod delictum ſemel ſit vindicatum, licèt actio prius intentata fuerit ciuilis facit *textus in l. qua Senatus ff. de iniurijs Salycet. in l. qui ſepulcra C. de ſepulcro violat. Bald. in d. l. ex morte nu. 2. C. ad l. Aquil. Farin. q. 105. num. 28.*

Amplia primò ſupradicta procedere etiā quando vna actio ſit ciuilis, altera prętoria, ſcilicet quando agi poteſt pro eodem facto, & ciuilitèr, & prætoriè, quia tunc vna alteri per electionem præiudicium infertur: *l. 3. & l. licet ff. de Naut. caup. ſtab.*

Amplia ſecundò non procedere in delicto indiuiduo, puta parricidio, in quo duo
39 delicta conſiderantur, vnum veluti genus, nempè homicidium; alterum veluti ſpecies ſcilicet parricidium; nam ſi proponatur ſimpliciter homicidium, non poteſt iterum fieri accuſatio ſuper parricidio, quia vnum continetur ſub altero: *arg. l. Senatus, & ibi gloſ. C. de his qui accuſ. non poſſ. Bald. in l. res inter alios acta num. 8. C. quibus res iudicat. non nocet.*

Limita dictam ſecundam ampliationem procedere, quando fuerit ſequuta abſolutoria ſuper facto, ſcilicet ſuper homicidio;
40 quia tūc cum qualitas parricidij remaneat ſinè ſubiecto, non poteſt poſtea de parricidio accuſari per ea, quæ tradit *Bald. conſil. 165. num. 1. & 2. lib. 4. & conſ. 98. n. 7. lib. 1.* ſecus ſi reus fuerit condemnatus pro homi-
41 cidio; quia tunc denuò poteſt agi pro qualitate parricidij *Bald. in l. quod dixi n. 2. in fine ff. quod metus cauſa.*

Amplia tertiò procedere quando pœna
42 fuerit originalis, ſecus ſi fuerit accidentalis tunc vna ſoluitur per alteram: vt ver. gr. tu abſtuliſti rem mihi per metum, mihi competit actio, quod metus cauſa, quæ eſt accidentaliter pœnalis, & hoc caſu, vel in duplū, vel quadruplum ſit condemnatio, vt dicit *gloſſ. in l. metum §. licet in verbo finiri in fine ff. de eo, quod metus cauſa Abb. in cap. in tantum num. 7. verſ. in tertio de colluſion. detegenda.*

Limita primò non procedere in delicto,
43 pro quo accuſatus meretur pœnam mortis, quia tunc ciuilis ad vindictam non præiudicat criminali: *Salycet in l. vnica n. 8. in fin. C. quando ciuil.* vbi exemplificat in homicidio *Farin. qu. 100. num. 153.*

Limita ſecundò in delicto continente
44 multa delicta veluti excedentia, & exceſſa, tunc vnum poteſt ſine præiudicio alterius experiri, vt verbi gratia ſi quis ſe copulauit cum ſorore maritata, in quo delicto adſunt plura delicta in ſpecie, nempè adulterium, & inceſtus, tunc ſi de vno inquiritur, non infertur præiudicium alteri, vt dicit *Bald. in l. de omnibus §. ſi tutela nu. 3. ff. de tutel. & rat. diſtrahen.*

Limita tertiò non procedere *in l. Cornelia*
45 *de ſicarijs*, in qua Iudex non permittit intentare actionem ciuilem, per quam prædictæ rei præiudicetur: *Bart in l. Prætor ait §. ſi dicatur num. 1. in fine ff. de iniurijs quod eſt ſpeciale in d. l. Cornelia de ſicarijs.*

Secundò de præiudicijs ex parte rei: hæc præiudicia, vt plurimùm proponuntur ex-
46 cipiendo, quod eſt proprium reorum, vt ſupra dixi; nam cum quis accuſando, in iudicium vocat ſuum offenſorem, poteſt offenſor illum per exceptionem præiudicialem in proſecutione impedire, donec de eius exceptione cognoſcatur: *arg. textus in l. fundi ff. de except.* vt v.g. ſi accuſator petat fundum a reo, vt prætenditur vſurpatum, reus excipit dictum fundum ſibi competere ratione dominij, & proprietatis, iſta exceptio præiudicat accuſatori, vnde notan-
47 dum, quod hoc præiudicium eſt in duplici differentia, vnum reale ſcilicet, quando reus excipit de proprietate, & dominio rei, vt in exemplo ſupra allegato: alterum quaſi reale, nimirum quando reus excipit de ſtatu accuſatoris, propter quem repellitur ab accuſando: *arg. l. fin. ff. ſi lib. ingen. ſe dicat, & l. 3. §. qui Placitianum ff. de lib. ag.*

Hoc verò præiudicium expoſtulari debet à reo, vt prius de illo à Iudice cognoſcatur, vt dicit *textus in l. quoties*: ibi *redditur autem alterutro deſiderante ff. eodem*: & hinc eſt, vt dicit *Hieronymus Pirottus apud Gratianum diſcept. 394. num. 40.* quod iſta præiudicij exceptio debet à reo opponi, quæ ſi non apponatur teneret ſententia, & proceſſus, vt notat *Bart. in l. fundum num. 10. ff. de excep.* cum ordo vnius cauſæ ad alia iura partium reſpiciat, quibus renunciari poteſt: *Vant. de nullitate ex defectu proceſſ. num. 49. verſ. nihilo-*
48 *minus*: ob id præiudicium; & ſententia non fertur, non requirente parte: *Rebuff. de verb. ſignif.*

Digitized by Google

ſignif. in verb. deſiderare, quod tamen intelligendum eſt, ſi coram eodem Iudice expoſtulatur, ſecus ſi coram diuerſo, quia tunc proceſſus redderetur nullus: *Farin. q.* 101. *num.* 155. *&* 156.

Tertiò de præiudicijs ex parte Iudicis: dubitari primò contingit an Iudex criminalis ex ſe poſſit ſuper eodē facto de ciuili prin-
49 cipaliter iudicare abſque eo, quod de criminali ſententiam ferat, & diceñ, quod Iudex maleficiorum nullo modo principaliter de ciuili ſententiam ferre poteſt, & ratio eſt, quia cum Iudex criminalis habeat limitatam iuriſdictionem ad cauſas criminales tantum, non poteſt ad ciuilem iuriſdictionem illam extendere: *Gratian. deciſ.* 78. *num.* 11. *Scydlo. de foro competenti. cap.* 73. *num.* 2.

Non obſtant ea; quæ tradit *Bald. in l. iubemus in add. num.* 1. *ff. de iudicijs, & vbi quis,*
50 *&c.* vbi dicit, quod cum Iudex Criminalis non careat ſimplici iuriſdictione, quæ etiã ad ciuiles cauſas extenditur, ſtante quod continetur ſub mero imperio ad Iudicem criminalem ſpectante, poſſunt partes in ciuilibus illam prorogare, & huic ſententię fauet *Paul. de Caſtro in l. ſolemus §. lanunculator in fine ff. de iudicijs, & Boſſ. in tit. de decreto Mediolani num.* 30. *& ſeqq.* motus ea ratione, quia ſcilicet Iudex Criminalis poteſt principaliter cognoſcere de actione ciuili, ex maleficio deſcendente, prout eſt conditio furtiua ſecundum *Bald. in l. ſi pro iure §. conditio ad finem verſ. item facit ff. de conditione furtiua*, quem ſequutus fuit *Catald. de ſindicatu q.* 216. *num.* 142. *verſ. adde quod ſi agitur*, & facit *textus in l. interdum §. qui furem ff. de furtis*; vbi apparet, quod Iudex criminalis condemnat reum ciuiliter ad reſtitutionē rei derubatæ, abſq; eo, quod reum cōdemnet ad pœnam pro crimine, *& Bart. in dicto §. qui furem num.* 5. *verſ. contra*: dicit, quod quando libellus fuerit formatus ad pœnam hoc modo, ſcilicet peto furem puniri, & rem mihi reſtitui; tunc Iudex poteſt procedere ad rigoroſam pœnam criminalem: ſed quando dumtaxat fuerit formatus pro reſtitutione bonorum, & non ad pœnam, quod tunc non niſi ciuilem actionem ſaltem per prorogationem inſtituiſſe videtur, vt dicit *Bald. in d. l. ſolemus in addit. num.* 1. ex quo videre eſt poſſe Iudicem criminalem de ciuili principaliter cognoſcere, vt patet, quia dum Iudex tranſit
51 ad ciuile iudicium prætermittendo criminale; videtur abſoluere reum à criminali, vt dicit *Boſſ. in tit. de plur. violentijs*.

Quia prorogatio ſupradicta in cauſa ci-
52 uili nullo modo fieri poteſt, prout tenet *Rota apud Creſcentium deciſ.* 5. *aliàs* 167. *tit. de iudicijs* per *textum* expreſſum *in l. ſolemus in fin. ff. de iudicijs* vbi apertè deciditur, quod lanunculator de re pecuniaria cognoſcere, & iudicare non poſſit, cum cauſa ciuilis non
53 correſpondeat eius iuriſdictioni, & doctrina *Baldi* non debet intelligi abſolutè, & ſimplicitèr, ſed cum addito nimirum procedere, quando ciuilis oritur ex criminali, vt tenet idem *Bald. in l. ſed & loci §. ſi dicatur ff. famil. Erciſc. Zaſius in l. per errorem n.* 4. *&* 5. *ff. de iuriſd. Boccer. tract. de iuriſd. cap.* 7. *num.* 22. Nec *Boſſij* ratio afficit, quia conditio furtiua vti actio ciuilis non poteſt, niſi coram Iudice ciuili intentari, vt optimè conſiderat, & tenet *P. Anton. Anguiſciola. conſ.* 29. *per totum*, & reſpondet *Baldo* per quatuor concludentes rationes, ac etiam per *Farin. qu.* 1. *num.* 6. *in ver. verum ad hoc*, vbi in fine diſtinguit ſecundum *Boſſ. in tit. de decreto Mediol. num.* 31. & illam ſequutus fuit diſtinctionem.

Non obſtat *textus in dicto §. qui furem, &c.* quia licet ibi Iudex maleficiorum non condemnat, niſi in ciuili; tamen delictum, ibi adeò fuit euidens, & probatum, quod reus potuerit condemnari: ſufficit enim, vt in prædicto textu diſponitur, quod reus fuerit in periculo maioris pœnæ, vt optimè concludit *Simon de Peruſio in conſ.* 49. *num.* 2. *in verſ. ſed veritas lib.* 2. *diuerſor.* in paruis, & faciunt ea, quæ magiſtraliter tradit *Farin. conſ.* 69. *num.* 2. 3. *&* 4. *Carolus de Graſſis de Effect. clericorum effectu* 1. *num.* 1148. *Sanfelic. deciſ.* 225. *num.* 2. *in fine lib.* 2.

Dubitari ſecundò contingit an Iudex
54 poſſit ex officio præiudicium promouere, nēpè pendente adhuc cauſa ciuili poſſit inquirere de cauſa criminali, & diceñ quod ſic *arg. textus in l.* 1. *verſ. quo fit vt eo caſu ipſe Iudex ff. famil. Erciſc. Bald. in l.* 1. *C. de appellat. Renard. tract. de præiudic. cap.* 13. *verſ. in qua quidem conſtitutione lib.* 1. & hoc caſu ciuilis prius intentata, præiudicat criminali per Iudicem promotæ *Natta conſ.* 138. *num.* 12. *&* 13. *Bald. in l. cum mater num.* 32. *circa finē ff. ſolut. matrim.* & hoc caſu poteſt actor, qui cauſam ciuilem prius intentauit adhærere officio Iudicis, & criminalem fomentare, cum Regula generalis ſit, quod vbicumq;
55 Iudex ex officio procedit, prodeſt etiam parti: *l. ampliorem C. de appellat. l. properandum C. de Iudicijs*: ſcilicet quod poſſit in conſequentiam condemnare ad intereſſe partis, ad quod iudicium ciuile iam intentatū erat: *l. interdum §. qui furem ff. de furtis, Bart. in l. quod euitandi ff. de condit. ob cauſam*, & dum
56 dicitur, quod ciuilis intentata præiudicat criminali ſaltem ad tempus, vt dixi habet

locum

locum reſpectu partis, quæ intentauit actionem ciuilem, qua pendente non poteſt accuſare, & criminalem promouere. *Farinac. quaſt.* 100. *num.* 125. & 139. ſecus verò quando Iudex ex officio intentat criminalem cauſam, vt ſupra dixi.

An Bannitus ſponte infra annum comparens conſtitui debeat, & ſic cenſeatur præiudicium intuliſſe fictæ confeſſioni.

Quæſt. LX.

SVMMARIVM.

Bannitus comparens infra annum debet audiri, & conſtitui. n.1. & 3.8.

Terminus ſex menſium, ſeu anni datus bannito ad comparendum eſt extenſio quædam termini in monitorio prefixi. nu.2.

Per ſpontaneam comparitionem banniti euaneſcunt omnes effectus ſententiæ. n.4.

Annotatio bonorum de iure communi fiebat poſt vnius anni terminum. nu.5.

Terminus anni in annotatione præſcripti eſt prorogatio termini citationis factæ reo ad comparendum. num.6.

Annotatio bonorum non tollit reo infra annum comparenti quin examinari poſſit. n.7.

Examen faciendũ de Bannito infra annum comparente eſt pars eius defenſionis. num.9.

Negare delictum non eſt propriè defenſio. n.10.29.

Interrogatio, & reſponſio unum, & idem intelligere debent. nu.11.

Bannitus comparens infra annum ex integro audiri debet. num.12.

Audire bannitum ex integro nihil aliud denotat, quam ita audire ac ſi antea nihil contra eum actum fuerit. n.13.

Remedium; vt contumax ex integro audiatur multo pinguius eſt quam appellatio. nu.14.

Reo infra annum comparente reſoluta cenſetur eius contumacia. num.15.

Contumacia conſtituit delinquentem inter reos. n.16.

Contumacia operatur idem, quod litis conteſtatio. nu.17.

Sententia contra ſponte comparentem exequi non poteſt, & quare. num.18.

Si reus ſponte comparens nihil probauerit torqueri debet. n.19.

Sententia lata ex legitimis indicijs contra contumacem exequi debet. nu.20.

Bannitus comparens infra annum debet admitti ad nouas defenſiones. num.21.

Admiſſio ad nouas defenſiones conceſſa bannito infra annũ comparẽti debet admitti cum iiſdem qualitatibus quibus admittitur bannitus ex gratia. n. 22.

Bannitus ex gratia admiſſus ad nouas defenſiones non admittitur niſi cum clauſula ſine præiudicio indiciorum ex contumacia reſultantium. nu. 23.

Bannitus admiſſus ad nouas defenſiones poteſt torqueri, ex ſolo indicio contumaciæ. num.24. limita. num.25.

Contumacia conſiſtit in abſentia, & fuga inquiſiti in contemptum Iudicis illum requirentis. nu.26.

Contumacia cenſetur purgata, quando fuerit breuis. num.27.

Teſtes repeti non debẽt etiam in caſu ſpontaneæ comparitionis banniti. n.28.

Negatio nihil ponit in eſſe. nu.30.

Verbum defenſiones in bullis Pij IV. & Pij V. expreſſum importat actum excluſiuum delicti. nu.31.

Fiſcus habet intentionem fundatam in ficta confeſſione banniti. nu.32.

Bannitus comparens infra annum debet ſumere omnem probandi ſuam innocentiam. num.33.

Terminus in monitorio prefixus datur ad comparendum, vt reus euitet contumaciam. n.34.

Terminus ſex menſium ſeu anni datur ad ſe defendendum, & probandam innocentiam. nu.35.

Prorogatio ibi non eſt vbi eſt nouum pactum. nu.36.

Annotatio eſt quoddam ius in fieri, & quomodo fiebat de iure. n.37.

Annotatio eſt quid interlocutorium. nu.38.

Terminus anni iuxta conſtitutiones Pij IV. & V. connotat actum in facto eſſe nimirum reum inter reos receptum, & condemnatum. num.39.

Lata ſententia contumacialis non ſolum bona confiſcantur, ſed cuique datur licentia ius necandi bannitum. n.40.

Quæ paritas rationis ſit inter annotationis terminum, & terminum banni, & terminum conſtitutionum Pij IV. & V. num.41.

Verbum ex integro declaratur. nu.42.

Reus debet ſuam innocentiam omnino probare. n. 44.

Contumacia eſt actus omiſſionis, qui conſiſtit in negligendo. nu.45.

Admiſſio ad nouas non pedet à contumacia, ſed à benignitate Principis. num.46.

Quæ contumacia reſoluatur. n.47.

Nullum ius tribuit Reo ſententia, quæ exequi non poteſt. nu.48.

Tortura loco defenſionis reo infertur. num.49.

Iudex poteſt contra Bannitum infra annum comparitum ſententiam moderare, vel ad torturam procedere. num.50.

Sententia, quando exequi poſſit contra Bannitum ſponte comparentem. num.51.

Pro

Digitized by Google

PRo affirmatiua, nimi-
rum, quod cenſeatur
pręiudicatū confeſſio-
ni; faciunt infraſcrip-
ta: primò quia iterum
1 debet audiri in conſti-
tutis, & examinari, ac
illi delictum conteſta-
ri; idcircò confeſſio,
videtur per ſpontaneam comparitionem
eliſa, & præiudicium recepiſſe: patet quia
terminus ſex menſium datus bannito ad
comparendum vigore *bullæ Pij IV.* ac de-
2 inde *per bullam Pij V.* prorogatus ad annū ni-
hil aliud eſt, quā extenſio quædā termini ſi-
bi in monitorio præfixi ad comparendum,
quo circa, ſicut ſi ſponte comparuiſſet in
termino monitorij examinari, & conſtitui
debuiſſet, ita pariter non obſtante dicta
confeſſione examinari debet: dum infra
3 terminum anni ſibi conceſſum ſponte cō-
paruerit *Vermigl. conſ.* 254. vbi dicit, quod
per ſpontaneam comparitionem, poſt con-
demnationem infra annum euaneſcunt
4 omnes effectus ſententiæ, quorum vnus eſt
confeſſio delicti.

Confirmantur ſupradicta ex iis, quæ di-
cuntur de bonorum annotatione; nam ſi-
cut poſt terminum de iure communi fie-
bat annotatio bonorum, & annotatus ſi
infra annum comparuiſſet audiebatur in
5 ſuis examinibus, vt ſatis colligitur ex *Car-
tar. de capto bannito cap. 1. num. 6. & 127.* quia
terminus anni in annotatione preſcripti, ni-
6 hil aliud eſt, quam prorogatio termini ci-
tationis factæ reo ad comparendum; im-
mo idem operatur, quod terminus banni,
vt ibidem dicit *Cartar. & Farin. quæſt. 11. ſub
num.* 104. ita idem terminus anni a dicta
conſtitutione Pij V. aſſignatus pari ratione
cum termino monitorij iudicari debet.

Nec dicatur, quod annotatio vti ſenten-
tia interlocutoria, aliam expectabat ſenten-
tiam; quod non eſt in caſu noſtro, in quo
nulla poſt anni terminum, ſententia ferri
debet; idcircò paritas rationis termini an-
notationis, & termini ad comparendum,
non videtur ſufficiens; quia reſpondetur,
7 quod paritas rationis bene procedit in hoc;
nam ſicut annotatio bonorum poſt termi-
num lapſum ad comparendum, non tol-
lit reo comparenti infra annum, quin exa-
minari debeat; ita lapſus termini in moni-
torio aſſignati tollere non debet reo com-
parenti infra annum; quin examinari poſ-
ſit; Et licet terminus annotationis differat
à termino anni ad comparendum in quali-
tate ſtatus, nimirum, quod ille expectet
aliam ſententiam iſte vero minime; ta-
men prædicta differentia non tollit parita-
tem rationis circa examen de reo facien-
dum, & differentia termini annotationis
continet duo, vnum, quod reo compa-
rente in termino, Fiſcus tenetur delictum
probare, & dictum reum examinare, diffe-
rentia verò termini anni ad comparendum
licet reo comparente infra annum Fiſcus
non teneatur delictum probare, attamen
8 tenetur reum examinare, & illum audire;
cum hoc examen ſit pars defenſionis rei in
fra annum comparentis; & quod ſit pars
9 defenſionis patet, quia reus, vel poteſt ex-
ceptiones proponere, vel delictum negare
vt ſatis colligi poteſt ex *Scaccia de Iudicijs
cap. 97. num. 159. lib. 1. Farin. quæſt. 11. num. 100.*
& præcipue *num. 102. verſ. limita 1.* ibi *ſi ante
declarationem compareat poſt terminum banni, &
contra ipſum aliud non vrget, quam ficta confeſſio
inducta à ſtatuto ſi examinatus delictum neget, ab-
ſoluendus eſt; negatio enim defenſio quædam dici-
tur, vt ex Bald. in l. prius num. 41. C. de his qui
accuſar. non poſſ.*

Nec dicatur, quod in examine ſibi facto
ſuper recognitione ipſius perſonæ poteſt
negare delictum, & ſic ſibi de hac defenſio-
ne prouidere, quia reſpōdetur prædictā ne-
gationē nō eſſe propriè negationē, ſeu defē-
10 ſionē delicti cum interrogatio Iudicis ad-
hoc non tendat; interrogatio enim, & re-
ſponſio vnum, & idem intelligere debent,
11 alias non eſſet vera reſponſio, ſiue ſit ne-
gatiua, ſiue ſit affirmatiua *l. defenſor ff. de
interrogatoribus actio Bald. in l. ea quæ num. 13.
& 14. ff. de condit. indebiti*: idcirco requiritur
verum examen Rei ſuper delicto.

Secundò ex doctrina *Farin. in dicta qu. 11.
num. 48. verſ. apud nos*, expreſſe docemur,
quod bannitus comparens infra annum,
12 iterum audiatur, ac de directo ex integro
contra ſententiam ad eum latam admitta-
tur ſi ergo ex integro auditur, meritò non
niſi præcedente illius examine auditur;
13 quia ex integro audire contumacem ni-
hil aliud denotat, quam illum audire, ac
ſi antea contra eum nihil actum fuerit per
ea, quæ tradit *Gratian. diſcept. 734. num. 2.* &
ſubdit idem *Farin. in dicto verſ. apud nos &c.*
quod remedium, vt contumax ex integro
14 audiatur, multo pinguius eſt; quam ap-
pellatio; ergo fauorabilior reo eſt.

Tertiò quia comparente reo ſponte infra
15 annum, reſoluta cenſetur eius contuma-
cia *l. 1. C. de requ. reis l. quid ſit Fugitiuus §. 1. ff.
de ædilit. edict. Bart. in l. 1. C. de ſeru. fugit.* quæ
contumacia; quando adeſt conſtituit de-
16 linquentem inter reos; cum operetur idē,
quod litis conteſtatio; nimirum reſponſio-
nem, quam faceret reus, ſi preſens exami-

na-

17 naretur *Auth. quæ in prouincia C. vbi de crim.*
agi, oportet Bald. in l. prius num. 30. C. de his qui
accuſar. non poſſ. & in l. nec quicquam. num. 12.
ff. de off. Proconſ. cum per comparitionem
careat hac litis conteſtatione; merito ſup-
pleri debet per examen formiter facien-
dum de dicto Reo.
Quartò contra ſponte comparentem nõ
attenditur ſententia; patet, quia niſi fuerit
lata ex concludentibus probationibus; ſed
18 ſolum ex indiciis ad inquirendum exequi
minime poteſt; etiam ſi reus nihil proba-
uerit; ſed torqueri debet, vt dicit *Farin. d.*
19 *quæſt. 11. num. 77. verſ. nam pro reſponſione, &*
num. 105. verſ. limita 4. Caball. caſu 110. nu. 24.
in fine: ſi ergo torqueri debet, igitur non
niſi examine precedente ad prædictam tor-
turam deueniri debet.
Non obſtat, quod indicia ſint legitima-
ta per ſententiam contumacialem idcircò
non requiri examen rei compariti; quia
reſpondetur aut indicia ſunt ſufficientia ad
20 ferendam dictam ſententiam, & tunc ad
quid tortura ſi ſint legitimata cum Bulla
requirat; quod ſententia exequatur, quan-
do emanata fuerit ex legitimis indiciis
aut non ſunt ſufficientia, & tunc ſententia
erit nulla, & ſic denuo proferenda alia ſen-
tentia ideò neceſſarium eſt examen cũ per
cõparitionem fiat impedimentũ contuma-
ciæ; quæ; vt dixi non obſtat ſponte com-
parenti *decıſ. 86. apud Farin. lib. 1. conſil.*
His tamen non obſtantibus pro negati-
ua vti veriori faciunt infraſcripta.
Primò, quia bannitus ſponte comparens
infra annum admitti debet ad nouas defen-
21 ſiones ab ipſo et Iudice iuxta diſpoſitio-
nem *Bullæ Pij IV. & Pij V.* & hæc admiſſio
fieri non poteſt niſi cum circumſtantijs, &
qualitatibus quibus admitteretur bannitus
22 ex gratia Principis, ſed admiſſus ex gratia
principis non admittitur niſi cum clauſula
ſine præiudicio indiciorum ex contumacia
23 reſultantiũ *Farin. conſ. 22. n. 3.* ergo &c. verũ
quia poſſet dari caſus in quo talis admiſſus
ita probet in ſuis defẽſionibus, quod omnia
indicia contra ipſum exiſtentia remaneant
ſublata, tamen remanẽte indicio contuma-
24 ciæ poſſet ex ſola contumacia abſque alio
indicio torqueri, vt dicit *Farin. dicta qu. 11.*
in fine, & in conſ. 35. num. 88. niſi reus proba-
bilem, & coloratam cauſam ſuæ abſentiæ
25 exponeret idem *Farin. conſ. 22. num. 3.*
Nec dicatur, quod per ſpontaneam cõpa-
ritionem reſoluta fuerit contumacia, quia
cum contumacia conſiſtat in abſentia,
26 & fuga inquiſiti in contemptum Iudicis
illum requirentis *l. contumacia ff. de re indica-*
ta; tunc purgata cenſetur; quando abſen-
27 tia, & fuga fuerit breuis non autem, quan-
do fuerit diuturna, & Reus expectauerit
ſe declarari contumacem per ea quæ ex-
preſſe docet *Farin. dicta quæſt. 11. num. 73.*
Secundò, quia per terminum reo datum
ac per ſententiam poſtea contra ipſum la-
tam proceſſus euaſit legitimatus, ita vt te-
28 ſtes nullo modò repeti debeãt etiam in ca-
ſu ſpontaneæ comparitionis infra annum
factæ tradit *Farin. quæſt. 72. num. 100. & qu. 11.*
num. 105. Guazz. defenſ. 24. cap. 9. nu. 14. Vbi di-
cit, quod quando reus fuerit condemnatus
in contumaciam teſtes examinati contra
ipſum probant, ſed ſic eſt, quod poſt legi-
timationem proceſſus non eſt amplius lo-
cus examini, ideò nihil aliud reſtat, quam
ſuas defenſiones facere: interrogatio enim,
quæ fit de reo dum in fortiis curiæ exiſtit
ad nihil aliud tendit, quam ei conteſtare
delictum, ſed per contumaciam iam ei fuit
delictum conteſtatum, vt dixi ergo non
eſt opus, vt de illo amplius interrogetur,
ſed ei terminus ad ſuas defenſiones facien-
das perfigi debet.
Nec dicatur, quod reus admiſſus ad no-
uas defenſiones ſi interrogatur ſuper deli-
cto poſſet exceptiones ad ſui defenſionem
proponere ac delictum negare, quæ nega-
29 tio ſpecies defenſionis eſſet, vt ſupradixi,
quia dato etiam, quod interrogatus excep-
tiones proponeret nihil ei prodeſſent ſicut
etiam ſi negaſſet nihil ei prodeſſet negatio
niſi illam probaret vltra, quod verum non
30 eſt, quod negatio ſit, & dicatar defenſio,
vt dicit *Bald. in l. ſiquidam num. 1. C. de excep.*
& in l. peremptorias num. 25. C. ſententiam re-
ſcind. non poſ. immò cum negatio non ſit a-
ctio nec exceptio, vt idem *Bald. dicit in di-*
cta l. peremptorias d. num. 26. nihil ponit in
eſſe.
Tertiò, quia verba *Bullæ Pij IV. & Pij V.*
per verbum defenſiones ibi expreſſum con-
31 notant actum per, quem deuenitur ad ex-
cluſionem, & peremptionem delicti, vt
dicit idem *Bald. in dicta l. prius num. 39. C. de*
his, qui accuſ. non poſſ. quæ excluſio ſeu pe-
remptio delicti nullo modo haberi poteſt
per interrogationem à Iudice factam, &
reſponſionem à reo redditam, & ſic per
examen ipſius rei; ideo requiritur, quod de-
fenſio fiat per aliud, quam per examen, &
ſic quod fiat per probationes cõcludentes.
Quartò, quia Fiſcus habet intentionem
32 fundatam ſuper ficta confeſſione rei decla-
rata per ſententiam diffinitiuam non aliter,
quam ſi reus præſens fuerit confeſſus, vt
dicit *Scaccia de iudic. quæſt. 97. num. 131. verſ.*
ſimiliter, quod ſententias: idcircò comparens
infra annum debet ſumere in ſe onus pro-
ban-

33 ſuam innocentiam non aliter, ac ſi præ-
ſens verè confeſſus fuerit *Farin. d. quæſt.* 11.
num 102. *in verſ. limita* 1. *circa finem, & in*
verſ. limita ſecundo.
His ſic expoſitis reſtat, vt ad contraria
pro affirmatiua adducta reſpondeamus; &
primò non obſtat primum obiectum nimi-
rum quod terminus ſex menſium, vel anni
ſit quædam prorogatio termini in monito-
rio præfixi, quia tuta conſcientia hoc ne-
gari poteſt, & ratio negationis eſt, quia
34 terminus monitorij datur ad diuerſum fi-
nem nimirum ad comparendnm, vt reus
euitet contumaciam, ſed terminus ſex
menſium, ſeu anni datur ad comparendum
35 ad ſe defendendum, & probandam inno-
centiam; & eſt idem quod terminus, qui
datur reo præſenti, & confeſſo ad diceñ cõ-
tra propriam confeſſionem: *Clarus qu.* 64.
*verſ. ſi autem in fine Ambroſin. in ſua praxi pro-
ceſſ. inform. cap.* 1. *num.* 59. *lib.* 3. & ſic ter-
minus ad comparendum infra annum eſt
nouus terminus, & diuerſus ab eo, qui
præfigitur in monitorio per ea, quæ pro-
portionabiliter colligi poſſunt *ex Bald. in l. ſi
conſtante num.* 3. *verſ. ibi præcipimus C. de donat.*
36 *ante nupt.* vbi dicit, quod non eſt proroga-
tio, vbi eſt nouum pactum; prorogatio e-
nim fit de ſimilibus ad ſimilia, vt dicit *idē
Bal. in l. non valet C. ad l. Iul. de plagiarijs n.* 3. ſed
ſic eſt, quod terminus ſex mẽſiũ, ſeu ãni eſt
nouus terminus, ergò non eſt prorogatio.
Et illud quod dicitur de bonorum annota-
tione non videtur obſtare, quia licet habeat
ſymboleitatem aliquam cũ termino anni
ſupradicto, tamen valdè differt ab illo; nam
37 annotatio bonorum erat quoddam ius in
fieri, & ſic adnotari videbatur, qui abſens
inter reos referebatur; nam Magiſtratus
edicta proponebat, quibus reo denuncia-
bat fore vt, niſi intra annum compareret
eius bona publicarentur, *vt in l.* 1. 2. *&* 4. *ff.
de requiren. reis abſen.* & interim bona, facto
inuentario, obſignabantur, quæ intra annũ
reus comparens recipiebat ſin minus poſt
annum, ſi neq; reſponderet, neque habe-
ret, qui eum defenderet in Fiſcum cogebã-
38 tur: *l. vlt. ff. eod.* & ſic erat quid interlocu-
torium vt dicit *Scaccia de iudicijs cap.* 97. *n.* 5.
At terminus anni iuxta Conſtitutiones dd.
Pontificum connotat actum in facto eſſe;
39 nimirum reum inter reos receptum ac etiã
iam condemnatum, & contumacem de-
claratum, cum permiſſione tamen faciendi
ſuas defenſiones, ſi intra ãnum compareat,
& hinc eſt, quod ſtatim lata, & publicata
ſententia, non ſolùm bona confiſcantur,
40 vt dixit *Farin. d. qu.* 11. *num.* 89. 92. *&* 98.
ſed etiam vnuſquiſque habet in facultatem
illum impunè occidendi; quocirca rationis
paritas conſiderata inter terminum annota-
41 tionis, & terminum dd. conſtitutionum
optimè procedit in caſu, quo reus compa-
reret antè ſententiam, & in termino banni,
quod hodie contumacibus datur, & ſuc-
ceſſit in locum annotationis bonorum, vt
notat *Bart. in conſ.* 107. *num.* 3. in cuius ter-
mino comparens non tenebatur docere de
ſua innocentia, ſicut nec docere tenebatur
comparens in termino banni *Farin. qu.* 11.
num. 103. quod non procedit, in eo qui com-
paret in termino dictarum Cõſtitutionum,
qui tenetur docere de ſua innocentia, vt
dicit idem *Farin. d. q.* 11. *num.* 99.
Non obſtat ſecundnm obiectum, nimi-
rum doctrina *Farinaccij in d. qu.* 11. *num.* 48.
verſ. apud nos, vbi dicit quod bannitus com-
parens infra annum iterum auditur, ac de
directo ex integro contra ſententiam ad-
mittitur, quia *Farin.* per illud verbum ex
42 integro noluit intelligere quod reus com-
parens infra annum ponatur in ſtatu, ac ſi
contra eum nulla præceſſerit contumacia,
ac nulla contra eum fuerit lata ſententia, ſed
voluit intelligere, quod ex integro audiatur
in ſuis defenſionibus, ſcilicet quod ſe defen-
dat, prout ſe defenderet, ſi præſens confeſ-
ſus adfuiſſet, atque idcircò dicit, quod au-
ditur de directo ex integro contra ſenten-
tiam, quod eſt illi permittere, vt faciat ſuas
probationes ad demonſtrandam ſuam in-
nocentiam, & hoc in tantum verum eſt,
quod idem *Farin. d. qu.* 11. *num.* 10. *& ſeqq.*
dicit reum non poſſe, ſe defendendo, ſim-
43 pliciter negare delictum, ſed debet omni-
nò ſuam innocentiam probare, vel proba-
re contraria eorum, quæ in ſententia pro-
ponuntur, vt ſupra dixi *Bald. in l. ita demum
C. de procur. in fine*.
Nec facit doctrina *Gratiani*, quia illa in-
telligitur de iure communi, prout idem
videtur ſentire *Cartar. de capto bannito n.* 230.
Non autem de iure Conſtitutionum: *Scac-
cia de iudicijs par.* 1. *quæſt.* 97. *num.* 131. *in verſ.
ſi loquimur de ſententia*.
Non obſtat tertium obiectum de reſolu-
tione contumaciæ, nimirum quod per
ſpontaneam comparitionem factam infra
annum fuerit reſoluta contumacia, quia
vltra ea, quæ dixi *in* 1. *ratione pro negatiua verſ.*
44 *non dicatur*, dicimus etiam quod contuma-
cia ſit actus omiſſionis, vt dicit *Bald. in l. ſi
tutor C. de interd. matrim.* qui conſiſtit in ne-
gligendo præceptum de cõparendo, & tunc
dicitur eſſe commiſſa negligentia, & ſic
contumacia, quando eſt lapſum tempus
quo commodè reus poteſt comparere, &
ſui negligentiam remouere, ac purgare,
vt

vt dicit *Bart. in l. inficiendo §. infans num. 2. ff.*
de furtis: vnde cum reus compareat poſt ter-
minum monitorij, citationum, ac prolatam
ſententiam non poteſt non dici fuiſſe ne-
gligentem, & ſic contumacem: & licet ei
permittatur facere defenſiones comparen-
do infra annum, non idcircò remiſſa ei vi-
detur contumacia iam conſumata, & perfe-
45 cta, cum hæc admiſſio non dependeat à
contumacia, iam perfecta per non compa-
ritionem infra terminum monitorij, ſed à
mera benignitate Principis, qui eidem cō-
tumaci placitum fuit tempus condonare, &
ſic intrat regula, quod iam facta ex futuris
46 caſibus non impediuntur: *Bald. in l. ſi liber-*
tam C. de incertis nuptijs Farin. conſ. 46. *num.* 8.
& quatenus dicamus reſolui contumaciam
47 intelligitur de illa contumacia, quam reus
contraheret poſt lapſum anni, & non com-
paruiſſet, quæ nihil eſſet.

Non obſtat quartum obiectum, nempè
contra ſpontè comparentem, non attendi-
tur ſententia propter rationem, quia ſi fue-
rit lata ex indicijs exequi minimè poteſt
etiam ſi reus nihil probauerit, quia eſto,
quod ita ſit, nihilominus non poterit reus
examinari; nam licet exequi prædicta ſen-
48 tentia non poſſit, tamen nullum ius ac-
quirit reus in prædicto examine, ſed vel ex-
citatur Iudicis Iudicium circa illius mode-
rationem, vel inclinatur ad torquendum
49 reum cum tortura loco defēſionis rei, hoc
caſu ſuccedat, & loco teſtium habeatur:
Boſſ. in tit. de confeſſ. poſt num. 56. *Farin. conſil.*
60. *num.* 26. & ſic defenſio fieri poteſt, vel
per teſtes, vel per torturam.

Nec releuat, quod quando ſententia fue-
rit lata ex indicijs ſufficientibus ad inqui-
rendum, hoc eſt ad tranſmittendum libel-
lum inquiſitionis, poſſit contra eum non
probantem ſuam innocētiam, exequi, quia
nos loquimur de indicijs leuibus, non au-
tem de indicijs grauibus, & vrgentibus, vt
dicit *idem Farin. d. q.* 11. *num.* 79. *verſ. rurſus*,
vel dic, quod cum adhuc ſententia non
tranſierit in rem iudicatam, poteſt ipſe Iu-
50 dex non attendere dictam ſententiam; tam-
quam latam ex præſumptionibus, vel illam
moderare, vel ad torturam procedere, vt
idem *Farin. d. qu.* 11. *num.* 103. *& expreſſius n.*
104. *verſ. limita tertiò*, vbi dicit quod in
ſpontè comparente infra annum, ſi ſen-
tentia fuerit lata ex ſolis ad inquirendum
indicijs, nullatenus executioni demanda-
tur, etiamſi compareat in termino ſibi
51 præfixo, & teſtatur ita ſemper vidiſſe
praticatum aſſerendo ſecus fuiſſe ſeruatum,
quando ſententia fuiſſet lata ex concluden-
tibus probationibus, quia tunc indiſtinctè,
erit quoque exequenda contra ſpontè infra
annum comparentem, niſi probauerit in-
nocentiam.

Quæ conſideranda veniant, vt probationes, ſeu indicia ſint ſufficientia ad conſtituendum reum. Quæſt. LXI.

SVMMARIVM.

Iudex in examinandis teſtibus aduertere debet quo vultu, qua audacia, quo affectu deponant. num. 1.
Iudex debet eſſe ſecurus quod per teſtes ab eo examinatos nullum præiudicium reo, nec fiſco præter veritatem fuerit irrogatum. num. 2.
Fiſcus cùm examinantur teſtes pro informatione aſſiſtere debet. num. 3.
Accuſator non auditur ſine Fiſci Patrono. num. 4.
Cauſa cœpta per delatorem Iudex ex officio debet illam perficere, ſi delator moriatur, vel ſe abſentet num. 5.
Fiſcus non facit partem principaliter in cauſa, & quare. num. 6.
Teſtes debent eſſe ſufficientes numero, & idoneitate. num. 7.
Atteſtationes teſtium non debent eſſe incertæ, nec dubiæ, nec obſcuræ. num. 8.
Teſtes deponentes abſque ratione non videntur plenè deponere. num. 9.
Teſtes prius quam deponant iurare debent. num. 10.
Notarius in examinando debet eſſe ſcribens non interrogaus. num. 11.
Notarius in criminalibus non poteſt eſſe Iudex. n. 12.
Notarius in leuibus, poteſt fungi duplici officio Iudicis, & Tabellionis. num. 13.
Vbi agitur de magno præiudicio alterius, vnus debet eſſe Iudex, alter Notarius. num. 14.
Iudex habet officium nobilis Magiſtratus. num. 15.
Officium Notarij vile eſt. num. 16.
Notarius ſcribere debet ea dumtaxat quæ ſub ſui ſenſu, vel auditu cadunt. num. 17.

MVlta veniunt attendenda, nam quædam ex parte Iudicis quædam ex parte Fiſci, ſeu adhærentis quædam ex parte ipſorum teſtificatorum quædam ex parte Notarij ſcribentis.

1 Quoad Iudicem conſiderandum eſt munus, & officium eius, quod eſt in examinandis teſtibus per ſe ipſum, vt aduertat; quo vultu, qua audacia. quo affectu teſtes

H depo-

deponant *Angel. de maleſ. tit. de teſtibus cap. 7. num. 72.* & ideò cum teſtes examinari debeant parte nō citata ad ſui inſtructionem, & ſecrete ſecurus debet eſſe, quod nullum
2 præter veritatem fuerit irrogatum præiudicium reo: *Clarus qu. 2. verſ. item quæro. Cartar. de execut. ſententiæ cap. fin. num. 375.* immò nec ipſi Fiſco, quia ſæpè numero delinquentes, ſeu agentes pro illis contrahunt ſecretò pacem cum offenſo, & deinde faciunt, quod ipſi, vel alij eorum nomine ſubminiſtrent teſtes, qui eorum atteſtationibus deſtruant Fiſci intentionem, vt aduertit *Clarus qu. 23. num. 1.*

Quoad Fiſcum dicimus, quod ſemper in
3 examinādis teſtibus idem Fiſcus pro informatione curiæ aſſiſtere debet: *Ambroſ... trac. de modo forman. proceſſ. inform. lib. 1. cap. 1. nu. 5.* & hoc eſt officium, & munus Fiſci, qui licet non faciat partem principaliter in iudicio, quando adſit accuſator, tamen ex pri-
4 uilegio Fiſcus admittitur ad cauſam, nec accuſator auditur ſine Fiſci patrono textus eſt *l. omnes C. de delator. lib. 10.* patet quia *in textu in l. monente C. eod.* in ſpecie iubetur,
5 quod in cauſa per vnum cępta Iudex debet illam perficere ex officio ſi delator moriatur, vel ſe abſentet, immò, vt explicat *Bart. in d. l. monente* Iudex debet iubere alteri, vt dictam cauſam ab altero cęptam proſequa-
6 tur, ex quibus infero, quod ſi Fiſcus faceret partem principalem in cauſa non eſſet opus, quod Iudex alteri demandaret, vt illam proſequeretur; ſed ſufficeret quod Fiſcus illam promoueret, & illi aſſiſteret pro intereſſe reipub. & aduerten. quod licet *prædictus textus in l. mon. nte* videatur loqui de delatoribus bonorum vacantium, tamen ad accuſatorem etiam extendi voluit *Bald. in d. l. monente num. 2.*

Quoad teſtes expedit, quod ad probandum ſint ſufficientes; ſufficientia enim eo-
7 rum conſiſtit in numero, & idoneitate, vnus enim teſtis plenè non probat, ſed duo ſaltem requiruntur *l. vbi numerus ff. de teſtib. Cephal. conſ. 651. num. 28. lib. 5.*

Quoad illorum atteſtationes oportet, quod non ſint incertæ, dubiæ, nec obſcuræ
8 *Maſcard. de probat. concluſ. 1363. num. 6. Marſil. in rub. de probat. Farin. qu. 68. nu. 1.* & inter alia requiſita neceſſarium eſt, quod ſint affirmatę per rationis redditionem, adeo, vt
9 teſtis deponens abſque ratione non videtur plenè deponere: *ſpecul. tit. de teſtibus §. 1. verſ. idem quod interrogatus, &c.* alterum, quod ſint iuratæ *l. teſtium C. de teſtibus*; & præcipuè in criminalibus, nam regulariter à te-
10 ſtibus priuſquam deponant iurandum eſt *cap. fraternitatis de teſtibus.*

Quoad Notarium oportet, quod ſit ſcribens, & non interrogans, & non ſufficit,
11 quod teſtes deponant, niſi adſit Notarius, qui interrogata, & depoſita adnotet, & ſcriptis conſignet de verbo ad verbum, vt teſtes enarrant, & cauti eſſe debent, ne illa, ſeu verba illorum immutent, & hinc eſt,
12 quod in criminalibus Notarius non poteſt eſſe Iudex, & Tabellio: *Bart. in l. ſi ſeruus Communis num. 2. ff. de ſtipulat. ſeruor. Bellamer. deciſ. 265. Bal. in l. iubemus §. ſanè nu. 11. C. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & in l. Iudices num. 5. C. de fide inſtrument.*

Dices, quod *ex gloſ. ius geſtorum in d. l. iubemus §. ijs quoque Iudicibus*: in qua explicatur verba *Iudicibus*, vel *ius geſtorum* habentibus habetur, quod idem ſit eſſe Iudices, & Notarij; *& Bald. ibid. in d. §. ſanè nu. 10.* reaſſumendo dictam explicationem quęrit, qui erant hi Iudices, qui habebant ius geſtorū, & reſpondit, quod erant Iudices, & Nota-
13 rij, qui ſimul vtrumq; officium gerebant, ideò dari poteſt, quod Notarius poſſit interrogare, ſicuti Iudex. Reſpondetur cum ipſo Baldo diſtinguendo, aut ſumus in ijs, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, & in leuibus, & Notarius poteſt fungi duplici officio, aut ſumus in maioribus, & tunc non poteſt idem eſſe Iudex, & Tabellio, ſicut non poteſt eſſe Iudex, & teſtis *l. nec in arbitrarijs C. de arb.* hoc idem notat *Felyn. in cap. quoniam in princ. de probat.* & ratio eſt, quia vbi agitur de magno præiudicio tertij alius
14 debet eſſe Iudex alius Notarius: *Angel. ad Bart. in l. inſtar num. 16. verſ. per Notarium C. de iure Fiſci*, ratio rationis eſt, quia eſſe Iudicem eſt habere officiū nobilis Magiſtra-
15 tus, ideò ille idem non poteſt ſcribere, quod eſt quid inferioris exercitij Iudicis, & ad Notarium dumtaxat ſpectat, cuius offi-
16 cium vile eſt, vt dicit *Bald. in l. Caſſius num. 8. C. de ſenat. Bart. in l. præclaram num. 2. C. de primic. & ſecund. lib. 12.*

Dum ergo Notarius ſcribere debeat aduertat non ſcribere, niſi ea, quæ ſub dupli-
17 ci ſui ſenſu cadunt, nempè vel viſus, vel auditus hinc dicit *Bald. in l. nullū n. 3. C. de teſtibus*: quod ſi Iudex mandat Notario ſcribere, quod iſte teſtis vacillat, & Notarius dicat: Domine ego ſcribam verba ſua, ſed iſtud vacillare, ego non ſcribam; dicit *Bald.* quod Notarins tenetur ſcribere, quia Iudex ita dicit, ſed nou quod ita ſit, nec poteſt ita ſcribere, niſi audiente, & intelligente teſte vt not. *in cap. quoniam falſa de prob.* quam ergò malè faciant Iudices volentes, quod Notarius ſcribat, non quod teſtis

teſtis

Digitized by Google

teſtis dicit, ſed quod ipſe dictat alterando, ſeu minuendo depoſitiones ſecundum proprium affectum ad cauſam.

An teſtes examinati ſimpliciter ad perpetuam rei memoriam ſufficiant ad reum conſtituendum. Quæſt. LXII.

SVMMARIVM.

Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam non minoris virtutis ſunt, quam teſtes pro informatione curiæ. num. 1. Declara num. 2.
Examen ad perpetuam rei memoriam dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num. 3.
Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam coram ſolo Notario ſunt ſuſpecti. num. 4.
Iudex debet conteſtare ea, quæ audiuit à teſtibus. num. 5.
Teſtes metu excommunicationis reuelantes non afficiunt num. 6.
Teſtes, qui fidem faciunt de eorum dictis non afficiunt num. 7.
Iuramentum à Notario delatum teſtibus examinatis ad perpetuam rei memoriam non valet, & quare? num. 8.
Fides teſtis non eſt ſemper in eodem ſtatu. num. 9.
Teſtes ad perpetuam rei memoriam declarati non afficiunt, & quare? num. 10.
Receptio teſtium ad perpetuam memoriam eſt actus, ex quo non oritur ius probationis. num. 11.
Receptio teſtium ad perpetuam memoriam potius ad inſtigatoris paſſionem, quam ad veritatem habendam facta videtur. num. 12.

1 TEſtes examinati ad perpetuam rei memoriam nō minoris virtutis ſunt, quam teſtes pro informatione curiæ: vnde ſicut teſtes pro informatione curiæ ſufficiunt ad conſtituendum inquiſitum; ita & teſtes ad perpetuam memoriam ſufficient ad eumdem effectum.

Hoc autem argumentum non videtur ſtringere, quia licet non pauci DD. confundant hos terminos inter ſe, vt aſſerit *Buccaron. in eius tract. de different. inter iudicia ciuil. & crim. differentia 115. num. 19. verſ. nam*
2 *licet ſæpè, &c.* attamen vt ipſe dixit inter dictos terminos adeſt expreſſa differentia; quia teſtes examinati ad perpetuam memoriam, ſtatim poſſunt publicari: *cap. ſignificaſti, & cap. Alberic. de teſtibus*; ſed teſtes examinati pro informatione curiæ nō poſſunt ſtatim publicari: conueniunt tamen inter ſe, quod vtraque teſtium examinatio fit ante litem conteſtatam, & ſic antequam reus conſtituatur, & inter reos ponatur.

Sed vt concluſio noſtra intelligatur ſciē-
3 dum eſt, quod dupliciter poteſt conſiderari examen teſtium ad perpetuam rei memoriam; vno modo, ſcilicet quando examen fuerit factum citata parte; & hoc examen, vt dicit idem *Buccaron. vbi ſup.* fieri non permittitur, non ſolum ex parte accuſatoris, ſed nec etiam ex parte Iudicis, quāuis ex parte rei ad ſui defēſionem fieri permittatur; altero modo nempè, quando examen factum ſit non citata parte, vt v.g. accuſator antequam exponat accuſationē, dubitans ne probationes pereant, vel ex morte teſtium, vel ex eorum abſentatione procurat illos extraiudicialiter, coram ſolo Notario examinari: quam diſtinctionē affert *Pariſ. conſ. 24. lib. 3.* & hoc caſu dubibitari poteſt, ā teſtes iſti ad inſtar teſtiū examinatorum pro informatione curię poſſint cum reo conteſtari; & dicerem, quod nō,
4 & ratio eſt, quia huiuſmodi teſtium depoſitiones, vltra quod ſunt ſuſpectæ, ſunt tamen iuratę ſed non ad finem inſtruendi Iudicem; ac proindè carent omnimoda fide.

Dices, quod prædicti teſtes deponunt de crimine, de quo Iudex inquirere tenetur; idcircò poteſt, immò debet cum reo illos conteſtare: Reſpondetur, quod Iudex tene-
5 tur conteſtare illa, quæ ipſe à teſtibus audiuit: *l. vnica, & ibi Bald. num. 1. C. de litis conteſtat.* Non autem illa, quæ non audiuit: ideò iſti teſtes inter alios extraiudicialiter examinati nullam fidem merētur; quapropter niſi Iudex denuò illos audit, ad ſui iuiudicialem inſtructionem non afficerent
6 reum in nihilo: ad inſtar illorum teſtium qui metu excommunicationis reuelarunt, vt determinat *Ioannes Baptiſta Thorus in ſuis votis voto 17. fol. mihi 77. per totum*, ac ad in-
7 ſtar illorum teſtium, qui de eorum dictis faciunt ſimplicem fidem *l. ſolam. C. de teſtib.* cum huiuſmodi teſtium examina, ſeu fides facta ſit ad complacentiam partis: *Rolond. conſ. 40. num. 5. lib. 1.*

Et ſi dicas, quod huiuſmodi examen differat à dicta fide, ratione iuramenti à teſtibus coram Notario, vt moris eſt, præſtiti. Reſpondetur, quod huiuſmodi iuramentum laborat eodem vitio, quo laborat examen, nempè quod ſit extraiudiciale, & dela-
8 tum à non habente facultatē, illud deferendi, niſi quatenus ad ſuæ conſcientiæ cautelam illud deferatur: ideò vt teſtes afficiant debet iterato audiri à Iudice, & iterato iu-

rare *gloſ. in l. cum apud C. de teſtibus l. qui bona ff. de damno infecto §. ſi quis ſtipulatus*: & ratio eſt; tum quia in dicto examine, & iuramento non adfuit mens, ſeu animus pro-
9 bandi in iudicio, tùm quia fides teſtis non eſt ſemper in eodem ſtatu, nec in eadem qualitate: *Bald. in l. cum apud num.* 10. *C. de*
10 *teſtibus*. Quid autem ſi reus illos declarauerit pro rite, & rectè examinatis, an afficiant; & diceñ quod non quia huiuſmodi
11 teſtium receptio eſt actus, ex quo ſecundum eius naturam non oritur ius probationis cum non fuerint recepti à iudice in forma iuridica; idcircò declaratio nihil operatur, & ratio eſt, quia illa receptio non concurrit cum veritate hoc eſt quod teſtes vere recepti fuerint ad veritatem fa-
12 cti indagandam, cum potius recepti fuerint ad inſtigatoris, ſeu accuſatoris paſſionem explendam: *Bald. in l. non idcirco num.* 2. *C. de iuris, & facti ignor. verſ. ſecundo caſu*, & ideò declaratio illa nihil operatur.

An per conteſtationem delicti dicatur fieri ſuggeſtio. Quæſt. LXIII.

SVMMARIVM.

Suggerere tunc propriè dicitur, quando à Iudice minutatim, notificantur reo omnes qualitates delictorum. num. 1.

Suggeſtio eſt legere inquiſito depoſitiones ſocij criminis. num. 2.

Ad euitandam ſuggeſtionem non debent reo legi teſtium depoſitiones. num. 3.

Examen rei dupliciter fieri poteſt, vel per modum requirendi, vel per modum inſtruendi. num. 4.

Iudex debet prius reum in genere interrogare, & poſtea in ſpecie, & quomodo. num. 5.

Suggeſtiua interrogatio qualis ſit. num. 6.

CVM examinatio reorum fieri, & perfici non poſſit; niſi vt per eam illis conteſtentur eorum delicta per teſtes probata; non videtur fieri poſſe ſine ſuggeſtione, quia
1 ſuggerere, tunc propriè dicitur, quando à Iudice minutatim notificantur reo omnes qualitates, & circumſtantiæ delictorum, vt dicit *Farinacc. conſ.* 185. *num.* 9. quemadmodum
2 ſuggeſtio eſt legere inquiſito depoſitionem ſocij criminis, vt idem *Farin. d. conſ.* 185. *num.* 10. *in fine*, ſed ſic eſt, quod per conteſtationem minutatim notificatur reo omnes qualitates, & circũſtãtiæ delictorũ, eò quia Fiſcus medio Iudice teſtatur ſuam mentem iam fundatam ſuper probationibus *l.* 1. §. 1. *ff. quod iuſſu Rebuff. in l. deteſtatio verſ. conteſtari ff. de verb. ſignif.* atque etiam ei leguntur de verbo ad verbum nõ ſolum depoſitiones, ſeu confeſſiones ſocij criminis, ſed etiam aliorum teſtium contra ſe examinatorum, vt practica docet: ergo hæc delictorum conteſtatio nõ poteſt fieri ſine ſuggeſtione, & addens ad *Farin.*
3 *conſ.* 83. dicit, quod ad euitandam ſuggeſtionem non debet reo legi teſtium depoſitiones.

Sed ad huius concluſionis intelligentiam ſciendum eſt, quod dupliciter fieri poteſt
4 reorum examen; vno modo per modum requirendi; alio modo per modum inſtruẽdi; & tunc fit per modum requirendi quãdo Iudices (ordine ſeruato) interrogãt reum prius in genere requirẽdo eum de ali-
5 quibus generalibus circumſtantijs, & poſtea maturè deſcendendo ad ſpecialia, vt magis illum arctent ad veritatem fatẽdam; & hoc Iudici permiſſum eſt poſtquam habuit indicia ſufficientia ad interrogandum reum; nam licitum eſt Iudici tunc patefacere reo omnia indicia, quæ habet ad illum conuincendum, ac cogendum ad veritatẽ dicendam *Boſſ. de examine reorum nu.* 12. *Farin. qu.* 83. *num.* 97. *in* 1. *lim. Scaccia de Iudicijs cap.* 86. *num.* 38. *Burſatt. conſ.* 201. *num.* 81. vbi dicit quod Iudex poſt interrogatoria generalia poteſt interrogare reum in ſpecie & ei delictum cum omnibus circumſtãtijs manifeſtare, ac omnia indicia ei propalare *Spada conſ.* 76. *num.* 3. & 4.

Tunc verò fit per modum inſtruendi, quando non ſeruatur prædictus ordo, ſed ſtatim ad ſpecialia indiciorum temerè deuenitur, & in principio examinis ex capite Iudicis interrogatur reus immediatè de delicto, vt ex illo inſtruatur, quo fit vt hic modus ſit ad ſuggerendum, non autem ad requirendum, & eſt omninò prohibitus à lege, vt eſt *text. in l.* 1. §. *in cauſa verſ. qui quæſtionem ff. de quæſtion.* inquit enim ibi textus. *quod qui quæſtionem habiturus eſt non debet ſpecialiter interrogari, quia hoc magis ſuggerentis, quam requirentis videatur*; ideòque per illum textum communiter traditur ſuggeſtiuam
6 cenſeri interrogationem, in qua reus interrogatur de certis circumſtantijs, & ſpecialibus qualitatibus commiſſi delicti, prius, quam à reo habeatur mediante interrogatione generali notitia aliqua de delicto cõmiſſo; *Bart. in d. l.* 1. §. *qui quæſtionem n.* 2. *ff. de quæſt.*

An ſit

An ſit differentia inter has frhaſes reum conſtituere, & reo conteſtari.

Quæſt. LXIV.

SVMMARIVM.

Reum conſtituere eſt illum examinare ſeu illum quaſi conuenire. n.1.
Conſtituere iudicium eſt facere ſuper re aliqua inſtantiam, & proceſſum. nu.2.
Conteſtari dicitur ad aliquid teſtibus adhibitis declarandum, ſeu profitendum. num.3.
Conteſtari, & conſtitui differunt ſicut litis conteſtatio differt ab actione. n.4.
Actio intentatur ad perſecutionem pœnæ. nu.5.
Litis conteſtatio eſt medium ad perſecutionem pœnæ. num.6.
An Fiſcus recipiat præiudicium in conteſtatione ſi reus neget. nu.7.
In conteſtatione non interrogatur reus, vt de veritate ſimpliciter reſpondeat. nu.8.
Per conteſtationem Fiſcus non agit in Reum per modum actionis, ſed reproponit ea ſuper quibus reum conſtituit. num.9.
Reus negando, quando præiudicet Fiſco. nu.10. & ſeq.
An contumax in non reſpondendo habeatur pro confeſſo. num.12.
Videtur fateri, qui non vult poſitionibus reſpondere. n.13. declara. nu.14.

1 ET dicimus magna videtur differentia intercedere, quia prima frhaſis adhibetur ad experiendum reum hoc eſt examinandum, quaſi conueniendum, & vt ita dicam, ad condicendam reum; veluti in reum actionem experiendam: vnde in perſonam rei actio quædam condictio dicitur *l.25.ff. de oblig. & actio l.1. C. de donat. quæ ſub modo &c.* & hinc eſt, quod ad conſtitutum venire iuris experiendi cauſa, dicebatur; nam ſicut conſtituere iudicium
2 eſt facere ſuper re aliqua inſtantiam, & proceſſum, vt dicit *Budeus in annotat. in pandectis fol. mihi 130.* ita conſtituere reum eſt controuerſiam, quam cum eo Fiſcus habet per Iudicem ſuper delicto aliquo mouere *arg.l. cum neceſſitas in fin.ff. de lib. cauſa & l. ſi cum exceptione §. labeo ff. de eo, quod metus cauſa* ſecunda vero frhaſis adhibetur ad aliquid teſtibus adhibitis declarandum, ſeu
3 profitendum *l.1.ff. quod iuſſu*; & hinc conteſtari dicitur, quando iudicium cum reo incipitur; hoc eſt cum Iudex per narrationē negotij cauſam cum eo audire incipit *l.1. C. de litis conteſt.*

Dices ergo minus eſt conteſtari, quam conſtituere: quia conteſtatio fit per modū condictionis, ſeu actionis in perſonam: Reſpondetur, quod quidquid ſit de hac minoritate, ſeu maioritate iſtorum actuum;
4 certum tamen eſt, quod differunt conteſtari, & conſtitui; ſicut differt litis conte-
5 ſtatio ab actione; quia actio intentatur ad perſecutionem pœnæ *l. ſi pro furto §. furti actio & §. condictio ff. de condictio furtiua*; &
6 litis conteſtatio eſt medium ad perſecutionem prædictæ pœnæ cum declaret delinquentem fuiſſe poſitum inter reos, contra quem poſtea ex parte Fiſci inſtatur pro pæna *Clarus quæſt.14.num.13. Bald. in l. prius nu. 23. C. de his, qui accuſar. non poſſ.*

Et ſi quæris an ſi Reus in conteſtatione
7 negaret illa quibus in conſtitutis fuerit aggrauatus Fiſcus reciperet præiudicium, & ratio dubitationis eſt, quia in conteſtatione non interrogatur Reus, vt de veritate
8 ſimpliciter reſpondeat, ſed dumtaxat ei ſuccincte, & ſubſtantialiter narratur, quid in proceſſu in ſui præiudicium fuerit cumulatum: & dicimus, quod Fiſcus nullum præiudicium recipit in iis, quæ in conſtitutis ad ſui fauorem acquiſiuit; & ratio eſſe poteſt, quia per conteſtationem Fiſcus nō
9 agit in reum per modum actionis; ſed ea, quæ per conſtitutum reo factum contra eum acquiſiuit reproponit: vnde licet ipſe reus poſtea neget non recipit proinde Fiſcus præiudicium cum iam omnia, quæ
10 reo præiudicarunt acceptauit, ſed reus dictam ſuam negationē probare debet, at vero, quando denuo conſtituitur, tunc ſi neget non ſine præiudicio Fiſci negat, quia tunc in Fiſcum refundit onus probandi cōtra eum ſuam intentionem.

Et ſi dices, quod ſupradicta procedunt quando ſuper nouis conſtituitur, ſecus
11 quando ſuper iiſdem iterum examinatur: quia tunc ſi negat Fiſco non præiudicat cū iam illa acceptauit: Reſpondetur, quod quādo Fiſcus ſuper iiſdē receptis interrogat & reus diuerſimode reſpondet a primis conſtitutis non poteſt ſine præiudicio Fiſci euenire, quia Fiſcus denuo interrogando ſuper iiſdem videtur recedere à primis, & veluti ſuper nouis interrogando reum ſibi præiudicat, & reus poteſt in ſecundis conſtitutis illa negare, & ſic Fiſco præiudicare.

Ex ſupradictis habes aliam quæſtionem
12 an omnis contumax in non reſpondendo habeatur pro confeſſo: & dicimus, quod quædam interrogationes fiunt ad litis preparationem, quædam ad litis conteſtatio-

 nem,

nem, quædam ad veritatis indagationem;
vnde concludimus, quod in primis, quæ
fiunt ad preparationem litis contumax ha-
betur pro confeſſo. *l. de etate §. qui tacuit ff.*
de interrog. actio: niſi forte probet contrariũ
l. ſi filius la prima ff. eodem in ſecundis vero,
quæ fiunt ad litis conteſtationem contu-
max, qui non vult litem conteſtari, non
habetur pro confeſſo *Iacob. de Aren. in l.1.§.*
ex hoc reſcripto ff. de ventre inſpiciendo: in alijs
vero, quæ fiunt poſt litis conteſtationem,
& ad veritatis indagandam, contumax ha-
betur pro confeſſo, vt in *cap.2. de confeſſ. in 6.*
13 vnde ille, qui non vult reſpondere poſi-
tionibus videtur eas confiteri; quod intelli-
lige tribus concurrentibus primò, quod
14 poſitiones ſint ſibi lectæ, & datæ intelligi,
ſecundò, quod ſit iuſſus, & monitus re-
ſpondere per Iudicem in præſentia non per
nuncium in abſentia, tertiò quod contu-
maciam ſuam non poſſit excuſare; nam ſi
poteſt infringere contumaciam, nunquam
habetur pro confeſſo; poteſt autem infrin-
gere contumaciam, quando eſt talis poſi-
tio, cui non debuit reſponderi, vel non de-
buit tunc reſponderi; ſed dato termino ad
deliberandum, & Iudex noluit dare dictum
terminum *gloſ. in d. cap.2. Bald. in l.2. §. quod*
ſi actor. num.2. C. de iure iuran. propter calum.

An Reo conteſtari poſſit vnum delictum de pluribus contra èum cumulatis.

Quæſtio LXV.

SVMMARIVM.

Quando plura delicta ſunt connexa ad vnum finem vnum ſine alio conteſtari non poteſt. n.1.

Plura delicta diuerſi generis ſi ſupponantur vni actioni in genere tunc vna erit actio ad vnam punitionem. nu.2.

Cumulatio plurium delictorum non facit plures inſtantias, ſed vna. num.3.

Qui non probauit vnum de pluribus delictis in iudicio cumulatis ſoluet pœnam ſtatuti diſponentis de non probante delictum. nu.4. quod idem procedit in teſte. nu.5.

Teſtis dictum eſt vnicum ſub vna diſpoſitione, & ſub vno iuramento ſignificatum. num.6.

Pro omnibus delictis vna dumtaxat poteſt inferri tortura. n.7.

REſpondi poteſt diſtinguẽ-
do aut plura delicta ſup-
ponuntur vni actioni in
ſpecie puta furti cum fal-
ſitate; tunc quia vnum
eſt propter aliud, & con-
nexa ad vnum finem ſi-
cut vna actionè experiũ-
1 tur *arg. textus in l.1. & l. ſingulis ff. de exceptio: rei*
iud. ita non poterit conteſtari vnum ſine a-
lio; nam quemadmodum ſi ſtatutum pu-
niat portantem arma, & Titius percuſſit
Seium cum armis non punietur de dela-
tione armorum, ſed percuſione, eo quia,
non conſiderantur arma per ſe nec percuſ-
ſio per ſe, ſed vtrumque ſimul. *l. illud §.*
fin. ad l. Aquil. Bald. in l. aduerſus num. 7. C. de
furtis ſic nec ſola delatio armorum nec ſo-
la percuſio cum reo conteſtari poterit, ſed
vtraque ſimul, aut plura delicta ſupponun-
tur vni actioni in genere, vt plura homici-
dia, plura furta, plures falſitates, tunc quan-
do vna eſt concluſio ſi genus inſpicimus
2 tunc vna erit actio *arg. l. hæredes §. de pluribus*
ff. famil. Erciſcund. l. ſi fratres §. ſi plures ff.
pro ſocio l. non eſt nouum ff. de actio: empt. per
conſequens vna erit cum reo conteſtatio
nec diuidi poſſet; ſi autem ſpeciem conſide-
ramus tunc plura ſunt, ſed ſimul cumulan-
tur ad vnam punitionem, & ita cumulari
debent ad vnam cum reo conteſtationem,
& licet aliquando viderim Fiſcum velle di-
uidere delicta cumulata; tamen Fiſcus non
obtinuit, ob inſtantiam inquiſiti petentis ſi-
bi conteſtari omnia delicta ne diuerſis in-
ſtantiis fatigaretur, & ne continentia cauſę
diuideretur *l. ſi fratres d. §. ſi plures ff. pro ſocio*
arg. l. nulli ff. de iudicijs, & hinc eſt, quod
quando in eodem libello accuſationis fit
3 cumulatio plurium delictorum non dici-
tur fieri plures inſtantiæ, ſed vna vnitate
ſpecifica, & effectus iſtius inſtantiæ eſt,
quod ſi ſtatutum dicat, quod ſi quis accu-
ſauerit, & accuſationem non probauerit
4 ſoluat decem; tunc ſi de centum delictis
vnum non probauerit incidit in pœnam
ſtatuti *Bald. in l. edita actio num.97. C. de eden-*
do.

Et quod dicimus de reo illud idem affir-
5 mamus de teſte, quoniam ſi ſuper multis
depoſuerit ſuper omnibus debet in legiti-
mando eius dicto interrogari, tum quia
6 eius dictum eſt vnicum ſub vna depoſitio-
ne ſignificatum; tum quia eſt vno indiui-
duali iuramento explicatum; atque idem
erit attendendum ſi ſint plures depoſitio-
nes ſub pluribus iuramentis conſcriptas,
quia tunc etiam debent ſuper illis interro-
gari, quia licet ſint plures depoſitiones ni-
hi-

hilominus vna eſt inſtantia, & vnicum debet eſſe iudicium vnica erit tortura atque vnica erit ſententia, & pro ſupradictis facit
7 Farin. quæſt. 38. n. 113. in addit. vbi dicit, quod pro omnibus delictis vna dumtaxat poteſt inferri tortura.

An mandans conſtitui, ac contra eum procedi poſſit; non conſtito de mandatario. Quæſt. LXVI.

SVMMARIVM.

Obtutus hominis ſi ſoli ſunt, non ſunt ſufficiens cauſa homicidij. num. 1. Secus ſi ſint Birruariorum, & quare. num. 3.

Cauſa delictorum duplex eſt, vna impulſiua, altera ratiocinatiua. num. 2.

Metus imminentis carcerationis eſt cauſa delinquendi; & cadit in conſtantem virum. num. 3.

Cauſa leuis admittitur in inquirendo animo delinquentis certi, ſecus in inquirendo delinquente. num. 4.

Rixa præſumitur affectata ad tegendum mandatum, ſi adſint præſumptiones ſpeciales pro mandato. n. 5. Secus ſi eam excludunt circumſtantiæ facti. nu. 44 & 45.

Mandatum excluditur dato certo delinquente non irrationabiliter. num. 6.

Mandatum an præſumatur ex ignoto occiſore, & quomodo intelligendus Farinacc. in conſ. 196. vol. 3. num. 6. 11. 21. 22. 23. 25. & 40.

Mandatum præſumitur quando in delinquente non conſtat de cauſa delicti. num. 8. & declara vt num. 25. & 27.

Mandans non inquiritur non conſtito de mandatario. num. 9. 10. & 15. ac 41. ſecundum Natt. conſ. 422. Si delinquens eſt ignotus. num. 11. Qui Natta refellitur. num. 12. Et declaratur per quinque caſus à num. 15. per plures ſequen. eoq; fortiùs non conſtito de tractatu. num. 40.

Incertitudo principalis delinquentis infert in acceſſorio impotentiam procedendi. num. 10.

Adultera inquiritur de adulterio, etiam ignoto adultero, & quare. num. 13.

Homicidium poteſt eſſe, & non eſſe cum qualitate mandati, ſi occiſor eſt ignotus num. 14.

Mandans inquiritur conſtito de certo delinquente licèt eius nomen ſit ignotum. num. 16. Si tamen conſtet de tractatu inter eos. num. 17. Etiamſi per præſumptiones dum arguant mandatum. num. 18.

Mandatum probatur etiam per præſumptiones, dummodò ad illud ſint ordinatæ. num. 18. Et per ſecretam alloquutionem tribus vulgatis requiſitis copulatiuè concurrentibus. num. 16. Sed de eo nunquam conſtat abſque tractatu, ſeu alia relatione inter mandantem, & mandatarium. num. 50. Nec perficitur abſque vtraque perſonæ mandantis, & mandatarij. num. 51. & 52.

Homicidium non præſumitur de mandato etiamſi de iſto conſtet, non conſtito tamen de certo delinquente. num. 19. Sed poteſt moleſtari mandans pro ſolo tamen mandato, vbi proceditur effectu non ſequuto. num. 21.

Ex certi, & non incerti hominis facto inquiritur. num. 20.

Mandatarius præſumitur, qui occidit abſque propria cauſa. num. 22. Sed vt ipſe interrogetur etiam in rigoroſo examine de mandante. num. 25. Secus, vt inquiratur aliquis vti mandans abſque indicijs importantibus tractatum, ſeu relationem cum occiſore. num. 23. 46. 47. 48. & 49.

Homicidium de mandato non eſt de criminibus exceptis. num. 24.

Confeſſus, vel conuictus de homicidio abſque cauſa poteſt torqueri deſuper mandato, ſed in genere. num. 26. & 28.

Qualitatem quis quærens probare, tenetur prius probare ſubſtantiam. num. 30.

Sententia in contumaciam lata contra mandatarium afficit mandantem, vt poſſit inquiri num. 31. Secus autem, vt contra eum præſentem poſſit procedi ad vlteriora, niſi præcedant indicia tractatus inter ipſos. num. 32.

Delinquere quis præſumitur ex cauſa propria non alterius. num. 34.

Cauſæ defectus in occiſore eſt exprimendus in inquiſitione contra mandatarium, vt afficiat mandantem. num. 35. nec de per ſe ſolus deſtitutus alijs inditijs inferentibus tractatum valet ad moleſtandum prætenſum mandantem. num. 47. 48. & 49.

Contumacia non inducit confeſſionem nõ expreſſorum in inquiſitione. num. 36.

Non notio delinquentis nequit inducere defectum cauſæ in eo. num. 37.

Ignotus non dicitur, qui ob non factas diligentias non apparet ignotus maiori parti populi. num. 38.

Iudex tenetur facere omnes diligentias, ne veritas facti remaneat in ambiguo. num. 39.

Indicia, quæ ſufficiunt ad inquirendum de mandato, non ſufficiunt ad moleſtandum aliquem vti mandantem. num. 43.

Inculpatio mandatarij habita per torturam non afficit mandantem, niſi ſit adminiculata, & deficiat cauſa propria delinquendi. num. 48.

Præſumptio tractatus in occiſore non afficit eos, cum quibus non eſt relatio dicti tractatus. num. 53.

Iniuria licita non facit præſumere mandatum. nu. 54.

Inimicitia probata ex minis confunditur cum inditio minarum. num. 55. nec indicat mandatum, ſi non eſt correſpectiua delicto. num. 56. Et niſi ſit adminiculatata inditijs tendentibus ad tractatum. num. 57. & 63. Et præcipuè inditio æquipollente alloquutionem. num. 59. & 61. Quæ inditia debent eſſe clariora pro probanda inſlammatione. num. 62.

Minæ ſupplent alloquutionem, num. 64. *Secus non concurrentibus requiſitis alloquutionis*. num. 65. *vel alijs indicijs tractatus*, num. 66. *& quare*. num. 67. *Et non conſtito aliundè, quàm per ipſas de inimicitia mandantis*. num. 68. *De qua ſemper debet conſtare, vt faciant indicium*. num. 69. *& quod exequi ſolitus ſit inquiſitus*, num. 70. *Maximè ſi prætendatur mandans*, num. 71. *Et quod de propinquo ſint exequutæ*. num. 72. *& non prolatæ lingua lubrico*. num. 73. *Immò correſpondentes delicto*. num. 74. *nec æquiuocæ, & generales*. num. 75.

Birruarij pluribus ſunt inſenſi, etiam facilè offenduntur. num. 76.

HAEC quæſtio multipliciter cōſiderari poteſt, prout conſiderauit Eminentiſs. Dominus meus Cardinalis Gualterius, nunc Firmanæ Eccleſiæ digniſſimus Archiepiſcopus in quoddam ſuo cōſilio ſcripto cùm pauperum Aduocationē ſumma cum Curię laude, plauſuq; gerebat: vndè ad huius quæſtionis enucleationem ſatis erit illud tranſcribere, ex quo tanquā ex vngue leonem cognoſcere licèt, quali, quantaq; ingenij perſpicacia, iudicijq; ſolertia, cauſarum viſcera, ac differētias ſcrutabatur, & diſtinguebat, in pauperibus adiuuandis non minori charitate, & ſinceritate, quàm ſcientia inſtructus, indefeſſus, & coram Iudicibus intrepidus ſimul, ac humanus, vndè eorum amorem æquè, ac æſtimationem rapiebat. Et ego ei humillimas gratias refero, quia vbiq; domi, foriq; me ſemper in honore habuit.

Spoletana Homicidij.

HOmicidium in perſonam Natalis Birruarij commiſſum in Caupona à quodam, quem non cognouerunt Caupo, alterq; Birruarius teſtes de viſu, nullo pacto cenſendum eſt fuiſſe commiſſum de mandato AEgidii, licèt cum Fiſcus prætendat ad animum reuocaſſe captutam ab occiſo exequutam in eiuſdem AEgidij perſona, necnon ideò tam in actu carcerationis, quam poſt ſuam excarcerationem ſe iactaſſe, velle vindictam facere contra Natalem.

Apparet enim ex depoſitione Cauponis occiſorem proprij animi impetu, non alterius contemplatione deliquiſſe: ita namque refert: *Poco doppo, che Natale con Franceſco ſuo compagno entrorno nella mia Hoſteria, e ſi poſero à mangiare vi entrò ancora vn Foraſtiero di ſtatura alta, barba roſſa, e veſtito alla Contadina, armato di ſchioppo, e ſtorta, e mi chieſe da bere, & io commandai alla mia Padrona, che fuſſe à pigliarlo. In tanto Natale, e l'altro Sbirro lo cominciorno à guardare, e quel Foraſtiero gli diſſe; Che hauete Sbirri becchi? al che Natale alzatoſi da ſedere, il detto foraſtiero gli tirò vn'archibugiata, e ſi miſe ſubito à fuggire, che non potei vedere doue, perche tutti ci metteſſimo intorno à Natale, &c. Il detto Foraſtiero io non hò più veduto, che mi ricordi, ſe bene alla pronuntia, & al veſtire mi parue, che poteſſe eſſe-*
1 *re di queſti paeſi, &c.* Licet enim ſoli obtutus hominis, nequeant conſiderari pro ſufficienti cauſa homicidij, nihilominùs, quia cum *iuxta allegata per Farinac. quæſt.* 52. *num.* 145. *ac Dominum Collegam meum Vermigliol. conſ.* 46. *num.* 7. *verſ. etenim in cauſarum*,
2 duplex ſit cauſa delictorum, vna ſcilicet impulſiua; qua, propter animi perturbationem, abſque cura, & conſilio impellitur delinquens impetu quodam potius, quam cogitatione. Altera verò ratiocinatiua, qua quis ad delinquendum ſuadetur delicti meditatione; hinc in propoſito noſtro be-
3 ne infertur, quod obtutus Birruariorum ſatis ſuperq; ſufficientes in ipſo animi impetu reputari debeant pro cauſa impulſiua ad delinquendum, tāquam inducentes metum carcerationis, quem cadere in conſtantem virum non eſt dubitandum ad generaliter tradita *per Farinac. quæſt.* 35. *n.* 26.
4 & tamen ad effectum inquirendi animum certi delinquentis, quæcunque leuior cauſa admittitur, vt iudicetur eius propoſitum in delinquēdo, quicquid in contrariū ſit, quando ex cauſa indagatur delinquens, vt magiſtraliter diſtinguit *Farin. quæſt.* 12. *n.* 152. *& ſequitur D. Vermigliol. conſ.* 34. *n.* 8.

Nec obſtat, quod cum fuga potuiſſet forenſis ille facilè ſe in tutum ponere, ſicque liberari ſuſpicione carcerationis, præſumendum ſit data opera dixiſſe verba illa: *Che hauete Sbirri becchi?* vt rixam affectaret, ne detegeretur mādatum, verior cauſa (vt malè prætēditur) exploſionis archibuſiatæ *ſecundum Boſſ. tit. de homicid. n.* 56. Tùm quia, *vt ſubdit idem Boſſ. ibidem ſub num.* 58. obiectum affectatæ rixæ non pro-
5 cedit quando circumſtantię facti denotant potuiſſe impulſum delinquendi oriri ex dictis, ſeu factis tunc, nulla habita ratione; an offenſor prouocauerit, vel ne, prout hic adfuiſſe colligitur, animaduertendo obtutus Birruariorum potuiſſe mouere forenſem illum ad proferenda verba iniurioſa in Birruarios iniuriari ſolitos a quocumque, quibus prolatis, nil mirum ſi illicò ad exploſionem archibuſiatæ deuene-

rit

rit in alterum ipſorũ ſurgentem à ſcamno, vbi ſedebat; cũ certo certius tunc vel offenſionem, vel carcerationẽ timere debuiſſet.

Tùm quia præfatum obiectum affectatæ rixæ, ad effectum tegendi mandatum, ſeu præcedentem tractatum, non procedit, niſi concurrente colloquio, ſeu alio indicio præſeferente præcedentem tractatum cum inimicis offenſi, vt in ſpecie declarat *Guazzin. defenſ. 4. cap. 14. n. 21. verſ. quæ concluſio.*

Vndè ex prædictis data cauſa vera, & non affectata in occiſore, non eſt præſu-
6 mendũ contra alium: nec ex mandato, aut inſtigatione alterius homicidium commiſſum fuiſſe, ſed tantum ex proprio conſilio. *Eugen. conſ. 27. n. 32.* vbi ſufficere quod non conſtet occiſorem deliquiſſe omninò irrationabiliter. *Honded. conſ. 87. num. 76. & 77. & conſ. 96. num. 65. vol. 2. Peregrin. conſ. 103. num. 22. vol. 2. cæteriq; allegati per Mar. Antonin. reſol. 27. num. 9. verſ. Tertiò quia, ac latè Cyriac. contr. 106. num. 22. & contr. 150. n. 5.*

Non obſtat vnicum Fiſci fundamentum, quòd ſcilicet Occiſor ſit perſona incognita, adeòq; ex hoc præſumendum ſit mandatum *ad tradita per Farinac.* in oretenus ex aduerſo allegato *conſ. 196. num. 1. vol. 3.* Non
7 enim hic, nec alibi firmat *Farinac.* quod ex defectu notitiæ delinquẽtis oritur præſumptio mandati, ſed tantùm ex defectu cauſæ in occidente, quem ibi enunciat ignotum. Vndè indubitatum eſt, quod vis concluſionis non ſtat in defectu notitiæ, quemadmodum apertis verbis loquuntur DD. per eũ citati. Imò clarioribus *ipſemet in quæſt. 37. ad quam ibi ſe refert ſub num. 154. verſ. ſed ego credo,* vbi declarat rationem
8 concluſionis eſſe illam ſolam, quia non conſtat in delinquente de cauſa delicti; Ideòq; repetit *quæſt. 43. num. 49. circa medium verſ. ideò ſubintrant, & num. 65. in fine verſ. quando non apparet.*

Aliàs ſequeretur maximum in iure abſurdum, quod ſcilicet poſſet procedi con-
9 tra mandantem non conſtito de mandatario, id prohibente vulgatiſſima regula, quam *argum. text. in l. ſi is, qui rem 68. §. ſi Titium* tradit *ibid. Bart. num. 2. ff. de furt. & ſequuntur allegati per Boſſ. tit. de delicto num. 35. ac num. 38. cir. fin. verſ. Sed aduerte, ac tit. de mandato ad homicidium num. 2. verſ. hinc ſi procedatur, & num. 37. Carrer. in praxi §. circa*
10 *num. 89.* vbi quod incertitudo principalis delinquentis infert in acceſſorio impotentiam procedendi *Foller. in praxi par. 2. verb. capiat informationem num. 70. ibique Baldaſſar de Angel. in addit. ſub num. 100. ac ad titulum Rei indurati torqueantur num. 11. verſ. aduertendo. Muſcatel. de cognit. delictorum in genere ſub rubr. de homicidio mediante mandato num. 6. & 7. Honded. conſ. 107. num. 11. & 12. vol. 1. cæteriq; plena manu congeſti per Farinac. q. 3. à n. 1. per plures ſeqq. Hector. Felic. alleg. 114. nu. 13. & allegat. 167. num. 1. & ſeq. par. 2. Giurb. conſ. 91. num. 17. verſ. Proindè aduerſus mandantem,* ac latius *ſub num. 18. & conſ. 97. à nu. 7. per plures ſeqq. ac D. Vermigliol. conſ. 27. num. 16. & conſ. 45. ac 61. vtrobique num. 1.*

11 Nec obſtat concluſionem nõ procedere, quando mãdatarius eſt ignotus iuxtà limitationem, cuius eſt auctor *Natta conſ. 422. num. 7. & per totum* loquens tamen ad effectum ſubſtinendi inquiſitionem cõtra mandantem, non autem ad vlteriora procedendi, niſi alijs concurrentibus pro probatione mandati, *vt ſe declarat ſub. nu. 12. verſ. quia reſpondetur,* & eum ſequuntur *Clar. quæſt. 89. num. 3. verſ. In hoc autem propoſito, & Farinac. d. quæſt. 3. num. 10. ac Iulius Cartar. deciſ. crim. la 31. num. 38.* Quia præterquam quod de
12 eius viribus dubitauerit *Burſat. conſ. 20. num. 7. verſ. quia reſpondetur vol. 1.* ac nuper *Anton. de Ball. var. tract. lib. 2. qu. 9. num. 28.* Et quidem meritò cum *Natta* nitatur *gloſſ. in cap. per ſcripta §. libellorum verb. Caio Seio cauſ. 2. quæſt. 8.* loquente in terminis inquirendi adulteram committentem Adulteriũ
13 cum ignoto, qui quam ſint diſtantes à terminis noſtris, non eſt, qui non videat; cum adulterium ſemper ſit adulterium,
14 ſiue notus, ſiue ignotus ſit adulter: homicidium verò poteſt eſſe, & non poteſt eſſe cum qualitate mandati, ſi occiſor eſt ignotus: ſaltim eſt intelligenda, vt dicitur, cum grano ſalis, ne limitatio deſtruat regulam. Et ne ſumatur æquiuocum in articulo adeò releuanti, videtur diuidendus in plures caſus.

Et primus eſt, quando verſamur in homicidio commiſſo à perſona incerta, & cuius notitia deficit, tàm reſpectu nominis, quàm reſpectu perſonæ, & iſte caſus tamquam indubitabilis de regula, nullo
15 modo poteſt cadere ſub limitatione prædicta præſupponente occiſorem nedum certum, ſed etiam mandatarium, vel verè, vel ſaltem præſumptiuè, vt videre eſt apud DD. eã tenentes, & faciunt ea, quę diſcutiẽtur infrà præcipuè in inſpect. quarti caſus, & ideò in iſto caſu non moror.

Secundus caſus eſt, quando per probationes claras conſtat mandatum occidendi fuiſſe datum alicui certæ perſonæ, cuius ignoratur nomen, & paritèr per probationes claras conſtat, eundem, qui receperit mandatum, homicidium cõmiſiſſe, vt eſt caſus *deciſ. 31. Carthari* & tunc benè videtur procedere limitatio ſupracicata

16 tata, quia defectus notionis nominis, non poteſt factum variare, quod clarè conſtat fuiſſe ſequutum à certa perſona in executionem mandati ſibi dati paritèr à certa perſona, & in iſtis terminis benè applicatur *gloſ. in d. cap. per ſcripta §. libellorum verb. Caio Seio cauſ. 2. quæſt. 8. qua nititur Natta*, quia tunc homicidium eſt certum cum qualitate mandati licèt dati perſonæ ignotę, ſed certæ, prout eſt certum adulterium licèt commiſſum cum perſona ignota, ſed certa, quemadmodum in iſtis terminis, in
17 quibus de maleficio mandati conſtat, limitationem ſolum procedere, clarè explicat *Muſcatell. de cognit. ſeu probat. delict. in genere rub. de homic. mediante mandato n. 17. verſ. quoad primum mandatum, ac num. 22. verſ. debebit itaq;* quodq; admittit *Giurb. d. conſ. 97. n. 9. circa fin.*

Tertius Caſus eſt, ſuper quo conſuluit *Natta author limitationis in dicto conſ. 422.* nempè quando non conſtat certè de mandato, ſed præſumptiuè per indicia tamen inferētia tractatum cum eo, quem clarè conſtat homicidium commiſiſſe, & tunc, quia per ea, quæ tradit *Farinac. d. quæſt. 3. nu. 5. verſ. Ego autem, & ſeqq.* ferè idem eſt, quod
18 conſtet de mādatario per præſumptiones, quam per probationes, ad effectum tamen ſubſtinendi inquiſitionem, & certa eſt perſona occiſoris, licèt ignota, & concurrunt præſumptiones mandati eidem dati, vtiq; ſi iſtæ per indicia ſpecialia tractatus arguāt mandatum datum eidem perſonæ, quam licet ignoti nominis fuiſſe occiſorem non dubitatur, videtur limitatio poſſe procedi, hoc quoq; caſu non longè diſtante à præcedenti, vt facto, ſuper quo conſuluit *Natta* benè perpenſo, atque examinato illum optimè declarat *Giurb. conſ. 97. num. 18.* ad quod etiam conducunt, quæ de præcedēti Tractatu diſcutiuntur *per Eugen. conſ. 76. num. 39.* vbi quod ſufficit, quod ſaltē conſtet de corpore delicti tractatus per pręſumptiones, *& nu. 40.* vbi quod tamen præſumptiones debeant tendere ad tractatū *vol. 1.*
19 Quartus autem caſus eſt, quando vel certè, vel præſumptiuè conſtat de mandato dato certæ, atque nominatæ perſonæ, ſed non conſtat quis fuerit occiſor, & tunc quia non ob ſolam non notionem, ſed ob incertitudinem quoq; delinquentis poteſt valdè dubitari an mandatum, quod fuit datum, fuerit etiam exequutum, necne, & an delinquens ex proprio conſilio, vel alterius contemplatione deliquerit. *Ruin. conſil. 6. num. 9. in fine verſ. & ſimiliter, ac num. 11. volm. 5.* ex quo non appareat homicidium fuiſſe commiſſum ab eo,
20 qui mandatum acceptauerat, & ex certi non incerti hominis facto argumentum ſumi debet *per tex. in l. licet 6. §. in factum verſ. vt certi hominis ff. Nautæ Caupon. ſtabul.* omnis ratio poſtulat, ne procedatur cōtra mandātem nō conſtito de delinquēte, vt *Natt. d. conſ. 422.* declarantes communiter tradunt *Burſat. d. conſ. 20. num. 8. & 9. vol. 1. Surd. conſ. 40. num. 10. verſ. & quamuis Natta, ac num. 11. & 12. verſ. præterea vol. 1. Mar. Anton. reſol. 47. num. 5. verſ. & ſic ceſſat opinio Nattæ lib. 3. Giurb. dicto conſ. 97. num. 19. & D. Vermigliol. d. conſ. 27. num. 21.* cum qua ſententia tranſire videtur etiam *Farinac. conſ. 102. num. 31. poſt med. verſ. quare concluſiones vol. 1. vbi cum Ruin. d. conſ. 6. n. 11. vol. 5. ac Surd. d. conſ. 40. num. 10.* firmat non poſſe moleſtari mandantem niſi conſtito, quod mādatum exequtum fuerit per eum, qui illud receperit, ex quo delictum potuerit ab alio committi, quam à mandatario, niſi tamen hoc caſu, relicta inquiſitione ſuper homicido, inquireretur dumtaxat ſuper mandato; vbi; & quando de iſto ſolo poteſt inquiri effectu nō ſequuto,
21 quia hoc caſu conſtito de mandato, poteſt procedi contra mandantem pro mandato non conſtito de delinquente iuxta diſtinctionem, de qua *Boſſ. tit. de delicto num. 47. verſ. ex his infero, ac num. 48. Menoc. de arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 352. num. 15. Decian. in tract. crim. par. 2. Giurb. d. conſ. 97. num. 9. Anton. de Ball. var. tract. lib. 2. quæſt. 9. nu. 21. ac D. Vermigliol. d. conſ. 27. num. 19.*

Quintus denique caſus eſt præcedenti ferè contrarius, & de quo videtur loqui *Farinac. d. conſ. 196. vol. 3.* nempè vbi oc-
22 ciſor licèt ignoti nominis eſt certus, ſed nullum aliud concurrit indicium contra ipſum ſpecialiter influens in præcedentem tractatum cum eo, qui prætenditur mandans, ſicq; in mandatum, niſi quod non appareat vllam habiſſe cauſam propriam occidendi. At quia requiritur conſtare pleno, vel præſumpto modo de mandato dato delinquenti ignoto, ad hoc, vt poſſit procedi contra mandantem mandatario nō nominato, difficultas huius caſus quinti tota reſidet an ad eūdem effectum dicatur conſtare de mandato per ſolā pręſumptionem, quæ oritur ex deficientia cauſæ propriæ in delinquente: Sed vt apparebit ex in-
23 fra dicendis nullo pacto poteſt dici, quod oriatur præſumptio actiua mandati ad effectum afficiendi aliquem particularem vti mandantem, ſed benè paſſiua ad effectum afficiendi delinquentem, vti mandatarium in genere, quæ quam ſint diuerſa inter ſe, nemo eſt qui non iudicet.

Doctores enim, quos allegat *Farinac. in d. conſ.*

d. conſ. 196. *num.* 1. *vol.* 3. ſunt ijdem, quos
pleniori calculo congeſſit *in q.* 37. *num.* 154,
& 155. *ad quam ipſe ibi ſe refert*. verum iſti,
aut loquuntur in criminibus exceptis, quæ
24 enumerat, & à quibus nominatim exclu-
dit homicidium de mandato *Peguer. deciſ.* 5.
num. 9. aut loquuntur ad effectum dumta-
xat interrogandi, & torquēdi delinquentē,
vt doceat de mandante, ex quo non con-
25 ſtet de cauſa propria eius delicti, vt patet
legenti tradita per *Farinac. in dicta quæſt.* 37.
num. 154. & 155.

Iſtamque concluſionem intelligunt om-
nes procedere duobus concurrentibus. Pri-
mò nempè quod interrogandus de mādan-
te ſit iam confeſſus, vel conuictus de delicto
principali, de cuius qualitate vtpotè māda-
26 to inquiritur *Peguer d. deciſ.* 5. *num.* 29. *verſ.*
ſcias tamen. ac Farinac. q. 40. *num.* 28. *ac in ſpe-*
cie conſ. 99. *num.* 36. Secundò quòd nequeat
delinquens interrogari de mandato niſi in
genere ad euitandam ſuggeſtionem; non
autem in ſpecie reſpectu alicuius alterius
perſonæ, niſi contra eandem vrgeant in-
dicia particularia deſuper qualitate, ſuper
qua Reus eſt interrogandus. *Blanch. tit. de*
indicijs num. 382. *verſ. ſecundo requiritur. Boſſ.*
de indicijs num. 148. *verſ. niſi conſtet Peguer. in*
puncto mandati d. deciſ. 5. *num.* 9. *ac nu.* 20. *verſ.*
tamen ne Iudex Farinac. dicta quæſt. 40. *num.* 26.
ac d. conſ. 99. *num.* 36. *verſ. ſecundo, vt præce-*
dant, ac D. Vermigliol. conſ. 288. *num.* 5.

Ex quibus tres eliciuntur reſponſiones,
quæ tollunt omnem amaritudinem *d. conſ.*
196. *Farinaccij*, qui tamen nec ibi, nec vl-
libi dicit, quod defectus cauſę in delinquē-
te faciat conſtare eum eſſe mandatarium,
27 adeò vt poſſit procedi contra alium pro
mandato, quod eſt, de quo quæritur, nec
aliquis Doctor, quem vidi, eſt auſus dicere
hoc, quod meo iudicio eſſet maximum ab-
ſurdum, quia defectus cauſæ, qui ex ſupe-
rius dictis vix ſufficit ad interrogandum
delinquentem de mandante in genere, cū
iam pro certo ſupponeret mandatarium il-
lius particularis perſonæ, quæ vti mandans
inquirenda eſſet, & de qua tamen particu-
lariter interrogari nequit, non aliundè cō-
ſtito de mandato inter delinquentem, &
prætenſum mandantem.

28 Prima eſt, quod concluſio non ſit appli-
cabilis, quando delinquens abſque cauſa
non eſt in carceribus, vt ſupponendus
ſit examini rigoroſo ſuper mandato, vt
benè explicat *D. Vermigliol. conſ.* 34. *num.* 1.
verſ. hæc autem concluſio.

Secunda verò, quod ſicut ex iſto defectu
cauſæ non infertur magis vnus, quam
alius mandans, ità neque magis contra
vnum, quam contra alium poteſt oriri
29 præſumptio mandati, quando de iſto aliter
non appareat inter prætenſum mandantē,
& certum delinquentem abſque cauſa pro-
prià, vt in puncto *D. Vermigliol. conſ.* 120.
num. 4. *declarat Farin. in d. conſ.* 196. *vol.* 3.

Tertia denique eſt, quod cum concluſio
ſupponat delinquentem, vel confeſſum,
nulla reddita ratione cauſæ propriæ, vel
conuictum deliquiſſe abſque cauſa, vtique
eſt dicendum, quod delinquente non con-
feſſo, vel non conuicto cum tali circum-
ſtantia defectus propriæ cauſæ, nullo pacto
erit locus præſumptioni præfatæ tamquam
carenti ſubiecto eā ſupponente, nam gene-
30 tale eſt, quod qui vult probare qualitatem
prius debet probare ſubſtantiam, in qua
illa qualitas fundatur ad generaliter tradita
in ſpecie delictorum per *Boſſ. tit. de delict.*
num. 26. *verſ. nam qui*.

Nec obſtat, quod in caſu ſuper quo ſcri-
bo ſententia in contumaciam lata cōtra N.
ſignis deſcriptum, qui occidit Birruarium
in Caupona faciat eum cenſeri confeſſum
deſuper omnibus contentis in inquiſitione,
quia ſuppoſita etiam conſuetudine admit-
31 tente, vt poſſit procedi contra mandantem
conſtito de mādatario per huius cōdemna-
tionem latam in contumaciam ſecundum
praxim; de qua teſtatur *Farinac. d. quæſt.* 3.
num. 5. *verſ. ego autem, & ſeq.* tamen obiectū
non obſtat ex duplici fundamento, vno in
iure, & altero in facto. In iure nimirum,
quod praxis prædicta locum non habeat,
quando prætenſus mandans eſt præſens, &
carceratus, quia cum tunc non agatur de
ſubſtinendà inquiſitione, in quibus termi-
nis ſe declarat *Farinac. d. qu.* 3. *ant. num.* 6.
verſ. ſed non dico ſed de vlterius procedendo
contra mandantem præſentem, vel de eum
condemnando, quo caſu, vt ibidem firmat
32 *idem Farinac.* requiruntur alia particularia
indicia contra mandantem, meritò con-
cludendum eſt, quod contra carceratum
non ſufficit, quod conſtet de mandatario
per ſententiam in contumaciam latam, vel
alitèr minus plenè, prout optimè animad-
uertit *D. Vermigl. d. conſ.* 45. *ac conſ.* 61. *vtro-*
bique num. 2. & *ſeq.*

In facto verò, quod ſcilicet non ſolum,
nec vllum verbum in inquiſitione de indi-
cijs inferentibus tractatum inter occiſorem
in contumaciam per ſigna condemnatum,
ac Aegydium, prout huiuſmodi tracta-
tus expreſſionem, tanquam corporis delicti
33 mandati expreſſionem, requiri in monito-
rio magiſtraliter docet *Vermigl. d. conſ.* 79.
num. 8. ſed nec etiam vllum verbum appo-
ſitū eſt, quod ille occiſor deliquerit abſq;
cauſa

Digitized by Google

cauſa propria, & tamen cum quis ſemper
præſumatur delinquere motu proprio, &
non contemplatione alterius. *Cephal. con-*
34 *ſil.652. num. 33. cum alijs congeſtis per Anton.de*
Ball. var. tract. lib.1. quæſt.20. num. 7. & hoc
ſit fundamentum intentionis Fiſci ad indu-
cendam præſumptionem mandati contra
contumacem, vtique erat in inquiſitione
35 ponẽdus talis defectus cauſæ, vt in puncto
tradit *D. Vermigl. d. conſ. 79. num. 7.* & illo
non appoſito, neque de illo conſtare di-
36 citur per fictam confeſſionem reſultantem
ex contumacia, non porrigente vires ſuas
ad nõ comminata, vt vulgare eſt in praxi.

Neque repetatur, quod defectus cauſæ
inferatur ex quo in inquiſitione enuncian-
tur rixa affectata, & delinquens ignotus,
nam vtrumque obiectum fuit ſuperius ſa-
tis, ſuperq; ſublatum, & nihilominus quo-
ad ſecundum additur, quod non notio de-
linquentis nequit deducere defectum cauſę
37 propriæ, cùm verè non notus delinquens
illã habere poſſit, ſed ideò nõ ſit nota, quia
non notus illam habens, & in omni caſu
ſi à non notione inferretur defectus cauſę,
& ab ipſo defectu prę ſumptio mãdati, vtiq;
eſſet multiplicare prę ſũptiones contra vul-
gatas regulas iuris, de quibus *Surd. conſ.135.*
n.78. Farin. conſ.114. num. 40. & conſil. 127.
num.7. vol.2. ac D. Vermigl. dicto conſ.34. n.12.

Eſſetq; etiam animaduertendum in hac
noſtri facti ſpecie, quod ad iſtum effectum
præſumendi deficientiam cauſæ, quidquid
ſit dicendum ad effectum excuſandi Iu-
dicem, ſi ſibi ignotum non nominet
in inquiſitione, nequeat dici ignotus,
qui notus non fuit Cauponi, & Birruario
ſocio Natalis occiſi; nam ſi contrariorum
eadem eſt diſciplina vulgat. *l.1. ff. de his, qui*
ſunt ſui, vel alien. iur. l. in fundo ff. de rei vind.
Ignotus non erit, niſi qui ignotus ſit ma-
38 iori parti populi, prout talem eſſe
notum docemur per generaliter tradita à
Maſcar. de probat. concluſ. 1105. num. 16. At
nulla apparente in proceſſu diligentia
facta pro cognoſcendo delinquente, ſeu
inquirendo per regiones cõuicinas, in quo
verificari potuiſſent ſigna per Cauponẽ, &
Socium Birruarium relata habere occiſorẽ,
& an aliquis ſimilis poſt delictum aufuge-
rit numquam poterit dici plenè cõſtare de
non notione delinquentis, cũ Iudex nõ cu-
rauerit inueſtigationẽ illius, ſicq; nec onus
ſuum expleuerit, quo tenetur omnes, quas
39 poteſt diligẽtias facere, vt indagetur delin-
quẽs, ac veritas facti, ne ipſe remaneat in ã-
biguo, vel aliquis innocẽs moleſtetur ex al-
legatis *per Farinac. q.11. n.10. q.39. n.98. qu.99.*
num. 232. vbi latè, *ac conſ. 172. n. 12. vol.2.*

Verùm dato etiam, & numquam con-
ceſſo, quod potuiſſet deueniri contra
Aegidium tamquam mandantem ad car-
cerationem, ac interrogationem deſuper
dicto prætenſo mandato occidendi Na-
talem Birruarium, ex quo eius certus
occiſor fuerit ignotus Iudici inquirenti
iuxta limitationem Nattæ, quam tamen ex
ſuperius dictis ſatis, ſuperq; probauimus
nullo pacto habere locum, quando deficiãt
alia indicia tendentia ad tractatum inter
certum occiſorem licèt ignotum, & aſſer-
40 tum mandantem, ne quis præſumatur
mandans non conſtito de corpore delicti
mandati, quod conſiſtit in tractatu inter
mandantem, & mandatarium; etiamſi quæ-
ratur de mandato per præſumptiones, &
indicia, quia iſta ſemper requiruntur, quod
ſpecialitèr faciant præſumere tractatum
inter inquiſitos ad plenè congeſta per *Do-*
minum Vermigl. conſ. 31. num. 5. & conſ. 79. n. 8.
verſ. quando; Adeout neque etiam contra
contumacem mandantem poſſet procedi,
niſi aderunt indicia de mãdato *iuxta praxim*
41 *quam teſtatur Farinacc. d. quæſt. 3. num. 5. ſub*
§. ego autem verſ. pariterq; ſi adſunt prout etiam
ego nunquam aliter vidi ſeruatum. Adhuc
tamen non poſſet ſaltem procedi ad vlte-
riora circa ipſum, ſicq; eſſet excarcerandus
poſt tot menſes iniuſtiſſimæ carcerationis,
quia etiam ſi nequeat controuerti, quod
42 aliquo modo debeat cõſtare ignotum oc-
ciſorem eſſe mandatarium ad hoc, vt poſ-
ſit inquiri contra mandantem illo non no-
minato, vt ex *Giurb. & Muſcatello* firmatum
fuit in diſcuſſis *ſuper 1. & 2. caſu*; tamen in
omni caſu eſt animaduertendum, quod lõ-
gè inter ſe diſtant, quod dicatur conſtare
de mandatario, vt poſſint aſſumi indicia
contra aliquem inimicum occiſi, vti mã-
43 dantem, & quod iſte inimicus valeat mo-
leſtari vti mandans abſque indicijs contra
ipſum vti mandantem laborantibus, vt in
puncto diſtinguit *Farinac. d. quæſt. 3. num.5.*
ſub §. non obſtat verſ. nam non dico.

Talia autem non ſunt ea, quæ cumula-
ta fuerunt contra Aegidium. Non qui-
dem primum affectatæ rixæ delinquentis.
44 Tum quia ex circumſtantijs facti, & defi-
cientia tractatus prę cedentis præſumenda
eſt vera, & non affectata rixa, prout latè diſ-
cuſſũ fuit in principio informationis. Tum
quia hoc indiciũ nõ valet niſi ad iudicãdũ,
45 quod occiſor deliquerit alia de cauſa, quã
affectata, numquam verò, quod cauſa deli-
cti fuerit mandatum habitum a tali.

Non ſecundum deficientiæ cauſæ in de-
linquente; Tum quia & cauſa verè inter-
uenit, prout dictum, Tum quia eſt indi-

cium

Digitized by Google

cium contra delinquentem ad effectum cũ
46 interrogandi de mandatario in genere,non autem in ſpecie, ſicque non poteſt facere indicium contra aliquem particularem.

Tum quia iſta deficientia cauſæ in caſu noſtro præſumitur à non notione, quæ
47 longè debilior videtur, quam illa, quæ reſultat ex cognitione occiſoris, & ideò parit indicium preſumptum à præſumpto, prout oſtenſum eſt ex deductis, quæ ſi vrgeant ad demonſtrandam ſolam deficientiã cauſæ in delinquente etiã cognito non ſufficere, quod dicatur conſtare de mandatario, vt poſſit inquiri contra aliquem vti mandantem, multò fortius vrgebũt ne ex non notione valeat oriri indicium, vt procedatur contra aſſertum mandantem, quia quod ſufficit in illis terminis, non ſufficit in iſtis, vt animaduertit idem *Natta d. conſil.* 422. *num.* 12.*verſ.quia reſpondetur,& melius Farinac. d. quæſt.* 3. *nu.*5.*in fin. verſic.non obſtat.*

Quibus addo, vt deficientia cauſæ in principali delinquente nequeat per ſe ipsã facere indicium cõtra prætenſum mandatẽ
48 maximè meo iudicio arguitur ex eo,quod ſi inculpatio mandatarij legitimis præcedẽtibus indicijs habita per torturam nullum faciat indicium contra mandantem nominatum, niſi duo copulatiuè concurrant, nimirum quod in inculpãte defecerit cauſa, vt legitimè de iure potuiſſet interrogari de mandante, ſaltem in genere, & quod aliundè dicta inculpatio ſit adminiculata, vt pluribus congeſtis firmat *Farinacc. q.* 44. *num.* 13. *&* 22. vbi quod nec etiam ſufficeret ad formandam, & tranſmittendam inquiſitionem,palam eſt, multò magis fore dicendum,quod deficientia cauſę in delinquente deſtituta adminiculis ad mandatum tendentibus,& abſq; eius confeſſione
49 in tortura habita nullo modo valeat inſeruire pro indicio contra mandantem maximè carceratum.

Et in omnem caſum eſt animaduertendum,quod iſta indicia tam ſcilicet affectatę rixæ, quàm deficientiæ cauſæ laborant dũtaxat contra delinquentem cum faciendo
50 præſumere mandatarium, ſed abſque vlla relatione ad Aegidium, nec per ſe ipſa, vt patet ad ſenſum, nec coadiuuantibus infrascriptis indicijs, cum non indicent relationem inter Aegidium, & delinquentem,& tamen cũ certi iuris eſt,quod ſaltim requiratur relatio inter mãdantem,& mandata-
51 rium,ad hoc,vt de corpore delicti mandati conſtet;Cũ nequeant ſtare inter ſe correlatiua altero ex ipſis nõ habẽte relationẽ ad alterum, ad plenè tradita *per Decian. tract. crim. lib.* 9. *cap.* 33. *num.* 1. Vnde ad mandati delictum perficiendũ requiritur vtraque perſona mandantis, & mandatarii, & al-
52 tera ex ipſis deficiente deficit mandatum. *Eugen. d. conſ.* 76. *num.* 135. *Guazzin. defenſ.*4. *cap.*13.*nu.*2. *Giurb.d.conſ.* 97.*num.*7. Et ſic pa-
53 tet, quod præſumptio indicans tractatum in occiſore dũtaxat nequeat trahi ad alios, cum quibus nulla relatio tractatus appareat, vt conſiderat *Eugen. d. conſ.* 76. *nu.* 44. *verſ. ſecus verò lib.* 1.

Tertium verò indicium aſſertæ inimicitiæ, ex quo Aegidius captus fuerit, & ductus in Carceribus à dicto Natale ex pluribus non obſtat. Primò quia licèt carceratio probata ſit, cum tamen fuiſſet iuſta, & Natalis ad id tenebatur ex officio nequit referri ad cauſam ſufficientem mandati ad occidendum, quia iniuria licita non facit
54 præſumere mandatum. *Farinac. quæſt.* 50. *num.*19. *& quæſt.* 134. *num.* 54.

Secundò, quia non conſtat, niſi ex minis,
55 quod Aegidius cauſam præfatam reuocauerit ad animum, & ideò hoc indicium confunditur cum ſequenti minarum, nec eſt ſeparandũ vnum ab alio,cum multoties obſeruauerim, quod quando inimicitia vltra cauſam, & minas cumulatur pro nouo Indicio ſeparato ab ipſis ſemper eſt probata per alios actus demonſtrantes odium, & inimicitiam, qui ceſſant hoc caſu, in quo Aegidius poſt minas, de quibus in ſequenti indicio nullum actum aliud geſſerit indicantem malum animum ſuum contra Natalem.

Tertiò, quia cauſa huius inimicitiæ non
56 eſt correſpectiua adeò atroci delicto; vndè meritò non includatur ex ea pręſũptio mãdati: *Farinac. quæſt.* 134. *n.*50. *conſ.*55. *nu.* 24. *& conſ.*102. *num.* 42. *&* 43. *ibiq; Centolin. ſub lit. H. Giurb. d. conſ.* 91. *num.* 21. *verſ. Immò, vt ex inimicitia D. Vermigl. conſ.* 61. *num.* 10. *ac conſ.* 83. *num.* 4. *ac* 10.

Quartò, quia inimicitia, quæ generaliter licèt capitalis, niſi adminiculata non ſufficit, neque etiam ad tranſmittendam inquiſitionem: *Farinac. quæſt.* 49. *num.*106. ad iſtum effectum præſumendi tractatum, ſeu mandatum,niſi adminiculetur præſum-
57 ptionibus, & coniecturis tendentibus ad tractatum, nullo modo facit indicium tractatus, ſeu mandati, vt magiſtraliter docet *Eugen. d. conſ.*76. *n.* 41. 42. 44. *&* 80. cumq; alijs cumulatis latè ſequitur *Cyriac. dict.controu.* 106. *num.* 33.

Comprobaturq; animaduertendo, quod non admittitur concluſio, mandatum præ-
58 ſumi per alloquutionem factam ad aures alicuius, qui in continenti occidit, ſibi nõ inimicum, niſi copulatiuè concurrentibus

ti de-

tribus requiſitis, nempè primo, quod colloquēs cum occiſore eſſet inimicus occiſi. Secundò quod loquutio facta fuerit ad aures. Tertiò quod homicidium fuerit ſequutum in continenti, ita vt vno ex iſtis deficiente deficiat tota præſumptio mandati: *Farinac. quæſt. 34. num. 57. conſ. 55. n. 23. in fine, & conſ. 102. num. 44. in fine verſ. ceſſantibus itaque vol. 1. cum alijs congeſtis per Anton. de Ball. var. tract. quæſt. 20. num. 12. lib. 1.*
Vnde inferendum eſt, quod inimicitia ne-
59 queat inſeruire pro indicio mandati, niſi concurrente alloquutione, vel ſaltem alio ſimili indicio eam æquipollente, ſicq; tendente ad tractatum, vt voluit *idem Farinac. dicta quæſt. 134. num. 62.* Idque videtur procedere indiſtinctè, ſiue occiſor habuerit cauſam propriam, ſiue non, vt indiſtinctè conſtito de certo interfectore admittit *Farinacc. quæſt. 49. num. 19.* & quidem optima ratione, cum concluſio de tribus requiſitis proximè allegata procedat cum ſupoſito carentiæ propriæ cauſæ in occiſore, ne ſumatur æquiuocum in terminis mandati, cum per exiſtentiam cauſæ propriæ in occiſore mandatum reſoluatur in inflamma-
60 tionem *Farinacc. quæſt. 123. num. 157. q. 134. num. 72. Cyriac. contr. 399. num. 11. ac Giurb. conſil. 70. num. 31. 32. & 33.* vbi latè. Et ità indiſtinctè vidi ſemper obſeruatum, nempè nec inimicitiam, nec etiam minas ſumi pro indiciis mandati circumſcripta ſe-
61 creta alloquutione, niſi concurrentibus adminiculis importantibus, aut tractatum, aut ſaltem aliquam relationem cum aſſerto mandatario, cum hac tamen differentia inter vnum, & alterum caſum, nimirum, quod ſi adeſt cauſa propria in occiſore, tūc ad effectum probandi tractatum præcedentem, vti tractatum ſimplicem, non quidem vti tractatum inter mandantem, & mandatarium in ordine ad mandatum, quod non cadit in occiſore habente cauſam
62 propriam delinquendi, ſed in ordine ad inflammationem, ſeu conſpirationem inimicorum, certè non admittuntur, niſi indicia particularia concludētia tractatum, ſeu participationem, & quidem vrgentia, certa, & luce meridiana clariora iuxta allegata *per Cyriac. d. contr. 106. à num. 33. per*
63 *plures ſeqq.* Quod ſi non adeſt cauſa in occiſore, tunc licet admittantur, etiā in ordine ad mādatū indicia generalia, vt ſunt inimicitia, minæ, ac ſimilia, requiruntur tamen, vt ſint adminiculata alijs coniecturis, ſeu præſumptionibus, quæ indicent præcedentem tractatum, ſeu ſaltem aliam relationem inter mandantem, & mandatariū, & ſic teſtor vidiſſe ſemper ſeruari in omnibus Tribunalibus Vrbis.

Nec etiam quartum indicium, minarum ſcilicet, videtur obſtare, nam etiam ſi non
64 me lateat per minas ſuppleri requiſitum alloquutionē ſecundum *Farinac. quæſt. 134. num. 62. in fine;* tamen, quia certi iuris etiam eſt; quod omnia requiſita in ea re, ad quā ſit adæquatio requirantur etiam in re adæquata. *Alex. conſil. 58. num. 7. verſ. probatur vol. 7. cum cæteris per Cyriac. contr. 203. nu. 25.* vtique eſt dicendum, quod minæ iſtæ
65 benè tunc æquiparentur alloquutioni, ſi concurrant in ipſis requiſita, quæ poſtulat alloquutio; vtpotè quod homicidium fuerit ſequutum incontinenti, & quod præceſſerit inimicitia, ſed cum adminiculis præſeferentibus tractatum, vt ſuperius demonſtratum fuit, ſeu relationem inter prætenſum mandantem, & interfectorem, quam pernoceſſe ſupponit alloquutio dum ſupponitur facta cum interfectore. Aliàs ſi quælibet minę abſque adminiculis tractatus inter prætenſum man-
66 dantem, & mandatarium æquiparentur requiſito alloquutionis, vtique inter iſta æquiparata intercederet maxima diuerſitatis ratio, cum alloquutio pernoceſſe indicet relationem, quæ ipſa mediante interceſſit inter prætenſum mandantem, & certum interfectorem; Minæ verò cum proferantur in inimicum, vel præſentem, vel abſentem, indicant quidem malum animū proferentis, ſed non iam iſtum malum animum exercendi per talem ſeu aliam
67 perſonam. Vnde interueniente diuerſitatis ratione, non militat amplius argumentum de vno æquiparato ad aliud; latè *Euerard. in loco à ſimili nu. 11. & 12.* vbi docet, quod optimus modus tollendi hoc argumentum à ſimili eſt per dationem inſtantiæ, prout eſt in caſu noſtro, quod quis minatus fuerit, & nō tamen in minando habuerit animum illas exequendi, vel per aliquem, vel ſaltem per ipſum, qui interfecit, & eum ſequitur *Menocch. conſ. 202. num. 132. vol. 3.*

Sicq; dictum indicium minarum primo non obſtat in hac noſtra facti ſpecie. Tum
68 quia non aliter, quam per ipſas conſtat de inimicitia, quæ tamquam requiſitum ad præſumendum mandatum vltra alloquutionem palam eſt, quod de eius releuantia deberet conſtare ſeparatè ab alio requiſito minarum ſupplente alloquutionem, aliàs minæ ex præmiſſis nequirent adæquari alloquutioni. Tum quia generale eſt minas
69 non eſſe attendendas nō conſtito de præcedēti Inimicitia capitali *Hect. fel. alleg. 168. n. 6*

Secundò quia minæ non faciunt indiciū con-

Digitized by Google

70 contra non ſolitum minas exequi. *Eugen. conſ. 77. num. 77. D. Vermigl. conſ. 15. nu. 48. & conſ. 83. num. 8. & conſ. 331. num. 11.* & licèt apud nonnullos iſta conſuetudo exe-
71 quendi minas ſuppleatur per alia adminicula, hic tamen nec concurrunt, & quatenus concurrerent non releuarent, niſi præſeferrent mandatum, aliàs quando quæritur de mandante, requiritur probata conſuetudo exequendi minas, iuxta doctrinam *Blanch. de indicijs num. 183.* quam in iſtis terminis ſupponit *Farinac. quæſt. 50. num. 4.* & faciunt tradita *per Cyriac. dicta controu. 106. num. 79.* vbi quod minæ non grauant quando conſtat de alio interfectore.

Tertiò quia iſtæ minæ non fuerunt exequutæ de proximo cum inter ipſas, & homicidium intercesſerint pulres menſes,
72 prout ex præmiſſis eſt neceſſe, quando agitur de mandato, vt ſuppleant alloquutionem. Imò & generaliter tradunt congeſti *per Farinacc. d. quæſt. 50. num. 15.*

Quarto, quia licet repetitæ nempè de tempore capturæ, dicendo *Sbirro forſante me la pagherai*, & deindè immediatè poſt excarcerationem, dicēdo inter plures *ci parleremo*, tamen ex quo prolatæ, vel in actu prætenſæ offenſæ, vel durante adhuc iracundia, ſeu
73 dolore carcerationis, non videntur animo deliberato illatæ, ſed per iracundiam, ſeu iactantiam, aut linguæ lubricum; ideòq; non releuant. *Farinacc. dicta quæſt. 50. n. 27. & 28. & Cyriac. dicta contr. 106. num. 74. Dominus Vermigl. conſ. 15. num. 50.*

74 Quinto, quia non adeſt cauſa correſpōdens delicto, vt exequēdę fuiſſent dictę minæ *Farinacc. quæſt. 50. num. 31. D. Vermigl. d. conſ. 15. num. 49. & conſ. 331. num. 12.*

Sexto, quia verba ſuperius relata ſunt nimis generalia, immò æquiuoca, & ge-
75 nerale eſt, quod minæ æquiuocæ non faciunt indicium. *Cyriac. d. contr. 106. n. 76. & D. Vermigl. conſil. 331. num. 13.* & in puncto verborum dictorum cuidam Barōcello Aſculano ab eo, qui paſſus fuerit capturam nempè: *Horsù Bariſello noi ſemo huomini, che pratticamo intorno ogni dì, ci potemo far piacere aſſieme*, tradit *Syluius de Arcerijs inter conſ. crimin. 1671. à num. 12. per plures ſeqq. volum. 2.* quem *ſequitur referendo eadam verba Eugen. dicto conſilio 76. num. 53. vol. 1.*

Et pro Coronidè videtur potiſſimè animaduertendum, quod occiſus non eſt vir aliquis bonæ famæ, & conditionis, qui
76 vixerit in pace, ſibi, ſuiſque rebus conſulens, & qui nullam aliam poterat habere inimicitiam, ſed Birruarius pluribus infenſus, ita vt veriſimiliter plures alios etiam incognitos, & occultos veriſimiliter haberet inimicos, vt ad rem noſtrā in terminis publici exploratoris conſiderat *Farinac. conſil. 102. num. 49. verſ. 2. ex qualitate volum. 1. & Hector Felic. allegat. 168. num. 4. cira finem verſ. & cum eſſet explorator*. Immò, & in terminis Birruarij vlterius à commmniter accidentibus eſt ponderanda facilitas, qua capiendi Birruarijs reſiſtant, in eoſque in actu capturæ irruant ad euitandam carcerationem, quam omnes timent, ſed magis omnibus perſonæ viles, ac ruſtici. Adeò vt data altera præſumptione ex prædictis, vel ſcilicet pluralitatis inimicorum, vel caſus improuiſi ad euitādam carcerationem, prout eſt noſter, vtique ſuperius dicta longè facilius ſint admittenda.

An Bannitus aggratiatus poſſit ſuper complicibus conſtitui, & interrogari. Quæſt. LXVII.

SVMMARIVM.

Bannitus aggratiatus cogi poteſt ad deponendum contra alios ſocios num. 1. Declara num. 2.
Declaratur deciſio Franch. 459. *num. 3.*
Teſtis examinandus vbi detegeret turpitudinem ſuam non poteſt compelli ad ſe examinandum. num. 4.
Bannitus aggratiatus nomen Banniti in eo eſt abolitum, & æquiparatur cæteris Ciuibus integri ſtatus. num. 5.
Reſtitutio in integrum tollit omnes reliquias banni. num. 6.
Reſtitutio Banniti operatur idem, quod fictio poſtliminij. num. 7.
Princeps per indulgentiam conceſſam Bannito videtur quaſi in filium illum adoptare. num. 8.
Gratia Principis non eſt gratia ſimplex, ſed quoddam pactum, cum ipſo Principe initum. num. 9.
In delictis pactum tollit omnem actionem. num. 10.
Expeditio gratiæ fieri debet ſine vlla reſeruatione. num. 11.
Scriptura facta de gratia ad teſtimonium gratiæ conficitur. num. 12.
In manu Magiſtratus eſt omnem pœnam remittere. num. 13.
Aggratiatus non poteſt in teſtem induci pro habendis complicibus. num. 14. Et quare. num. 15.
Tortura pro habendis complicibus largo modo dicitur pœna. num. 16.
Impunitus non dicitur reſtitutus, ſed diſpenſatus, ideò torqueri poteſt ſuper complicibus. num. 17.

BA.

B*aiardus ad Clarum q.21. num. 26.* aſſerit, quod
à conſil. Neapolitano
1 indiſtinctè ſeruetur
aggratiatum contra
ſocios examinari, &
allegat *Franch. deciſ.*
459. Tamen contraria
2 opinio vti verior ſequenda eſt, pro qua facit vulgatum conſilium *Decij* 137. *num.* 12. *&* 14. in quo dicitur quod reus in priſtinum ſtatum reſtitutus non poteſt de ſocio interrogari cũ ipſe ſuper delicto audiri non poſſit: & hanc *Decij* opinionem ſequitur *d. Baiar. d. qu. 21. nu. 26. & Farin. quæſt. 6. n. 1. in fine*, qui etiã in quadã eius allegatione manuſcripta in repertorio amici mei, à me lecta tenet, quod opinio Decij ſit verior, & vſu ſeruata; & quod nunquam audiuit aggratiatum fuiſſe interrogatum pro ſocijs habendis, & huic opinioni eò magis adhæret, quia dicit
3 *deciſ. Franchi* loqui in diuerſo caſu, & iura in ea non facere ad propoſitum. Nam *textus per d. Franch. alleg. in l. ſi quis C. ad l. Iul. maieſ.* nullum de hac re facit verbum *Carauit.* quem citat *in Ritu* 269. *num.* 23. loquitur in damnato *Pariſ. de puteo adductus* loquitur de gratiato ad hoc, vt delictum reuelet *Farin. d. quæſt. 6. num. 1. in fine.*

Nos autem tractamus de reo ſimpliciter aggratiato, de ſocijs interrogando, vt aliàs conſiderauit idẽ *Farin. in conſ. 46. n. 16. & 17.*

Vltra quod vbi teſtis detegeret turpitu-
4 dinem ſuam, non poteſt cogi ad examen vt dicir idem *Decius d. conſilio 137. num. 12. & ſeqq. Oſaſch. deciſ. 66. num. 2. Didac. Canter. in ſuis quæſtionibus crim. tit. de reo. quæſt. 6. num. 1. & ſeq. & ratio eſt, vt dicit Bald. in l. imperialis nu. 6. C. de nuptijs*, quia Bannitus in integrum reſti-
5 tutus, nomen banniti in eo eſt abolitum, & æquiparatur cæteris Ciuibus integri ſtatus,
6 vnde reſtitutio in integrum tollit omnes reliquias banni; ita quod neque etiam remaneat nudum nomen banniti, & veluti poſtliminio reuerſus videntur omnia ſua redacta ad primum ſtatum *l. poſtliminij in princ. ff. de cap. dimin.* immò & ipſe *idem Bald. dicit in l. quid ergo §. pœna grauior num. 23. ff. de*
8 *his, qui not. infam.* quod Princeps per dictam indulgentiam quaſi in filium eum adoptet & ſic, vti renatus non poteſt amplius ad eam maculam redire *iuxta tex. in l. ſi cui §. cui iiſdem ff. de accuſat. cap. de his; extra eod. tit.*

Et hanc opinionem vti communiorem defendunt etiam *Baiard. quæſt. 24. num. 140. Decian. tract. crim. cap. 36. num. 19. tom. 1 lib. 5. Maſtrill. de indultis cap. 45. num. 16. verſ. amplia 7. Rum. conſ. 60. lib. 5. Riccius in collectan. deciſ. 129. par. 1. Farin. quæſt. 24. num. 43. & quæſt. 43. num. 12. in fin.* vbi de communi, & nouiſſimè *Guazz. defenſ. 30. cap. 6. nu. 6. vſq. ad finem* vbi teſtatur Sacram Conſultam hanc opinionem tenuiſſe in vna *Peruſina de Gratianis.*

Non obſtat quod non fuerit ſatisfactum
9 Fiſco quoad ſocios, quia cum gratia puta ob præſentationem alterius banniti habita potius ſit quoddam pactũ cum ipſo Principe initum, ideò non poreſt Fiſcus conquæri, quod ſibi non fuerit ſatisfactum circa ſocios cum hoc ſibi non reſeruauit; ideò ei obſtat exceptio rei finitæ *cap. 1. de litis conteſt. l. fratris ſui l. non minorem C. de tran-*
10 *ſact.* & in delictis pactum tollit omnem actionem *l. ſi vnus §. pactus ff. de pactis*, & ita ſentit *Pariſ. de Puteo in tract. de ſynd. in verbo tortura il 3. cap. 4. num. 1. in fin.* quæ reſeruatio faciẽda eſſet in promulgatione indultus, & non in expeditione gratiæ, quæ expediri
11 ſimpliciter debet, vt dicit *Giurb. conſ. 57. n. 15. & ſeqq.* quia gratia facta cenſetur eo ipſo, quod bannitus præſentauit, & ſcri-
12 ptura, quæ de gratia fit; ad teſtimonium dumtaxat gratiæ conficitur, vt dicir idem *Giurb. d. conſ. 57. numi 16.*

Et hoc eo magis procedit, vbi accedit aſſẽſus magiſtratus ad tradita per *Pariſ. conſ. 1.*
13 *nu. 65. lib. 4.* in cuius manu eſt omnem pœnam remittere, vt cõſiderat *Boſſ. tit. de remed. ex ſola clemen. n. 23.* ac propterea inferri poteſt
14 quod aggratiatus non debeat in teſtem induci pro habendis ſocijs, quia ſicut non admitteretur pro ſocio ad defenſam, ita non admittitur ad offenſam, quo caſu nonniſi
16 cũ tortura admitteretur, quæ largo modo pœna dicitur, vt dicit *Marſil, in l. 1. § Diuus Pius n. 4. ff. de quæſt. Guazz. defens 30. cap. 6. n. 6. verſ. non obſtat.* Cum ergo bannitus per gratiam ſit immunis ab omni pœna, meritò etiam ab illa immunis eſſe debet per ſupradicta, quæ omnia limitantur in eo, qui ſub ſpe impunitatatis confiteretur, vt tradit *Capp Blanch. de Baron. pragm. 6. num. 144.* quia huiuſmodi impunitus non dicitur reſtitutus, ſed diſpenſatus, & ideò torqueri poteſt ad afficiendos alios ſocios per ea, quæ tradit *Franch. deciſ. 459. & Cabal. caſu 29.* Et ita ſæpius obtinui in Tribunalibus Illuſtriſſimiorum Gubernatoris, & A.C.

Finis Primi Libri.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS.

DE LEGITIMATIONE PROCESSVS INFORMATIVI.

De ipſa legitimatione. Quæſt. LXVIII.

SVMMARIVM.

Quando gentes ſine vlla certa lege ciuili viuebant cuncta arbitrio, & manu regia cognoſcebantur. num.1.

Gentes quoſdam Reges inſtituerunt in quos omnem poteſtatem tranſtulerunt. nu.2.

A Regibus magiſtratus officium ortum habuit. nu. 3. cui amplam poteſtatem conceſſerunt. n.4.

Propter abuſum poteſtatis fuit inſtitutus ordo iudiciorum. nu.5.

In cauſis criminalibus antiquitus fuit ordinatum, vt prius ius dicens procederet ad inquirendum. nu. 6. qui modus erat informis. n.7.

Proceſſus pro informatione fabricatus nullam habet validitatem ad effectum procedendi. nu. 8.

Omnes proceſſus deducuntur in legitimationem tanquam in proceſſum firmiorem. num.9.

Iudex non poteſt punire ſeu torquere reum niſi prius habeat legitimas contra eum probationes. n.10.

Interrogatio, & reſponſio ſunt de iure naturali. nu. 11. declara. num.12.

Proceſſus legitimationis, vt habeat ſui ordinis perfectionem quatuor debet conſtare cauſis nempè efficienti, materiali, formali, & finali, & quæ. n.13. & ſeqq.

Ius ciuile aſſiſtit legitimationi proceſſus vti cauſa efficiens. num.15.

Legitimatio eſt actus iuris, & ſolemnis ideò proceſſus legitimatiuus eſt ſpecies proceſſus efficaciſſimi. num.16.

Vbi legitimatio non valet; depoſitiones non valent vti geminatæ. num. 17. quare. num.18.

Efficacia legitimationis eſt efficacia iuris, geminatio eſt efficacia facti. n.19.

Geminatio dicti teſtis operatur, vt non poſſit reuocari prætextu erroris. nu.20.

Ad validitatem legitimationis ſemper attenditur perſona Iudicis vti dignior perſona. num.21.

Differentia inter proceſſum informatiuum, & proceſſum legitimatum, & quæ. n.22.

Teſtes in reſponſionibus debẽt eſſe conformes interrogationi Iudicis. nu.23.

Interrogatio, & reſponſio in legitimatione debent conſiderare vnum, & idem. num.24.

Reſponſio dubia ſufficit cum determinetur ſecundum fines determinata interrogationis. n.25.

An teſtis in actu legitimationis addendo, vel diminuendo dictum ſuum vitiet examen. nu.26.

Quid quid additur, vel minuitur examini teſtium illud informat. num.27.

Cauſa materialis legitimationis dicuntur ipſæ teſtium depoſitiones ſuper quibus interponitur. n.28.

Legitimatio vti, quid acceſſorium aſſumit naturam eandem teſtium depoſitionum, & quomodo. num. 29.33.

Depoſitiones teſtium non afficerent inquiſitum niſi aduениret legitimatio. num.30.

Depoſitiones teſtium dupliciter conſiderari poſſunt. n.31.

Legitimatio non immutat naturam depoſitionum teſtium. nu.32. declara. num.34.

Stipulatio iudicatur diuidua, vel indiuidua ſecundum rem ſuper qua interponitur. n.33.

Legitimatio eſt actus firmitatis eo quia roborat depoſitiones teſtium. nu.35.

Sicut ſtipulatio eſt ſpecies efficaciſſimi contractus ita legitimatio eſt ſpecies efficaciſſimi examinis. numer.36.

Cauſa formalis legitimationis eſt ordo, qui ſeruatur in legitimando depoſitiones teſtium, & qui ſit iſte ordo. n.37.

Legitimatio non eſt noua teſtificatio, ſed mentio teſtificatæ rei. nu.38.

Proceſſus in triplici ſtatu conſideratur, & qui. numer.39.

Legitimatio, tripliciter conſiderari poteſt, & quomodo. n.40.

Fiſcus non agit niſi ex proceſſu legitimato. nu.41.

Actio non oritur ex probatione, ſed ex legitimatis depoſitionibus. num.42.

Probatio eſt quid facti; actio eſt, quid iuris. nu.43.

Aliquando proceditur, ex proceſſu informatiuo. num.44. declara. num.45.

Cauſa finalis legitimationis eſt, vt Fiſcus, quod ſua intereſt legitime conſequatur. num.46.

Fiſcus vti creditor mitiorem viam eligere poteſt. num.47.

Fiſcus, & Reſpub. ſunt magis domini cauſa, quam quilibet priuatus. nu.48.

OLIM, quando gen-
tes ſine vlla certa lege,
1 aut imperio ciuili vi-
uebant; cuncta arbi-
trio, ſeu manu regia
cognoſcebantur: cum
omnia communia ha-
bebant *l. 2. ff. de origine
iuris*. At cum ſe diu in
communione, non permanſuros animad-
uerterent, propter iurgia, & lites, & in-
2 de iniuriæ, & delicta oriunda conſpicerent,
Reges quoſdam inſtituerunt, in eoſque
omne ius, omnemque poteſtatem tranſtu-
3 lerunt; à quibus poſtea magiſtratus offi-
cium ortum habuit, cui prædicti reges om-
4 nem amplam poteſtatem conceſſerunt; ſed
quia illa poſtea abuſi fuerunt, idcircò veti-
tum fuit, ne amplius prædicti magiſtratus
regia poteſtate procederent; Vnde quidam
5 iudiciarius ordo, tam in criminalibus, quã
ciuilibus cauſis inſtitutus fuit, qui quidem
ordo de die in diem fuit quibuſdam formu
lis limitatus ac aucutus. Et in cauſis crimi-
6 nalibus antiquitus obtinuit, vt prius ius di-
cens procederet ad inquirendum, ſeu ad ſe
inſtruendum nedum ſuper delicto in gene-
re; ſed etiam in ſpecie, & hic modus for-
mandi proceſſus erat informis, quia ſine
7 aliqua forma, ſiue iuris ſolemnitate expe-
diebatur *Farin. quæſt. 72. num. 135. & quæſt. 76.
num. 124. Caball. caſu 55. nu. 1.* & hodie etiam
modus iſte ſeruatur.

Verum, quia prædictus proceſſus ſic pro
informatione fabricatus, nullam habet va-
8 liditatem ad effectum procedendi contra
delinquentem inuentus fuit de iure ciuili
alius modus fabricandi proceſſus, qui dici-
tur repetitiuus eorum, quæ in informatiuo
deducta fuere, nam de generali conſuetu-
dine tribunalium omnes proceſſus dedu-
9 cuntur in legitimationem tanquam in pro-
ceſſum firmiorem, qui fiat in iure; ideò Iu-
10 dex non poteſt malefactorem punire ſeu
ad illum torquendum procedere niſi pri-
mò per legitimas, & iuri cognitas habeat
probationes *iuxta ea, quæ tradit Bald. in l. rap-
tores num. 4. C. de Epiſcopis, & cleric.* Dices,
quod legitimatio potius ſit de iure natura-
li, quam de iure ciuili; & ratio eſt, quia
interrogatio, quæ ſolet fieri teſtibus à Iu-
dice, & reſponſio, quam reddunt teſtes ipſi
11 Iudici, ſunt de iure naturali; nam natura-
le eſt reſpondere ad interrogata, vt ex ſe
patet. At cum actus iſte legitimationis re-
quirat hæc duo extrema naturalia idcircò
actus iſte legitimationis eſt de iure naturali
Reſpondetur, quod contrarium verius eſt
ſciendum ergo eſt quod licet modus, quo
legitimatio perficitur ſcilicet per interro-
gationem, & reſponſionem ſit de iure na-
turali; tamen introductione eſt de iure ci-
12 uili nimirum, quod requiratur citatio par-
tis ad audiendum dictas interrogationem,
& reſponſionem ſecundum ea, quæ tradit
*Bald. in Rub. C. de contrahen. emptio. num. 1. &
in l. 1. §. coniunctionis ff. de pactis*, & vt proceſ-
ſus iſte habeat ſui ordinis perfectionem cõ-
ſiderandę ſunt cauſæ illum perficientes, quę
13 ſunt quatuor nimirum efficiens, materialis
formalis, & finalis.

Efficiens ſunt ius ciuile, Iudex, & teſtes,
ius ciuile, quod aſſiſtit, modum, & for-
mam legitimationis præbens; Iudex, qui vti
14 miniſter iſtius iuris teſtes denuo ſuper iis,
quæ alias depoſuerunt interrogat; teſtes,
qui ad interrogata reſpondent, quo ad ius
ciuile ſciendum eſt, quod legitimatio po-
teſt conſiderari dum eſt in fieri, & tunc ius
ciuile in legitimatione conſideratur, vti
15 cauſa efficiens aſſiſtendo ad ſolemnitates
in illa requiſitas præbens modum illam fa-
ciendi nimirum, quod citetur inquiſitus.
quod interrogentur teſtes, ac quod teſtes
reſpondeant ad interrogata; legitimatio e-
16 nim eſt actus iuris, & ſolemnis *l. iuris §.
quod fare ff. de pactis*, quibus ſolemnitatibus
non

non adhibitis ius ciuile non dicitur legitimationi aſſiſtere ideitcò proceſſus legitimatiuus dicitur ſpecies efficaciſſimi proceſſus, quia in legitimatione ius continetur ideſt tota ſubſtantia legitimationis cōſiſtit in iure,& licet perficiantur per actū *l. conſilio §.pen.ff. de curat.furio*: tamen oportet, quod interueniat miniſterium iuris, ſcilicet, vt dixi, quod iure aſſiſtente præcedat citatiò partis, interrogatio Iudicis, & ſe-
17 quatur teſtium reſponſio: & hinc dices, quod ſaltem teſtium depoſitiones in caſu, quod legitimatiò non valeat valerent tamen, & efficaces eſſent vti geminatæ; ſed reſpondebitur, quod vbi non valet legitimatio, teſtium depoſitiones non valent vti geminatæ nec ſufficiunt ad inferendam pęnam neque torturam, quia cum depoſitio-
18 nes ſint habitæ in odium tertij vtique non afficiunt niſi iuris remedijs ſint vallatæ,nec geminatio operatur efficaciam legitimationis, quia efficacia legitimationis eſt efficacia iuris, ſed geminatio eſt efficacia facti vnde cum efficacia iuris non habeat extrema habilia puta Iudicem competentem, &
19 iuſte interrogantem, & teſtes ad interrogata iuſte reſpondentes nihil operatur in odium tertij;at efficacia geminationis perficitur in vno tantum extremo nimirum in teſte geminante ſua dicta, qui dumtaxat oſtendit efficaciam ſui animi ad teſtifi-
20 candum, & operatur vt teſtis poſtea illam reuocari non poſſit prætextu erroris arg. eorum, quæ tradit *Bald. in l. error C. de iuris & facti ignor. Alex. in rub.ff. de verb.oblig.nu.*15.

Quo ad Iudicem ſcias; quod ad validitatem legitimationis ſemper attenditur per
21 ſona Iudicis dummodo ſit competens, quia in legitimatione Iudex eſt dignior perſona, & notandum eſt, quæ ſit differentia
22 inter proceſſum informatiuum, & proceſſum legitimatum, & dic quod informatiuus proceſſus fabricatur per quandam ſpecialem inquiſitionem ſecrete receptam quaſi ex abruto, & fabricatur, vel per ipſum Iudicem, vel per Notarium de eius mandato, vt tradit *Ambroſin. de modo forman. proceſſ.cap.2.lib.*1. *num.*1. legitimatiuus vero non niſi publice citato reo coram Iudice perfici poteſt, *vt in auth. de teſtibus §. & quoniam iuxta gloſ. in verb. obſeruationibus l. & quoniam, & auth. apud eloquentiſſimum C. de fide inſtrumentor. Baiard. ad Clarum quæſt.*45.*num.*39 *vbi citat Foller. in pract.crim. in verb. & demum repetuntur, teſtes*: bene verum eſt, quod in practica, quādo legitimatio fieri debet per repetitionem, vel per declarationem, vt plurimum (ſed male meo iudicio) perficitur coram Notario de mandato Iudicis acceptante; ſecus quando per confrontationem, quia tunc, non niſi coram Iudice fieri oportet, vt ſuo loco dicam.

Quo ad teſtes tunc habent ſe, vt cauſa afficiens legitimationis, quando in reſpon-
23 ſionibus ſunt conformes interrogationi Iudicis *l.*1.*§, cum adiecit ff. de verb. oblig. Bald. in l. vnica num.*20.*C. de confeſſis*; debent enim
24 interrogatio; & reſponſio conſiderari vnum, & idem, vt dicit *Bald. in l. ea quæ num.*13. *C. de condit. indebit.* alias legitimatio facta non dicitur; certum tamen eſt, quod licet reſponſio de ſe ſit dubia; tamen cum
25 determinetur, vel determinari poſſit ſecundum fines determinatæ interrogationis videtur ſufficere *§.præterea Inſtit. de inutilibus ſtipulat. Alber. in l.* 1. *§. ſi quis ita num.* 8. *ff. de verb.oblig.* ſufficit enim, quod reſponſio habeat connexitatem cum interrogatione, quia talis videtur præceſſiſſe interrogatio qualis ſecuta fuit placita reſponſio *Alberic. in dicta l.*1. *§. cum addicit, vel detrahit num.* 1. *& 2.ff. de verbor.oblig.*

Hinc infertur quęſtio an teſtis in actu le-
26 gitimationis cum reſpondeat ad interrogata addendo aliquid, vel minuendo dictum ſuum uitiet totum examen *iuxta ea, quæ diſponuntur in 3.quæſt.9.cap.pura,& ſimpliciter l. ſi falſi C. de tranſactio*: & dices, quod non, quia quidquid additur, uel minuitur,
27 teſtium examina informat, ideò non dicitur uitiare; ſufficit enim, quod addita, uel diminuta Iudici placuerint;quam uis illud, quod additur, uel minuitur fuerit difforme præcedenti interrogationi ſecundū ea, quæ tradit *Alberic. in l.* 1. *§. cum addicit, vel detrahit ff. de verb.oblig. Angel. in l. adeo autem num.3. in fine ff. de pactis*.

Materialis cauſa legitimationis ſunt ipſæ-
28 met teſtium depoſitiones ſuper quibus denuo, ut dixi: teſtes Interrogantur idcircò ſciendum eſt, quod per legitimationem teſtium depoſitiones in nihilo immutantur cum legitimatio habeat ſe uti acceſſoria ad illas.

Sed dices, quod tunc legitimatio aſſumeret naturam depoſitionum teſtium vti illis acceſſoria, quando legitimatio eſſet eiuſdem naturæ, ut notat *Bald. in l. quoties*
29 *ſeruus ff. de contrahenda empt. Marſil.conſ.*51.*nu.*58, *circa medium verſ. acceſſorium*; ſed ſic eſt, quod legitimatio eſt diuerſæ naturæ, à prędictis depoſitionibus: ergo per legitimationem depoſitiones immutantur probatur minor; nam legitimatio per comparationem ad depoſitiones teſtium habet ſe uti ius ad factum, uel ut formam ad ſubiectū idcircò ſicut ius qualificat factum, & ſicut acceſſorium ueluti forma quædam ha-

bet informare principalem , vt dicit *Bald. in l. potens num.17. ff. de pactis*; ita per conſequens legitimatio immutat naturam ſicut forma immutat ſubiectum.

Confirmatur; nam depoſitiones teſtium
30 non afficerent inquiſitum niſi adueniret legitimatio , vt ex ſe patet cum teſtes hoc eſt depoſitiones teſtium nō legitimatæ nullam vim habeant *cap. 2. de teſtibus, vt tradit Salycet. in l.fin.in fin.C.de quæſtio. Gram.conſ.15. num. 1. & 2. Clarus quæſt. 45. verſ. cæterum ſi reus Berſallos.l.conſ.281.num.2.*

Reſpondetur, quod teſtium depoſitiones dupliciter conſiderari poſſunt, vno modo pro vt ſunt in ſuo eſſe naturali nēpe, quod
31 ſint probatoriæ ſecundum ea, quæ tradit *Natta conſ.633.num.13.* & in hoc ſtatu legitimatio nihil immutat de natura depoſitio-
32 num, cum per aduentum illius depoſitiones nihil plus probationis recipiant, quam habent in ſuo naturali ſtatu pro vt ſunt, vel offenſiuæ, vel non offenſiuæ, & hinc eſt, quod depoſitiones ſiue ſint probatoriȩ ſiue non probatoriæ nihil plus probationis aut non probationis à legitimatione recipiunt immo cum dependeat ab illis ipſa legiti-
33 matio aſſumit naturam eorum *per arg. textus in l.5. §. conuentionalis ff. de verb. oblig.* vbi dicitur , quod ſtipulatio interpoſita ſuper aliquo contractu ab eo pendeat *ibi, & pendent ſtipulationes ex negotio contractus*; ergo data paritate ſequitur, quod legitimatio ſicut & ſtipulatio debeat regulari ſecundum naturam depoſitionum ſicut regulatur ſtipulatio ſecundum naturam contractus à quo dependet *l. 2. §. & harum ibi, & ſtipulationes non diuiduntur ff. eodem*; vbi diſponitur, quod ſtipulatio iudicatur diuidua , vel indiuidua ſecundum rem, ſuper qua interponitur ita & legitimatio , quæ cum ſtipulatione habet quandam ſimilitudinem, quoniam ſicut ſtipulatio corrobat pactum; ita legitimatio confirmat ſeu reddit efficaces depoſitiones teſtium : Alio modo conſiderari poſſunt teſtium depoſitiones prout actiuæ
34 ſunt hoc eſt ad probandum effectiuæ valeant in iudicio, & hoc modo immutantur à legitimatione, quia ſine legitimatione nihil valent facit textus *in l. miles §.decem ff. de re indicata vbi Imola*; dicit illum textum limitare omnia iura dicentia , quod ſtipulatio interpoſita ſuper aliquo actu regulatur ſecundum naturam illius actus ſuper, quo interponitur, & ſubiungit hoc procedere quantum ad hoc , vt dicta ſtipulatio non detur ad plus nec minùs, quam importat actio illius actus ſeu contractus, ſed bene efficacius, ita & legitimatio, quæ actus
35 firmitatis eſt, eo quia roborat depoſitiones teſtium; nam legitimatio interpoſita ſuper depoſitionibus licet non operetur in effectu in plus, vel minus, quam ipſæ depoſitiones tamen bene operatur efficacius, vt cum effectu efficaciter afficiant, & ideò retenta ſimilitudine ſtipulationis dicimus,
36 quod ſicut ſtipulatio eſt ſpecies efficaciſſimi contractus, vt tenent communiter omnes DD. ita legitimatio eſt ſpecies efficaciſſimi examinis *d.l. miles §. decem ff. de re iud.* & ſic legitimatio extra iſtud particulare firmitatis, & efficaciæ iudicari debet , vt ad acceſſoria, & regulari debet ſecundum naturam depoſitionū ſuper quibus interponitur, & ſic diximus procedere contraria ſupra allegata.

Quo ad cauſam formalem nimirum ipſe ordo, qui ſeruatur ſcilicet, quod præ-
37 cedat publicatio proceſſus, citatio inquiſiti interrogatio Iudicis, & reſponſio teſtis iterum iurati; ſciendum pariter eſt hæc omnia requiri pro ſolemnitate legitimationis, vt facta cenſeatur cum omnibus qualitatibus, quæ requiruntur vbi teſtes legitimandi numquam fuiſſent examinati *Clarus qu. 45. verſ. cæterum Ambroſin. in d. eius tractat. de modo forman. proceſſ. lib.3. cap.2. num.16.* & ratio eſt, quia legitimatio non eſt noua teſtifi-
38 catio; ſed mentio teſtificatæ rei *arg.l. heredes principalem §. ſed & ſi notam ff. de teſtamentis Bald. in l. & qui ſemel num. 10. C. de probat.* ac proinde proceſſus tripliciter conſiderari poteſt primò modo dum fabrica-
39 tur, & ſic dum eſt in fieri, & tunc in proceſſu nulla iuris conſideratur ſolemnitas, ſed ſolum illud merum examen teſtium pro informatione curiæ; ſecundò modo conſiderari poteſt poſt fabricationem, & ſic dum dicitur in facto eſſe antequam veniatur ad conflictum iudicii, & tunc in proceſſu non conſideratur niſi illud merū complementum examinis ab omni iuris ſolemnitate abſtractum, & ſic à legitimatione; tertio modo poteſt conſiderari proceſſus pro vt in iudicio diſcutitur tunc ſimiliter conſideratur merum examen teſtium, quo caſu minus efficaciæ habet niſi interuenerit ſupradicta forma, & iuris ſolemnitas : legitimatio enim ueluti actus actiuus operatur, ut proceſſus efficax ſit, ne fruſtatorius euadat.

Hinc pariter reſultat legitimationem tri-
40 pliciter poſſe conſiderari ; primò dum eſt in fieri, & tunc ius in legitimatione uerſatur, quo ad ſolemnitatem, quando legitimatio eſt actus ſolemnis ſecundum legem debitus; ſecundo modo poteſt conſiderari legitimatio prout iam eſt perfecta, & in fato eſſe , & tunc ius continetur in legiti-

ma-

mationē efficaciſſimum, cum enim legitimatio plurimum iuris habeat à iure plurimum poteſt, etiam in ſuo effectu. Tertio modo poteſt conſiderari legitimatio, prout intentatum in iudicio tunc dicitur ius verſari in legitimatione, eo quia per legitimationis ſolemnitatem depoſitiones teſtium
41 probationem efficacius in iudicio operatur, idcirco Fiſcus non agit ex proceſſu informatiuo, ſeu potius offenſiuo, eò quia proceſſus informatiuus, ſeu offenſiuus nullam actionem parit, ſed agit ex proceſſu legitimato, licet proceſſus legitimatus per ſolum reſpectum ad legitimationem non
42 probet, nam actio non oritur ex probatione, ſed ex teſtium depoſitionibus legitimè habitis cum probatio ſit quid facti, & actio
43 quid iuris, & ſic probatio ſpectat ad depoſitiones actio ad legitimationem, tamquam quid ex illis reſultans.

Dices aliquando ex proceſſu informati-
44 uo, & ſic ex proceſſu nudo, non veſtito, legitimatione proceditur contra inquiſitū, idcircò proceſſus informatiuus ex ſe eſt productiuus actionem. Reſpondetur, quod hoc non procedit vi, & virtute informati-
45 ui, ſed fomento auctoritatis Principis, qui eſt ius animatum, & vbi Principis auctoritas auxiliatur proceſſui informatiuo videtur agere tanquam in proceſſum ſterilem eleuans illum ad generandam actionem, ſicut ſol, qui agit in hominem, qui non poteſt generare ſine auxilio ſolis, & ideò concludendum, quod proceſſus informatiuus producens actionem Principis dumtaxat auctoritate nudus omni ſolemnitate verè dici poteſt, non autem veſtitus legitimatione, prout eſt, quando eſt legitimatus iuxtà formam ſupradictam.

Quoad cauſam finalem, quæ eſt, vt Fi-
46 ſcus, quod ſua intereſt legitimè conſequatur ſciendum eſt, quod ad Fiſcum ſpectat delicta punire, aut potius quod punitio exequatur; vnde omne delictum habet vltorem Fiſcum, vt dicit *Bald. in l. lege C. ſi ſeruus exportandus veniat nu.* 1. ac proindè Iudex habet neceſſitatem hanc faciendi legitimationem, ſicut habet neceſſitatem ſeruādi formam ſtatutorum *l.* 1. §. *ſi is, qui nauem*
47 *ff. de exercito*. benè verum eſt, quod Fiſcus vti creditor mitiorem viam eligere poteſt: *Bald. in l. commiſſoriæ ſub num.* 2. *C. de Pactis inter venditor. & emptor.* cum Fiſcus, & Reſpub. non dicantur rumpere ſtatuta, quia tacitè ineſt pœnalis conditio exactionis, ſcilicet ſi creditori placuerit; Fiſcus enim, & Reſp. ſunt magis Domini cauſæ, quàm quilibet priuatus, vt probat *Maurus Burg. de modo proceden. & abrup. quæſt.* 21. *num.* & vti creditores ſeueritati detrahere poſſunt *l.* 1. *ff. de ſeruis exportan.*

Quid ſit Legitimatio. Quæſt. LXIX.

SVMMARIVM.

Legitimatio eſt ſolemne teſtium examen ad roborationem teſtimoniorum adhibitum. num. 1

Solemnitas legitimationis requirit, quod præcedant citationes, iuramenta teſtium, interrogatio Iudicis, ac reſponſa teſtium. num. 2.

Examen teſtium oportet, quod ſolemniter fiat, vt probatio efficiatur iuridica. num. 3.

Solemnitas legitimationis duplex eſt, ſcilicet intrinſeca, & extrinſeca, & quæ? num. 4. *&* 6.

Stipulatio cauſatur ex interrogatione, & reſponſione incontinenti factis. num. 5.

Examen eſt inueſtigatio per Iudicem medijs depoſitionibus factum. num. 7.

Legitimatio non reſpicit ad teſtimonia, ſed ad modum, quo teſtimonia efficacia redduntur. num. 8. *&* 12.

Depoſitiones teſtium ſecretò receptæ antè litis conteſtationem, nullam firmitatem habent, ſed per legitimationem recipiunt robur & efficaciam. nu. 9.

Teſtimonium dicere idem eſt, quod deponere. nu. 10.

Legitimatio dupliciter conſiderari poteſt; vno modo ad effectum probandi; altero modo ad effectum inducendi efficaciam in probatione. num. 11.

Teſtimonia fide duorū dicuntur legitima quoad Iudicem; non autem quoad partes non citatas. num. 13.

Legitimatio dicitur quædam legalis confirmatio ad effectum agendi. num. 14.

Cognitis cauſis huius actus legitimationis conſentaneum videtur, & de huius quidditate differamus; vndè dicimus *legitima-*
1 *tionem eſſe ſolemne teſtium examen, ad roborationem teſtimoniorum adhibitum.*

Dixi ſolemne, hoc eſt, ordinatum, & à certis, ac à iure præſcriptis formulis cōcluſum nēpè, quod præcedant citationes, iuramenta teſtium interrogationes à Iudice fa-
2 ciendæ, ac reſponſiones teſtium ad tradita in *text. in l. non mutant, & in l. non omiſſa C. de liberali cauſa ibi ius itaque ad examinationem veri omnis iure prodita debeat admitti probatio aditus præſes prouinciæ ſolemnibus ordinatis, prout iuris ratio patitur cauſam liberalem inter vos decidi prouidebit*: oportet enim quod examen te-
3 ſtium ſolemniter fiat; vt probatio efficia-

tur iuridica; quæ quidem ſolemnitas, non
ita de facili omittenda eſt, vt dicit *textus in l.*
Diuus Antoninus ff. de reſtit. in integr. ibi: *etſi*
nihil facile mutandum eſt ex ſolemnibus.

Sciendum tamen eſt, quod hæc ſolemni-
4 tas requiſita in hac legitimatione duplex
eſt, vna intrinſeca, altera extrinſeca: ſolem-
nitas intrinſeca eſt illa, quæ adhibetur in ip-
ſomet actu legitimationis, dũ eſt in fieri; ni-
mirũ in ipſo examine conſiſtẽte in interro-
gatione Iudicis, & reſpõſione teſtium, ſicuti
in ſimili dicitur de ſtipulatione, quæ cau-
5 ſatur ex interrogatione reſponſione incon-
tinenti factis, vt volunt omnes *DD. in l.*
ſciendum ff. de verb. oblig. ſolemnitas verò ex-
6 trinſeca requiſita in legitimatione eſt illa,
quæ non concurrit in ipſo actu legitima-
tionis, ſed ordinatur, ac præparatur ad ſo-
lemnitatem intrinſecam perficiendam, vt
ſunt citatio, publicatio proceſſus, & iura-
menta teſtium: *Menoch. de præſumpt. præſump.*
23. num. 5.

7 Dixi teſtium examen, quod eſt quædam
inueſtigatio per Iudicem, medijs depoſitio-
nibus, facienda *l. ſi quando C. de teſtibus vbi*
Bald. num. 4. textum illum admirabilem appellat
ex eo, quod in examinandis teſtibus iudicis officium
debet eſſe curioſum, ac ſolicitum.

Dixi examen teſtium non teſtimoniorũ,
8 teſtium, quia legitimatio non reſpicit im-
mediatè ad teſtimonia ipſa, ſed ad modum,
quo prædicta teſtimonia redduntur effica-
cia; & ſic ad interrogationes Iudicis, & ad
reſponſiones teſtium faciendas in ordine
tamen ad teſtimonia roboranda, vt mox
dicam.

Dixi ad roborationem ſcilicet ad firmi-
tatem depoſitionum, nam cum depoſitio-
9 nes fuerint receptæ ſecreto, & antè litis
conteſtationem, non citato reo, nullius ro-
boris ſunt, nec vllam firmitatem hoc eſt
nullam efficaciam habent, idcircò ad illarũ
robur firmitatem, & efficaciam adhibetur
legitimatio ſine qua efficaces eſſe poſſunt:
l. 1. ff. de ſtipul. & dicimus efficaces fieri prę-
dictæ depoſitiones, quia reponuntur in tali
ſtatù integro, vt nihil illis deſit ad reum ef-
ficaci inſtantia pulſandum *arg. textus in l. 16.*
C. de poſtlim. reu. ibi efficaci inſtantia compellere.

Dixi teſtimoniorum, id eſt depoſitionũ
teſtium; olim enim pro teſtimonio dicere
10 erat idem, quod nunc dicimus deponere:
Bud. in l. 2. ff. de origine iur. Dices, quod te-
ſtimonium legitimum dicitur illud, quod
duorum fide comprobatur, etiamſi mulie-
res ſint. *Conna. lib. 9. cap. 6. num. 1. in fine:*
ergo videtur non indigere alia legitimatio-
ne. Reſpondetur, quod legitimatio dupli-
11 citer conſiderari poteſt vno modo, prout
eſt naturalis actus ad effectum probandi, &
hoc modo teſtimonium dicitur legitimum
fide duorum, altero modo, prout eſt quæ-
dam ciuilis forma ad efficaciam inducendã
in probatione; & hoc modo teſtimonium
dicitur legitimum, quatenus, vel repetatur,
12 vel declaretur, quia ciuilis legitimatio non
cadit immediatè ſuper teſtimonijs ipſis; ſed
ſuper modo; quo teſtimonia recipiuntur;
vel reſpondetur, quod teſtes, & eorum te-
13 ſtimonia fide duorum, dicuntur legitima,
quoad Iudicem, non quoad partes, quæ
non fuerunt citatæ ad prædictum teſtimo-
nium: vndè facit *arg. textus in l. legitima ff. de*
pactis, vbi ſicut confirmatur, & adiuuatur
conuentio, quæ per ſe non erat potens ad
pariendam actionem inter partes; ita per
legitimationem conualidatur proceſſus; &
ſic teſtimonia, quæ per ſe non ſunt ſuffi-
cientia ad producendam actionem contra
reum; ac proindè legitimatio dicitur quę-
14 dam legalis confirmatio ad effectum agen-
di: arg. eorum, quæ tradit *Bart. in l. more ff.*
de iuriſd. omnium iudicum.

Quotuplex ſit legitimatio.
Quæſt. LXX.

SVMMARIVM.

Legitimatio duplex eſt; vna vera, & propria, altera ficta, & impropria. num. 1.

Legitimatio vera pariter duplex eſt; vna, qua fit per teſtium confrontationem. nu. 2.

Legitimatio propria, & vera, ideò ſic dicitur, quia verè & propriè iterum teſtes cum iuramento examinantur, citato reo. num. 3.

Legitimatio ficta, & impropria triplex eſt; vna qua fit per declarationem; ſecunda, qua fit per veram, tertia per fictam confeſſionem. num. 4.

Quæ requirantur ad propriam legitimationem inducendam. num. 5.

A lege introductum eſt, quod citata parte teſtes examinentur. num. 6.

Teſtes in informatiuo recepti, licèt non in figura iudicij; tamen aptè recipiuntur. num. 7.

Iudicium cum minore nullum eſt, ſed poteſt ratificari. num. 8.

Teſtes inualidè examinati; ſed ordinati ad validum examen conualeſcunt virtute ſecundi examinis per repetitionem faciendi. num. 9.

Teſtes examinati, non in ordinem ad examen validũ faciendum, non conualeſcunt. num. 10.

Tribus ex cauſis fit legitimatio, & quæ. num. 11.

Illud dicitur rectè agi, quod non ſolùm iuſtitiam, & æquitatem; ſed etiam legitimum cauſæ ordinem habet. num 12.

Iuris auctoritas eſt ius, atque poteſtas legum, quibus forma aliqua faciendum ordinatur. num. 13.

Probationes, prout procedunt ab informatiuo nihil ſunt, niſi illis legitimatio adueniret; num. 14.

Ficta legitimatio dicitur, quia modus, quo præuenitur ad legitimationem, deuiat à modo propriæ legitimationis. num. 15.

Declaratio, dicitur ficta legitimatio, quia comparata ad propriam legitimationem, quæ fit per repetitionem; dicitur ficta repetitio. num. 16.

Legitimatio deſcendens ex ficto modo eſt vera, & propria legitimatio. num. 17.

Decretum continens hæc verba legitimato proceſſu *comprehendit etiam legitimationem per declarationem. num. 18.*

Vniuerſalis oratio æquipollet quibuſcumque particularibus ſub ea concluſis: num. 19.

Legitimatio per declarationem non procedit in criminalibus, in quibus eſſet infligenda pœna corporalis, & quare? num. 20. Declara. num. 21.

Praxis declarandi teſtes habet vim veræ, & propriæ legis legitimandi; ac roborandi proceſſus. num. 22.

Legitimatio per confeſſionem veram, vel fictã dicitur, quod legitimet proceſſum per aliquam analogiam, quatenus per confeſſionem proceſſus non indigeat alia legitimatione. num. 23.

TRactauimus ſupra de
quidditate legitima-
1 tionis; nunc de eius
diuiſione differendũ
eſt: & dicimus, quod
legitimatio duplex eſt
vna vera, & propria;
altera ficta, & impro-
pria.

Vera, & propria legitimatio iterum di-
uiditur vna, quæ fit per teſtium repititio-
2 nem, altera, quæ fir per teſtium confron-
tationem: & appellamus propriam, & ve-
3 ram legitimationem, quia verè teſtes ite-
rum cum iuramento audiuntur, & exami-
nantur, citato reo.

Ficta, & impropria pariter diuiditur in
triplicem ſpeciem vna, quæ fit per decla-
4 rationem teſtium pro ritè, & rectè exami-
natorum; Secunda, quæ fit per veram
confeſſionem; Tertia, quæ fit per fictam
confeſſionem, de quibus omnibus ſuo loco
diſputabimus.

Quoad veram legitimationem ideò di-
5 cimus illam propriam, quia ad eam indu-
cendam concurrere debent omnia, quæ de
iure interuenire debent; nempè citatio par-
tis, & nouum teſtium examen, quod per
repetitionem renouatur; eſt enim à lege
6 introductum, quod teſtes citata parte exa-
minentur *DD. in cap. quoniam frequenter, vt
lite non conteſt: Socc. conſ. 224. lib. 2. l. is, apud
quem C. de edendo l. penult. C. de crim. expilat.
hæred. l. ſi quando C. de teſtibus* quocirca cum
teſtes in criminalibus prius examinentur
ſecreto non citata parte, oportet quod vt
dicta eorum valeant denuò repetantur ci-
tatò Reo ex tradit. *per Foller. in ſua praxi verb.
& repetuntur teſtes nu. 1. Guazz. defenſ. 25. cap.
1. num. 1.*

Dices, quod eſt inualidum à principio,
ex poſt facto non conualeſcit *l. vſusfructus ff.
de ſtipulatione ſeruorum*; ſed ſic eſt, quod te-
ſtes à principio fuerunt, inualidè examinati
eò quia non fuerunt recepti in figura iudi-
cij; ergò ex poſt facto non poſſunt conua-
7 lidari. Reſpondetur quod licet teſtes non
recipiantur à principio in figura iudicij ta-
men aptè recipiuntur; & ſic in totum non
dicuntur malè recepti, ita vt nihil operari
valeant iuxta ea, quæ tradit *Bald. in l. ſi fi-
lia num. 3. ff. de iniuſto rupto; & in l. Iulianus §.
ſi illis colludente ff. de act. emp.* vbi proportio-
nabiliter dicit, quod iudicium cum minore
8 eſt nullum, ſed non eſt ita nullum, quod
non poſſit ratificari, nam propter rigorem
iuris conſeruandum fauore minoris geſta
in dicto iudicio nõ ſunt nulla, ita pari mo-
do in caſu noſtro dicẽdũ eſt, quod teſtes re-
cepti in informatiuo licèt ſint nulliter re-
cepti, tamen ſecundùm iuris rigorẽ, fauore
publicæ iuſtitiæ, non poſſunt dici ita nul-
liter recepti quin poſſint legitimari; vndè
9 diſtinguendo dicimus, quod quando teſtes
inualidè examinati, ſunt ordinati ad vali-
dum examen de proximo per repetitionem
faciendum eorum depoſitiones conuale-
ſcũt virtute ſecũdi examinis per repetitio-
10 nem faciendi; quando verò non ſunt or-
dinati ad aliud examen validum faciendum
non conualeſcunt: *arg. ex d. l. vſusfructus, &
per notabilem regulam Bald. in rub. C. ſi ſeruus
extero num. 8.*

Et ſi quæris quare fiat legitimatio reſpõ-
11 debitur tibi, quod tribus ex cauſis confi-
citur; prima appellatur, cauſa naturalis,
quæ ab æquitate iuris gentium naſcitur
æquitas enim iuris gentium ſuadet, quod
quidquid agitur cum rectitudine agatur:
l. ſcire oportet §. ſufficit ff. de excuſat. tutorum, &
12 illud dicitur rectè agi, quòd non ſolum iu-
ſtitiam, & æquitatem, ſed etiam legiti-
mum cauſę ordinem habet *l. 2. §. 1. ff. ad Sen.
conſ. Velleian. l. 1. §. 1. verſ. rectè, atq; ordine ff.
de liberali cauſa*; ſecunda vocatur publica,
ſiue ciuilis, quæ auctoritate iuris introdu-
citur, ideſt iuris firmitate roboratur; aucto-
13 ritas enim iuris eſt vis, atque poteſtas le-
gum, quibus aliquid forma aliqua facien-
dum ordinatur, atque præcipitur, vt apud
*Vulpian. in l. 4. §. 1. ff. in litem iuran. l. 2. ff. qui
& à*

& à quibus l. 3. ff. de ſtatu lib.

Tertia vocatur accidentalis, quæ concernit probationes tuendas; nam probatio-
14 nes per ſe prout procedant ab informatiuo proceſſu nihil eſsēt, niſi illis legitimatiò adueniret: quapropter ſicut dicimus tueri ſeruitutes *l. 1. ff. de itin. actuq; priu.* ita dicimus tueri probationes, quaſi tutas, ideſt firmas per legitimationem aduenientem, veluti quoddam firmamentum ad iudicationem adferimus iuxta ea, quæ tradit *Budeus in annotat. ad pandectas fol. mihi* 129.

Quoad fictam, & impropriam legitimationem ſciendum eſt, quod non ideò dicimus fictam, & impropriam legitimationē, quia legitimatio ſit impropria, & in fictione conſiſtens, ſed illam ſic appellamus, quia
15 modus, quo præuenitur ad legitimationē deuiat à modo propriæ legitimationis. Nā
16 declaratio dicitur ficta legitimatio, non quia legitimatio à dicta declaratione deriuata ſit ficta, & impropria, ſed quia comparata ad propriam legitimationem, nempè ad modum legitimationis per repetitionem dicitur ficta legitimatio, ſeu potius ficta repetitio, vt dicit *Rouiut. pragm. 1. de proſequendis maleficis, &c. num.* 13. nam legiti-
17 matio deſcendens ex ficto, modo eſt vera, & propria legitimatio: vnde decretum
18 Iudicis continens hæc verba *legitimato proceſſu* compræhendit legitimationem, tàm per repetitionem, ſeu confrontationem, quàm per declarationem perficiendam: cū ex iſta generali mentione legitimationis, non poteſt ſequi abſurdum hoc eſt prouiſio Iudicis, non redditur inutilis per vnam, aut alteram legitimationem faciendam, quoniam intelligeretur de qualibet legiti-
19 matione apta ad proceſſum verè legitimandum; nam vniuerſalis oratio æquipollet quibuſcumque particularibus ſub ea concluſis, argumento eorum, quæ dicit *Sceuola in l. gallus §. etiamſi ff. de liber. & poſth. & melius textus in l. ſi quis diuerſa §. vnum ff. de reb. dub. in ſui ratione.*

Dices quod legitimatio per declarationē.
20 non procedit in criminalibus, in quibus eſſet infligenda pœna corporalis, vt notat *Megallius in ſua Praxi Canonica cap. 4. num. 8. verſ. nec ſufficere, &c.* quo fit, vt non ſolum modus, ſed etiam legitimatio ex iſto modo proueniens ſit impropria, ac proindè non compræhendatur ſub prædicto decreto generali, ſub quo compræhendi debet propria, & vera legitimatio; verba enim in proprio, & vero ſignificatu accipi debent, immò a iudice ille ſpectandus eſt, vt notat *Azzon. in ſua ſumma C. de fid. dot. dantur Alberic. de Roſ. in l. 1. ff. ſi certum petat.* Reſpond. quod Megallius loquitur de ſummo rigo-
21 re iuris, ac proindè *ſub num.* 10. dicit quod huiuſmodi praxis de habendo teſtes pro ritè, & rectè examinatos nouam legem induxit quæ cum maturo conſilio ſeruanda eſt; non idcircò dicit, quod legitimatio per dictum modum habita non ſit vera, & propria legitimatio, ac compræhendi non debeat ſub prædicto decreto generali; nam
22 cum huiuſmodi praxis habeat vim veræ, & propriæ legis, atque legitimatio; ideò roboret proceſſum ſecundum dictam legē per *textum in l. legitima ff. de pactis* ſequitur, quod huiuſmodi legitimatio deriuata à dicto modo declarandi ſit propria, vera legitimatio; quoad ſe; quoad modum dicatur ficta, & impropria.

De legitimatione per confeſſionem veram, vel fictam non eſt habenda conſideratio an comprehendatur ſub huiuſmodi decreto, quia confeſſio ſicut non eſt pro-
23 batio, ſed probationis releuatio, vt dicit *Marſil. ſingular.* 110. ita dici poteſt, quod nō ſit legitimatio, ſed legitimationis releuatio, & quatenus dicatur, quod legitimet proceſſum, hoc dicitur per aliquam analogiā; quatenus per confeſſionem, proceſſus non indigeat alia legitimatione, quæ quando adhibetur, nonniſi ad confeſſionem habēdam adhibetur, vnde facit regula, quod quando habemus effectum, non curamus de modo. *l. 3. C. de inſtit. & inſtit.*

Quæ requirantur ad legitimationem veram inducendam.

Quæſt. LXXI.

SVMMARIVM.

Proceſſus debet eſſe bene diſpoſitus, vt ſit capax legitimationis, & quomodo dicatur capax, & benè diſpoſitus. num. 1. *&* 3.
Reus conſtitui non poteſt niſi præcedant legitima indicia. num. 2.
Teſtes debent examinari à Iudice, vel à Notario de commiſſione Iudicis. num. 3.
Iudex debet eſſe competens ad proceſſus fabricationem perficiendam. num. 4.
Inter Iudicem, & teſtes non debet eſſe diſſenſus ad hoc, vt legitimatio aliquid operetur. num. 5.
In legitimatione faciènda requiritur citatio ad viden. iuramenta teſtium. num. 6.
Citatio duplex eſt, vna verbalis, altera præſentialis. num. 7.
*Præſentia plus operatur, quàm citatio verbalis. nu.*8.
*Præſens non præſumitur citatus. n.*9. *Declara. n.*10.

Teſtes

Teſtes legitimandi denuò cum iuramento examinandi ſunt. num. 11.
Teſtes legitimandi poſſunt interrogari cum interrogatorijs à reo exhibitis immò debent interrogare cum illis. num. 12.

PRimum requiſitum eſt, quod proceſſus ſu-
1 per quo cadere debet
legitimatio ſit incapax
recipiendi hanc formam,
ſeu qualitatem
nimirum, quod ſit in
ſuo eſſe perfecto, & bene
diſpoſito; nam ſicut
niſi legitima præcedant indicia; hoc
2 eſt, niſi ſint ſuo modo probata, non poteſt
reus conſtitui; vt dicit *Sarmient. ſelect. interpret. lib. 3. cap. 13. num. 4. verſ. quinimò Farin. conſ. 110. num. 12.* ita niſi præcedat proceſſus
capax legitimationis, hoc eſt niſi fuerit
in eſſe perfecto informatiui, ſeu offenſiui
legitimatio ei aduenire non poteſt.
3 Et vt proceſſus dicatur benè diſpoſitus
ad legitimationem requirendam, oportet,
quod depoſitiones teſtium fuerint receptæ
ab ipſo Iudice, vel à Notario de commiſſione
Iudicis ſecũdùm ea, quæ dicit *Guazz. defenſ. 22. cap. 2. num. 5. Farin. conſ. 80. n. 16. vt in quæſt. 158. num. 191.* quodque Iudex ſit
competens. Nam licèt proceſſus informatiuus
non ſit in figura iudicij fabricatus, tamen
debet eſſe aptus ad legitimationem
4 recipiendam, nec foret aptus, niſi Iudex
coram quo fabricatur fuerit competens,
quoniam ſi deficiat in ſubſtantialibus, quæ
requiruntur in principio, reliquus proceſſus,
ſcilicet legitimationis non poteſt valere:
arg. l. 1. C. de iure Fiſci lib. 10. Bald. in l. 1. ſub num. 6. C. qui pro ſua iuriſd. atq; etiam
inter Iudicem, & teſtes non adſit diſſenſus,
conuenire enim debent interrogatis, & re-
5 ſponſis, aliàs legitimatio adueniens nihil
operaretur *arg. textus in l. continuus 137. §. ſi hominem ff. de verb. oblig.* vbi diſſenſus inter
ſtipulatorem, & promiſſorem vitiat ſtipulationem.
Secundum requiſitum eſt, quod adſit
6 citatio eiuſdem inquiſiti, nimirùm quod
Fiſcus, ſeu impulſor citare faciat reum,
quæ citatio duplex eſt, vna verbalis, quæ
citatur reus ad videndum iuramenta teſtiũ
cuius formulam *Guazz. defenſ. 22. cap. 1. n. 8.*
7 refert, quæ citatio debet eſſe certa, & ſpecialis,
non generalis; idcircò idem *Guazz. ſupradicto loco* dicit non ſufficere monitionem
generalem, ad omnes, & ſingulos
actus, & hæc adhibetur in legitimatione per
repetitionem facienda; altera præſentialis,
hoc eſt per præſentiam inquiſiti ſuppleta;
& hæc, vt plurimũ adhibetur in legitimatione,
per confrontationẽ facta, *Clarus q. 45. num. 14. Surd. conſ. 328. num. 4. lib. 1. Farin. conſ. 58. num. 14. Guazz. defenſ. 30. cap. 21. n. 1.*
8 Immò iſta præſentia plus operatur, quàm
citatio verbalis ad viden. iuramenta teſtiũ,
vt dicit *Sanfelicius deciſ. 97. num. 13. lib. 1. idem Guazz. d. defenſ. 20. cap. 21. num. 1.*
Dices cum *Bart. in l. furioſo in fin. ff. de re iudic.* quem ſequitur *Bald. in l. 1. num. 7. C. de ſententijs, & interloc. omnium Iudicum*; quod
9 præſens non præſumatur citatus. Reſpondetur,
quod præſentia dupliciter conſiderari
poteſt; vno modo vti ſimplex adeſſe, &
10 hæc non ſufficit; nec loco citationis haberi
debet; altera ad finem eſſendi in iudicio,
& in loco iudicij coram Iudice, & eam
Notarius ſcribat, vt dicit *Bald. in d. l. 1. ſub d. num. 7.* & hæc habetur loco citationis.
Tertium requiſitum eſt, quod teſtes de-
11 nuo interrogentur, hoc eſt cum iuramento,
denuò examinentur ſuper eiſdem, ſuper
quibus examinati fuerunt in informatiuo,
quæ interrogatio, vel ſit ſimpliciter
ad confirmanda teſtimonia iam dicta in
informatiuo; vel ad ſatisfaciendum inquiſito,
qui fuerit proteſtatus non legitimari
12 teſtium depoſitiones, niſi cum interrogatorijs
ab eo exhibitis, quæ interrogatio
vtroq; modo habita ſufficiens eſt ad inducendam
legitimationem.
De cæteris alijs requiſitis dicam in ſequentibus
quæſtionibus.

An actus legitimationis ex interuallo perfici poſſit.

Quæſtio LXXII.

SVMMARIVM.

Interrogatio veluti cauſa, vt teſtes reſpondent debet præcedere. n. 1.
Interrogatio, & reſponſio non debent fieri ex interuallo temporis. nu. 2.
Interrogatio Iudicis, & reſponſio teſtis ſunt forma eſſentialis legitimationis. num. 3.
Interrogatio, & reſponſio ſicut ſunt actus indiuiduus ita debet eſſe continuus. n. 4.
Teſtis poteſt petere terminum ad ſe recordandum de eo quod depoſuit. nu. 5. & qualis eſſe debeat iſte terminus. num. 6.
Patientia, quam Reus præſtat in declaratione teſtium pro rite, recte examinatorum habet vim interrogationis, & reſponſionis. nu. 7.
Legitimatio cum ſit actus, qui fit in iudicio bene poteſt

. teſt eſſe abſque voce teſtium . nu.8.
Teſtium dictum conſenſu partis validari non poteſt . num.9. declara . n.9.
Declaratio eſt quoddam pactum inter Fiſcum , & reum . nu.10.
Ad probandam legitimationem tria requiruntur , & quæ . nu.11.

Quartum requiſitum,
ſupra diximus, quòd
in vera legitimatio-
ne, requiruntur ad
ſui eſſentiam, vera
Iudicis interrogatio,
& apta teſtium re-
ſponſio: immo,
quia interrogatio Iu-
1 dicis, veluti cauſa, cur teſtes reſpon-
dere debeant; oportet, quod præcedat a-
lias non eſſet interrogatio . *l. ſi totam ff. de
acquiren. hæredit.* Idcircò hic opportune vi-
dendum eſt an legitimatio hoc eſt an inter-
rogatio, & reſponſio poſſint ex interuallo
ſe coniungere puta Iudex hodie interrogat
2 teſtes an ea, quæ depoſuerint in alio exa-
mine pro informatione, & ad offenſam rei
ſint vera, & vellint modo illa confirmare,
& teſtes reſponderent volumus ſuper hoc
cogitare, & cras reſpondebimus ſi velimus
3 nec ne confirmare illa, & dicendum, quòd
non perficitur, quia interuallum niſi ſit
modicum vitiat legitimationem non mi-
nus ac ſtipulationem *Iaſ.in l. ſtipulatio §. qui
præſens num. 8. ff. de verb. oblig. Bald. in l. ſi ex
duobus num. 1. ff. de duobus reis*, & ratio eſt,
quia interrogatio Iudicis, & reſponſio te-
ſtis ſunt forma eſſentialis legitimationis,
4 ſed actus formalis ſicut eſt indiuiduus *Ias
in l, ſtipulatio §. ſed & ſi num.6.ff. de verb. oblig.*
ita debet eſſe continuus *Bald. in l. continuus
ff. eodem*; nam indiuidua non admittunt in-
teruallum,

Dices, quod ſi teſtis petat terminum in
actu legitimationis ad ſe recordandum de
5 eo, quod prius depoſuit Iudex ei debet il-
lum dare, vt notat *Guazz. defenſ. 25. cap. 1.
num.21. Farin.quæſt.66.num.42.* Reſpondetur,
quod huiuſmodi terminus non ita in logũ
extendi debet, vt legitimandi cogitationem
adimere poſſit, & inutiliter poſtea reſpon-
deat, quia tunc non continuo actu legiti-
matio perfecta eſſet, vt de ſtipulatione no-
6 tat *Conn.lib.6.cap.1.num.4.* idcircò crederem,
quod huiuſmodi terminus deberet conce-
di ad horas nec permitti, quod diſcederet
à conſpectu Iudicis.

Si quæres quomodo procedunt ſupradi-
cta in legitimatione, quæ fit per declara-
tionem in qua non vtimur interrogatione
Iudicis nec reſponſione teſtis: Reſponde-
tur, quod patientia, quam pręſtat inqui-
7 ſitus in declarando teſtes pro rite, & rectè
examinatos habet vim interrogationis, &
reſponſionis eo quia inquiſitus ſe refert ad
iam interrogata per Iudicem, & reſponſa
per teſtem, & illa declarat prò bene habita
& faciunt adhæc ea quæ docet *Bald. in l. li-
cet num.3.C. de iure deliberandi*, vbi dicit, quod
quando patientia habet aliquam diſpoſitio-
nem præcedentem, ſecundum quam re-
gulatur tunc actus ſequens præſumitur fa-
ctus ſecundum actum præcedentem vltra,
8 quòd cum legitimatio ſit actus, qui fit in
iudicio bene poteſt eſſe abſque voce teſtiũ
ſecundum ea quæ tradit idem *Bald. in l.1.§.
conuentionis num. 5. ff. de pactis*: dum ſupplet
inquiſitus per declarationem, & Iudex per
ſui auctoritatem, & calor iudicij aſſiſtat.
*l. voluit in prin. & §.fin. ff. de interrogat. & not.
in l.1.C. de confeſ. & Canoniſt. in cap. fin. eodem
tit.*

Sed ſi replices, quod non ſufficiat calor
iudicij ad inducendam legitimationem,
quia ſi teſtes non ſint rite recepti eis non
eſt ſtandum: atque idcircò non ſufficiat
mera, & ſola inquiſiti declaratio facta ca-
9 lore iudicij, quia teſtium dictum conſen-
ſu partis validari non poteſt. *l. nemo poteſt ff.
de leg. 1. Megall. in ſua praxi canon. cap.4.nu.8.
verſ. ideoque*. Reſpondetur, quod declara-
10 tio eſt, vt ita dicam, quoddam pactum nē-
pe inter Fiſcum, & reum: idcircò ſi conſi-
derantur atteſtationes prout ſunt informa-
tiuæ tunc tamquam non informa iudicij
habitæ licet à Iudice receptæ ſint non ſuffi-
cit calor iudicij ad illas per declarationem
roborandas ſi vero conſiderantur tamquã
per pactum confirmatæ in iudicio tunc il-
lis ſtandum eſt ſi non calore iudicij ſaltem
virtute dictę conuentionis ſecundũ praxim,
quæ iam diù inoleuit, vt teſtatur *Cartar. in
practic.interrog. lib.3. cap.3. num.57. & ſeqq.* &
ſecundum *ea quæ tradit Bald. in l.cum apud n.1
& ſeqq.C. de teſtibus*; vbi dicit, quod pacto
partium atteſtationes poſſint roborari at-
que etiam infirigi.

Conclude igitur notando, quod qui vult
11 probare legitimationem proceſſus habet
neceſſe probare tria, & alterum de per ſe
non ſufficeret primum, quod præceſſerit
Iudicis interrogatio de alijs depoſitis à te-
ſtibus in informatiuo, ſeu offenſiuo, &
quod teſtes poſtea reſponderint approban-
do immo in ſubſtantia epilogando totam
eorum depoſitionem; ſecundum, quod
reus fuerit præſens, vel per confrontatio-
nem, vel per citationem ad viden. repeti,
vel per declarationem; tertium, quòd hu-
iuſ-

iuſmodi teſtium reſponſio fuerit facta incontinenti, & non ex nteruallo iuxta ea, quæ tradit *Iaſ.in l. ſi vnus §. pactus ne peteret num.44.ff. de pactis*.

An legitimatio fieri, & perfici poſſit ſignis, & nutibus. Quæſt.LXXIII.

S V M M A R I V M.

Mutorum duplex eſt differentia, & quæ. n.1.
Muti ſicut poſſunt paciſci ita poſſunt eorum dicta legitimari. nu.2.
Legitimationis actus poteſt fieri nutu, & ſignis. num.3.5.
Ad officium teſtis non ſolum eſt neceſſaria loquela, & ſermonis expreſſio, ſed etiam ſubſcriptio. n.4.
Mutus, qui poteſt ſuam intentionem nutibus, & ſignis explicare poteſt etiam legitimationi ſui dicti aſſentire. num.6.
Diuerſitas idiomatis non vitiat legitimationem, & quomodo hoc eueniat. n.7.
Ad legitimandum dictum muti debent adhiberi vicini, vel conſanguinei habentes nota ſigns eiuſdem muti. nu.8.

QVintum requiſitum. Hæc concluſio praticari poteſt
1 in teſtibus mutis quorum duplex eſt differentia alij, qui muti tantum; alij qui muti, & ſurdi ſunt, in illis, qui muti dumtaxat ſunt ſicut, & ſurdi tantum quemadmodum poſſunt eſſe teſtes in re cadente in ſenſu, in quo non ſunt impediti *Farin.quæſt.61.num.45.per textum in l. diſcretis §. ſin autem infortunium, & §. in eo autem C. qui teſtam. facere poſſ.* ita poſ-
2 ſunt legitimari eorum dicta, & depoſitiones; nam cum mutus paciſci poſſit, & ſufficiat ad denotandum conſenſum in pacto requiſitum ſignis, & nutibus probari. *l. ſeruo inuito §. ſi pupillo ff. ad Trebell.* ita legitimationis actus fieri poteſt nutu, & ſignis
3 cum legitimatio non ſit aliud, quam alterum examen, quod propter defectum loquelæ non vitiatur *cap. & hoc 17. quæſt. vltima verſ. item ipſe*.

Dices, quod ad officium teſtis non ſolum eſt neceſſaria loquela, & ſermonis ex-
4 preſſio, ſed etiam ſubſcriptio, quæ ſi preſtari non poſſit à muto non videtur ſufficiens eius teſtimonium, vt videtur tenere *Farin. dicta quæſt.61. num. 54.* ac proinde nec eius legitimatio Reſpondetur, quod cum legitimatio, vt actus coram Iudice peragendus, vt eſt textus *in clemen. 1. de off. delegati, & clarius gloſ. ibi & Bald. in rub. de concontrouer.inueſtit.Marſil.in l.1.num.6.verſ. ſeptimo requiritur ff. de quæſtio.Foller. in pract.3.par. §.1. in verb. & ſi confiteantur num. 37.* non videtur neceſſaria ſubſcriptio ſecundum ea, quæ tradit *Guazz. defenſ.20. cap. 20. num. 10. verſ. in Regno Baiard. ad quæſt. 64. num. 142.* quo circa cum teſtificatio fuerit in infor-
5 matiuo ſignis, & nutibus recepta non videtur abſurdum recipere, & perficere legitimationem iiſdem ſignis, & nutibus.
6 Vnde ſi mutus habeat intellectum, & poſſit ſuam intentionem nutibus, & ſignis explicare non video cur non poſſit poſtea eius dictum legitimari *dicta l. ſeruo inuito §. pupillo ff. ad Trebell. ibi, vel interrogare nutu poſſint, & per textum in l. pater §. mutus ff. de acquir. hæredit. ibi magis eſt, vt ſi intellectu non careat nutu iubere poſſit Farin.quæſt.61. num.46. & ſeqq.Soccin.conſ.61. num....... verſ. tertius & vltimus caſus lib.1.Pariſ.conſ.63.lib.4. Caſtar. de capto Bannito cap. 2. num.48.* Hinc notandũ, quod ſicut defectus ſermonis non vitiat le-
7 gitimationem ita nec illam vitiet diuerſitas idiomatis dummodo Iudex, & teſtes ſe intelligant per ſe, vel interpretem. *l. ſtipulatio §. eodem in alia, & ibi Alex.ff.de verb.oblig. Ambroſin. dicto ſuo tractat.lib.1.cap.6.num.6.* ac
8 proinde, quando Iudex, vel Notarius non intelligit nutum muti debet adhibere, vel vicinum, vel conſanguineum, & ſcribere vel ſcribi facere; quod certificatus per talem ſuum conſanguineum, vel vicinum tamquã interpretem vidit talem mutum facientem ſigna, & actus per quos proceſſum legitimare intendebat iuxta ea, quæ tradit *Iaſ.in l. mutus num. 8. ff. de acquiren. hæredit.*

An in legitimando proceſſu requiratur quod teſtes iurent. Quæſt.LXXIV.

S V M M A R I V M.

In legitimandis teſtibus requiritur iuramentum. n.1.
In criminalibus non attenditur iuramentum. num.2. declara. num.3.
Teſtes in declaratione ideo non iurant, quia reus declarando remittit examen, ſuper quo iuramentum cadere deberet. n.4.
Iuramentum eſt ſolemnitas intrinſeca legitimationis, nu.5. declara. num.6.
Iuramentum dici poteſt materia, ſuper qua cadit legitimatio. n.7.
Forma iuramenti. nu.8.

Te-

Teſtimonia teſtium ſunt, quid extrinſecum à ſolemnitate requiſita in legitimatione. num.9.

Legitimatio non niſi mediate afficit teſtimonia, ſeu dicta teſtium. n.10.

Legitimatio poteſt ſubſiſtere abſque eo, quod teſtes probent. nu.11. & 12.

SExtum requiſitum, quia ſu-
pradiximus ad neceſſitatem
legitimationis requiri inter-
rogationem Iudicis, & reſpō-
1 ſionem teſtium hoc intelligē-
dum, vt fiat modis de iure
neceſſarijs quorum vnus eſt, vt iuramen-
tum veritatis dicendæ per teſtes preſtetur
& licet, quando reus declarat teſtes pro ri-
te, & rectè examinatos non intercedat iu-
ramentum: idcircò non videatur neceſſa-
rium; tamen contrarium eſt verius, quia
teſti non iurato nullo modo creditur. *l. ius
iurandi, & ibi Bald. num. 1. C. de teſtibus* ſemper
enim, quod teſtis examinatur, & repeti-
tur ſemper iuramentum præſtare debet *cap.
Fraternitatis vbi DD. de teſtibus Caualcā de bra-
chio Reg. tit. de teſtibus par. 3. ſub num. 36. verſ.
vlterius* alias eius dictum nullius eſſet mo-
menti *Farin. qu. 74. num. 47.*

Dices, quòd in criminalibus non atten-
2 ditur iuramentum, quia criminalia non
dirimuntur iuramento, vt dicit *Farin. q. 48.
num. 41. 42.* immò ex partium conſenſu re-
mitti poteſt *Farin. qu. 74. n. 83.* quo fit, vt nō
videatur neceſſarium. Reſpondetur, quod
3 cum in legitimatione iuramentum ſit ad
quamdam ſolemnitatem adhibendam, vt
dicit *Guazz. defenſ. 14. cap. 5. num. 1.* & hu-
iuſmodi ſolemnitas ſit quid facti, ideò de
neceſſitate oportet, vt interueniat aliàs le-
gitimatio fruſtra diceretur facta, & dum
dicitur quod in criminalibus non attendi-
tur iuramentum, intelligitur de iuramen-
to deciſorio, non probatorio, & ſolemni,
& veritatis dicendæ, vt ibidem docet *Fa-
rin.* & quamuis per partium conſenſum
aliquando remittatur, vt videtur remitti
in legitimatione per declarationem factam
nihilominùs, in ijs, in quibus per partes
non remittitur neceſſarium eſt, vt interue-
niat.

Ad obiectum ſupra deductum de decla-
4 ratione in qua teſtes non iurant dicimus,
quod ideò non iurant, quia reus declaran-
do remittit examen ſuper, quo iuramentū
cadere deberet; idcircò ceſſante ſubiecto
ſuper quo prętari deberet ceſſar ipſum iu-
ramentum, vel dic, quod quando inqui-
ſitus declarat teſtes pro rite, & recte exa-
minatos iam nouit dictos teſtes fuiſſe cum
iuramento receptos, & ſic non videtur re-
miſiſſe iuramentum, ſed eius reiteratio-
nem.

5 Dices iterum, quod iuramentum vi-
detur ſolemnitas intrinſeca legitimationis,
quæ incontinenti interueniri oportet ſcili-
cet dum legitimatio eſt in fieri immo eo
ipſo, quod teſtis iurat dicitur teſtificari; cū
dictum illius habeat neceſſatiā conſequen-
tiam à iuramento *Bald. in auth. ſed & ſi quis
num. 38. ff. de teſtibus*. Reſpondetur, quod
6 legitimatio eſt quædam actio, qua teſtium
dicta æducuntur de tenebris ineſſicaciæ
ad lucem efficacis actionis cum conſiſtat
tantum in noua examinis receptione non
In teſtium dictis, & teſtimonijs: vnde ſicut
teſtimonia, & dicta teſtium ſunt extrinſe-
ca ab ipſa legitimatione licet legitimatio
cadat ſuper illis; ita, & iuramentum, quod
non diſtinguitur ab illis; idcircò iuramen-
7 tum potius dici poteſt materia, ſuper qua
cadit legitimatio, quam ſolemnitas ſecun-
dum *Bald. in l. Præsbiteri num. 4. C. de Epiſco-
pis, & Cleric.* vbi tradit etiam formam iu-
randi videlicet dicendo *iuro dicere puram ve-
8 ritatem ſuper his ſuper quibus fuero interrogatus*;
cui formæ equipollet praxis, quæ adhibe-
tur in pręſtando iuramento teſtibus de ve-
ritate dicenda, quando in informatiuo au-
diuntur prout notat *Ambroſinus tract. de mod.
formam proceſ. infor. lib. 3. cap. 2. num. 2.* Quod
autem teſtimonia ſeu dicta teſtium ſint
9 quædam extrinſeca à ſolemnitate requiſita
in legitimatione manifeſte apparet, eo quia
legitimatio cadit ſuper examine hoc eſt ſu-
per interrogatione, & reſponſione non ſu-
per dictis, ſeu teſtimonijs per examen re-
10 ceptis, & ſic legitimatio non niſi media-
te afficit teſtimonia ſeu dicta teſtium, &
ratio eſt, quia legitimatio poteſt ſubſiſtere
abſque eo, quod teſtimonia probent ſicut
11 proportionabiliter dicitur de legitimatio-
ne filij naturalis; nam ſicut legitimatio fi-
lij naturalis ſubſiſtit aliquando abſque eo,
quod ſuccedat ad hæreditatem patris, vt
tradit *Tiraquel in l. ſi vmquam num. 312. verſ.
igitur, vt reaſumamC. de reuocan. donat.* ita ſecun-
dum quandam proportionem poteſt legi-
12 timatio ſubſiſtere abſque eo, quod teſtes
probent hoc eſt abſque eo, quod eorum
dicta efficacia ſint.

An

An publicatio proceſſus ſit neceſſaria ad legitimationem. Quæſt. LXXV.

SVMMARIVM.

Legitimatio eſt quædam repetitio eorum, quæ teſtes ſecrete in informatiuo depoſuerunt. n.1.
Publicatio proceſſus neceſſaria eſt in legitimatione. num.2.
Publicatio proceſſus non fit in declaratione. num. 3.
Hæres poteſt adire etiam non publicatis teſtibus cum ſufficiat, quod ei innoteſcat quoquo modo veritas. n.4. declara. nu.13.
Aliquando reus experitur non publicato proceſſu.nu.5 declara. num.6.
Publicatio dupliciter conſiderari poteſt, & quibus modis. num.6. & 7. 12.
Publicatio quomodo dicatur neceſſaria. nu.8.
Publicatio eſt appendix hoc eſt pars intentionis proceſſus legitimandi. num.9.
Effectus publicationis qui ſint. n.10.
Publicatio teſtium eſt de officio mercenario Iudicis. num.11.
Argumentum de hærede ad Iudicem in materia publicationis bene procedit non de hærede ad inquiſitum. nu.14.
Proceſſus debet publicari ne reus grauetur in ſuis defenſionibus. num.15.
In arbitrio Inquiſiti eſt petere copias proceſſus. numer.16.
Practica publicandi proceſſus antequam per reum declarentur teſtes pro rite, & recte examinati magis placet. nu.17.
Legitimatio duo habet vnum conſiſtens in ſolemnitate alterum in ordine. num.18.
Publicatio eſt de ordine legitimationis. n.19.
Conſenſus in publicatione teſtium nihil operatur ſi teſtes non fuerint rite, & recte recepti. num. 20. & quare. num.21.

1 SEptimum requiſitum cũ actus legitimationis ſit quædam repetitio, quæ teſtes alias in informatiuo ſecrete apud Iudicem depoſuerunt ad inquiſitum efficaciter conueniendum, oportet quod omnino ei fiat publicatio proceſſus, vt tenet *Bart. in l. vnius & in l. fin. ff. de quæſtion. Carer. in prax. ad l. obſeruare §. curabis nu.188. C. quorum appell. non recip. Clarus quæſt.48.n.1.*
2 *& quæſt.49. nu.1.* vbi dicit, quod ſi non publicetur proceſſus, & non decernentur copiæ parti vna cum termino ad ſe defendendum proceſſus ipſo iure euadit nullus.

Dices, quod huiuſmodi publicatio non eſt de ſubſtantia, *vt volunt DD. in cap. cum I. & A. de re iudic. Curtius Iunior in l.2.num.50. C. de edendo*, & manifeſte patet in legitima-
3 tione, quæ fit per declarationem in qua non requiritur huiuſmodi publicatio prout *ex Cartar. & Ambroſ. in eorum praxi* deducitur, & practica ſtatus Eccleſiaſtici ſeruat, & faciunt ea, quæ tradit *Bald. in Auth. ſed & ſi quis num. 22. C. de teſtibus*: vbi proportionabiliter applicando dicit, quod hæres
4 poteſt adire etiam non publicatis teſtibus ſufficit enim, quod hæredi innoteſcat quoquo modo veritas etiam non publicatis teſtibus. *l. Pantonius §. rei ff. de acquir. hæred.* ita pari modo ſufficere videtur reo ſcire contra ſe fuiſſe teſtes examinatos alias ſequeretur, quod iſte ordo publicationis eſſet adeo neceſſarius, vt ſi non publicaretur proceſſus reus non poſſet experiri, quod falſum
5 omnino eſt, cum poſſit puniri etiam non publicatis teſtibus prout aliquando euenit vbi proceditur ex informatiuo *arg. l.1. §. in nouiſſimo ff. de caducis tollend. & not. in l. eius, qui in prouincia in princ. ff. ſi certum petatur Scholion. ad Ambroſin. lib.3. cap.1. nu.3. verſ. Clarus quæſt. 46.* Reſpondetur, & ad huius
6 concluſionis intelligentiam ſciendum eſt, quod publicatio dupliciter conſiderari poteſt; vno modo de iure ciuili, & hoc iure non eſt neceſſaria publicatio; alio modo de iure canonico, & hoc iure videtur neceſſaria huiuſmodi publicatio, vt dicit *Farin. quæſt.66. num.312.* Immo publicatio de iure
7 ciuili conſiderata pariter dupliciter habetur vno modo ex parte Iudicis altero modo ex parte inquiſiti ſi publicatio proceſſus conſideratur ex parte Iudicis tunc quoad ſe ipſum non eſt neceſſaria publicatio eo quia ipſe ſcit veritatem teſtificatorum, & poteſt etiam teſtibus quo non publicatis illum condemnare *Bald. in cap. cauſam de teſtibus*, prout aliquando ex proceſſu informatiuo condemnat aut conſideratur quo
8 ad afficiendum inquiſitum, & tunc eſt neceſſaria publicatio etiam ex parte Iudicis ne deficere videatur in ordine ſolemnitatũ requiſitarum ad legitimationem cum te-
9 ſtium publicatio ſit de appendiciis repetitionis teſtium *Bald. in l. ſi quando inuitus n. 9. circa finem C. de teſtibus.* Appendices enim ſunt pars intentionis proceſſus legitimandi. *l. ſi quis hæres ibi ſunt enim appendices præcedentis inſtitutionis ff. de acquir. hæredit. l. qui proprio §. item quæritur ff. de procu.* vnde ſicut eſt neceſſaria repetitio, ita etiam publicatio, quæ
10 operatur, quod partes poſſint atteſtatio-

OCtauum requiſitum: Ad
huius requiſiti intelligen-
1 tiam ſciendum eſt, quod
traditio copiarũ proceſ-
ſus, ſeu indiciorum eſt de
appendicijs publicationis,
immò venit in conſequẽ-
tiam neceſſariam dictæ publicationis, vt eſt
*textus in l. vnius §. cogniturum ff. de quaſtion. l. 3.
§. ſi ad diem ff. de re milit. Clement. Paſtoralis de
re iudic. Marſ. in l. 1. n. 5. de quaſt. Alex. conſ. 65.
lib.* 1. ac proindè notandum eſt, quod pu-
2 blicatio duplex eſt vna ſimplex, altera ſo-
lemnis: ſimplex publicatio eſt illa, quæ ſi-
ne copiarum traditione fieri poteſt, prout
fit in actu confrontationis, nam per con-
frontationem factam de teſtibus cum reo
3 dicitur proceſſus publicatus, ſeu dicuntur
publicata dicta teſtium *Bartol. in extrauagan.
ad reprimendum in verb. figuram Baiard. qu. 49.
num.* 9. ſolemnis illa eſt, per quam vltra
ſimplicem publicationem deuenitur ad
traditionem actualem copiæ proceſſus, vt
poſſit oſtendi Aduocatis, & Procuratori-
bus, ac ſuper dictis teſtium diſputari poſſit.
*Marſil. in §. poſtquam num. 5. Foller. in pract.
crim. in verbo & facta litis conteſtatione num.* 10.
Guazz. defenſ. 22. cap. 1. num. 10. vnde cum
in publicatione pronunciatiua decretentur
copiæ proceſſus oportet, quod tandem
4 tradentur. Nec dicatur *cum Boſſio in practic.
crim. tit. de indicijs num. 74. quem ſequitur Cla-
rus qu. 49. num.* 4. quod communis opinio
ſit nõ eſſe dandam copiam prædictam, quia
alij quos refert *Marſil. in §. nunc viden. num. 7.*
cenſentur dandam eſſe quorum ſententiam
ſequũtur *Alex. in l. is, apud quē in verb. crimina-
lia in fine C. de edēdo Farin. q. 39. n. 154. verſ. ve-
rũ:* quorũ ratio eſt, quia ſicut de iure æquũ
eſt, quod & abſentium, ſicut & præſentium
5 quiuis pro eis loquens, & eorum innocen-
tiam excuſans audiatur ne reus, vt contu-
max damnetur *l. ſeruum quoque §. publicè ff.
de procurat. l. exigendi C. eod.* quanto magis
præſentium innocentiæ fauendum eſt, &
an de illis quæſtio habenda ſit, nec ne ex in-
diciorum copia ſumendum eſt, ac proindè
eidem reo etiam non petenti publicanda,
& tandem tradenda eſt ad hoc facit *textus in
l. ſi non defenduntur ff. de pœnis*; vbi non ſim-
pliciter diſponitur, quod Iudex de innocẽ-
tia Rei inquirere poſſit, ſed illum neceſſitat
6 prout importat verbum *debebit*, quod neceſ-
ſitatem ſignificat: *l. 1. ff. quod quiſque iuris:
l. Prætor ff. de edendo Felyn. in cap. exceptionem
colum. 3. circa medium de except.* vnde ad hoc,
vt de innocentia medijs defẽſionibus ha-
7 beatur ſententia; copia indiciorum omninò
danda eſt etiam non petentibus *Guaz. def. 24.
cap. 2. n. 5.*

Nec obſtant ea, quæ diximus *in quæſt. ſu-
praproxima n.* 16. auctoritate *tex. in l. vnius fact-
noris §. cogniturũ ff. de quæſtionibus* vbi diſponi-
8 tur defenſionem quocũque tempore poſtu-
lante reo negari non oportere, quaſi deno-
tare videatur, quod reo non poſtulanti
indiciorum copiæ dandæ non ſint, tum
quia aliud eſt, quod non poſtulet copias
9 aliud eſt quod illas recuſet habere, nam in
primo caſu Iudex etiã Reo non poſtulan-
te tenetur illas dare *Guazz. defen. 24. cap. 3.*
per totum, & ſupra dixi; in ſecundo verò
caſu non tenetur dare ſecundum aliquos,
quos citat *Farin. qu. 39. num.* 90. quamuis
10 *nu.* 99. indiſtinctè teneat quod debeant tra-
di auctoritate ſtatuti Vrbis hoc diſponente
in cap. 10. lib. 2. tum etiam quia verba *po-
ſtulante* ſunt verba narratiua, aut per modũ
11 cauſæ impulſiuæ prolata, quo caſu argu-
mentum à contrario ſenſu non procedit,
vt teſtatur *Euerard. in top. in loco à contrario
ſenſu, num. 13. & 14.* quinimmo cum hæc
argumentatio ducatur non à cõtrario ſen-
ſu rationis, ſed literæ non procedit *Euerad.
d. loco num.* 15. benè tamen verum eſt, quod
12 ſi Iudex deuenerit ad torturam non datæ
copia indiciorum, quando non fuit petita
poſſet excuſari ne teneatur in ſindicatu
Guazz. d. defenſ. 24. cap. 2. num. 9.

Dices quod ſupra dictũ eſt in quæſt. ſupra
prox. quod ſi reus vult ſe defẽdere abſq; eo,
quod perquirat contenta in proceſſu poſſit
hoc obtinere quomodo ergo procedunt ſu-
pradicta dum affirmat, quod indiſtinctè Iu-
dex tenetur tradere copias indiciorum etiã
non petentibus. Reſpondetur quod obie-
ctum procedit in recuſante videre conten-
ta, non in non petente *iuxta formam reforma-
tionis in tit. de Notarijs Tribunalium Vrbis in ſi-
ne pro copia.*

An lectio depoſitionum teſtium in legi-timatione habenda eſt.

Quæſt. LXXVII.

S V M M A R I V M.

*In legitimatione duo ſunt conſideranda; vnum ad
ſubſtantiam alterum ad formam ſpectantia, & quo-
rum.* 1.

*Quod ſit ad interrogationem dicitur magis firmiter
fieri num.* 2.

*Duobus modis interrogari poſſunt teſtes pro legitimãdo
proceſſu, & qui ſint iſti modi, & practica illorũ n.* 3.

*Interrogatoria rei nullam veritatis poſitionem faciunt
num.* 4.

Interrogatoria habent ſolam intentionem extenuandi

teſtium depoſitiones, ac detegendi teſtes in falſitate. num. 5.

Lectio depoſitionum non debet fieri tranſcurſoriè, ſed mentaliter. num. 6.

Non dicitur inſpexiſſe dicta teſtium, qui non legit ad intellectum. num. 7.

Lectio depoſitionum fit in legitimatione per confrontationem, & per repetitionem tantum. num. 8.

Teſtes in legitimatione debent referre in ſubſtantia totam eorum depoſitionem. num. 9.

Lectura depoſitionum neceſſaria eſt in legitimatione, & quomodo fieri debeat. num. 10.

NOnum requiſitum in legitimatione proceſ-
1 ſus duo veniunt conſideranda; vnum ſcilicet ſpectans ad ſubſtantiam, alterum ad formam; illud, quod ſpectat ad ſubſtantiam conſiſtit in ipſiſmet teſtium depoſitionibus; illud verò, quod pertinet ad formam attribuitur ſolemnitati interrogationis Iudicis, & reſponſionis teſtiũ
2 nam quando aliquid fit ad interrogationem dicitur magis firmiter, & deliberate fieri *gloſ. in l. in emenlis C. de contrab. empt. Bart. in l. ſerui electione in prin. ff. de legatis num. 1.*

Quoad interrogationẽ ſciẽdum eſt, quod Iudex in legitimãdo proceſſu teſtes duobus modis interrogare poteſt; vno modo cum
3 interrogatorijs datis ab ipſo reo ac proinde prius citatur ad viden. repeti teſtes; & dandum interrogatoria alias viden. repetiti ſine vt notat *Ambroſin. in ſuo tractat. de modo formãn. proceſſ. informat. lib. 3. cap. 2. num. 1.* altero modo, quando expletis interrogatorijs Rei ex ſe interrogat teſtem an ea, quæ alias depoſuit in preſenti cauſa in alio examine per ipſum facto ſub die &c. anno &c. menſe &c. coram &c. fuerint, & ſint vera illaque pro veritate dixerit, & depoſuerit. Qui teſtis ſic à Iudice interrogatus reſpondit *ſignor ſi che quello che io diſſi nel mio eſſame fatto li di &c. meſe &c. anno &c. auanti &c. è vero, e lo diſſi per la verità &c.* & vt eius examen magis ac magis congruat interrogationi Iudicis neceſſarium eſt, vt ad claram ipſius intelligentiam legi faciat dictum eius examen ſeu examina, quo lecto ſeu quibus lectis per teſtem bene audito ſeu auditis, & intellecto ſeu intellectis denuo Iudex illum interroget an ea, que modo in eius preſentia legi audiuit fuerint ab ipſo dicta, & depoſita eo quo iacent modo ſitque iſtud eius examen ſeu examina de quo ſeu quibus ſupra mentio facta fuit, & tunc teſtis reſpondit *Signor ſi che quello che mi hauete letto è fatto legere adeſſo è il mio eſame e quanto ſi contiene in eſſo è ſtato detto e depoſto da me nel modo che ho ſentito leggere adeſſo.* Tunc Iudex denuo interrogat illum eumdem teſtem an prædictis intendat aliquid addere, vel demere, dictumque examen in toto, vel in parte renocare an vero potius illud confirmare, & ratificare pro veritate in omnibus, & per omnia: reſpondit teſtis, vel addendo, vel diminuendo, vel etiam reuocando prout contingentia caſus requirit, vel nihil addendo, vel nihil diminuendo aut reuocando, ſed totum in omnibus, & per omnia confirmando dicens *Io non voglio aggiungere ne minuire coſa alcuna à d. mio eſame ne quello reuocare in parte alcuna anzi lo voglio approuare e ratificare per vero ſi come per tale l'approuo e ratifico in tutto e per tutto,* & Tunc Iudex acceptat prædictas reſponſiones, & examen dimittit, & ipſum teſtem licentiat iuncto prius illi, vt ſe propria manu ſubſcribat, vt infra videlicet *Io N. di N. confermo quanto di ſopra mano propria.*

Si verò interrogatur teſtis cum interrogatorijs Rei inquiſiti non ſtatim dicitur facta legitimatio, quia interrogatoria inquiſiti licet debeant circa teſtium dicta ſe continere nec vltra ad intentionem eiuſdem Rei vagari; tamen non idcircò illis expletis proceſſus euadit legitimatus niſi Iudex denuo ipſos teſtes ſuper iam teſtificata inter-
4 roget modo, quo ſupra, quia interrogatoria Rei nullam veritatis poſitionem faciunt, ſed ſolum per ea petitur à teſte certificari *Parin. conſ. 192. num. 5.* cum fiant quærendi cauſa *l. offidius ff. de legat. 3.* & ideò, qui interrogat non ponit *30. quæſt. 5. cap. iudicantem in gloſ. ordin. Bald. in l. edita ratio num. 103. C. de edendo*, & ſolam habent intentionem exte-
5 nuandi teſtium depoſitiones *Vrſil. in pract. lib. 5. cap. vlt. in prin. nu. 1. Rota in Camerinen. bonorum coram Pœnia Lunæ 20. Martij 1589. verſ. nec dicantur* ac detegendi teſtes in falſitate ſeu variatione in aliquo, vt notat *Poſth. in eius tractat. de manuten. obſeru. 91. nu. 1. & 2.*

Sed notandũ, quod diximus Iudicem legere debere depoſitiones ipſis teſtibus, vt magis certi euadant de ijs, quæ depoſuerunt; nam non videretur interrogaſſe ipſos
6 teſtes niſi eorum depoſitiones ad intellectum eorumdem legiſſet, et ideò nõ tranſcurſoriè, ſed mentaliter legere debet hic eſt, vt bene, & optime illas percipiant ſi vere ita depoſuerint iuxta ea, quæ argumentari poſſunt ex *Bald. in cap. conſtitutis il. 2. circa fin. de teſtibus, & in l. 2. §. inſpectio ff. quemadmod. teſtam. aper.* vbi dicit, quod non dici-
7 tur inſpexiſſe dicta teſtium niſi legit ad intellectum.

Hæc qu.

Hæc lectio duobus tantum caſibus fieri
8 oportet nimirum in legitimatione, quæ fit per confrontationem, & in legitimatione, quæ ſit per repetitionem, & in vtraque legitimatione nulla datur differentia in modo legendi tamen verum eſt, vt dicit *Guazz. defenſ.25.cap.1.num.20. in verſ. idemque erit circa finem*, quod boni Iudices Deumque timentes, & qui non ſitiunt ſanguinem hu-
9 manum faciunt, vt priùs teſtes totam eorum depoſitionem in ſubſtantia referant, & poſtea eis legi curant dicta eorum depoſitionem, & aſſerit ſemper ſeruaſſe, & ita ego vidi ſeruari, & mihi videtur bona, & optima practica.

Lectura enim depoſitionum neceſſaria
10 omninò eſt alias legitimatio inualida redderetur, vt dicit *Honded.conſ.102.n.30. lib.1. Guaz.d.defenſ.25.cap.1.n.14.& 15.* quæ lectio ita fieri debet, vt ſeparatim ab alijs teſtibus, & in ſecreto ne vnius depoſitio ſit alterius inſtructio *Hond.& Guaz.vbi ſup.*& modo ſicca, & modo plena fieri debet ſicca lectio, tūc fit quando Iudex prætendit procedere à denegatis defenſionibus, vel à denegata copia indiciorum, vt notat *Farin.conſ.192.n.12.* Plena lectio tunc fieri debet quando Iudex modo, quo ſupra procedere non intendit ſiue reus fuerit conuictus ſiue indiciatus. *Lucarell. de quæſt.iudic. inſpect.5. num.264. Clarus quæſt.4. verſ. ſed in propoſito Cartar. in prac. interrog.lib.3.cap.1.num.83.*

In quo ſpeciali actu firmetur legitimatio proceſſus. Quæſt. LXXVIII.

SVMMARIVM.

Legitimatio non firmatur in ijs, quæ præcedere debent prout ſunt publicatio, & copiarum traditio. nu.1.

Legitimatio non eſt aliud, quam alterum teſtium examen, & in hoc firmatur legitimatio. num. 2.

Interrogatio, & reſponſio ſunt de intrinſeca ratione legitimationis. num. 3.

Declaratio non ſolum habet vim declarandi, ſed etiã confirmandi. num. 4.

Declaratio operatur idem quod repetitio. num. 5.

Solemnitas interrogationis, & reſponſionis in legitimando proceſſu non componit quid reale, ideò poteſt variari. num. 6.

In declaratione videtur dari quædam præpoſteratio. num. 7. & declara. num. 12.

Actus declarationis non reſpicit ad examen antea factum vti legitimatum, ſed ad examen vti habile ad recipiendam confirmationem. num. 8.

Fictio eſt in iure tolerabilis. num. 9.

Præpoſteratio ſolemnitatis ſubſtantialis non vitiat actum, quando non ceſſat cauſa ob quam inducitur diſpoſitio. num. 10.

Iuramentum teſtis præpoſterari poteſt. num. 11.

Teſtes reſpondentes prius, quàm interrogarentur vitiant legitimationem. num. 13.

CVM multa ex neceſſitate præcedere debeant actui legitimationis, nimirum citatio, inquiſiti, publicatio proceſſus, & indiciorum copiæ traditio, neceſſarium
1 eſt dicere, quod in iſtis non firmetur legitimatio, quia præcedunt, non faciunt, ſed diſponunt, vnde cum legitimatio non
2 ſit aliud, quam alterum teſtium examen, neceſſario dicendum eſt, quod in hoc altero examine firmetur legitimatio, quod examen perficitur ex nouis interrogatione Iudicis, & reſponſione teſtium, & ſic cum actus iſte interrogandi, & reſpondendi, veluti forma intrinſeca legitimationis oportet dicere, quod in iſto actu firmetur legitimatio.

Dices quod cum interrogatio, & reſpon-
3 ſio ſint de intriſeca ratione legitimationis, ſequitur, quod nullo modo omitti immò ſemper ſeruari debeat, & tamen aliquandò, immò ſæpiſſimè omittitur, veluti quando per declarationem perficitur, in qua nulla Iudicis interrogatio, nec vlla teſtium reſponſio intercedit quocirca videtur, quod actus legitimationis non firmetur in examine per interrogationem, & reſponſionē.
Reſpondetur, quod declaratio non ſolum
4 habet vim declarandi, ſed etiām habet vim confirmandi illud, quod debile eſt, vt validum ſit per ea, quæ tradit *Bald. in l. cum non ſolùm §. nouiſſimè num.25.C.de bonis quæ lib.* ac proindè ſciendum eſt, quod cum teſtes fuerint in proceſſu offenſiuo interrogati à Iudice, & ipſi iurati reſpoderunt in ordine ad afficiendum reum inquiſitum, & ſic in ordine ad cauſam proſequendam contra
5 inquiſitum; ſequitur, quod declaratio operetur idem, quod repetitio facta per interrogationem, & reſponſionem, quod proprium eſt declarationis, vt dixi, quod fingat declarantem fuiſſe præſentem loco, & tempore, actus, qui declaratur, & ratificatur iuxta ea, quæ tradit *Bald. in l. cum decem §. ſi fideiuſſor num. 2. ff. de ſolut. & liberat.* arguendo à ratificatione ad declarationem, & ſic per declarationem ille actus intrinſecus legitimationis conſiſtens in interrogatione, & reſponſione cenſetur denuò repetitus per dictam declarationē, Nec dicatur, quod interrogatio, & reſponſio ſit de intrinſeca na-

natura legitimationis, ac proindè non videtur omitti poſſe, quia illa intrinſeca ſo-
6 lemnitas reſponſionis, & interrogationis non componit quid reale, & fiſicum in legitimatione, idcircò non tollit quin poſſit variari dictus modus legitimandi per ea, quæ tradit *Felyn. in cap. dilecti num. 7. de exceptionibus*, vbi dicit, quod licèt citatio, & defenſio tolli non poſſint, tamen variari poſſunt *Angelus in l. ſi ſic ff. de leg. 1.* ita pari modo poteſt variari modus legitimationis, prout quotidiè variatur licèt tolli minimè poſſit.

Et ſi replices, quod cum declaratio reſpiciat ad teſtes iam in informatiuo, ſeu offenſiuo proceſſu examinatos vtique vi-
7 detur dari quædam præpoſteratio, nimirum quod priùs fuerint teſtes examinati, & quod poſtea inquiſitus per actum declarationis cenſeatur citatus ad illud examen, quo fit, vt huiuſmodi legitimatio non ſubſiſtat propter vitium præpoſterationis, vt videtur dicere *Iacob. de Gazzio conſ. 61. diuerſ. num. 3. lib. 2.* Reſpondetur, quod nulla poteſt dari præpoſteratio cum actus declarationis non reſpiciat ad examẽ teſtium
8 per antea factum vti legitimatum, ſed reſpicit ad examen antea factum vti habile ad repiciendam confirmationem, ſeu robur per declarationem, prout verè in actu declarationis efficaciam recipit, Immò da-
9 to, & non conceſſo, quod adſit aliqua præpoſteratio nihilominùs non vitiaret proceſſum, eò quia fit per quamdam fictionẽ, quæ in iure tolerabilis eſt, vt dicit *Bal. in l. 1. num. 4. verſ. eſt autem C. de execution. rei iudic.* nam præpoſteratio ſolemnitatis ſubſtan-
10 tialis non vitiat actum, quando ex ipſa præpoſteratione non ceſſat cauſa, ob quam diſpoſitio includitur, vt docet *Gayl. obſeruat. 101. num. 10. lib. 1.* quod etiam vide-
11 mus in iuramento teſtium præpoſterato, nimirum quando teſtes prius depoſuerunt, & poſtea iurarunt ſuper eo, ſuper quo depoſuerunt, hoc enim caſu multi DD. volunt quod actus ſuſtineatur, vt tradit *Farin. queſt. 75. num. 32.* ac proindè declarat *Bald. in l. ius iurandi ſub num. 2. C. de teſtibus*; & dicit, quod quando iuramentum eſt cõnexum cum dicto quia in continenti teſtis iurauit ita eſſe, ſicut depoſuit, quod tũc valeat teſtificatiò, ſed quidquid ſit de iuramento præpoſterato, attamen in caſu declarationis non videtur conſiderari poſſe
12 vitium aliquod præpoſterationis, cum cõſiſtat in modo legitimandi, non in ipſa legitimatione, vt docet *Bald. in l. Arethuſa num. 7. de ſtatu hominum*; & ſic non in ipſo actu legitimandi, quo caſu ſi teſtes reſpon-
13 derent antequã interrogarentur vitiaretur legitimatio propter dictam præpoſterationem *Bald. in l. in conuenticula ſub num. 5. verſ. nam aut præpoſteratio C. de Epiſcopis, & Clericis*.

Quæ pars proceſſus legitimari oporteat.

Quæſt. LXXIX.

SVMMARIVM.

Legitimatio eſt robur quoddam de iure ciuili inuentum. num. 1.

Probationes aliæ ſunt inſtructiuæ, aliæ probatiuæ. num. 2.

Probationes inſtructiuæ non indigent legitimatione. num. 3.

Probationes probatiuæ quæ ſint. num. 4.

Probationes receptæ ſuper recognitione cadaueris ſunt legitimandæ. num. 5.

Legitimatio proceſſus reſpicit ad illam partem probatoriam, quæ immediatè afficit reum num. 6.

Quare pars proceſſus, quæ reſpicit ad conſtituendum reum non legitimetur. num. 7.

Examina reorum non reſpiciunt ad probationem, ſed adveritatem eruendam. num. 8.

Aliud eſt confiteri, aliud eſt veritatem dicere. nu. 9.

Veritas negari non poteſt, ſed confeſſio recipit correctionem. num. 10.

Reus examinatur per modum conuentionis num. 11.

Conſtitutum rei deſeruit pro litis conteſtatione. num. 12.

Indicia ex reſponſionibus Rei habita non indigent legitimatione. nu. 13. Et quare. num. 14.

CVM legitimatio ſit robur quoddã, ſeu actus
1 quidam cõfirmatorius de iure ciuili inuentus ad reddendas efficaciores Fiſci probationes, idcirco ſciendum eſt, quod in proceſſu multæ, & diuerſæ cumulãtur probationes qua-
2 rum aliæ ſunt inſtructiuæ, aliæ probatoriæ probationes inſtructiuæ ſunt illæ, quibus accuſator inſtruit iudicem, ſeu potius proceſſum, vel per ſcripturarũ productionem,
3 vel per teſtium inductionem, & hæc pars vti inſtructiua nulla indiget legitimatione, vt dixi in quæſt. 77. num. . cum ſit veluti via ad informandum Iudicem, habent enim iſtæ probationes inſtructiuæ ſua ſolemnia cum dependeant ab accuſatione;

l. Titia

l. Titia 18. *ff. de accuſat.* ibi : *& ſolemnia accuſationis non impleſſet* ; idcireò non indigent legitimatione, quæ eſt quædam ſolemnitas à iure requiſita.

Probationes verò probatiuæ ſunt illæ, quæ probant delictum non ſolum in gene-
4 re, ſed etiam in ſpecie ; quoad illas, quæ probant delictum in genere, vt plurimum ad corpus delicti ſpectaut, quæ ſi ſunt receptæ per modum rogitus nullam requirunt legitimationem, ſi verò ſunt receptæ per modum depoſitionis tunc indigent legitimatione, vel ſi fuerint receptæ
5 ſuper recognitione cadaueris quia tūc probationes prædictæ ſunt legitimandæ : *Burſat. conſ.* 192. *num.* 34. *lib.* 2. examinantur
6 enim duo, vel plures teſtes ſuper recognitione cadaueris ad hoc, vt ſi poſſibile ſit de eius nomine, & perſona, ac patria conſtet *Clarus qu.* 4. *verſ. quando verò Ambroſin. d. eius tract. de modo form. proc. inform. cap.* 1. *n.* 25. *lib.* 1. quo verò ad illas, quæ probant delictum in ſpecie cum reſpiciant ad detegendum delinqunetem vtique etiam iſtæ requirunt legitimationem vndè ex ſupradictis habes, quod legitimatio proceſſus reſpiciat ad illam partem probatoriam, quæ immediatè afficit ipſum reum.

Sed quæres quare pars, proceſſus, quæ reſpicit ad conſtituendū reum nō legitima-
7 tur pars ſicuti legitimatur quæ reſpicit ad procedendū cōtra ipſum reū, & quęſitū hoc eò magis vrget, quia aliquando ipſe inquiſitus reſpondēdo ad interrogata generat cōtra ſe indicia etiā ſufficientia per ſe ad tor-
8 turam. Reſponderi poteſt duplicem eſſe rationem, tum quia examina reorum non recipiuntur ad probationē, ſed recipiuntur ad veritatem eruendam, quæ per indicia ex reorum reſponſionibus deducta facilè detegitur : *Baldus in l. confeſſio num.* 14. *verſ. item Iudex excuſatur, &c C. de confeſſis*, vbi dicit, quod aliud ſit confiteri, & aliud ſit verū
9 dicere, vndè quādo reus torquetur nō torquetur ad hoc, vt cōfiteatur, ſed vt verū dicat, ita data paritate, quando examinatur, non examinatur vt confiteatur, & ſic, vt probet, confeſſio enim eſt ſpecies probationis : *Caball. caſu* 68. *num.* 8. *&* 9. ſed vt veritatem dicat, & ratio eſt, quia veritas ne-
10 gari non poteſt *Bald. in l. ſi teſtis C. de oper. libertor.* ſed confeſſio recipit correctionem : *Bald. in l.* 1. *num.* 20. *C. de furtis* : tum etiam quia reus examinatur per modum conuē-
11 tionis, & idcircò cum eo dicta teſtium conteſtantur, & ſic ad faciendam cum eo litis conteſtationem ; ac ad ponendum illum inter reos, & licet in criminalibus propriè non fiat litis conteſtatio attamen ipſummet conſiſtitutum deſeruit prodicta
12 litis conteſtatione, vt dicit *Caball. caſu* 269. *Guazz. defenſ.* 20. *cap.* 7. *num.* 9. nimirum quando Iudex interrogat reum ſuper delicto, & ſuper ijs, quæ in informatiuo contra eum deducta fuere, & reus reſpondit affirmatiue, vel negatiue *Clarus quæſt.* 14. *num.* 13. *Bal. in l. prius num.* 33. *C. de his, qui accuſare non poſſ.* Vnde quamuis reus ex eius reſponſio-
13 nibus indicia aliquando contra ſe pareat nihilominus non eſt ſuper eis opus alia legitimatione ; tum quia indicia prædicta ſatis legitimata cenſentur per legitimationē probationum ex teſtibus receptarum ex
14 quibus reus conuincitur: vnde legitimatis prædictis probationibus legitimata videntur prædicta indicia ex conſequentia quadam *arg. eorum, quæ tradit Bald. in l. Pracibus C. de impub. & alijs num.* 9. vbi dicit, quod quandoq; probato vno articulo alius probatur ex conſequentia, & ſic tacite, quia ratio iuris cogit intellectum, vt ſic iudicet & non minus eſt iudicium intellectuale, quam teſtimonium ſenſibile, tum quia ex confeſſione eiuſdem Rei, quam emittit ſuperdicta indicia legitimata cenſentur.

Quos effectus producat legitimatio.

Quæſt. LXXX.

S V M M A R I V M.

Per legitimationem firmatur ſtatus depoſitionum teſtium ſine ſolemnitate receptorum, num. 1.
A legitimatione Fiſcus actionem efficacem ſumit. num. 2.
Inter legitimationem, & actionem non datur medium. num. 3.
Prius legitimatur proceſſus quam diſputetur de meritis cauſæ. num. 4.
Ex informatiuo agi non poteſt. num. 5.
Si daretur, quod ex informatiuo agi poſſet darentur duo ſpecialia, & quæ. num. 6. *declara. num.* 7.
Proceſſus legitimatus non eſt idem cum proceſſu diſpenſato, & quare. num. 8.
Teſtes diſpenſati, & non vere legitimati non probant in ciuili. num. 9.
Proceſſus diſpenſatus non niſi in curijs præeminentiam habentibus in vſu eſt. num. 10.
Ante legitimationem Iudex habet ligatas manus, quo ad procedendum contra reum. num. 11.
Depoſitiones teſtium, non niſi citata parte afficiunt. num. 12.
Legitimatio influit in teſtium dicta, & tribuit eis vim pariendi actionem. num. 13.
Iudex procedere poteſt receptis dumtaxat probationibus

Digitized by Google

bus ad ſui informationem . num.14. declara . numer.15.

Reus ante legitimationẽ non poteſt contra teſtes excipere nec defenſiones proponere . num.16.

Ad torturam deueniri non poteſt niſi præcedant legima indicia . num.17.

Indicia legitima ſicut legitima probatio dupliciter conſiderantur , & quomodo . num.18.

Iudex vti iuris miniſter adhibet modum iuris pro probandis indicijs . num.19.

1 PER legitimationem
firmatur ſtatus depo-
ſitionum teſtiũ , quæ
ſine vlla iuris ſolem-
nitate receptæ fuerũt
per eã igitur fiunt ad
iudiciũ promouendũ
auctorabiles . *leg. 1.
in prin. ff. de ſtipulat.* a
legitimatione enim Fiſcus efficacem actio-
2 nem ſumit nec vllum medium interponi-
tur quoniam efficacia legitimationis ſta-
3 tim operatur cum non ſit aliud quam
actionem parere; ſicut à ſimili dici poteſt
de obligatione pura , & actione inter quas
non datur medium quo minus actio impe-
diatur *Bald. in l. cum & ſtipulationes num.18.C.
vt actio ab hærede , & contra hæred. &c.* & ideò
4 prius legitimatur proceſſus , quam diſpu-
tetur de meritis cauſæ quemadmodum
prius legitimandæ ſunt perſonæ , quam de
meritis cauſæ diſputetur *Bald. in l. quidam
referunt nu.2.ff. de iure codicillorum* ; non enim
5 ex informatiuo agi poteſt cum ſit ineffi-
cax ad actionem promouendam : immo ſi
daretur, quod ex ſimplici informatiuo ſine
6 vlla Principis auctoritate induceretur legi-
timatio; concurrerent duo ſpecialia vnum
ſcilicet , quod præſumeretur legitimatio ,
& alterum , quod ageretur ex informatiuo
quod à iure minime permittitur *Menoch. de
præſumption. præſumptione 47.nu.8.lib.1.Bald.in
l.1. num. 13. C. quando liceat ab emptione diſce-
dere .*

Dices , quod etiam ex informatiuo agi-
tur aliquando : ergo non videntur atten-
denda prædicta ſpecialia . Reſpondetur ,
7 quod illud procedit ex Principis diſpẽſatio-
ne non idcircò proceſſus diſpenſatus eſt idẽ
8 cum legitimato cum vnus ipſam legitima-
tionem altera imaginem legitimationis re-
præſentat iuxta ea , quę dicit *Paulus de Caſtro
in l. eos C. de Appellat.* ac proinde teſtes di-
9 ſpenſati , & non vere legitimati non pro-
bant in ciuili iudicio tamquam parte non
citata nec audita recepti ex regula in *l. ſi
quando C. de teſtibus Gizzarel. deciſ.55.* immo
differt à legitimato , ita quod non niſi à
10 curiis habentibus præeminentiam adhi-
bendus eſt prædictus modus procedendi ex
diſpenſatione , ſcilicet ex informatiuo , *vt
ex deciſ.22. Caroli Tapiæ penes Nouarium. de
grauaminibus Vaſſallorum in fine tertij libri .*

Secundus effectus legitimationis eſt ,
quod Iudex , qui ante legitimationem ha-
11 buit ligatas manus , quo ad procceden-
dum contra reum poſtea facta legitimatio-
ne poteſt illum in conflictum iudicij voca-
re nimirum , vel tormentis ſubijcere , vel
illum punire *Bart. in l. ſi quis adulterium in
princip. ff. de adulter.*

Tertius effectus legitimationis eſt per re-
ſpectum ad teſtes quorum depoſitiones
12 niſi præceſſerit litis conteſtatio ac citata
parte fuerint repetitæ nullius momenti sũt.
*Marſil. ſin.24. & 30. Caputaquen. deciſ.207. n.8.
& ſeq. par.1. Farin. qu.72. nu.87. Guaz. defenſion.
24. cap.10. num.1.* legitimatio enim influit in
13 teſtium dicta, ita quòd tribuit eis vim pa-
riendi actionem quam aliter non haberent
vt alias dixi ac roborat naturalem proba-
tionem prædictarum diſpoſitionum iuxta
ea , quæ colligi poſſunt *ex Bald. in l. patiens
num.17. ff. de pactis .*

Dices ex aucthoritate *gloſ. in cap.1. §. ſi duo
de pace tenenda in verb. teſtimonium* , quod Iu-
14 dex poſſit procedere receptis dumtaxat
probationibus ad ſui informationem , &
inſtructionem , quam gloſ. ſingularem di-
cit *Cotta in ſuis memorabilibus in verbo te-
ſti non iurato verſ. notandus tamen eſt &c.*
Reſpondetur , quod informatio , ſeu
inſtructio Iudicis dupliciter conſiderari
poteſt vno modo per reſpectum ad Iu-
dicis inſtructionem , & hoc caſu non
eſt neceſſaria legitimatio , *vt in dicta gloſ.
teſtimonium*, & ideò dicit *Singulariter Innocen.
in cap. per ſuas circa prin. extra de teſtibus*, quod
Iudex non compellitur dare parti aduerſæ
copiã eorum, quæ ſibi dantur ad eius dum-
taxat inſtructionem, & ſubiungit *idem Cotta*
quod hoc dictum ignorauit *Ioannes de Imol.*
& propterea cum de hoc Bononiæ inter-
rogatus fuiſſet , obmutuit , vt refert *Ludo-
15 uic. Rom. ſing.266.* altero modo nedum ad ſui
inſtructionem , ſed etiam ad partis, ſeu in-
quiſiti ac Fiſci fauorem , ſeu reſpectiue
præiudicium , quo caſu omnino neceſſa-
ria eſt legitimatio , vt afficiant alias nihil
boni operarentur *Iuxta ea quæ tradit. Guazz.
defenſ.24. cap.1. & 2. per totum* [illegible]

Quartus effectus legitimationis eſt per
reſpectum ad ipſum inquiſitum , qui ante
legitimationem excipere minime poteſt
16 contra teſtes , & dicta teſtium nec defen-
ſiones proponere ſicut è contra ante eam-
dem legitimationem reus legitime con-

ue-

Digitized by Google

ueniri non poſſet à Fiſcô ſeu ab adherente *l.1. & l. maritis ff. de quæſtio*: vbi dicitur non eſſe ab examine rigoroſo incohandum, & facit *gloſ. in l. quæſtionis ff. de quæſtio*: niſi le-
17 gitima præcedant indicia hoc eſt legitime probata & legitimata.

Dices, quod legitima indicia ideò dicuntur quotieſcumque per idoneos teſtes, & numero ſufficientes ſaltem per duos teſtes fuerint probata *Connanus in coment. iuris lib.9.cap.6.num.1.* ideò non videtur neceſſariũ, quòd vlterius legitimentur. Reſpondetur, quòd legitimum indicium ſicut &
18 legitima probatio duplex eſt vna per reſpectum ad ipſum indicium probatum atque etiam per reſpectum ad ipſam probationẽ, eo quia lex requirit, quod indicia ſaltem per duos teſtes probentur, vt dixi atque omnis, & qualibet probatio proueniat ex ore duorum, vel trium teſtium *Oſaſc. deciſ.79.num.16. Farin.conſ.106. num.11.* altera, eſt per reſpectum ad actionem promouendam, quæ non niſi vocata, & audita parte intentari poteſt ſic legibus diſponentibus atque imperantibus *Guazz. dicta defenſ. 24. cap.9. num. 8.* vel dic, quod ſunt legitima quo ad Iudicem, qui uti iuris miniſter ad-
19 hibet modum iuris pro probandis indiciis non autem quo ad partes, quæ ad dictam probationem non fuerunt vocatæ prout vocari debent, vt *l. de vno quoque ff. de re iudicata.*

An legitimatio ſit de ordinatorijs Iudicij: an vero de ordinatorijs cauſæ.

Quæſt. LXXXI.

SVMMARIVM.

Quæ ſint ordinatoria iudicij. num.1.
Quæ ſint ordinatoria cauſæ. num.2.
Legitimatio eſt de ordinatorijs cauſæ. num.3.
Legitimatio proceſſus non videtur habere perpetuam firmitatem pro vt habent ordinatoria cauſæ. numer.4. declara. num.5.
Præſcriptionis interruptio habet perpetuam firmitatem. num.6.
Legitimatio, vt habens perpetuam firmitatem. reiterari non poteſt. num.7.
Concluſio in cauſa eſt de ordinatorijs iudicij. num. 8.
Cumulatio non dicitur de proceſſu niſi quatenus ſit in facto eſſe hoc eſt quando fuerit cum reo conteſtata, num.9.

VTilitas huius quæſtionis eſt, quia aliquando in ſtãtia cauſæ perimitur, & ordinatoria iudicij pariter perẽpta manent, quod non procedit in ordinatorijs cauſæ Ideo ad huius quæſtionis euidẽtiam ſciendum eſt, quod ordinatoria iudi-
1 cij ſunt illa, quæ ſecundum proprietatem vocabuli ordinant ſeriem terminorum ſeruandorum pro terminanda, & decidenda lite, vt ſunt citatio, libelli oblatio, litis conteſtatio, & ſimilia: ordinatoria vero cauſæ
2 ſunt illa, quæ cauſam inſtruunt, vt per illa deueniri poſſit ad litis, & cauſæ deciſionem veluti teſtium depoſitiones, partium confeſſiones, inſtrumenta, vt notant *Abb. & Bald. in cap. cauſam, quæ il 1. num. 1. & 5. de teſtibus, & atteſtationibus.*

Ex his igitur facilis videtur deciſio noſtræ quæſtionis; quoniam cum legitimatio non ſit citatio, nec libelli oblatio, neque litis conteſtatio, vt ex ſe patet; reſtat, vt
3 dicamus, quod ſit de ordinatorijs cauſæ, & non iudicij.

Dices, quod legitimatio proceſſus non videtur habere perpetuam firmitatem pro-
4 ut habent ordinatoria cauſæ; eo quia à præparatorijs iudicij ſurgere videatur; nimirum à citatione, vel à litis conteſtatione, quæ, vt dixi ſunt de ordinatorijs Iudicij, idcircò videtur, quod legitimatio non ſit de ordinatoriis cauſæ, quæ ex ſe habent perpetuam firmitatem, ita vt perempta inſtantia non pereant prout pereunt ordinatoria iudicij, atque etiam concluſio in cauſa vt notat *Bald. in l. ſi accuſatoribus num.2.C. de accuſat. & inſcript.* eſt de ordinatorijs cauſæ, & tamen nihil operatur perempta inſtantia, *vt ibi dicit Bald.* Reſpondetur, quod le-
5 gitimatio licet ſurgat à præpararorijs iudicij tamen cum ſit actus perficiens, & inducens effectum circa actionem propoſitam non poteſt non habere firmitatem, quia actio furti verbi gratia non eſſet efficax ad agendum contra furem niſi legitimatio circa illam produceret aliquem effectum hoc eſt niſi redderet efficaces probationes receptas ſuper delicto furti. Vnde ſicut in-
6 teruptio præſcriptionis interruptæ per citationem dicitur actus habens perpetuam firmitatem, ita vt amplius illa præſcriptio perfici poſſit, ſed perpetuo remanet interrupta, vt notat *Bald. in d. cap. cauſam, quæ il primo num.5.verſ. quædam ſunt acta &c. de teſtibus, & atteſtatio*: ita legitimatio proceſſus, quæ pariter per citationem perficitur dici po-

7 poteſt actus habens perpetuam firmitatem, & amplius reiterari non poteſt idcirco dici oportet, quod ſit de ordinatorijs cauſæ, & non iudicij: Et ad illud, quod dicitur de concluſione in cauſa aduertendum, quod *Bald. contrarium dixit in d. cap. cauſam quæ &c.*
8 nimirum, quod ſit de ordinatorijs iudicij, & ſic, quod pereat perempta inſtantia, & hoc credo verum.

Veruntamen ſupradicta de legitimatione intelligenda ſunt pro vt eſt in facto eſſe nō de legitimatione prout eſt in fieri ſicut pariter dicitur de cumulatione eorum, quæ ſunt in proceſſu informatiuo cumulatio non dicitur de proceſſu niſi quatenus ſit in
9 facto eſſe, ſcilicet quando fuerit cum reo conteſtata, quia tunc veluti quodam exẽplum productionis dicitur de actis, & ſic de proceſſu cauſæ *cap. quoniam de probatio. l. 2. C. vt lite pendente Bald. in Rub. C. de in ius vocan.*

De ficta legitimatione. Quæſt. LXXXII.

SVMMARIVM.

Ficta legitimatio parit effectus veræ legitimationis. num. 1.

Ficta legitimatio duo neceſſariò requirit. & quæ. num. 2.

Lex, & canon fingunt aliquando aliquem eſſe abſentem, vel mortuum, qui vere non ſit abſens, vel mortuus. num. 3.

Ficta legitimatio licet quoad fictionem ſit iuris tamen verſatur circa ea, quæ ſunt facti. num. 4.

Quidquid diſpoſitum eſt à iure in vera legitimatione inductiue diſpoſitum cenſetur in ficta. num. 5.

Ficta legitimatio habet eandem vim, quam habet vera, num. 6.

Habere teſtes pro rite, & rectè examinatos eſt potius iuris, quam facti. num. 7.

Lex fingendo ſuper ijs, quæ pendent ab eius poteſtate dicitur verè, & non ficte diſponere. num. 8. exemplum. num. 9. declara. num. 10.

Ficta legitimatio quoad actionis productionem in nullo differt à vera legitimatione. num. 11.

Legitimatio per repetitionem facta amplius repeti non poteſt. num. 12.

SVpra ſecundam propoſitam diſtinctionem habuimus ſermonem de vera legitimatione nunc aliquid de ficta legitimatione dicendū
1 oportet, & ſic ficta legitimatio nō ideò dicitur, quia non pareat effectus veræ legitimationis, ſed quia perficiatur nō adhibitis modo, & ordine veræ legitimationis idcircò duo neceſſario re-
2 quirit: primum, quod actus fictæ legitamationis ſupponat pro actu vero, hoc eſt, ſupponat veritatem in contrarium; nimirum, præceſſiſſe citationem inquiſiti cum vere non preceſſerit, ac poſtmodum ſubſequutas fuiſſe interrogationem Iudicis, & teſtium reſponſiones, & ſic examen cum vere non fuerit ſubſequutum *arg. textus in §. ſed ſi ab hoſtibus Inſtitut. quibus modis ius patr. poteſ. ſoluit §. fin. Inſtit. quibus permiſ. non eſt facere teſtam. cap. 2. de arbit. cap. non diuerſis 12.*
3 *quæſt. 1.* in quibus iuribus patet legem, vel canonem fingere aliquem mortuum, vel præſentem, qui vere mortuus, vel præſens non ſit, & fingit captiuum non eſſe, qui vere fuerit captiuus.

Secundum requirit, quod diſpoſitum in caſu veræ legitimationis cenſeatur diſpoſitum in caſu fictæ legitimationis, quia licet ficta legitimatio, quoad ipſam fictionem ſit iuris tamen verſatur, ſeu exercetur
4 circa ea, quæ ſunt facti: vnde ſuccedit regula, quod idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in vero. *l. qui in vtero ff. de ſtatu homin.* vbi fingere, quod natus ſit ille, qui vere non eſt natus eſt fingere pro vero, quod verum non eſt: vnde in his non conſtituitur aliqua differẽtia niſi in ſola fictione ac proinde omne id, quod diſpoſitum fuerit in caſu vero, cenſetur quoque diſpoſitum in caſu ficto, & ſic quidquid di-
5 ſpoſitum fuit à iure in vera legitimatione inductiue cenſetur diſpoſitum in ficta, & præſumpta legitimatione *arg. §. ſed ſi in bello Inſtit. de excuſat. tutor. & l. vltim. de varia. & extraord. cogn.* cum finis legitimationis ſit iterum teſtes cum iuramento citato reo examinari; & quod examen efficaciter inquiſitum afficiat: examinare enim, & examinari, eſt, quid facti; ideò, cū ficta legitimatio ſe occupet in iis, quæ ſunt facti ſequitur, quod diſpoſitum in caſu vero ſit quoque diſpoſitum in caſu ficto, & ſic
6 quod ficta legitimatio habeat eandem vim quam habet vera legitimatio.

Dices, quod habere teſtes pro rite, & rectè examinatos eſt potius iuris, quam fa-

cti

7 cti, idcirco non recte procedere fictionem vti fictionem, ſed vere, & proprie inducere ac diſponere veritatem legitimationis licet alias ea, quæ habentur pro talibus ficte & improprie, ſint vere talia *l. mercis la 2. ff. de verb. ſignif.* & ratio eſt quia lex fingendo
8 ſuper ijs, quæ pendent ab eius poteſtate, etiam ſi per verba fictionis loquatur dicitur vere, & non ficte diſponere facit textus *in l. prædijs ibi tacite pignori eſſe intelligantur, & in l. eo iure ibi pignori eſſe credantur ff. in quibus cauſis pign. vel hypot. tacit. contrah.* quæ ſolent importare fictionem, *vt per Iaſ. in l. ſi is qui pro emptor. num. 223. ff. de vſucap.* & tamen non important fictionem, ſed veritatem, & ſic cum veritate bona illa fuiſſe obligata pignori deſignant; ita pari modo in legitimatione per fictionē licet in ea enuncientur teſtes pro rite, & recte examinati, & huiuſmodi frhaſis videatur ex ſe importare fictionem tamen cum verſemur in iis quæ ſunt iuris, quia ſic a iure diſponitur vere, & proprie, & non ficte inducitur legitimatio ideò inquit *Bart.*
9 *in dicta l. ſi is qui pro emptore num.......* quod ſi lex vult facere filium, qui ſit in poteſtate eſſe ſui iuris, vel non legitimum eſſe legitimum, vel ſeruum eſſe liberum, quia omnia iſta ſunt iuris *§. 1. Inſtit. de patria poteſt. §. licet in Auth. quibus mod. nat. lib. eff. legi l. 4. ff. de ſtatu homin.* intelligitur facere non ſecundū fictionem, ſed ſecundum puram veritatem quia filius vere erit ſui iuris, vel legitimus & ſeruus liber.

Reſpondetur, quod ſi in totum refragatur ius fictioni legis, quo minus plenam
10 inducat diſpoſitionem non poteſt etiam in ijs, quæ ſunt iuris lex fingendo veritatem inducere quia veritatem in contrariū habet, & ideò lex, quæ fingit legitimationem in teſtibus habitis pro rite, & recte examinatis non poteſt id facere ſecundum veritatē, ſed ſecundum fictionem cum in reliquis obſtet iuris veritas ſecundum quam teſtes dicuntur non rite, & recte examinati, eo quia non præceſſit citatio inquiſiti, ſed fuit ſuppletum per eius præſentiam in declarādo nec Iudicis interrogatio ac teſtium reſponſio ac eorumdem iuramentum, & proceſſus publicatio prout requiritur in vera legitimatione, quæ fit per repetitionem, vel per teſtium confrontationem in quibus vera legitimatio conſtituitur idcirco ſi dicas, quod ficta legitimatio proceſſus in
11 nullo differt à vera ac proinde vti vera, & non vti ficta haberi debeat intellige hoc ſane procedere quantum ad actionis productionem, quia Fiſcus non minus agit ex proceſſu ficte legitimato, quam ex uere legitimato, ſed non habet primordia veræ legitimationis cum fingatur teſtes retro pro informatione curiæ examinatos fuiſſe præſente reo pro rite, & recte loco, & tempore receptos *Bald. in l. cum decem §. ſi fideiuſſor num. 2. ff. de ſolut. & liberat.* quod non ſequitur in vera legitimatione in qua dūtaxat tempus, quo fit vera legitimatio proceſſus redditur habilis ad productionem actionis, & ſic reus declarando (exempli gratia) teſtes pro rite, & recte examinatos non facit proceſſum vera legitimatione roboratum, ſed iura veræ legitimationis ei confert itaut ex eo agi poſſit ac ſi vere legitimatus fuerit: patet quia ſi reus, qui declarat voluerit re integra teſtes iterum legitimari hoc ſibi conceditur, quod non procedit in vera legitimatione præcipuè in illa, quæ fit per repetitionem, qua per Fiſcum habita reus non poteſt illam amplius
12 repetere niſi quatenus teſtes non fuerint rite, & recte ac ſufficienter interrogati.

An detur ficta legitimatio. Quæſt. LXXXIII.

SVMMARIVM.

Cur detur ficta legitimatio. num. 1.

Ficta legitimatio ſupplet modum, & ordinem requiſitos in vera legitimatione. num. 2.

Suppletio eſt modus quidā extenſionis minus ad aliud ſimile cum proportione, & adaptione propter eamdem rationem. num. 3.

Quando, quis declarat teſtes &c. vult per conſenſum omnia interueniſſe, quæ vere intercedunt in vera legitimatione. num. 4.

Omnis ſimilitudo figmentum quoddam eſt. num. 5.

Declaratio teſtium &c. habet mixturam facti, & iuris. num. 6. & quomodo. num. 7.

Fictio in declaratione teſtium &c. non videtur immediate terminari in facto reſponſionis, & interrogationis, ſed in facto citationis inquiſiti. num. 8. declara. num. 9.

Vperflua videtur hęc quæſtio cum ex ſupradictis videatur dari, ſed ſatisfaciendo curioſitati dicemus ſaltem rationem cur de-
1 tur hæc ficta legitimatio, & dicimus; quod pro cauſarum criminalium celeri expeditione, & ne fraus committatur hoc eſt ne antequam teſtes repetarentur illi à loco diſcederent, vel cogerentur

tur aut inducerentur diſcedere, & ſic repeti minus valerent ac propterea iura Fiſci deſtruerentur; inuentus ideò fuit modus quidam proceſſum legitimandi per quamdam fictionem, quæ potius ſuppletio dicenda eſt cum hic modus legitimandi ſuppleat modum, & ordinem requiſitos in vera legitimatione *Gab.concl.3. nu.1. & ſeqq. tit. de ſtatutis Menoch. conſ.345.num.38. Farin. conſ.193.num.26.* qui modus legitimandi potius præſumptiuus, quam verus dici oportet, quia ſuppletio eſt modus quidam extenſionis vnius ad aliud ſimile cum proportione, & adaptione propter eamdem rationem iuxta ea, quæ tradit *Bald. in l. 1. num.2.ff. de iuſtitia, & iure,* ac proinde reſultat idem iudicium in vno, quod in alio effectiue *Bal. in l. bonorum num.9.C. qui admitti:* vnde cum quis declaret teſtes pro rite, & rectè examinatos ac repetitos, vel vltro cõfiteatur, vel in contumacia ſinit ſe condemnari tacite ſupplet veram legitimationem hoc eſt permittit extendi effectus veræ legitimationis ad illam, quæ fit per fictionem hoc eſt operatur idem, quod operatur vera legitimatio vt v.g. quando quis declarat teſtes pro rite, & recte examinatos ac repetitos vult per conſenſum omnia illa interueniſſe, quæ vere intercedunt in vera legitimatione licet vere non interueniant nimirum citatio, publicatio proceſſus, iuramenta teſtium, interrogatio Iudicis, & reſponſio dd. teſtium, & ſic vult, quod ad ſimilitudinem vere legitimationis ſuppleat actus declarationis, quod nihil aliud eſt, quam fingere; omnis enim ſimilitudo figmentum quoddam eſt *Bald. in l. libero C. de patribus, qui filios diſtraxerunt &c.* & hoc figmentum non eſt, quid abſtractum à iure immo ab illo fomentatur nam in ſimili Iuris conſultus *in l.2.ff. pro ſocio* Dominium ſocietate omnium bonorum acquiri ſine traditione per quamdam fictionem affirmat cum textus dicat *creditur* non autem ob aliud inducitur, niſi vt ſuppleat id in quo deſideratur facti veritas; adhoc vt ex ea veri iuris effectus producantur vt declarat *Bart. in l. ſi is, qui pro emptore num....... ff. de vſucap.* vnde actus declarationis factus per inquiſitum de teſtibus habitis pro rite, & recte examinatis habet mixturam facti, & iuris idcircò ſtat in veris, & proprijs terminis fictionis, quia factum illud, quod habet actus declarationis, in quo lex fingit non poteſt vere, & proprie induci; nam licèt vera legitimatio dicatur eſſe iuris *arg. l. ſi vnus §. pactus ff. de verb.oblig.* tamen propter factum præcedentis interrogationis, quam in ea Iudex adhibet, & ſubſequentis teſtium reſponſionis non poteſt in declaratione à lege vere induci ſecundum veritatem, ſed ſecundum finctionem *arg.l.1.C. de rei.vxor.action. in princip. l.his verbis ff. de ad opt.* fingit enim lex quando reus declarat, quod teſtes fuerint rite, & rectè ipſo citato legitimati hoc eſt, quod fuerint à Iudice interrogati, & ipſi ad interrogata reſponderint.

Margin numbers in the left column: 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Dices, quod hæc fictio in declaratione
8 conſiderata non videtur immediatè terminari in facto reſponſionis, & interrogationis, ſed in facto citationis ipſius inquiſiti fingit enim lex quando reus declarat, quod fuerit legitime citatus ad viden. repeti teſtes, & ſic per quandam conſequentiam neceſſariam ad actum citationis ſuppletæ per declarationem reſultat fictio interrogationis, & reſponſionis ac proinde fictio ad ſuppletionem citationis veluti principalis actus legitimationis reduci debet.

Reſpondetur, quod actus declarationis
9 non fingitur ſupplendo citationem requiſitam, quia præſentia Rei perſonalis, quæ prçſtatur in illo actu declarationis coram Iudice habet vim veræ citationis quapropter fictio videtur primò, & principaliter cadere ſuper examine hoc eſt ſuper interrogatione, & reſponſione veluti ſuper ſolemnitate intrinſeca, & eſſentiali legitimationis, quæ conſiſtit in quodam facto in quo lex fingit ſupponẽdo veritatem interrogationis, & reſponſionis vbi vere non adeſt ex quibus omnibus dubitari non poteſt quin detur iſta ficta legitimatio.

Quotuplex ſit hæc ficta legitimatio. Quæſt. LXXXIV.

SVMMARIVM.

Ficta legitimatio in triplicem ſpeciẽ diuiditur, & quæ num.1.

Declaratio non conſiſtit in ficto ſimpliciter, ſed conſiſtit in ficto cum fundamento in vero. n. 2. & quomodò hoc procedat. num.3.

Ficta legitimatio habetur etiam per veram confeſſionem. num.4.

Habita confeſſione ſuperfluũ eſt proceſſum legitimari per veram legitimationem. num.5.

Per confeſſionem crimen factum eſt notorium. num.6.

In notorijs ceſſant omnes ſolemnitates iuris, & proceditur in illis extra ordinem exequendo rem cognoſcendo. num.7.

Ordo, & ſolemnitas requiſita in legitimatione non eſt per ſe, ſed ad aliud hoc eſt ad finem conſequendi facti veritatem. num.8.

Reus

Reus non mouetur ad confitendum, niſi quia cogitat, vel non ignorat contra ſe fuiſſe ſumptas probationes. num.9.

Confeſſio emanata nullis præcedentibus indicijs nullius eſt momenti. num.10.

Ficta confeſſio reſultat ex contumacia inquiſiti. n.11.

Si ſtatutum diſponat, quod contumax habeatur pro confeſſo intelligitur ac ſi ſponte fuerit confeſſus. num.12.

Ficta confeſſio operatur illud idem, quod operatur vera confeſſio. num.13.

Legitimatio, quæ reſultat ex ficta confeſſione non reſpicit ad ſolam, & nudam contumaciam inquiſiti. num.14.

Contumacia eſt quid negatiuum connotans pertinatem inobedientiam. num.15.

Per contumaciam offenditur iuriſdictio Iudicis. numer.16.

Contumacia operatur idem, quod reſponſio. num.17.

Si contumax ſinit ſe monere ſeu citare, & poſtea condemnare obligatur ad pœnam ac ſi vere fuiſſet contra eum legitimatus proceſſus. num.18.

Vt contumax condemnari poſſit requiritur, quod probationes præcedant de iure legitimæ. num.19.

Legitimatio duplex eſt vna reſpiciens ad aptam probationem altera ad efficaciam actus. num.20.

Ea etiam, quæ fiunt non in figura iudicij debent eſſe apte concepta. num.21.

Indicia cum deficiant à probatione in ſe non dicuntur legitima. num.22.

Depoſitiones teſtium, vt ſint legitimæ oportet, quod habeant veritatem, & probationem, & probatio habeat teſtes idoneos. num.23.

Probationes etiam ſi ſint legitimæ non ſunt efficaces niſi ſuperueniat confeſſio. num.24.

1 ET dicimus in triplicẽ ſpeciem diuidi poſſe; vna, quæ fit per declarationem; altera, quæ fit per veram confeſſionem; tertia quæ fit per fictam cõfeſſionem de quibus in tertio libro diffuſe diſputabimus: modo, quo ad pręſentem inſpectionem hæc pauca proponemus, & primò Quoad primam, ſcilicet quoad legitimationem, quæ fit per declarationem, vt magis frequentem in tribunalibus maximè in Statu Eccleſiaſtico aduertẽdum eſt quod illa non conſiſtit in ficto ſimpliciter,
2 & abſolute, quia tunc pręſupponeret falſum, ſed conſiſtit in ficto quatenus aduerſetur veritati cum præſumptione fundata in vero; nam declaratio non ob aliud inducta fuit niſi, vt ſuppleat id in quo veritas legitimationis deſideratur, quæ eſt examen teſtium per Iudicis interrogationem, & teſtiũ reſponſionẽ confectum ad hoc, vt
3 ex ea veri producantur iuris effectus vnde ſicut fingi poſſunt lites, vt tranſactio etiam citra prætoris fiat aucthoritatem, vt docet *Vlpian. in l. cum hi §. ſi cum lis ff. de tranſaction.* ita fingi poſſunt interrogatio, & reſponſio, & alia requiſita ad legitimationem, vt legitimatio etiam citra Iudicis fiat aucthoritatem, & illius præſentiam, & hæc fiunt per ſolam declarationem, non quia requiſita veræ legitimationis interueniant, ſed quia per conſenſum inquiſiti diſpenſatur Fiſcus in dictis ſolemnitatibus legitimationis relaxando iuris rigorem circa veram legitimationem faciendam introductum.

Quoad ſecundam nimirum quoad le-
4 gitimationem, quæ fit per veram confeſſionem ſciẽdum eſt, quod legitimatio proceſſus non ad aliud dirigitur, niſi vt contra reum inquiſitum iuridice deueniri poſſit; vel ad illum rigoroſe examinandum, vel ad illum iuſte puniendum, quo fit, vt
5 habita confeſſione ſuperfluum eſſet proceſſum legitimari cum per confeſſionem ſuppletum videatur omnibus ſolemnitatibus requiſitis in legitimatione immo eſt tantæ virtutis, quod purgat omne vitium, & ineptitudinem proceſſus, *vt in cap. penul. de accuſat. lib. 6. & in cap. Piſanis de reſtit. ſpoliat. Angelus de maleſic. verb. comparuerunt*, & ratio eſſe poteſt, quia per confeſſionem crimen
6 factum eſt notorium *cap. 1. de cohabit. Cleric.* & in notorijs ceſſant omnes ſolemnitates iuris *Bald. in l. ictus fuſtium num. 4. ff. de ijs, qui*
7 *not. infam. Oſaſch. deciſ. 109. ſub num. 13. Farin. conſ. 8. nu. 71.* & proceditur in illis extra ordinem exequendo non cognoſcendo, vt dicit *Bald. in l. Lucius Titius num. 4. ff. mandati.*

Dices, quod legitimatio importat ordinem, & ſolemnitatem quamdam, ſed cõfeſſio eſt ſpoliata omni ſolemnitate ad legitimationem ſpectante idcircò non videtur ſupplere legitimationem. Reſpondetur, quod ordo, & ſolemnitas requiſita in le-
8 gitimatione non eſt per ſe, ſed ad aliud hoc eſt ad finem conſequendi facti veritatem dum ergo illam habemus per veram confeſſionem non debemus curare de modo. *l. 3. C. de Inſtit. & ſubſtit.* immo cũ confeſſio non fuerit habita niſi præcedente informatione ſuper delicto, de quo inquiſitus fuit confeſſus ac illi per priùs fuerint conteſtatę depoſitiones videtur quodammodo per confeſſionem illas approbare pro rite, & rectè factas *Secundum Angelum in Authen. de hæred. e falci. §. ſi vero expreſſim num. 7.* cum reus non moueatur ad confitendum, niſi quia cogitat, vel non ignorat contra ſe
9 fuiſſe aſſumptas probationes, & ſic illas

quaſi legitimè perceptas declarare videtur
per confeſſionem, quia alias confeſſio non
valeret propter regulam, quod confeſſio
10 emanata nullis præcedentibus indiciis nul-
lius eſt momenti etiam ſi millies ratificata
fuerit, *gloſ. in l. penult.* & ibi *Bart. ff. de queſtion.*
Angel. in l. vnica, C. de confeſſis, Alex. conſ. 52. per
totum lib. 2. Gram. deciſ. 34. num. 58. Adden. ad
Clarum queſt. 55. num. 31. verb. ſi verò confeſſio,
& num. 37. Fariu. conſ. 99. num. 62.

Quoad tertiã nempè quoad legitimatio-
nem quæ fit per fictam cõfeſſionem aduer-
tendum eſt quod ficta confeſſio reſultat ex
11 contumacia inquiſiti, ac proindè non di-
citur vera delicti probatio niſi hoc ſtatuerit
loci ſtatutum, verum quia ficta confeſſio
habetur, ac ſi legitimè fuiſſet facta in Iudi-
12 cio, vndè ſi ſtatutum diſponat, quod con-
tumax habeatur pro confeſſo intelligitur,
quod habeatur, ac ſi in iudicio ſpontè, &
ſolemniter eſſet confeſſus, *Bald. in l. quoniam*
intelligitur num. 1. ff. de his qui not. infam. qua-
propter ficta confeſſio quoad legitimatio-
13 nem proceſſus operatur illud idem quod
operatur vera cõfeſſio nimirum quod legi-
timet proceſſum, *Cartar. de capto bānito cap. 1.*
num. 33. & ſeq. Sed hic aduertendum, quod
14 legitimatio, quæ reſultat ex ficta confeſſio-
ne non reſpicit ad ſolam, & nudam con-
tumaciam inquiſiti quaſi per illam in non
veniendo, ſeu in non reſpondendo habeatur
pro confitente, quia cum ſola contumacia
15 ſit quid negatiuum connotans pertinacem
inobedientiam, *l. contumacia, ff. de re iudic.* &
Bald. in l. non ſolum, §. an neceſſitate nu. 16. C. de
bon. quæ lib. appellat priuationem, & nega-
tionem, idem in *l. ſi quis fundum num. 2. C. ſi*
propter pub. penſitationes, non operatur *poſi-*
tiuum legitimationis, quæ reſpicit ad teſtium
depoſitiones, niſi dicas, quod cum per
16 contumaciam offendatur iuriſdictio Iudi-
cis, & ſic impedit quod partes Iudicis quo
minus ſortiantur effectum quorum vnus
eſt, vt citato ipſo reo teſtes denuò exami-
nentur, ideò ſicut reus vocatus non vult
litem conteſtare; & ſic patitur fieri contu-
17 macem; ſequitur, quod contumacia ope-
retur idem quod reſponſio *Auth. qua in pro-*
uincia, C. vbi de crim. agi oportet, vbi contu-
macia habetur pro præſentia, *Bald. in l. ſi prius*
num. 30. C. de his qui accuſar. non poſſ. ita voca-
tus, & non comparens videtur impedire,
quod teſtes repetantur, ac proindè opera-
tur, ac ſi repetiti fuerint, & per conſequens
legitimati, & hoc non alio modo niſi per
fictam legitimationem quæ fingitur inter-
ueniſſe, etiam ſi verè non interuenerit ergo
ſi contumax ſinit ſe monere, ſeu citare, &
18 poſtea condemnare obligatur ad pœnam
ac ſi fuiſſet, verè contrà eum legitimatus
proceſſus.

Dices, quod vt quis contumax condem-
19 nari poſſit, requiritur quod probationes
præcedant de iure legitimæ de delicto, vt
per *Spec. in tit. de accuſ. 5. part. §. fin. verſ. ſed*
pone A. fuit accuſatus, Cartar. de capto bannito
cap. fin. num. 137. quo fit vt confeſſio ficta
non legitimet proceſſum, & ſic probatio-
nes dum requiritur, quod ſint legitimæ.
20 Reſpondetur, quod legitimatio alicuius
actus duplex eſt, vna reſpiciens ad aptam
probationem ex actu reſultãtem, altera re-
ſpiciens ad efficaciam eidem actui adue-
nientem propter probationem, vndè cum
dicimus, quod contra contumacem præ-
cedere debeant probationes de iure legiti-
mæ intellige, ideſt aptæ nam ea etiam quæ
non fiunt in figura Iudici debent eſſe aptæ
conceptæ alias nihil operarentur, *Bald. in l. ſi*
21 *filio nu. 3. ff. de iniuſto rupto*, & ſic intelligimus
de legitimatione probatoria eiuſdem actus,
nimirũ quod indicia ſint talia, & à iure ap-
probata, *l. legitima, ff. de pact. l. actus legitimi, ff. de*
reg. iur. Alex. cõſ. 75. n. 4. lib. 1. nam leuia indicia
22 cum deficiant à probatione in ſe nõ dicun-
tur legitima, vt notat *Bald. in l. teſtes n. 2. & 3.*
C. de teſtament. vbi dicit quod vt depoſitio-
23 nes teſtium ſint legitimæ oportet, quod
habeant veritatem, & probationem, & pro-
batio habeat teſtes idoneos, *Cart. de capto*
bannito cap. fin. num. 70. ſi verò conſideramus
legitimationem reſpicientem ad efficaciam
inducendam, tunc non niſi per confeſſio-
nem fictam haberi poteſt, *Bart. conſil. 100.*
quem ſequitur *Nell. de Bann. prima parte 2.*
tempor. quæſt. 49. in fine, Bertaz. conſ. 83. num. 16.
lib. 1. quia probationes ſuſceptæ etiam ſi
ſint legitimæ non eſſent efficaces niſi ſu-
24 perueniat confeſſio, quia per eam delin-
quentes banniuntur ad tradita per *Cartar. de*
capto bannito cap. 1. num. 37.

An legitimatio præſumi poſſit. Quæſt. LXXXV.

SVMMARIVM.

Sicut ſolemnitas præſumitur in contractibus ita, & in iudiciis. num. 1. Declara, num. 2.

Verbum repetiti de neceſſitate importat legitimationem. num. 3. & 18.

Parum præſumitur pro his quæ fiunt in iudicio. nu. 4.

Legitimatio proceſſus, licet ſit iuris tamen conſiſtit in iis quæ ſunt facti. num. 5. Declara num. 6.

Si apparet de citatione ad viden. repeti, & de decreto Iudicis tunc præſumitur legitimatio. num. 7.

Et.

Ex diuturnitate temporis omnia præſumũtur ſolemniter acta. num.8. Declara. num.9.
Repetitio ſecundum temporis diuturnitatem non poteſt præſumi. num.10.
Quamuis in actis ſcriptum reperiatur ſententiam fuiſſe latam parte citata non idcirco præſumitur partem fuiſſe præſentem. num.11.
Declaratio quando præſumi poſſit. num.12. 13.
Declaratio non præſumitur ex temporis diuturnitate. num.14.
Differentia inter proceſſum legitimatiuum, & proceſſum offenſiuum. num.15.
Qui opponit de proceſſu offenſiuo non habet neceſſe aliquid allegare, quod conſiſtat in iure. num.16.
Quod eſt ſecus in legitimatiuo proceſſu. num.17.
Verbum examinauerit in Iudice intelligitur ad ſui informationem. num.18.
Verbum conuenit intelligitur pacto nudo. num.19.
Verbum promittit intelligitur cum ſtipulatione. n.20.

PRIMA facie dicen,
quod præſumi poſſit
arguendo à contracti-
1 bus ad iudicia, nam
ſicut in contractibus
ſolemnitas preſuponi-
tur vbi ſit mentio in-
terrogationis, & reſ-
ponſionis, ita, & in iu-
diciis, *gloſ.* eſt de hoc notabilis *in Auth. Sacramenta, C. ſi aduerſ. venditio,* & illam *gloſ,* ſe-
quitur, ibi *Bart. Bald. Salycet. & Iaſ. ac communiter omnes DD.* & precipuè *gloſ. in extrau. ag. prouide de ſententia excommun. in verbo proceſſibus, & ſententiis.*

Sed ad huius concluſionis intelligentiam
2 dicendũ eſt, aut in proceſſu apponitur tale
verbum, quod de neceſſitate inducat factũ
legitimationis, aut non apponitur vllum
verbum legitimationem indicans primo
caſu benè præſumi poteſt legitimatio, &
ratio eſt quia in dubio debet præſumi, vt
actus ſit firmior, & hoc eſt proprium legiti-
mationis, quæ reddit teſtium depoſitiones
firmiores, & efficaciores, vnde ſi in pro-
ceſſu legatur quod teſtes fuerint repetiti, &
non appareat de modo repetitionis fieri ſo-
litæ intelligi, & præſumi debet fuiſſe legi-
mationem factam more ſolito cum iſtud
verbum *repetiti*, de neceſſitate importet le-
3 gitimationem nam natura verbi *repetiti*,
de neceſſitate eſt apta compræhendere ſo-
lemnitatem intrinſecam conſuetam inter-
uenire in legitimatione per repetitionem,
quæ conſiſtit in examine facto per interro-
gationem Iudicis, et reſponſionem teſtium.
Secundò verò caſu non poteſt, nec debet
præſumi, *Crauet. in conſ.202. num. lib.1.* &
ratio eſt ſecundum *Bald. in leg. pacta conuenta*
num.8. ff. de pactis, verſ. ſed numquid, quia pa-
4 rum præſumitur pro his quæ fiunt in iudi-
cio, vt dicit *Innoc. in cap. innotuit num.4. & 5.*
5 *de eo qui furtiuè ordines recepit*, nam cum legi-
timatio proceſſus, licet ſit iuris tamen con-
ſiſtit in iis, quæ ſunt facti vtique eo minus
præſumi debet, *l. in bello, §. factæ, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Menoch. de præſumption. præſumption.22. num.1. & præſumpt.68. num.2. lib.2.*

Dices, quod in legitimatione non præ-
ſumitur factum, ſed ius: Reſpondetur, quod
legitimatio poſtquam eſt in eſſe deducta,
6 benè habet effectum iuris, & propter hoc in
legitimatione dicitur ius verſari, at verò
legitimatio prout in eſſe deducitur dicitur
eſſe facti, & tale factum quod conſiſtit in
interrogatione, & reſponſione, & in exa-
mine teſtium non debet præſumi niſi pro-
betur, ſed dubitari poteſt quid dicendum,
quãdo ex diuturnitate temporis poteſt du-
bitari de legitimatione proceſſus, & dicen-
dum eſt; quod ſi apparet de citatione ad vi-
7 deñ repeti teſtes, ac de decreto Iudicis qui
mandauit repeti, & non appareat de repe-
titione; tunc videtur dicendũ legitimatio-
nem præſumi, quia cum legitimatio ſit
quędam ſolemnitas ſecundum formam iu-
ris, ideò præſumitur interueniſſe nam ex
diuturnitate temporis omnia præſumun-
8 tur ſolemniter acta, vt eſt communis opi-
nio ſecundum *Dec. & alios in l.1. C. qui admitt. Bald. in conſ.511. nu.1. lib.5.* vbi voluit quod
alienatio bonorum Eccleſiæ præſumatur
ritè, & rectè facta ob temporis diuturnita-
tem.

Sed vt certius de veritate huius conclu-
ſionis appareat diſtinguendum eſt, aut
9 volumus præſumi legitimationem, quæ
apparet fuiſſe ritè, & rectè facta nimi-
rum, quod præceſſerit citatio ad videñ re-
peti teſtes, ac præceſſerit decretum de illos
repetendo, & tunc dicendum eſt, quod ex
diuturnitate temporis præſumuntur dicta
acta interueniſſe ſecundum ea, quæ tradit
Menoch. de præſumption. præſumptione 22. nui 13. lib.2. aut exiſtentibus dd. actis, vt dixi ſu-
pra, non appareat, quod teſtes fuerint
repetiti, tunc cum huiuſmodi legitimatio
ſit quędam executio dd. actorum niſi appa-
reat fuiſſe verè, & realiter facta ad illam
præſumendam diuturnitas temporis non
ſufficit quia talis præſumptio non eſt iuris,
& de iure, & ideò recipit probationem in
contrarium, & hoc contrarium iam vide-
tur probatum ex inſpectione proceſſus in
quo non reperitur deſcripta dicta legitima-
tio ſecundum ea quæ dicit *Bart. in l. hi qui ad ciuilia, C. de appell.* nam cum repetitio ſe-
cundum temporis diuturnitatem conſide-

10 rati debeat prout in facto eſſe , non poteſt
præſumi , quia eſſet quid facti per ea quæ
dicit *Federic.de Senis conſ.*170.vbi dicit quod
ſi in actis ſcriptum reperiatur ſententiam
fuiſſe latam parte citata,non tamen indè ſe-
quitur præſumi partem ipſam fuiſſe præ-
11 ſentem ita in caſu noſtro quamuis appa-
reat fuiſſe factam citationem ad videſi re-
peti teſtes , ac etiam decretum Iudicis non
idcircò præſumitur ex diuturnitate tempo-
ris teſtes fuiſſe repetitos quorum non ſo-
lum præſentia requiritur in repetitione,ſed
etiam ſcriptura illius repetitionis quo caſu
non præſumitur ex diuturnitate temporis,
*Cephalus conſ.*601. *num.*58.

Dices ergo ſaltem præſumi debet legiti-
matio per declarationem in qua non requi-
12 ritur teſtium præſentia. Reſpondetur ſi ex
proceſſu apparet aliquod indicium , quod
teſtes fuerint declarati , licet non appareat
ipſamet declaratio vtique ex diuturnitate
legitimatio videtur præſumi, nam ſicut ex
diuturnitate præſumitur cōmiſſio,& man-
13 datum Iudicis ad citandum , vt declarat
*Ruin. conſ.*66. *num.*5. *&* 6. *lib.*5. ita pari mo-
do præſumitur declaratio per Reum facta
ſed in contrariū videtur veritas,& ratio eſt
quia requiritur expreſſa declaratio ideò nō
ſufficit præſumpta ex temporis diuturnita-
te præcipuè,quia hæc declaratio debet fieri
in ſcriptis quo caſu, vt ſupra dixi non præ-
14 ſumitur ex temporis diuturnitate , vt no-
tant *Io: Andr. Abb.& alij in cap. ſicut de re indi-
cat. Roman. & Alex. in l. ſciendum , ff. de verb.
oblig.* refert, & ſequitur *Ruin. in conſ.*49 *nu.*9.
*lib.*4. *Cephal. dicto conſ.*601. *num.*57. 58.

Et hinc nota differentiæ rationem inter
proceſſum offenſiuum , & proceſſum legi-
15 timatiuum in proceſſu enim offenſiuo di-
citur verſari factum , quia qui opponit de
beneficio proceſſus offenſiui non habet ne-
16 ceſſe aliquid allegare, quod conſiſtat in iu-
re, & per conſequens nec probare,ſed ſuffi-
cit quod allegat factum , ideſt talem pro-
ceſſum fuiſſe factum ; ille verò qui allegat
proceſſum legitimatiuum non ſolum ha-
17 bet neceſſe allegare,& probare factum imò
etiam tenetur probare ſolemnitatem quæ
conſiſtit in iure, vndè non ſufficeret ſi alle-
garet , quod Iudex teſtes interrogaſſet , &
ipſi reſpondiſſent , ſed debet probari , vndè
ſi in proceſſu reperiatur quod Iudex exa-
minauerit teſtes intelligitur ad ſui informa-
18 tionem , nam illud verbum examinauerit
hoc importat ; ſi verò legatur quod Iudex
teſtes repetijt intelligi debet per legitima-
tionem , quia hoc verbum illud ſignificat
ſecundum ea , quæ proportionabiliter de-
duci poſſunt , ex *Alex. in l. iuris gentium , §. ſi
cum nulla num.*7. *ff. de pactis;* vbi ſi in inſtru-
mēto reperiatur quod Titius cōuenit cum
19 Sempronio dare intelligitur pacto nudo
ita importat verbum conuenit *l. lecta, verſ.
conuenit, ff. ſi certum petatur,* & ibi *gloſ,* & *Bart.
plenius* , ſecus ſi in inſtrumento reperiatur
20 verbum promittit , quia tunc intelligitur
per ſtipulationem , vt in *§. ſi ſcriptum inſtit.
de inutilib. ſtipul.*

An legitimatio pluries fieri poſſit ſuper iiſdem ; & ſi fiat qualis valeat.

Quæſt. LXXXVI.

SVMMARIVM.

*Idem actus non videtur poſſe geminari . num.*1. *Declara . num.*3.

*Legitimatio proceſſus re integra videtur inefficax, quia ſubiacet exceptionibus per reum proponendis. nu.*2. *Et ſic poteſt geminari . num.*4. *&* 6.

*Ex legitimatione non reſultat nouus proceſſus . nu.*5.

*Reus facta declaratione ,ſeu confrontatione , aut repetitione obligatur ſtare prædictis legitimationibus . num.*7. *Declara . num.*8.

*Aequitas eſt iudiciū in quo circumſcriptis regulis obligationis ſtatuitur ad dictamen rationis . num.*9.

CASVS figurari poteſt
pro intelligentia quæ-
ſtionis nimirum puta,
quod quis declarauit
teſtes pro ritè,& rectè
examinatos, & poſtea
reus inſtetit repeti di-
ctos teſtes cū interro-
gatorijs, vel cum fue-
rit facta confrontatio,& poſtea inſtetur pro
repetitione teſtium confrontatorum vide-
tur , quod non poſsit pluries fieri propter
1 regulam quod idem actus geminari non
poſſit ; vndè in materia legitimationis re-
ſpiciendum eſt ad intereſſe Fiſci , *argument.
leg. ſtipulatio iſta , §. alteri , ff. de verbor. obli-
gation.* ſed ſic eſt , quod intereſt Fiſci non
pluries , ſed ſemel legitimari proceſſum
ergo, &c. Sed contrarium eſt verius, & ad
huius concluſionis euidentiam ſciendum
2 eſt, quod legitimatio re integra videtur in-
efficax , quia in dicto ſtatu ſubiacet excep-
tionibus per inquiſitum proponendis de
iterū repetendis teſtibus cum eius interro-
gatorijs , & ad regulam quod idem actus
3 non videtur poſſe geminari in præiudiciū
fiſci habet locum in actibus producentibus
obligationem non autem in actibus indu-
centibus confirmationē probationum obli-
gatio-

Google

gationis, vndè cum legitimatio nihil nouĩ
quoad probationem, ſeu obligationem
4 niſi ſolum robur, & efficaciam inducat me-
rito poteſt iterum atque iterum geminari,
& primam innouare, vt quotidie practica-
tur.

Dices quod per legitimationem reno-
uatur proceſſus, quia appoſita legitimatio-
ne non poteſt agi ex Informatiuo, ſed ex
legitimatiuo, *arg. l. ſi ita ſtipulatus, §. fin. cũ l. ſeq. ff. de nouatio,* igitur videtur per legitimatio-
5 nem aliquid noui induci. Reſpondetur non
eſſe verum, quod ex legitimatione oriatur
nouus proceſſus nam informatiuus, ſiue
offenſiuus formatur principaliter propter
legitimatiuum, non autem propter ſe, &
ſic ex legitimatione nõ reſultat nouus pro-
ceſſus, *arg. l. ſi ergo, & l. non omnis, ff. ſi certum petatur,* & not. in *l. obligamur. ff. de action. &*
6 *oblig.* ac proindè poteſt pluries fieri cum le-
gitimatio etiam repetita caderet ſuper eo-
dem proceſſu.

Et ſi replices, quod cum reus declarat,
ſeu conſenſit repetitioni, aut confrontatio-
ni non poteſt actus iſte fieri niſi ſtatim facta
7 declaratione, vel repetitione, aut confron-
tatione oriatur obligatio quæ arctat reum
de habenda dicta legitimatione pro ritè, &
rectè facta, & illam approbare ſecundum
ea, quæ tradit *Angel. in rub. ff. de pactis, §. conuentioni num. 6.* & ſic ſequeretur, quod reus
poſt declarationem, vel confrontationem
non poſſet amplius inſtare pro repetitione,
& per cõſequens, quod legitimatio pluries
minimè poſſit fieri. Reſpondetur, quod
hoc non ſuadet obligatio; ſed quædam
8 æquitas quæ non arctat ita rigoroſè, vt
quod magis ſit vtile pro reo non admittat,
nam æquitas eſt iudicium in quo circum-
ſcriptis regulis obligationis ſtatuitur ad di-
9 ctamen rationis naturalis, vt dicit *Iaſ. in l. placuit num. 2. ff. de iudic.* ſed ratio naturalis
poſtulat, quod reus non anguſtetur in ſuis
defenſionibus quarum vna inter cęteras eſt
repetitio teſtium cum ſuis interrogatoriis,
ideò nullo modo denegari debet, quod plu-
ries prædicta legitimatio fieri poſſit.

An legitimatio tribuat probationem depoſitionibus teſtium.

Quæſtio LXXXVII.

SVMMARIVM.

Differunt verbum probare, & verbum roborare. n. 1.
Officium, & munus legitimationis non eſt tribuere probationem dictis teſtium. num. 2.
Probatio duplex eſt, & quæ. num. 3. & 6.
Quando reus eſt confeſſus non eſt opus, quod legitimetur proceſſus. num. 4.
Probatio eſt fides veri legitimis modis facta cauſæ cognitori. num. 5.
Probatio nihil aliud recipit à legitimatione niſi efficaciam. num. 7.
Teſtes ſolemniter examinantur, vt magis credibiles ſint. num. 8.
Probatio reſultans ex proceſſu informatiuo operatur aliquando effectum actionis, & quando. numer. 9. Declara. num. 10.
Solemnitas duplex eſt vna probatoria, altera confirmatoria. num. 10. Et quæ. num. 11.
Solemnitas legitimationis reſpicit ad iam probata, & ſolemnitas iuramenti ad probanda. num. 12.
Teſtimonia quoad probandum dupliciter conſiderari poſſunt. num. 13. Et quomodo. num. 14.
Iudex dupliciter conſiderari poteſt quoad teſtium probationem. num. 15.
Citatio eſt pars ſubſtantialis legitimationis. num. 16.
Exceptio non probationis non opponitur contra legitimationem, & quare. num. 17.
Exceptio non probationis duplex, & quæ. num. 18.
An teſtis qui non debuerit examinari ſi fuerit legitimatus afficiat. num. 19.
De differentia teſtium ad inducendam efficacem legitimationem. num. 20.
Reus quando dicatur conuinci à teſtibus, & quando indiciari: num. 21. 22.
Legitimatio eſt quædam forma ſubſtantialis debita neceſſario probationibus. num. 23. Declara. nu. 24.

AD huius quæſtionis intel-
ligentiam aduertendum
eſt, quod magna interce-
dit differentia inter ver-
bum probare, & verbum
1 roborare, ſeu conualida-
re, nam probare aliquã-
do importat examinare,
& interrogare, ac reſpondere, *vt in cauſ. 1. q. 1. cap. Deus omnipotens;* & ſic actum veluti præ-
paratorium ad probationem inducendam
aliquando importat actum ipſum intrinſe-
cum probandi. Roborare autem, ſeu con-
ualidare importat actum remotum adue-
nientem rei aſſumptæ ad probationis effi-
caciam, vndè cùm dicimus legitimationem
2 facere, vt teſtes probent, non intelligimus,
quod dicta legitimatio illis tribuat intrin-
ſecam probationem, quia hoc non eſt mu-
nus, nec officium legitimationis, ſed facit
vt teſtium depoſitiones efficaciter in iudi-
cio operentur, quod eſt quodãmodo pro-
bare, & ſic habes quod probatio duplex eſt
3 vna intrinſeca, & naturalis, altera extrinſe-
ca, & ciuilis illa habet pro fine obligatio-
nem nimirũ quod probato delicto reus ſit

 obli-

obligatus ad pœnam,iſta habet pro fine iudicium,ſeu actionem ad dictam obligationem adimplendam, & hinc eſt quod quan-
4 do inquiſitus fuerit confeſſus delictum nõ eſt opus, quod legitimetur proceſſus quaſi iſta confeſſio ſuppleat legitimationem vti probatoriam delicti, vt notat *Bald. in Auth. nono iure num. 22. C. ſi cert. petat. Iaſ. in l. cum quis num,12. ff. de iuris, & facti ignorant.*

Dices, quod probatio eſt fides veri legi-
5 timis modis,& temporibus facta cauſæ cognitori,vt dicitur in *l.quingenta 12.ff.de probationibus ibi hæres ipſe id probare Iudici debet,* vbi *gloſſ.* notauit verba *cauſæ cognitori*, ideſt *Iudici*, ergo cum legitimis modis fieri debeat ſequitur quod legitimatio tribuat effectum probationis. Reſpondetur quod pro-
6 batio dupliciter conſiderari poteſt in re aſſumpta ad probandum nimirum, vel in ordine ad ſe prout in ſuo naturali ſtatu exiſtit; vel in ordine ad cauſam prout de iure ciuili requirit aliquam formã vt ſupra dixi; primò modo probatio nullum eſſe recipit à legitimatione patet, quia aliquando ſine legitimatione operatur effectum ſuum ſcilicet probationis, cum plerumque videmus cõdemnari reos ex ſolo informatiuo; ſecundò verò modo aliquod eſſe à legiti-
7 matione recipit nimirum efficaciam, vt dicit *Bald. in l. cum apud num. 4. C. de teſtibus*,
8 quia teſtes ſolemniter examinantur,vt magis credibiles ſint, vt ipſe dicit.

Nec dicatur quod probatio reſultans ex ſimplici proceſſu informatiuo operetur ali-
9 quando effectum actionis,eo quia nòn ſine aliqua ſolemnitate facta videatur cum dicta probatio recipiatur à Iudice præuio iuramento, quod eſt quædam iuris ſolemnitas requiſita in teſtibus deponentibus, vt eorum dictum ſit validum, idcircò non eſt mirum, quod aliquando ex informatiuo
10 procedatur ad condemnationem, quia dicimus reſpondendo, quod ſolemnitas duplex eſt vna probatoria, altera confirmatoria,vt docet *Bald.in l.pacta conuenta,§.quod fere ſub num.3. ff.de pactis*; prima ſolemnitas ſpe-
11 ctat ad iuramentum de veritate dicenda, quia antequam teſtis deponat iurat illud à ſe deponendum fore verum,ac proindè dicitur quod probatio eſt fides veri legitimis modis facta cauſæ cognitori vt ſupra dixi; ſecunda ſolemnitas ſpectat ad legitimationem, quæ nihil aliud operatur quam confirmare, ſeu roborare, quidquid coram Iudice in informatiuo pro veritate teſtes depoſuerunt; & ſic nota quod ſolemnitas
12 legitimationis reſpicit ad iam probata, & ſolemnitas iuramenti reſpicit ad probanda.

Dices, quod ſi legitimatio non præcederet teſtimonia contra reum recepta, non probarent; ergo falſum videtur quod legitimatio non tribuat teſtimonijs effectum probationis; Reſpondetur quod dupliciter
13 poſſunt conſiderari teſtimonia quoad probandum, vno modo in ſe quatenus contineant veritatem facti; alio modo quatenus efficacia ſint apud Iudicem, qui ex illis iudicium terminare intendit; primo modo certum eſt, quod legitimatio nullam tri-
14 buit probationem; ſecundò modo ſic quia illud quod roborat aliud, ſeu confirmat poteſt dici, quod cauſet illius probationem ſaltem reſpectu obſeruantiæ, & efficaciæ, *§.interim, Auth.de defen.ciuit. l.iuriſgentium,ff.de pactis, Salycet. in l.petens num.2. ff. de pactis.*

Dices iterum, quod teſtimonia penes Iudicem efficaciter probant,idcircò nullam quoad Iudicem requirunt legitimationem: Reſpondetur, quod Iudex dupliciter conſiderari poteſt, vno modo quatenus ex teſti-
15 monijs remanet inſtructus, &, informatus de veritate facti, & hoc modo quoad illum non requiritur legitimatio,alio modo quatenus ex dictis teſtimonijs intendat iudicare, & cauſam decidere, & hoc modo requiritur legitimatio cum partes Iudicis ſint audire reum, & illum vocare ad deducendum quidquid cõtra dicta teſtimonia excipiat opponet neget, vel affirmet, idcircò oportet illum vocari ad eorum receptionem, & iſta vocatio eſt pars ſubſtantialis
16 legitimationis quæ conſiſtit in citatione, quæ vbi non eſt,ibi nec reus,nec iudicium, nec ferri ſententia poteſt, *Bald. in l.cum fratrem num. 8. circa medium, C. de his quibus vti indignis.*

17 Et ſi quæres quare cõtra legitimationem proceſſus non opponatur exceptio non probationis: Reſpondetur, quod exceptio non probationis poteſt conſiderari duplici-
18 ter,vno modo pro cauſa,ſeu materia, ideſt quia factum non ſit probatum; alio modo pro ſpecie exceptionis; primò modo benè poteſt opponi contra legitimationem, quia ſicut Fiſco ſufficiat proponere factum ſine nomine actionis, ita excipienti ſufficit proponere cauſam exceptionis ſine nomine exceptionis, *leg.1. ff. Famil. erciſc.* ſecundò modo non obſtat exceptio non probationis & ratio eſt,quia intentio Fiſci fundatur in legitimatione tanquam in cauſa immediata actionem productiua non in probatione informatiua, quia probatio informatiua eſt cauſa legitimationis, vndè contra cauſam immediatã probationis debeat excipi ad eneruandam dictam probationem.

Si autem quæres an dictum teſtis examinati

19 minati, qui non debuit examinari ſi fuerit legitimatum afficeret. Rſpondebitur tibi; quod multa aduertenda ſint primò, quod legitimatio, vt alias dixi non eſt qualitas naturalis, quæ competat neceſſariò probationi, ſed eſt ſolemnis circumſtantia de iure ciuili inuenta ad probationem efficacẽ reddendã;nã legitimatio deducit de non eſſe efficaci ad eſſe efficace, quod ſoli iuri licet *Bald. in l. natales n.2.C. de iure aureorum*, & in hoc legitimatio ſuperior eſt naturali probationi ſecundum ea, quæ tradit *Bald. in l. data opera num.67.C. de ijs, qui accuſare non poſſ.*

Secundò, quod teſtes alij ſunt, qui prohibentur examinari atque etiam interro-
20 gari, & iſti etiam ſi legitimati fuerint non afficiunt *l. maritus ff. de quæſtion.* immo ſi admiſſi fuerint, & poſtea fierent idonei non idcircò per legitimationem redduntur efficaces §. *antepen. Auth. de teſtibus Bald. in leg. ſeruos num.4. C. de teſtibus* alij ſunt teſtes, qui examinari, vel non examinari poſſunt ſecundum arbitrium Iudicis, & iſti ſi fuerint examinati, & poſtea legitimati afficiunt ſecundum eorum qualitatem *Auth. ſi teſtis C. de teſtibus cap.1. de eod.* nam teſtes, qui nõ debent examinari propter ætatem ſi examinantur non faciunt indicium plene, ſed quale quale, vt *l.1.§.impuberes ff. ad S.C. Syllanian.* idem in teſtibus, qui non debent examinari propter ſexum,vt in muliere *cap. Forus de verb.ſign.*hi enim ſi fuerint legitimati non augent indicium niſi in quale quale.

Tertiò, quod quando dicimus an afficiat intelligimus non ſolum quoad conuincẽ-
21 dum, ſed etiam quoad indiciandum: conuinci enim reum tunc dicimus quando ita deprehenditur, vt illud quod reo opponitur negare non poſſit *Bald. in l. raptores nu.3. C. de Epiſcopis, & Cleric.* ideſt quando teſtes in vnum Rei finem, & de loco, & tempore concordant *l.qui ſententiam C.de probat. Farin.conſ.60.num.11.Guazz.defenſ.33.cap.14.n.5* quo caſu ſi teſtes fuerint legitimati afficiũt, quoad condemnandum reum; quo vero ad indiciandum ſciendum eſt, quod teſtes
22 alij ſunt, qui prohibentur à limine depoſitionis, & iſti ſicut non faciunt indicium ita legitimati non fiunt efficaces *l.libertorum ff. de teſtibus* alij ſunt, qui non ſunt prohibiti à limine depoſitionis tamen non ſunt idonei ad plenam probationem, & iſti ſi fuerint legitimati efficaces redduntur ſecundum eorum idoneitatem, quia legitimatio nihil plus eis tribuit *l. cum probatio ff. de probatio.*

Dices, quod legitimatio eſt quædam
23 forma ſubſtantialis debita neceſſario probationibus ergo eſt naturalis; & non circumſtantia adueniens ipſi probationi Reſpondetur, quod duplex eſt forma vna ſubſtantialis ad eſſe rei cuius eſt forma, & ad illius rei probationem neceſſaria,vt ſunt
24 teſtes in teſtamento altera eſt forma ſubſtantialis ad eſſe rei tantum cuius eſt forma & hæc eſt quidem ſubſtantialis, ſed non probatoria, & huius generis eſt legitimatio prout in ſimili dicitur de ſtipulatione, quæ non eſt forma ſubſtantialis probatoria contractus *l.1. §.1. ff. de conſtit. pec. Bald. in l. cum quis num.6.C. de iuris, & facti ignorant.*

An legitimatio arctet Iudicem, & partes ad proſequendam cauſam cuius proceſſus fuit legitimatus.

Quæſt. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

Quæ contradictoriè apponuntur ad inuicem ſe excludunt. num.1. declara. num.14.

Ex vno, & eodem facto, quis non tenetur contrarijs modis. num.2.

Propoſito iudicio inualiditatis teſtamenti ceſſat iudicium validitatis. num.3.

Poſt legitimationem proceſſus adulterij Iudex non poteſt conuolare ad indicium impoſturæ ſuper adulterio. num.4.

Quando duo indicia ſic ſe habent, quod condemnatoria in vno facit præiudicium in altero tunc indicium primo inchoatum expediri debet. num. 5. & 7.

Delictum adulterij, & delictum impoſturæ ſuper adulterio non conueniunt origine. num.6.

Impoſtura habet pro fundamento fictionem delicti vbi non eſt delictum. num.8.

Poſt completam cauſam adulterij poteſt Fiſcus indicium impoſturæ promouere, & quomodo. num. 9.

Cum delictum adulterij ſit facti non permanentis coniecturæ non ſufficiunt ad illius incluſionem, quando reus non ſit confeſſus nec conuictus, ſed dumtaxat tortus. num.10.11. declara. num.12.

Coniecturæ, & præſumptiones quoad probandum corpus delicti ſunt concludentes per iuris fictionem. num.13.

Contrarietas non cognoſcitur ex indicij inſtitutione, ſed ex probationibus in indicio factis. num.15.

Contractus, & delictum ſunt contraria. num.16.

In delicto facti tranſeuntis corpus delicti probatur per eaſdem probationes per quas indiciatur delinquens. num.17.

Non eſt nouum, quod per nouas ſuperuenientes probationes iterum de delicto cognoſcatur. num.18.

De-

Delictum adulterij, & delictum impoſturæ non ſunt correlatiua, ſed abſoluta delicta. num. 19.

AD huius concluſionis intelligentiam figurari debet caſus per concurſum cauſarum inter ſe veluti incōpoſſibilium, itaut vna excludat alteram prout mihi caſus euenit, qui pro deciſione iſtius cōcluſionis proponitur ſic quidam in partibus fuit accuſatus coram Epiſcopo de adulterio commiſſo deinde coram Legato de Latere fuit idem accuſatus de impoſtura nimirum, quod fixerit prædictum adulterium, vt mulierem de honeſtaret, & ambo Iudices deuenerunt ad proceſſus fabricationem, ſed quia cauſa peruenit ad Tribunal A. C. propter capturam factam hic in Vrbe de pręteníio adultero fuit tandē cōmiſſa in partibus legitimatio proceſſus ſuper adulterio fabricatus, ſed poſt factam dictam legitimationem ſuper proceſſu adulterij Fiſcus voluit à cauſa adulterij reſilire, & ad cauſam impoſturæ conuolare quęſitum fuit an potuit, & prima facie di-
1 cen., quod non, quia cauſa impoſturæ contradictoriè ſe opponit cauſæ adulterij cum vna includat adulterium altera illud excludat; nam impoſtura fingit adulteriū, vbi non eſt; & cauſa adulterij illud affirmat, vt ex ſe patet vnde ſequitur, quod vna cauſa electa altera excluſa cenſeatur, quia contraria tolluntur electione *Bald. in l. ſi quis agere num. 1. C. de codicillis, & in l. incerti num. 4. C. de interdictis*; nam ex vno eo-
2 demque facto, quis non tenetur contrarijs modis, & ſic inquiſitus non poteſt haberi vti adulter, & propter impoſturam vti nō adulter, quia vnum factum excludit alterum *Bald. in l. non ideò minus num. 23. verſ. credo, quod ex hoc C. de accuſatio,* & quemadmodum præiudicium infertur quando vnum intentatur pro validitate teſtamenti aliud pro eiuſdem teſtamenti inualiditate: vnde
3 propoſito iudicio inualiditatis ceſſat iudicium validitatis, vt voluit *textus in l. ſi quis libertatem, & in l. legitimum, & in l. Diuus ff. de petitione hæreditatis*; ita pariter præiudiciū infertur in caſu noſtro dum prius de adulterio iudicium intentatum fuit, & ſuper eo fuit recepta legitimatio, & ſic ceſſare videtur iudicium impoſturæ ac proinde legitimatio prædicta arctare debet Iudicem ad proſequendum iudicium adulterij.

Sed contrarium vti verius videtur dicendum, & ad huius concluſionis reſolutionē dupliciter quæſtio propoſita cōſiderari poteſt primò an poſt legitimationem proceſſus adulterij Iudici ſit licitum conuolare ad iudicium impoſturæ: ſecundò an poſt completam cauſam adulterij poſſit Fiſcus iudicium impoſturæ promouere.

Quo ad primum credo, quod non poſ-
4 ſit, ſed debeat proſequi iudicium adulterij vſquequo habeat ab inquiſito, vel confeſſionem, vel per ſufferentiam tormentorū expeditionem cauſæ; nam vt dicit *Paul. de Caſtro in l. fundum num. 1. & eſt ſenſus eiuſdem textus ff. de except.* quod quando duo iudicia ſic ſe habent, quod condemnatoria lata in
5 vno facit præiudicium in alio tunc debet iudicium inchoatum primò expediri; nam poteſt euenire, quod à reis habeatur confeſſio, quæ cum præceſſerint legitima indicia erit ſufficiens ad condemnandum, & per conſequens ceſſaret iudicium impoſturæ per perceptionem non per concurſum, vt argui poteſt ex *Abb. in cap. in tantum nu. 7. verſ. 2. caſu de colluſ. detegenda*: nam eo ipſo, quod reus puniri poſſit pæna adulterij ceſſat pęna impoſturę, quæ fabricata fuit ſuper non adulterio, & ſic cum reus perceperit, vel percipere poſſit, vt ita dicam pænam condignam adulterio non poteſt amplius de impoſtura conueniri, quia delictum a-
6 dulterij, & delictum impoſturæ non conueniunt origine, ſed ex accidenti vnum creuit alteri idcirco inſpicitur origo accuſationis, vt dicit *Bald. in l. ſiue in duplum ff. qui ſatiſdare cogantur*: vnde cum prius de adulterio originaliter accuſatio inſtituta fuerit illa prius terminari debet maxime
7 quando ad legitimationem proceſſus deuentum fuerit.

Quoad ſecundum, ſcilicet an poſt completam cauſam, & iudicium adulterij poſſit iudicium impoſturæ promoueri, & dicendum arbitror adhibita diſtinctione, quod aut, (vt ſupra dixi) completa fuit cauſa adulterij per confeſſionem inquiſiti, & tunc certum eſt non poſſe de impoſtura iudicari, & ratio eſt quia cum impoſtura ha-
8 beat pro fundamento fictionem delicti vbi non eſt delictum ſequitur, quod cum probatum fuerit delictum ceſſet impoſtura aut completa fuit cauſa adulterij per ſufferentiam tormentorum, quo caſu reus ha-
9 beri oportet, vt innocens ſuper impincto delicto, & tunc aut probationes ſuper corpore delicti fuerunt concludentes nimirū, quod fuerit commiſſum delictum adulterij, & credo hoc etiam caſu non habere locum iudicium impoſturæ quoniam dum conſtat de veritate adulterij non eſt opus iudicare de impoſtura, quæ falſitatem fabri-

bricatam ſuper non delicto importat; aũt
10 probationes ſuper corpore delicti adulte-
rij non fuerunt concludentes, ſed conie-
cturatæ, & præſumptę, & arbitror hoc
caſu de impoſtura contra inquiſitum co-
gnoſci poſſe, & ratio eſſe poteſt, quia cum
11 adulterium ſit delictum facti non perma-
nentis non videntur ſufficientes coniectu-
rę, & præſumptiones ad illius incluſionem
licet ſufficiant ad procedendum contra in-
quiſitum; qui cum non fuerit confeſſus
relinquitur corpus delicti non probatum,
& ſic dubium ac proinde ad iudicium im-
poſturæ deueniri poteſt.

Dices, quod in delictis occultis conie-
12 cturata probatio pro concludenti proba-
tione habetur *Bald. in l. quicumque col. 6. verſ. 8
nota C. de ſeruijs fugitiuijs Boer. deciſ. 164. nu. 4.*
Reſpondetu, qnod Axioma ſupradictum
bene procedit, quoad finem ad quem cō-
iecturæ diriguntur, ſed reſpectu ad aliud
delictum omninò diuerſum remanent in
eorum ſimplici actu coniecturandi, & pre-
ſuponendi, qui non facit probationem
concludentem; & pręcipuè quando agi-
tur pro excluſione delicti ad puniendam
impoſturam; & ratio eſt, quia coniecturæ
13 & preſumptiones, quoad probandum
corpus delicti ſunt concludentes probatio-
nes per iuris fictionem, quæ inducta in vno
caſu regulariter non debet extendi ad aliũ
caſum diuerſum non expreſſum *Gem. con-
ſil. 66. num. 5. verſ. non obſtat allegat. gloſ. in cap.
ſuſceptum de reſcript. in 6.*

Ad ea vero, quæ oponuntur nimirum
quod cauſa impoſturæ, & cauſa adulterij
ſint contradictoriæ, vel ſaltem contrariè
oppoſitæ Reſpondetur, quod quando idẽ
14 medium pluribus actionibus congruit illæ
actiones non ſunt contrariæ, vt dicit *Bald.
in l. ſi ex pecunia num. 3. verſ. item ibi furtum C.
de furtis*; nam per idem medium ſcilicet
propter adulterium concluditur tam in
cauſa impoſturæ, quam in cauſa adulterij
quia iudicia iſta tendunt ad concluden-
dum an adulterium nec ne adſit.

Dices, quod contrarietas iſtorum iudi-
ciorum conſiſtit in approbando, & impu-
gnando delictum; nam cum Fiſcus inſti-
tuerit iudicium adulterij videtur appro-
baſſe adulterium, & pro eo intendit puni-
re adulterum at uero cum inſtituit iudiciũ
impoſturæ non approbat delictum adulte-
rij eo quia tenet non adeſſe adulterium ni-
ſi per fictionem, & ſimulationem impoſto-
ris propter, quam fictionem, & ſimulatio-
nem impoſtorem punire intendit ergo ſunt
contraria Reſpondetur, quod non ex inſti-
tutione iudicij cognoſci poteſt contrarietas
15 ſed ex probationibus in iudicio factis, qua
propter ſi per iudicium inſtitutum ſuper
crimine adulterij non fuit probatum con-
cludenter adulterium tunc cum ſuperue-
nerit nouum iudicium impoſturæ, attento
quod non fuit probatum adulterium idcir-
cò poteſt per illud hoc inſtitui quaſi unũ ex
altero conſecutiuum, & ſic illud, quod
poteſt uenire in conſequentiam non uide-
tur contrarium, uel dicas, quod contraria
conſequuntur negatiue nimirum eſt album
ergo non eſt nigrum, & ſic h bes in caſu
noſtro, quod ſi Fiſcus ſuccubuerit in iudi-
cio adulterij poterit recurrere ad iudicium
impoſturæ quemadmodum ille, qui ſuc-
16 cumbit in contractu recurrit ad delictum,
& tamen contractus, & delictum ſunt con-
traria iuxta ea quæ tradit *Bald. in l. ſi ex pe-
cunia num. 23. C. de furtis*.

Ad illud uero, quod opponitur de cor-
pore delicti nimirum, quod non potuit cō-
tra inquiſitum procedi ſuper adulterio niſi
priùs de eo conſtiterit quaſi fundamentum
totius iudicii idcircò licet Fiſcus ſuccubue-
rit nihilominus de impoſtura agi non po-
teſt cùm ſemper verum ſit, quod conſtite-
rit de adulterio, & ſic ceſſet iudicium im-
poſturæ. Reſpondetur, quod vt ſupradixi
in delicto facti tranſeuntis corpus delicti
probatur per eaſdem probationes per quas
17 probatur ſeu indiciatur delinquens, *vt dixi
in quæſt. 18. num. 6.* quocirca ſi inquiſitus pur-
gauerit indicia contra ſe laborantia viden-
tur etiam purgatæ probationes ſuper deli-
cto, & ſic quaſi non factæ fuerint remanet
improbatum corpus delicti.

Sed replices; ergo quod directe Fiſcus
probare non potuit ſuper delicto adulterij
probatet indirecte ſuper delicto impoſturę
quoniam ſi reus voluerit ſe defendere ab
impoſtura opus eſt, vt adulterium probet
ad effectum excludendi impoſturam, & per
cōſequẽs Fiſcus ex ipſomet reo probationẽ
delicti adulterii, vel per probationes, vel
18 per ſufferentiam tormenti iam excluſi con-
tra eumdem reum iterum aſſumeret. Re-
ſpondetur, quod non eſt nouum, quod
delictum ſemel improbatum per noua ſu-
peruenientia indicia, vel per nouas ſuper-
uenientes probationes iterum de illo co-
gnoſcatur licet nouæ probationes proue-
niant ex ipſo reo *Farin. quæſt. 5 num. 43.*

Sed melius reſpondendo dicimus, quod
delictum adulterij, & delictum impoſturę
ſuper adulterio non ſunt delicta relatiua ita
quod vnum non poſſit probari ſine alio,
19 ſed sũt abſoluta in eorũ ſpecie per reſpectũ
ad ſe; nã adulteriũ vti adulteriũ non inclu-
dit impoſturam pro ſui excluſione, & hec

vti

vti impoſtura non includit adulterium pro ſui excluſione : vnde reus pro excludenda impoſtura poteſt aliunde , quam ab ipſo adulterio ſumere ſuas defenſiones nempe à negatiua probando non feciſſe nec inſtituiſſe huiuſmodi impoſturam .

An teſtis pro informatione curiæ examinatus ſi aufugit , vel latitet ne repetatur habeatur pro legitimato .

Quæſt. LXXXIX.

SVMMARIVM.

Qui ſubtrahit teſtem ne examinetur tacite ſe confeſſum de crimine reddit . num.1. declara . num. 2.

Subtrahens teſtes ne examinentur motu Iudicis punitur num.3.

Teſtis ſubtrahens ſe ne repetatur habetur pro repetito, & ſic pro legitimato , & ad quem effectum . nu. 4.

Teſtis cum in non veniendo facit ſe contumacem propter dictam contumaciam habetur pro reſpondente . num.5.

Contumacia habetur pro præſentia . num.6.

Teſtis non poteſt cogi ad teſtimonium perhibendum . num.7.

Præiudicium teſtis in ſe ſubtrahendo à teſtimonio dicendo, eſt falſum , in quod incidit num.8. & puniri poteſt . num.9.

ET ratio dubitandi eſt , quia vt dicit *Hoſtienſis in cap. peruenit il 1. num.1. & 2. de teſtibus cogendis* ſi ſubtrahens teſtem ne examinetur tacite
1 ſe confeſſum de crimine
immo conuictum ſe reddit, & puniri poteſt quanto magis teſtis ſubtrahens ſe ne repetatur haberi debet pro legitimato facit *gloſ. commentũ in cap.peruenit il 1. de teſtibus cogendis vbi dicitur* , quod ex teſte ſubtracto procedi poſſit in cauſa tamquam ſi in ea depoſuiſſet , & ſic tamquam ſi fuiſſet legitimatus .

Verum, quia contrarium eſt verius ideò ad huius quæſtionis dilucidationem aduertendum eſt , quod vel teſtis ſubtrahitur ab alio , vel ſe ipſum ſubtrahit ne repetatur ſi
2 teſtis ſubtrahitur ab alio tunc,vel à reo ſubtrahitur ne contra ſe à Fiſco repetatur , & reus pro confeſſo habetur niſi ſuam innocentiam probet ſecundum opinionem *Hoſtienſis* , quam ſequi videtur *Farin. quæſt. 78. num. 148.* & pro æqua habetur à *Boerio deciſ.292. num. 9. verſ. ſe ſi cum vitio* aut ſubtrahitur ab alio , quam à reo , & iſte ſubtra-
3 hens punitur motu Iudicis extra ordinem , vt dicit *Farin.d.quæſt.78.num.138.*

Si verò teſtis ſubtrahit ſe ne repetatur , *vt exemplificat Boſſius tit. de falſis num. 163.* &
4 tunc habetur pro legitimato , non vt afficiat reum, ſed vt ſe ipſum in primo examine pro informatione facto manifeſtet falſum dixiſſe ad inſtar illius teſtis , qui interrogatus in repetitione negat ſe dixiſſe prout in informatiuo ſcriptum reperitur , vt alias dixi .

Dices , quod teſtis , qui in informatiuo depoſuit niſi fuerit interrogatus à Iudice,& illi , vel negatiue , vel affirmatiue reſponderit nõ poteſt dici legitimatus, vt alias dixi, ſed ſic eſt , quod teſtis qui , ſe ſubtrahit ne repetatur non eſt interrogatus nec Iudici reſpondit idcircò non videtur ſequuta legitimatio prout ſequi videtur in teſte variante , vel alio modo ad interrogationem Iudicis negante Reſpondetur , quod cum prædictus teſtis ſe faciat contumacem in non veniendo ad ſe repe-
5 tendum vtique per dictam contumaciam habetur pro reſpondente ; nam ſicut abſens qui non vult litem conteſtare tunc recipitur inter reos quando per notabilem contumaciam non vult reſpondere ; nam contumacia in præiudicium contumacis idem operatur , quod reſponſio *auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport.* vbi contuma-
6 cia habetur pro præſentia *Bald. in l. prius num. 30. C. de his , qui accuſar. non poſſ. & in l. nec quicquam num. 12. ff. de officio proconſulis* ; ita in teſte non veniente , & in contumacia perſeuerante .

Si Replices , quod ſupradicta procedunt in reo contumace propter ſui præiudicium ſed in teſte nullum poteſt conſiderari præiudicium , quia ſicut non poteſt cogi ad te-
7 ſtimonium perihibendum *gloſ. in cap. 1. in verbo timore in fine verſ. niſi conſtaret &c. de teſtibus vbi loquitur etiam quando teſtes ſubtrahunt ſe Farin.quæſt.68.num.16.* ita non poteſt cogi ad ſe repetendum idcircò nullum ſibi parat ex contumacia præiudicium.Reſpondetur, quod præiudicium teſtis in ſe ſubtrahendo à teſtificando in repetione conſiſtit in ha-
8 bendo illum pro falſo , quia quando , quis aliquid facit , vt occultet veritatem incidit in falſum quantum ad cauſam in qua fuit inductus,& ideo ſi poſtquam depoſuit parte non citata , & citatus ad repetendum ſe ſubtrahit nulli dubium , quod incidit in falſum *iuxta ea , quæ tradit Boſſ.* , vbi ſupra immo , & puniri poteſt extra ordinem *Bal.*
9 *in l. præsbyteri in prin. num...... verſ. deinde hic vi-*

videtur C. de Epiſcopis, & Cleric. Farin. dicta quæſt. 68 num. 34.

An Fiſcus ſciens fuiſſe legitimatum proceſſum, ſed ignorans modum poſſit vti dicto proceſſu.

Quæſt. XC.

SVMMARIVM.

1 *Quando dubitatur inter duo extrema, quæ ſunt eiuſdem natura non reſultat vitium incertitudinis, quia non variatur effectus. num. 1. Declara num. 3.*

Litis conteſtatio, quæ non apparet an per negationem, vel affirmationem ſit facta, non eſt valida. nu. 2.

Actus poſſunt dupliciter conſiderari, vel quatenus vniformiter, vel quatenus difformiter ſe habent. num. 3.

Verba lis conteſtata eſt *nihil certi in effectu deducunt. num. 4.*

Litis conteſtatio per negationem tendit ad effectum abſolutionis. num. 5.

Verba proceſſus fuit legitimatus *producit effectũ vniformem. num. 6.*

Legitimatio licet diuerſificetur in modo, tamen in effectu eſt vniformis. num. 7.

Hæres ſciens mortem teſtatoris, ſed ignorans modum mortis, non idcirco priuatur hæreditate. num. 8.

1 ET. videtur affirmatiuè reſpondendum, nam quãdo dubitatur inter duo extrema, quę ſunt eiuſdem naturæ non reſultat vitium incertitudinis, eò quia non variatur effectus, & ſic iſta dubitatio non nocet cum conſiſtat in modo *l. quod ſi dubitet*, & ibi *Bald. ff. de acquiren. hæred.*

Dices, quod ſi reperitur in actis, quod tali die fuit lis cõteſtata, nec apparet, an
2 per negationem, vel per confeſſionem huiuſmodi conteſtatio cum ſit dubia, non eſt valida, & non præſumitur: *ſpecul. tit. de litis conteſtat. §. nunc dicamus num.* 10. ergò idem videtur dicen. ſi fuerit dictum, quod fuit legitimatus proceſſus: Reſpondetur, quod actus poſſunt dupliciter conſiderari vno modo, quatenus vniformiter ſe habent, hoc
3 eſt, quatenus ſint eiuſdem naturæ, & ſubſtantiæ, & hoc caſu dubitatio non vitiat; quia ibi non eſt incertitudo. *l. ſciendum ff. de verb. oblig.* vbi ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe videtur omnia ſolemniter fuiſſe facta per ſtipulationem, quæ vniformiter producit effectum efficacitatis; alio modo, quatenus ſe habent difformiter, vt ex iſtis non poſ-
4 ſit præſumi, nam his verbis *lis conteſtata eſt*, non poteſt aliquid certi deduci in effectu, quia cum potuerit fieri, & per negationem, & per confeſſionem incertum eſt qualiter ex iſtis modis lis fuerit cõteſtata, & per conſequens quæ lis in effectu fuerit,
5 quia litis conteſtatio per negationem tendit ad effectum condemnationis, ideò huiuſmodi incertitudo vitiat actus litis conteſtationis, & non præſumitur.

Vnde cum in proceſſu appareant hæc
6 verba *proceſſus fuit legitimatus*, dicendum eſt veluti actus, qui producit effectum vniformem, non minus, quam facit ſtipulatio non adeſſe vitium incertitudinis quoad effectum legitimandi, quia ſiue fuerit facta huiuſmodi legitimatio per declarationem, ſiue per repetitionem, non per hoc reſultat vlla diuerſitas in effectu, quia vniformiter vtraque pari virtute legitimat proceſſum.

Et ſi replices, quod ſaltem propter diuerſitatem, quam connotat in modo legitimandi incertitudinem ſignificet, ac proindè proceſſus vitietur: Reſpondetur, quod
7 licet legitimatio diuerſificetur in modo, attamen vniformiter ſe habet in effectu, nẽpè quod non minus legitimat modus repetendi, quàm modus declarandi, & confrontandi. Vnde cum modus repetendi, & modus declarandi, ſeu confrontandi producant eumdem parem effectum legitimationis non eſt curandum de diuerſitate modi *l. 4. vbi Bald. C. de inſtit. & ſubſt. l. quoties §. ſi quis nomen*, & ibi *Imola ff. de hæred. inſtituen. Farin. quæſt. 43. num. 5. in fine*, & facit id, quod diſponit *textus in l. quod dubitet ff. de acquiren. hæredit.* vbi hæres ſciebat teſ-
8 tatoris mortem, ſed ignorabat an eſſet mortuus in captiuitate, an poſt dimiſſionem, & ſic ignorabat, an ad eum pertineret hæreditas ex ſucceſſione legis cornel. an ex fictione poſtliminij; iſta enim dubitatio, vel ignorantia non nocet, quia non variatur effectus; ſatis enim eſt dicere, quod ſciat effectum licet ignoret modum: *Bald. in l. quod ſi dubitet num. 1. ff. de acquiren. hæred.*

An teſtes examinati ad afficiendum alium teſtem, qui ſit veriſimiliter informatus de delicto ſint legitimandi.

Quæſt. XCI.

SVMMARIVM.

Teſtis apparens veriſimiliter informatus, & recuſans deponere videtur puniendus. num. 1.

Teſtis negando ſe eſſe de facto informatum falſum committit. num. 2.

Teſtes examinati ad afficiendum alios teſtes veriſimiliter informatos ſunt legitimandi. num. 3. *&* 15.

Non debet adhiberi illa diſputatio ſuper indicijs ad torquendum teſtem, quæ adhibetur circa indicia ad torquendum reum. num. 4. *Declara num.* 5.

Copiæ proceſſus non traduntur teſti propter indicia ex eius proprio dicto reſultantia. num. 6.

Reprobatur Boſſij opinio. num. 7.

Copiæ indiciorum ſunt dandæ ſi fuerint petitæ. nu. 8. *ideò cautela eſt, vt proteſtetur dari copias num.* 9. *Declara. num.* 10.

Iuriſdictio ſine modica coercitione nulla eſt. nu. 11.

Tortura, quæ infertur teſti veriſimiliter informato differt à tortura, quæ infertur reo. num. 12.

Teſtis quando conuincitur de mendacio incidenter potius videtur conuictus ex propria eius depoſitione, quàm ex teſtium depoſitione. num. 13. *& quare? num.* 14.

HAEC concluſio dependet ab alia, nimirum an huic teſti tradenda ſit copia indiciorum ad faciendas ſuas defenſiones, & ſuper hoc articulo reperio duas opiniones vnam affirmatiuam: *Farin. quæſt.* 39. *num.* 148. quem ſequitur *Guazz. defenſ.* 19. *cap.* 15. *num.* 2. alteram negatiuam *Scaccia tract. de iudicijs cap.* 100. *n.* 16. *verſ. ſi non ſugilat, &c.* qui tamen repræhenditur *ab eod. Farin. d. quæſt. & num. verſ. & licet contra*. Ego autem ſequendo Farinaccium, & eius opinionem, vt magis æquam dico, quod danda ſit copia indiciorum, ſeu
1 depoſitionum teſtium, & ratio eſt quia, cum prædictus teſtis appareat veriſimiliter informatus, & recuſans deponere videtur puniendus ſecundùm *Bald. in l. presbyteri num* 13. *C. de Epiſc. & Cler.* vbi dicit de illo, qui vt occultet veritatem non vult comparere, *immò vt dicit Cæpoll. conſ.* 60. *num.* 8.
2 huiuſmodi teſtis negãdo ſe eſſe de facto informatũ falſum committit, & tanquam falſarius puniri debet, & ſic veniret torquendus pro eruenda ab eo veritate; vt dicit *idẽ Farin. quæſt.* 79. *num.* 16. idcircò danda ei eſt copia indiciorum, à quibus ſe defendere poſſit. Igitur cum ſit danda prædicta co-
3 pia indiciorum, vt ſe defendere poſſit, ſequitur, quod huiuſmodi teſtes cõtra ipſum teſtem examinati veniant legitimandi, vel per confrontationem, vel per repetitionem, vel per declarationẽ ad hoc, vt contra eum legitimè ad torturam deueniri poſſit.

Dices ſecũdũ *Bart. in l. vnius §. teſtes ff. de quæſtionibus* quod nõ debet adhiberi illa diſpu-
4 tatio ſuper indicijs ad torquẽdum teſtem, quæ circa indicia adhibetur ad torquendũ reum iuxtà formam *textus in l. cuſtodia ff. de pub. iudic.* ſed committitur eorum indagatio iudici, & hanc opinionem ſequutus fuit *Boſſ. tit. de tortura teſtium num.* 39. quod ſi ità res ſe habet, Iudex non tenetur tradere copias indiciorum, vt notat *Claud. ad conſ. Bertazz.* 153. *lit. A. Farin. quæſt.* 79. *num.* 47. & per conſequens legitimatione non indigerent.

Reſpondetur, quod indicia contra hu-
5 iuſmodi teſtem ſunt, & eſſe poſſunt in duplici differẽntia, alia enim ſunt, quæ ex proprio dicto, & confeſſione eiuſdem teſtis aliquando reſultant, & hoc caſu ſicut
6 nõ eſt opus, quod tradantur copiæ proceſſus; vt dicit *Farin. d. quæſt.* 39. *num.* 148. ita neceſſaria non erit legitimatio, & in hoc caſu videtur loqui *Bart. Boſſ. & Farin. ſupra allegati* alia ſunt, quæ probantur per teſtes, vt in caſu noſtræ quæſtionis, in quo habẽt locum ea, quæ dicit *Farin. d. quæſt.* 39. *nu.* 148. & idem dicit *Perſonal. tract. de indicijs, & tortura num.* 33. & quamuis *Boſſius* magis præcisè loqui videatur de teſte cõuicto ab alijs teſtibus addendo rationem ne ſi darentur copiæ indiciorum ab Aduocato inſtruere-
7 tur, & veritas celaretur. Nihilominus eius opinio reprobatur à *Farin. vt videre eſt in dicta eius quæſt.* 39. *num.* 148. & ratio reprobationis eſt, quia ſequeretur, quod nũquam reo copiæ indiciorum darentur cum reus à ſuo Aduocato ſemper inſtrueretur ad celandam veritatem, & delicta ſemper impunita remanerent contra *textum in l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* ideò dum huic teſti deneganda non ſit copia indiciorum per ſupradicta, meritò nec prohibita erit legitimatio.

Nota tamen, quod opinio *Farin.* procedere videtur, quando reus peteret dictam
8 copiam ſibi tradi, vt ipſemet notat *in dicta quæſt.* 39. *num.* 142. *verſ. tunc ſi mihi peterentur,*
quaſi

quaſi dicat Iudicem reum torquere poſſe
ſine traditione copiarum proceſſus, ſi illæ
non fuerint petitæ, & hinc eſt, quod *Guazz.*
dicta defenſ. 19. *cap.* 15. *num.* 2. *in fine* dat cau-
telam pro defenſoribus huiuſmodi teſtium
9 vt ſtatim debeant in actis facere proteſta-
tionem, ne deueniatur contra illos ad tor-
turam, niſi datis ſibi copijs indiciorum.

Et ſi quæris rationem quare potius legi-
timari debeant prædicti teſtes, ſi petantur
copiæ indiciorum, quàm ſi non petantur.
10 Reſpondebitur tibi diſtinguendo, quod
aut teſtes deponentes contra alium teſtem
de veriſimili informatione facti inſtructum
non fuerunt teſtes principaliter recepti ad
finem afficiendi illum vti informatum de
facto, ſed fuerunt recepti ad finem, vt de-
ponerent ſuper facto principali ad reum
inquiſitum afficiendum, & incidenter de-
poſuerunt de prædicto teſte veriſimiliter
informato, tunc ſi non petantur copiæ eo-
rum depoſitionum poſſet Iudex ad tortu-
ram deuenire, etiam non datis copijs, &
ratio eſt, quia tortura, quæ infertur prædi-
cto teſti eſt ſimplicis iuriſdictionis, vt dicit
Iaſ. in l. cum iuriſdictio num. 14. *ff. de iuriſd.*
omnium iud. & ſic veluti ad quamdam mo-
dicam coercitionem deuenire poſſet abſq;
dicta copiarum traditione: *arg. text. in l. vlt.*
11 *ff. de off. eius cui mandata eſt iuriſd.* ibi: *quia iu-*
riſdictio ſine modica coercitione nulla eſt: idcircò
cum hæc tortura differat à tortura, quæ in-
12 fertur reo inquiſito, quæ eſt meri imperij
Farin. quæſt. 38. *num.* 109. *Marſ. in praxi* §. *ex-*
pedita num. 15. merito etiam differre debet
in ſolemnitatibus cum illa non requirat
tantam ſolemnitatem, quantam requirunt
ea, quæ ſunt meri imperij ad inſtar torturę
quæ infertur pro habendis complicibus,
vel pro habenda præciſa reſponſione, quæ
pariter dici poteſt, quod ſit de ſimplici iu-
riſdictione. Aut teſtes deponentes contra
teſtem de veriſimili informatione inſtru-
ctum fuerunt recepti primò, & principa-
liter ad illum conuincendum, ſeu indiciā-
dum de mendacio, tunc pro certo crede-
derem, quod legitimari deberet proceſſus
etiam ſi copia illius non peteretur, & ratio
eſt, quia non ſolum ille teſtis coerceri in-
tenditur ad veritatem dicendam, ſed etiam
ad pœnam infligendam vti teſtis falſitate
irretitus, vt ſupra dixi in principio huius
quæſtionis auctoritate *Bald. & Cepoll.* & ra-
tio rationis eſt, quia eſt proceſſatus vti reus
falſi: *Baiard. ad Clarum quæſt.* 25. *num.* 30. ibi:
& in tali quæſt. debet adhiberi cauſa cognitio, &
citat Fran. Mar. deciſ. 780. *ſub num.* 10. *par.* 1.
Boſſ. tit. de tortura teſtium num. 10. *& tit. de in-*
dicijs num. 37. *Mar. in l. vnius* §. *teſtis torquendi*
ff. de quæſt. Foller. in pract. crim. verb. capiat infor-
13 *mationem n.* 23. Nā quando teſtis conuincitur
de mendacio incidēter potius videtur cōui-
ctus ex propria eius depoſitione, quā ex de-
poſitione teſtiū patet, quia ſicut cōfeſſio in-
14 cidēter facta ſuper crimine non nocet, ſed
indicat, cum ad dictum crimen actum non
fuerit *Bald. in l. mercalem num.* 2. *C. de condit.*
ob turpem cauſam, ita depoſitio teſtium inci-
denter cōtra alium teſtē facta nō ei noceret
valet tamen ad inſtruendum Iudicem, vt
poſſit formare proceſſum, quem ſi non
formaret, tunc teſtis ille non conuincere-
tur à dictis teſtibus, ſed ex ſe ipſo quaſi au-
gens mentem Iudicis reddēdo illum ma-
gis dubium, cum ſe reddit mendacem, ac
proindè poterit illum leui torturæ dare:
argum. eorum. quæ proportionabiliter tradit in
materia articulorum Alex. in l. 1. *num.* 12. *ff. ſi*
certum petatur: At verò quando immediatè
15 formatur proceſſus contra dictum teſtem,
& directè conuincitur de mendacio, tunc
vti reus experiendus eſſet; & per conſe-
quens neceſſaria videtur legitimatio te-
ſtium contra eum receptorum.

An Iudex poſſit procedere ex proceſſu partim informatiuo, partim legitimato.

Quæſt. XCII.

SVMMARIVM.

Cumulari non poteſt proceſſus partim legitimatus, partim non legitimatus ad effectum agendi ſine vitio nullitatis. num. 1.

Iudex, qui poteſt procedere ex toto proceſſu informatiuo, poteſt etiam procedere ex parte. num. 2. *Declara. num.* 4.

Tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt res deductæ in ſtipulatione. num. 3. *Declara num.* 7.

Procedere ex informatiuo, & procedere ex legitimatiuo ſunt diuerſa, & contraria. num. 4.

Quando plura remedia etiam origine competant non admittitur eorum cumulatio ratione duplicitatis. num 5.

Quando proceſſus ordinariè fuerit ceptus ſolemnizari tacitè Iudex videtur interlocutus. num. 6. *Declara num.* 9.

Iudex habens, vtrumq; modum procedendi ex informatiuo, & legitimatiuo, poteſt proſequi vnum modum, & alterum dimittere. num. 8.

Procedere ex informatiuo eſt introductum de iure publico ad coadiuuandum, ſicut inquiſitio. num. 10.

Procedere ex informatiuo eſt remedium extraordina-

rium,ſed introductum ab homine, non à lege. n.11. & 14.

Inquiſitio hodie vti remedium ordinarium non tollitur per accuſationem . num. 12.

Modus procedendi ex informatiuo fuit cognitus etiam de iure . num. 13.

CVM procedere ex informatiuo ſit agere contra ius, & iuris diſpoſitionem, ac diſpẽſatiuo modo, & procedere ex legitimatiuo ſit agere iuxtà iu-
1 ris formam, & ſeruare ea, quæ de iure ſeruanda ſunt,ſequitur,quod Iudex non poſſit cumulare huiuſmodi proceſſus ſine vitio nullitatis eo quia videtur incompatibilia cumulare. *Maurus Burg. de modo procedendi ex abrupto centur. 1. quæſt. 48. num. 3. cum ibi allegatis.*

Dices quod procedere ex informatiuo, eſt diſpenſare ſuper ſolemnia proceſſus, & efficere, quod proceſſus ſimpliciter informatiuus efficiatur, ac ſi fuiſſet legitimatus,
2 idcircò Princeps, qui poteſt diſpenſare ſuper toto proceſſu poteſt etiam ſuper parte, quia idem iuris eſt de parte ad partẽ, quod de toto ad totum. *Iaſ. in l. ſi ita legatum §. ſi domus num. 12. ff. de legat. 1.* & ita Iudex, qui poteſt procedere ex toto proceſſu informatiuo, poteſt etiam procedere ex parte illius tantum, & ratio eſt, quia tot ſunt legitimationes, quot ſunt teſtium depoſitiones: *arg. tex. in l. 1. §. ſed ſi mihi Panphilius ff. de verber. oblig.* vbi tot ſunt ſtipulationes, quot
3 ſunt res in ſtipulatione deductæ: *l. ſtipulatio §. & harum ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. ſcire debemus nu. 4. ff. eod.* ita pari modo de legitimatione dicendum eſt, idcircò ſicut ſtipulatio pro parte rerum poteſt adhiberi ad reddenda pacta efficacia, & pro parte non adhiberi iuxta naturam rerũ,ſuper quibus adhibetur cum ſit diuidua, & indiuidua ex natura rei, ſuper qua interponitur *Vaconius à Vacona declaratione 72. num. 3. fol. mihi 217.* ita & legitimatio poterit pro parte reddere efficaces teſtium depoſitiones, & pro parte non, ſed ex informatiuo ex illis agere. Reſpondetur, quod remedium ex informatiuo, & remedium ex legitimatiuo
4 proceſſu, non competunt origine, eo quia ſunt inter ſe diuerſa, & contraria, idcircò vno electo alterum ceſſare debet: *Bald. in l. incerti num. 7. C. de interdictis*: & arguendo à fortiori, nàm ſicut quãdo plu-
5 ra remedia, etiam origine competant non admittitur eorum cumulatio, ratione duplicitatis: *l. nemo ex his §. variis ff. delegat. 2. Iaſ. in l. naturaliter §. nihil commune num. 87. ff. de acquren. poſſeſſ.* quanto magis non erit admittenda cumulatio remediorum non origine competentia; ſed omninò contraria inter ſe,& ratio eſſe poteſt,quia quando
6 proceſſus ordinariè fuerit cœptus ſolemnizari tacitè, ſaltem ſi non expreſsè Iudex videtur fuiſſe interlocutus, & ſic videtur feciſſe electionem illius remedii legitimatiui, quod omninò in aliis depoſitionibus teſtium ſequi debet, & alterum remedium veluti contra ius dimittere *Menoch. de præſumpt. præſumptione 190. num. 38. lib. 4. Decian. conſ. 18. num. 233. lib. 1. Franc. deciſ. 248. num. 2. Maur. Burg. de modo proceden. ex abrupto quæſt. 48. num. 3. & 4.*

Ad obiectum de ſtipulatione pro parte adhibita, e pro parte non; dicimus; quod
7 pacta nuda ſuper quibus non fuit adhibita ſtipulatio remanent inefficacia, cum illa non poſſint reddi efficacia per alium modum extraordinarium, prout reddi poſſunt teſtium depoſitiones & ſic non applicatur caſui noſtro, in quo ex proceſſu informatiuo prætenditur pars proceſſus effici efficax ad agendum, quod eſt contra ius, & rationem legitimatiui.

Et ſi replices, quod huiuſmodi interlocutoria per eumdem Iudicem reuocari poteſt, ideò licèt tacitè ſaltem fuit interlocutus, vt procedi poſſit ex legitimatiuo, potuit tamen mutare voluntatem faciendo actum contrarium, & ſic procedere ex informatiuo: *Medic. in tract. de nouatio. lib. 2. verſ. interloquutoria*: & ratio eſt, tum quia hæc interloquutoria, quoad Iudicem non tranſiuit in rem iudicatam *Tuſcus concl. 115. num. 1. & ſeqq. lit. S.* Tum etiam quia coram Iudice habente vtramq; poteſtatem pro-
8 cedendi ex informatiuo, & legitimatiuo, ſi inceperit vnum modum procedendi poteſt proſequi alium modum, & primum dimittere: *Magonius deciſ. Lucen. 52. num. 22. Bald. in l. ſi miles ff. de militari teſtam.* Reſpon-
9 detur diſtinguendo, aut res eſt integra, eo quia pro parte Fiſci non fuit inchoata repetitio, & ſic legitimatio, aut non fuerint exhibita pro parte ipſius inquiſiti interrogatoria, nec aliquo modo proteſtatum, & non benè procedit obiectum, quod Iudex poſſit mutare voluntatem procedendi de legitimatiuo in informatiuum, aut res non eſt integra, quia pro parte Rei fuerant data interrogatoria, & forſan cum illis inceptũ examen repetitionis, & tunc Iudex non poteſt mutare iudicium procedendi, veluti executioni demandatum ad inſtar interloquutoriæ executioni demandatæ, quæ non

poteſt

poteſt reuocari. *Tuſcus d. concluſ. 115. n.45. Lancellottus de attent. par.2. cap.12.limit.1.n.24. & ſeqq.*

Et tandem ſi dices, quod proceſſus ex
10 informatiuo eſt introductus de iure publico ad coadiuuandum, idcircò cumulari cum proceſſu legitimatiuo poteſt ſicut inquiſitio, quæ eſt remedium extraordinarium, & eſt introductum de iure publico ad coadiuuandam accuſationem, vt dicit *Baldus in l. edita actio num. 98. verſ. non obſtat, C. de edendo in ſecunda lectura*; & tamen poteſt cumulari cum accuſatione: *Clarus quæſtino. 5. num. 5. Farinacc. quæſt. 1. num.10.* Reſpondetur, quod proceſſus ex informatiuo eſt quidem remedium extraordi-
11 narium, ſed ab homine non à lege introductum ideò non eſt mirum, ſi ſtrictius interpretari debeat ſecundùm ea, quæ tradit *Bald. in l. quiſquis num. 3. C. ad l. maieſtat.* quam remedium legis, & ſic inquiſitio, quæ hodie vbique redacta eſt ad remedium
12 ordinarium, idcircò illa non tollitur per accuſationem, *Bald. in l. in prouinciali, §.ſed ſi in loco, ff.de op.noui nunciatio, Boſſ. tit. de inquiſitione num.8. Rolan. conſ.30. num.15, lib.2.*

Nec dicas, quod hic modus procedendi
13 fuit cognitus etiam de iure communi, vt cogitat *Foller. in prax. crim. 3. part. tertiæ partis in verbo, & ſi confitebuntur num. 42. Gram. conſ.34. num. 13. & vot. 3. num.26. & alij quos allegat Maur.Burg.in eius tract.de modo proceden. ex abrupt. quæſt. 7. num. 2.* quia reſpondetur cum *Farin. quæſt. 72. num.126.* quod huiuſmodi modus procedendi non ſit de iure communi introductum, eo quia in caſibus
14 in quibus vti poſſet tali modo prout in caſibus enormibus, ſcilicet derubatorũ, ſtratarum incendiarorum, & aliorum, quos recenſet *Farin. dicta quæſt.72. num.125.* non poteſt procedi ad torturam ex proceſſu informatiuo, &ſic hic modus eſt merè hominis, & non legis, ideò ſtrictius interprætari debet, & per conſequens cumulari non poteſt cum remedio ordinario legis,

An præſcriptio impediat legitimationem proceſſus.

Quæſtio XCIII.

SVMMARIVM.

Delicta momentanea, quæ actu citò tranſeunt præſcribi poſſunt. num.1.

Temporis diuturnitas alleuiat pœnam ſicut determinatio temporis, infrà quod accuſari debet. num.2.

Delicta ſucceſſiua non præſcribuntur, niſi à tempore, quo quis deſtitit delictum continuare. num.3.

Continuatio non tollit, ſed auget delictum. num.4.

Ex aſſidua rei furatæ cõtractatione magis creſcit actio furti. num.5.

In actibus continuatis inſpici debet tempus, quod nocet, non quod prodeſt. num.6.

Vitium animi præſumitur continuari, niſi contrarium probetur. num.7.

Accuſatio deducta in iudicio ſi non fuerit proſecuta non impedit præſcriptionem. num.8.

Accuſatio proſecuta dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num.9.

Accuſatio proſecuta, ſed antequam deueniatur ad ſententiam currat tempus habile ad præſcribendum,non impedit præſcriptionem. num.10.

Præſcriptio eſt actionis exercendæ, vel poſſibilis exerceri excluſio. num.11. & num.24.

Confeſſio Rei; qui præſcriptione tutus eſt, ei non præiudicat. num.12.

Bannitus, qui poſt lapſum 20. annorum fuerit captus, non vtitur priuilegio præſcriptionis. num.13.

Bannitus captus poſt lapſum 20. annorum, ſi ſententia reperiatur nulla, poteſt allegare præſcriptionem poſtquam fuerit admiſſus ad nouas defenſiones. num.14.

Citatio nulliter facta non interrumpit præſcriptionem, quia nihil ponit in eſſe. num.15.

Ad interrumpendam præſcriptionem ſufficit mora Rei, quæ habet vim litis conteſtationis. num.16.

Per ſolum proceſſum Reus non conſtituitur in mora, ſed dumtaxat quando monetur, vel citatur. nu.17.

Accuſatio quamuis interrumpat præſcriptionem, tamen non impedit interruptam denuo incipere. n.18.

Præſcriptio omnis regulariter ſpacio 20.annorum perficitur. num.19.

Delicta carnis, vt plurimum per quinquennium præſcribuntur. num.20.

Actio de dolo, & crimen ſtellionatus biennio præſcribuntur. num.21.

Verba iniuroſa anno præſcribuntur. num.22.

Præſcriptionis vtilitas eſt propter libertatem ſubditorum, ne ſemper de iure ſuo dubitetur. num,23.

Præſcriptio habet locum tam in delicto manifeſto, quam in occulto. num.25. Declara. ibidem.

Præſcriptio non currit à die commiſſi delicti; ſed à die habitæ ſcientiæ. num.26.

Quotieſcumque præſcriptio completa fuerit, nullum ius remanet parti, ſeu Fiſco, per quod Reus poſſit, & debeat vexari. num.27.

Si Reus in iudicio purgaſſet delictum, vel luiſſet pœnam ipſo iure, eſſet ſublata actio contra eum.n.28.

Sicut pars propter præſcriptionem non poſſet accuſare, ita nec per officium Iudicis, & quare. nu.29.

Ex delicto oritur obligatio, non officium Iudicis; Ideò ceſſante obligatione non reſultat officium Iudicis. num,30.

Monitorium, ſeù citatio nullum, ſeù nulla, dum fuerit aptum, ſeù apta informare Reum, videtur ſuffi-

cere ad impediendam præſcriptionem . nu.31. Declara . num.32.

De iure Canonico mala fides interrumpit præſcriptionem , non de iure Ciuili . num.33.

In præſcriptione delicti attendimus ius Ciuile non ius Canonicum . num.34.

Delicta atrociſſima , etiam poſt 24. annis puniri poſſunt , ſed mitiori pœna . num.35.

HAec quæſtio habebit reſolutionem ſi ſciremus, an accuſatio præſcribatur, quia ſi accuſatio præſcribitur; vtique , & legitimatio impeditur. Vndè ſciendum eſt, quod accuſatio tripliciter conſiderari poteſt; vno modo quatenus fuerit in mente accuſatoris tantum; altero modo quatenus fuerit deducta in actis, ſed non proſequuta; altero modo quatenus fuerit proſequuta.

Quoad primum aduertendum eſt , quod delicta ſunt in duplici differentia nam alia
1 ſunt momentanea quæ actu citò tranſeunt, licet reatu maneant; alia ſucceſſiua,& tempore continuata: illa certum eſt, quod præſcribi poſſunt per textũ *in l.querela* , vbi *Bart. C. de falſis, l.non ſolum, §.fin. ff.de iniurijs* , quæ præſcriptio ius tollit accuſandi,& inquirendi , nam ſicut temporis diuturnitas alleuiat pœnam , vt in *l. ſi diutino , ff.de pœnis* , ita de-
2 terminatio temporis infra quod accuſari debet ſi non accuſatur ex toto pœna tollitur , *Abb. in cap. cum haberet in 3. not. de eo qui duxit in matrim. Balbus in eius tract.de præſcription. part.4. princ. quæſt.2. nu.4. & 5. Cartar. de capto Bannit, cap. fin. num.314. verſ.quamuis ea ratio* :
3 Iſta veró delicta ſucceſſiua non præſcribuntur niſi à tempore,quo quis deſtiterit delictum continuare, *Angel.de Caſtro conſ.94.n.10 diuerſ. in paruis lib. 1. Clarus quæſt. 10. num.16. Caball.caſu 7. per totum, Guazz. defenſ.2. cap.2.*
4 *nu.75.* nam continuatio non tollit , ſed auget delictum, *l.ei qui, l.ſi dominum, ff.de furtis* , vbi ex aſſidua rei furatę contrectatione ma-
5 gis creſcit actio furti , & per continuationem vnum dumtaxat patratur delictum , *Bald. in l.illud quæſitum, §. ſi idem, ff.ad l.Aquil. Alex. conſ.24. num.18. lib.2.* quo circa in actibus continuatis ne faueamus delicto inſpici
6 debet tempus , quod nocet, & non tempus quod prodeſt ; non enim eſt parcendum ei, qui ſe non corrigit, ſed perſeuerat in malo, *Bald. in l. cum qui, §.in popularibus num. 3. circa finem, ff.de iureiurando*,& in actibus continuatis deſiſtentia à malo probari debet , quia
7 vitium animi præſumitur continuari niſi aliquid probetur per quod contrarium præſumatur , *Bald. in l. non ignorabit num.4. C. ad exhiben.* vndè qui in delicto ſucceſſiuo continuat vſque ad tempus quo accuſatur non poteſt allegare præſcriptionem temporis , quo incipit delinquere ; quia tempus iſtud illi non prodeſt , & per conſequens non impedit legitamationem proceſſus deſuper fabricandi .

Quoad ſecundum videlicet quãdo accuſatio fuerit deducta in iudicio quæ ſi non
8 fuerit proſequuta pariter præſcriptionem non impedit;non enim ſufficit ſola,& mera accuſatio niſi etiam interueniat legitima citatio, ſeù aliqua iuridica interpellatio textus eſt in *l.ſicut verbum,C.de præſcript.30.annor.* ibi,*aut in iudicio poſtulatione depoſita fuerit ſubſecuta per executorem conuentio, Balb. in d. tract. de præſcript. part.6. quæſt.4. num.24. verſ.& quod* .

Quoad tertiam nempè , quando accuſatio fuerit proſequuta, & dupliciter intelligi
9 poteſt vno modo quando fuerit proſequuta vſque ad ſententiam excluſiuè ; altero modo quando fuerit proſequuta vſque ad ſententiam incluſiuè, ſi primò modo quamuis fuerit proſequuta , ſed antequam deuenia-
10 tur ad ſententiam elabi patitur tempus habile ad præſcribendum vtique præſcriptio haberet locum , quia præſcriptio eſt actionis exercendæ,vel poſſibilis exerceri exclu-
11 ſio, *Bald. in l.cum proponas num. 2. C.de ædilitijs actio* ; quo circa cũ proceſſus proſequutus vſque ad ſententiam fuerit poſſibilis ad agendum,& non fuit actũ,ideò ſub præſcriptionis cenſura,eſſe dicendum etiã propter negligentiam Fiſci, ſeù accuſatoris continuatam, vt dicit *Bald. in l. æmilius num.2. ff.de minoribus* ; ſi ſecundo modo proſequuta vſque ad ſententiam incluſiuè , tunc fuerit lata ſententia poſt curſum temporis puta 20. annorum vtique nullius momenti eſt , quia per præſcriptionem fuit ſublatus proceſſus,& hoc ita verum eſt quod, nec etiam
12 confeſſio Rei,qui pręſcriptione tutus eſt ei præiudicat , nec ex illa condemnari poteſt vt benè notat *Cartar. de capto bannito cap. fin. num. 314. verſ. quamuis ea ratio , fol. mihi 146.* Hinc habes quod ſi quis fuerit bãnitus poſt lapſum 20. annorum ſententia illa illum afficit per ſupradicta .

Quid verò ſi bannitus fuerit captus poſt
13 lapſum 20.annorum tunc ſi fuerit condemnatus tempore habili non ei prodeſſet præſcriptio, quia ſententia contra eum in contumacia lata , & de cuius executione agitur fuerit ſub conditione promulgata quæ impleri ; & incipere poteſt , poſtquam bannitus in fortijs curiæ deuenerit prout ſententiæ contumaciales ſolent exequi, *Bald.in l.data opera num.88. C. de his qui accuſ. non poſſ.*

Cartar.

Cartar. de capt. bann. cap. fin. num. 313. & 314.
vbi etiam videtur militare quãdo facto rei
ſententia executioni demandari non po-
tuerit.
Quid autem quãdo bannitus fuerit tem-
pore delicti condemnatus, ſed captus poſt
lapſum temporis 20. annorum à die latæ
14 ſententiæ, tunc ſi ſententia fuerit nulla, ita
vt opus ſit admitti bannitum ad nouas de-
fenſiones poterit allegare præſcriptionem,
ſed de hoc dubitari poteſt; quia tempore
debito fuit introducta accuſatio; & licet
ſententia fuerit reperta nulla; nihilominus
tempus accuſandi non videtur elapſum per
ea, quæ tradit *Bald. in leg. ex hoc, ff. de eo, per
quem factum erit*, vbi dicit quod per ſolam
accuſationem interrumpitur præſcriptio er-
gò impedit incohari immò per ſolam litis
conteſtationem, aut quod ſtet per eum quo
minus lis conteſtetur, *Balbus de præſcription.
4. part. ſexta, & vltimæ in princ. num. 20. verſ. ſed
requiritur cõteſtatio fol. mihi* 604. vbi dicit quod
perpetuat hoc eſt extenditur actio vſque
ad 40. annos, ſed contrarium videtur ve-
rius, & in puncto facit *Sanfel. deciſ.* 387. *per*
15 *totum*, nam ſi citatio nulliter facta non in-
terrumpit præſcriptionem, *l. ſi pater cum gloſ.*
& ibi *Bald. C. ne de ſtatu defunct.* quanto mi-
nus impediet incipienda cum citatio in-
ualida nihil ponit in eſſe, *gloſſ. fin. in l. accu-
ſatoribus, C. de accuſatio, Bald. in cap. in nomine
Domini in 4. not. de teſtibus.*
Comprobatur nam ad interrumpendam
16 præſcriptionem ſufficit mora Rei quæ ha-
bet vim litis conteſtationis per quam inter-
rumpitur præſcriptio, *l. per eum, §. qui iniu-
riarum, ff. ſi quis cauſ. &c.* Sed ſic eſt quod per
ſolum proceſſum reus non conſtituitur in
mora, *Bald. in auth. offeratur, C. de litis conteſt.*
& in *l. 2. C. de fruct. & lit. expen.* ſed dumtaxat
17 quando monetur, vel citatur; ergo non
videtur impedita præſcriptio per ſolũ pro-
ceſſum, & ſic per ſolam accuſationem,
Marſ. conſ. 117. per totum.
Non obſtat *Bald. in dicta leg. ex hoc num.* 8.
quia accuſatio quamuis interrumpat præ-
18 ſcriptionem non idcircò impedit interru-
ptam non incipere denuò, & ſubiungit *Bald.
ibidem*, quod verius ſit ſolam libelli obla-
tionem, & ſic ſolam accuſationem nihil
operari contra reum non citatum quoad
hunc effectum præſcribendi.
His præmiſsis reſtat videre quanto tem-
poris ſpatio præſcriptio perficiatur, & dici-
19 mus, quod regulariter omnis accuſatio
ſpatio 20. annorum præſcribatur, *l. querela,
C. de falſis, Clar. quæſt. 51. in princ. Farin. qu. 10.*
20 *num. 1.* dixi regulariter quia delicta carnis,
vt plurimum per quinquennium præſcri-
buntur, *Farin. conſ. 80. num. 18.* actio verò de
21 dolo biennio præſcribitur hoc idem proce-
dit in crimine ſtellionatus, *Farin. dicta qu. 10.
num. 22. & conſ. 96. num. 21.* Iniurioſa verò
22 verba anno præſcribuntur, *l. ſi non conuicij,
C. de iniurijs.*
Vtilitas autem præſcriptionis eſt propter
23 libertatẽ ſubditorũ, ne ſemper de iure ſuo
dubitetur, *Bald. in l. prius num. 38. circa medium,
C. de his qui accuſare non poſſunt*, & in *cap. ſi quis
per triginta: ſi de feudo fuerit, &c. nu.* 5. ac proin-
de; vt dixi ſupra præſcriptio eſt actionis
24 exercendæ, aut poſsibilis exerceri excluſio,
& habet locum tam in delicto manifeſto,
25 quam in delicto occulto, vt determinat
Caball. caſu 6. per totum, cum declaratione
tamen quod delictum non ſit, ita occultum
quod per quantam diligentiam factam non
potuerit deteg, quia tunc nihil poteſt impu-
tari Fiſco, vel accuſatori *ad textum in l. ſi cui,
§. iiſdem, ff. de accuſ.* ideò tunc præſcriptio non
currit à die commiſſi delicti, ſed à die ha-
26 bitæ ſcientiæ illius, & ita credo intelligen-
dũ ſit, *Natta cõſ. 225. n. 2. lib. 1. contrariũ tenens.*
Hic opportunè videñ an Iudex, ſaltem
ex officio poſſit non obſtante lapſu tempo-
ris inducentis præſcriptionem de delicto co-
gnoſcere, & pariter diceñ, quod non quia
quotieſcumque fuerit completa præſcriptio
27 nullum ius remanet parti, ſeù Fiſco per
quod reus poſſit, & debeat vexari, quo-
niam cum præſcripſerit cenſetur non delin-
quiſſe, aut delictum purgaſſe, *arg. textus in
l. ſi pupillus in fin. ff. de adminiſtr. tutor.* quo cir-
28 ca ſi reus in iudicio verè purgaſſet delictũ,
vel luiſſet delicti pœnam ipſo iure eſſet ſu-
blata actio contra eum *Inſtit. quib. mod. tollit
oblig. in princip.* ergo per officium Iudicis
non poteſt reuiuiſcere cum officiũ Iudicis
radicatum ſit in parte ſicut actio, vt dicit
Bald. in l. non dubium num. 30. C. de leg. & conſtit.
29 ideò ſicut pars propter præſcriptionem non
poſſet accuſare, ita nec per officium Iu-
dicis illam poſſet promouere, tum quia
quando eſt præcluſa via parti ad agendum
præcluſa etiam eſt via Iudici ad officium
intentandum cum officium Iudicis inqui-
rentis ſuccedat in locum accuſationis partis
*l. Diuus la ſeconda, ff. de cuſtodia reorum, l. 2. C. de
abolit. l. reſcripta, §. ſi quis accuſationem non ha-
bens, ff. de muner. & honor. Nouarius de grauamin.
Vaſſallor. grauam, 42. tom. 2. fol. 62.* tum quia
30 ex delicto oritur obligatio non officium
Iudicis, *Bald. in l. cum ſeruum num. 2. C. de ſerui
fugit.* Idcirco ceſſante obligatione non re-
ſultat officium, vt dicit idem *Bald. in l. apud
Trebatium, §. officium, ff. de acqua pluuiæ arcen.*
Dices, quod licèt citatio, ſeù monito-
rium ſit, vel fuerit nullum, ſeù nulla, nihi-

M 3 lomi-

31 lominus dũm fuerit aptum, ſeù apta informare reum, ita vt potuerit conſtituere ipſum reum in mala fide videtur ſufficere ad impediẽdam præſcriptionem, iuxta ea quæ tradit *Abb. in conſil. 19. num. 2. lib. 2.* vbi dicit auctoritate *Anton. de Butr. in cap. vt debitus de appell. ſuper gloſſ. prima.* quod ſi ex geſtis coram incompetenti Iudice, & ſic ex actis nullis reus fuit effectus malefidei poſſeſſor interrupta eſt præſcriptio, & hanc opinionem approbat *Adden. ad Burat. deciſ. 436 num. 10. litt. A.* imò nec continuare illam, ſeù denuo incipere propter malam fidem, *Abb. dicto conſ. 19. nu. 2.* Reſpondetur; diſtin-
32 guendo de mala fide, quoniã aut agitur de re ciuili, & tunc ſi reſpicimus ad ius canonicum vtique mala fides interrumpit præſcriptionem, & impedit illam incipi per ea quæ tradit *Bald. in l. cum notiſſimi, §. imò nu. 9. verſ. item ſuperueniens mala fides, C. de præſcript.*
33 *30. annorum*: ſi verò reſpicimus ad ius ciuile tunc mala fides non nocet præſcriptioni, ſiue inceptæ ſiue incipiendæ prout notat idem *Bald. in §. ſi quis per triginta num. 9. in fin. verſ. tamen in foro Iuſtiniani fide feud. defun. contra &c.* at vero cum hos agamus de præ-
34 ſcriptione delicti ſecundum ius ciuile puniendi, vtique ius ciuile non ius canonicum inſpiciendum eſt, & ratio eſt quia ius canonicum ad forum poli potius, & ius ciuile ad forum fori reſpicit, & ſic ius ciuile induxit præſcriptiones non propter animã ſed propter libertatem ſubditorum, vt dixi ne ſemper dubitetur de iure eorum *Idem Bald. in l. prius num. 38. circa medium C. de his, qui accuſar. non poſſ.*

Quæ omnia limitari poſſunt ob criminis atrocitatem in quo etiam poſt 25. annos
35 fieri poteſt inquiſitio, ſed minori tamen pęna puniri debet per ea quę decidit *Teſaur. deciſ. 76. num. 3. & deciſ. 108. per totum, ſed declarã, vt per Guazz. defen. 2. cap. 2. num. 4.*

An teſtis examinatus pro curiæ informatione ſi probet contra Fiſcum indigeat legitimatione. Quæſt. XCIV.

SVMMARIVM.

Teſtes examinati pro curiæ informatione ſi probent contra Fiſcum non indigent legitimatione. nu. 1. 3.

Legitimatio non tollit defectus concernentes perſonam & dicta teſtium. num. 2.

Magis credendum eſt teſtibus deponentibus contra Fiſcum, quam pro fiſco. num. 4.

Vbi conſtat de veritate non eſt opus legitimatione. num. 5.

Scriptura, quam quis producit contra ſe non indiget pro comparente comparatione. num. 6.

ET dicerem non indigere prout verè nõ indiget nam depo-
1 ſitio prædicti teſtis pro informatione curiæ recepta dici non poteſt, quod in iudicio non habeat robur, & efficaciam cum illa ex ſe tum ex approbatione inducentis tum ex acceptatione eiuſdem inquiſiti tum etiam ex diſpoſitione legis; quæ illam admittit *prout eſt textus in l. ſi quis teſtibus C. de teſtibus*, habeat efficaciam idcircò non indiget legitimatione.

Dices, quod licet Fiſcus teſtem approbauerit illum producendo; poſſet tamen opponere de defectibus anihilantibus ipſum, & eius dictum ex quibus defectibus Iudex poſſet; & deberet illum repellere *l. quos probibet ff. de poſtulando l. vbi pactum C. de tranſlatione*; idcircò neceſſaria videtur legitimatio propter prædictos defectus Reſpõdetur, quod legitimatio non tollit defectus
2 concernentes perſonam, & dicta teſtium, ſed dumtaxat illa roborat ad agendum quatenus ex natura ſua ſint capacia; nam cum petitio Fiſci fundetur in legitimatione tamquam in cauſa immediata actionis productiua non in depoſitione teſtium tamquam in cauſa remota ideſt cauſa cauſæ, & ſic cauſa legitimationis non habet ex defectu ſa depoſitione teſtis cur legitimari debeat, cum ex eius legitimatione nulla petitio ſibi concederetur, ſtante quod non contineat probationem niſi contra Fiſcum idcircò non videtur neceſſaria legitimatio etiam ſi teſtes, & dicta illorum paterentur multos defectus de quibus non eſt certandum dum habetur facti veritas ab ipſomet Fiſco detecta *l. cum de indebito §. 1. ff. de probation. c. qui 80. diſt. Farin. conſ. 78. n. 28.* immo cũ dicta veritas fuerit à teſtibus Fiſci detecta quamuis prædicti teſtes fuerint defectuoſi tamen negari non poteſt, quin eorum depoſitiones obnubilent Fiſci prætenſionem
3 & dubiam reddant depoſitionem aliorum teſtium pro Fiſci intentione deponentium *Farin d. conſ. 78. nu. 28.* atque idcircò nullam requiri legitimationem cum magis credẽdum ſit teſtibus deponentibus contra Fi-
4 ſcum quam pro Fiſco *Gabr. concluſ. 1. nu. 14. de*

de teſtibus Farin. conſ. 36. num. 2. ante fin. & conſ. 78. num. 28.

Et ſi replices, quod ſaltem teſtes officio
Iudicis, & non ad inſtantiam Fiſci exami-
nati requirant dictam legitimationem, vt
pro reo faciant probationem atque idcircò
ceſſare videntur motiua ſupradicta, & non
intrare *regulam textus in l. ſi quis teſtibus C. de
teſtibus*. Reſpondetur quod officium Iudi-
cis eſt, vt de innocentia Rei ſe informet, vt
dicit *Iaſ. in l. vbi pactum num. 13. C. de tranſa-
ction.* idcircò vbi conſtat de innocentia, &
5 ſic de veritate non eſt opus alia legitima-
tione, quæ eſt medium ad illam indagan-
dam *l. cum de indebito §. 1. ff. de probation.* vltra
quod officium Iudicis eſt ita radicatũ pro
tuendis partibus Fiſci, quod nulla dari po-
teſt differentia, quod teſtes fuerint pro par-
te Fiſci, vel ex officio Iudicis examinati:
ſufficit enim, quod dici poſſit, quod præ-
dicti teſtes ex officio Iudicis examinati fue-
rint ac recepti pro informatione curiæ, vt
dicantur examinati ad inſtantiam Fiſci ideò
probent contra curiam, & per conſequens
contra Fiſcum, & non indigeant alia legi-
timatione per ſupradicta ſicut proportio-
nabiliter dicitur de ſcriptura, quam quis
6 producit contra ſe, quæ non indiget pro
producente comparatione *Bald. in l. compa-
rationes num. 7. verſ. ſecundo oppo. C. de fide in-
ſtrum.*: ita depoſitio huius teſtis non indi-
get legitimatione eo quia Fiſcus illum pro-
duxit contra ſe.

An proceſſus fabricatus ſuper delicto ad effectum cognoſcendi de immunitate Eccleſiaſtica indigeat legitimatione.

Quæſtio XCV.

SVMMARIVM.

Super proceſſu fabricato de delicto ad effectum immunitatis non videtur neceſſaria legitimatio. num. 1. declara. num. 6. & ſeqq.

Proceſſus ſuper delicto ad effectum immunitatis non fabricatur niſi ſuper qualitate criminis. num. 2.

In proceſſu ſuper delicto ad effectum immunitatis ſufficiunt probationes per indicia, & coniecturas n. 3. declara. num. 4.

Semiplena probatio non venit appellatione planæ probationis. num. 5.

Verba cognito prius per Epiſcopum &c. in bulla Gregorij XIV. explicantur. num. 6. & num. 11.

Probatio delicti ad effectum immunitatis eſt grauis præiudicij. num. 7.

Requiritur legitimatio proceſſus ſuper delicto ad effectum immunitatis. num. 8.

Iudicium immunitatis eſt iudicium facti ciuilis non criminalis, & quare. num. 9.

Iura immunitatis non admittunt modum procedendi ex abrupto. num. 9. 10.

Proceſſus ſuper delicto ad effectum immunitatis publicandus eſt. num. 12.

NON deſunt DD. di-
centes, quod non re-
1 quiratur legitimatio
moti ea ratione, quia
ſatis eſt cauſam im-
munitatis cognoſci sũ
marie; & ſine partis
citatione *Marlinus Pi-
gnatell. controuerſ. Foren.
cap. 64. num. 8.* nam huiuſmodi proceſſus non
formatur niſi ad effectum cognoſcendi de
2 qualitate criminis, non autem ad effectum
condemnandi delinquentem, quæ non re-
quirit exactam iudicij ſolemnitatem; ſuffi-
cit enim, quod probationes ſint tales, quod
ex illis tortura inferri poſſit *Gurb. conſ. 22.
num. 21. verſ. poſterior. verum*; & ideò admitti-
3 tur probatio per indicia, & coniecturas *fir-
mat Rota Romana in vna Carbatenſis Eccleſiæ Ve-
neris 1. Iulij 1644. coram Coccino Caſul. dec. 156.
num. 9.*
Alij autem dicunt requiri probationem
plenam ac veram *Bonac. tom. 3. de cenſur. di-
4 ſput. 2. quæſt. 3. punct. 16. §. 1. num. 8. & cæteri
DD. de hac materia ſcribentes ita Hermigl. con-
ſil. 99. num. 2. & ſeqq.* ita vt quod ſemiplena
probatio non ſufficiat, cum ſemiplena pro-
5 batio non veniat appellatione veræ, & ple-
næ probationis *l. 1. binos ff. de condic. & demon-
ſtration. gloſ. in cap. ſtatum de reſcript. Roman. in
l. 1. C. de teſtam. militari.*
Sed tenendo hanc ſecundam opinionem
quod requiratur vera, & plena probatio
auctoritate conſtitutionis *Gregorij XIV. pri-
mo probamus ibi in verbis cognito prius per Epi-
ſcopum, vt ipſi vere crimina ſuperius expreſſa
6 commiſerint*, quæ verba ſignificant, quod
delictum exceptum ſit manifeſtum ac cla-
rum, & non præſumptum arg. textus in *l.
cum hi §. modus ff. de traſact.* nam cum huiuſ-
modi probatio non ſit modici, ſed grauis
7 præiudicij non ſufficit præſumptiua proba-
tio, ſed requiritur plena indagatio *auth. ho-
die C. de repud. l. miles §. pen. ff. de adulter. Bal. in l.
Tabulariũ §. ſi dubitetur n. 3. ff. quemad. teſt. aperr.*
Dum ergo requiritur, quod vere, & ple-
ne probetur delictum vtique dicendum eſt
8 requiri, quod teſtes legitimentur, quia nõ
dicitur vere conſtare de delicto niſi legiti-
mato proceſſu, eo quia tunc dicitur conſta-
re

re ſecundum regulas iuris iuxtà ea, quæ tradit *Clar. quæſt.* 10. *num.* 2. *& quæſt.* 45. *num.* 13. *Farin. quæſt.* 72. *num.* 103. *Caball. caſu* 269. *num.* 4.

Dices, quod ex qualitate criminis nempe latrocinij Proditionis, vel Aſſaſſinij poteſt procedi ex abrupto, & ex ſolo proceſſu informatiuo, vt tradunt *Afflict. deciſ.* 301. *n.* 5. *iuncto num.* 20. *Gram. conſ.* 64. *num.* 4. *& voto* 3. *num.* 23. *in fine cum ſeqq. Burſat. conſ.* 201. *n.* 102. *lib.* 2. *Oſaſch. deciſ.* 79. *num* 19. *verſ. Præterea &c. Farin. quæſt.* 39. *num.* 31. *verſ. ſed ſolum & conſil.* 103. *num.* 5. *verſ. adhuc tamen*, & ſic nulla videtur requiri legitimatio.

Reſpondetur, quod iudicium immuni-
9 tatis eſt potius iudicium facti ciuilis, quam facti criminalis; eo quia diſputandum venit an reus delinquens gaudeat immunitate nec ne, vt notat *Anaſtaſius Germonius tit. de ſacrorum immunitate lib.* 3. *cap.* 16. *ſub num.* 22.
10 iura enim immunitatis non admittunt hũc modum procedendi ex abrupto cum immunitas ſit priuilegium loci Eccleſiaſtici; primo, & principaliter ei attributum, quod non eſt reſtringendum iſtis modis diſpenſatiuis, & à naturali iure exorbitantibus *Michel Angel. Donatus de Aſylia reſol.* 10. *num.* 2. vltra, quod non videretur conſtare, quod inquiſiti vere crimina excepta commiſerint niſi teſtes fuerint legitimati nam ver-
11 bũ *cognito* interpretari oportet ideſt legitime cognito adeo, quod citato reo teſtes fuerint examinati, & ſic per citationem contra eumdẽ inquiſitũ exequutã admonetur idẽ inquiſitus ad præparãdas ſuas defẽſiones, & Fiſcus ad tuenda iura Eccleſiæ *Anton. Pereg. cap.* 3. *n.* 11. *tract. de immun. Berous conſ.* 168. *n.* 39. *apud Farin. & ipſemet Far. in appendic. immunit. c. vltimo ad finem Pelliller. in man. regularum to.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 43. *Caſtropallao par.* 2. *tr.* 11. *diſput. vnica punc.* 13. *num.* 1011. *& ſeq.* qui cõtrarium negat eſſe inpraxi receptum *Thom. del Bene cap.* 16. *dub.* 44. *ſect.* 1. *per totum Ciarlin. cap.* 10. *num.* 149. immo ſi reus non citatus ſponte compareat, & petat audiri audiendus eſt *Ciarlin. d. cap.* 10. *num.* 152. *Graſſettus Annoto. necis proditoriæ* §. 29. *num.* 107. ac
12 proindè poſtea publicandus eſt ei proceſſus, vt volunt *Farin. in dicta append. nu.* 376. *Vermigl. conſ.* 103. *num.* 2. ſi ergo publicandus eſt proceſſus merito etiam legitimatio adhibenda eſt, quia legitimatio eſt quædam ſolemnitas, quæ ſi non adſit proceſſus non eſt validus immo non ſubeſt vllæ exceptioni eo quia non intereſt parti; nec ratione commodi nec ratione vindictæ per ea, quæ tradit *Bald. in l. Tabularum* §. *teſtamentum numer.* 2. *verſ. quero hic ff. quemadmodum teſtam. aper.*

An Examen teſtium pro informatione curiæ receptum coram Iudice incompetenti legitimari poſſit coram competenti. Quæſt. XCVI.

SVMMARIVM.

Iudicis incompetentia multipliciter conſiderari poteſt; & quomodo. num. 1. *&* 2.

Ratione iuramenti coram Iudice incompetenti nulliter præſtiti, examen teſtium nullum eſt. num. 3.

Examen teſtium pro informatione duo continere debet & quæ. num. 4.

Teſtis legitimandus debet recenſere omnia in ſubſtantia, quæ dixit in informatiuo. num. 5.

Declaratio facta coram incompetenti nihil operatur coram competenti. num. 6.

Teſtes examinati coram incompetenti non poſſunt valide declarari coram competenti. num. 7. *& quarè ibidem.*

Iudex incompetens nullum ius habet deferendi iuramentum teſtibus. num. 8.

Qui declarat non diſponit hoc eſt non facit, quod nullum eſt validum ſit, ſed quod in præteritum actum eſt oſtendit. num. 9.

Cauſarum triplices ſunt ſpecies, & quæ. num. 10.

Iudex ſæcularis nullam omnino habet iuriſdictionem in cauſis merè Eccleſiaſticis. num. 11.

Iudex Eccleſiaſticus in cauſis merè Eccleſiaſticis non tenetur ſtare proceſſui facto à laico, ſed denuo debet proceſſum formare, & indicia denuo cumulare. num. 12.

In cauſis merè ſæcularibus Iudex Eccleſiaſticus habet iuriſdictionem ſaltem in habitu etiam ſanguinis. num. 13.

Acta, & proceſſus coram Epiſcopo probant coram Iudice laico. num. 14.

Proceſſus in cauſis mixti fori probat in vtroque foro num. 15.

Proceſſus ſæcularis Iudicis quoad inſtructionem ſufficit apud Eccleſiaſticum. num. 16. *Et poteſt legitimari per repetitionem immo etiam per declarationem. num.* 17.

Iudex ſæcularis cui traditus fuit clericus degradatus non tenetur ſtare proceſſui nec ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici. num. 18. *declara. num.* 19. *&* 20. 21.

Teſtes examinati coram Iudice laico contra aliquem, qui poſtea fuit detectus clericus non poſſunt torturari ſi coram Eccleſiaſtico reuocarunt dictum, & quare. num. 22.

Proceſſus factus à Iudice recuſato valet. num. 23. *declara. num.* 24.

Recuſatio Iudicis facta viua voce non aufert iuriſdictionem. num. 25.

Iudex recuſatus, qui ſe intromittit in legitimatione proceſſus male agit. num. 26.

Pro-

Proceſſui Iudicis remittentis non debet ſtari. nu. 27. declara ibidem.

Acta inſtructoria facta coram arbitro conualidantur coram alio Iudice ſi pars vult illi ſtare. num. 28.

Reus permittens legitimare proceſſum coram Iudice recuſato ſibi præiudicat, & non poteſt variare. num. 29.

Iudex ſecularis quando reus allegat immunitatem debet ſe abſtinere ab illius, & teſtium examine. numer. 30.

Teſtes examinati à Iudice ſæculari antequam ſit declarata immunitas debent repeti non declarari poſt non immunitatem declaratam. num. 31. & quare. num. 32. 34.

Declarare non eſt iterum teſtes repetere. num. 33.

AD huius quęſtionis euidentiam ſciendum eſt, quod Iudicis incompetentia dupliciter
1 conſiderari poteſt vno modo de Iudice ad Iudicē altero modo de Iudice in ſeipſo.

Si primò modo pariter dupliciter euenire poteſt nimirum de Iudice ſęculari ad alterum Iudicem ſęcularem ſeu de Iudice Eccleſiaſtico ad alium Iudicem Eccleſiaſticum, vel de Iudice ſęculari ad Iudicem Eccleſiaſticum, & è contra.

Si ſecundò modo itidem dupliciter contingere poteſt videlicet de Iudice ſuſpecto,
2 qui non obſtante recuſatione deuenit ad legitimationem, vel de Iudice impedito; qui ratione præiudicij priùs diſputandi proceſſit ad legitimationem.

Quoad primum caſum aduertendum eſt ſi legitimatio facienda ſit per repetitionem aut per declarationem ſi ſit facienda per repetitionem dubitari poteſt de eius validita-
3 te ratione iuramenti, quod coram Iudice incompetenti præſtitum fuit, quod cum nulliter fuerit præſtitum ſequitur, quod examen illud eidem Iudici non concluſerit idcircò multo minus concluderet coram
4 Iudice competenti, ſed reſpondendo dicimus, quod examen teſtium pro informatione curiæ duo continere debet vnum, quod conſiſtit in fide, quam Iudex habere debet teſtibus pro informatione curiæ examinatis, & in hoc licet Iudex fuerit incompetens nihilominus eorum examen fides, eſt, per quam poſtea Iudex competens agnoſcit fuiſſe concluſum ſuper facto; alterum, quod conſiſtit in inſtructione, & hoc ſufficit, vt Iudex competens poſſit per repetitionem legitimare dictum proceſſum ac propterea proceſſus iſte conualidari poteſt coram Iudice competenti per repetitionem per ea, quæ tradit *Farin. quæſt. 66. n. 303.*
5 quoniam in legitimatione oportet, quod teſtes denuo iurent, & denuo ſaltem in ſubſtantia recenſent omnia ea quæ alias depoſuerunt *Ambroſin. in eius tract. de modo forman. proceſſ. inform. lib. 2. cap. 9. poſt num. 8. verſ. & ſic repetitis in ſubſtantia &c.*

Si verò legitimatio eſt facienda per declarationem tunc ſi quęratur an coram Iudice incompetenti declarari prætenditur,
6 vt poſtea coram Iudice competenti probēt certum eſt, quod non poteſt fieri, quia caret iuriſdictione recipiendi huiuſmodi declarationē aut quęritur an teſtes pro informatione curiæ examinati coram incompetenti poſſint declarari pro rite, & recte examinati coram Iudice competenti, & pari-
7 ter credo, quod non *Gabriel. concluſ. 3. num. 1. tit. de ſtatut. Menoch. conſ. 345. num. 38. Farin. conſil. 193. num. 26. lib. 2.* & ratio eſt, quia huiuſmodi declaratio caderet ſuper examine non valido in ſuo primo eſſe naturali, quod eſt vt probet, quaſi quod deficiat in iuramento delato à non competenti Iudice, qui illud non poterat teſtibus defferre, & habetur vti priuatus, qui nullum habet ius te-
8 ſtibus deferendi iuramentum ſuper quibus non habet iuriſdictionem, quæ nec iuramento firmari poteſt *Fælyn. Rub. de foro competenti Pariſ. conſ. 24. num. 157. lib. 2.* dum ergo inquiſitus declarat examen teſtium receptum à non competenti Iudice licet illud poſtea declaret coram competenti attamen cum per declarationem teſtibus non renouetur iuramentum merito declaratio illud non conualidat, quia ille, qui declarat non diſponit hoc eſt non facit, vt quod
9 eſt nullum ſit validum; ſed quid in præteritum actum eſt oſtendit *Bald. in l. cum teſtamento num. 5. C. de teſtam. manum.* atque idcircò non confirmat nec eius declaratio habet vim confirmationis idem *Bald. in l. in codicillos C. eodem*; ſed ſinit omnia in ſuo eſſe primeuo: vnde ſi examen teſtium ac iuramentum eorum eſt nullum per declarationem non validatur hinc *Guazz.* narrat, quod dum ipſe fuit locumtenens in criminalibus A.C. de facto habuit in cauſa æquitis Hyeroſolimitani Perinelli Peruſini, qui volebat habere teſtes examinatos in ciuitate Peruſiæ contra ipſum à Iudice incompetenti pro rite, & rectè examinatos ipſe noluit admittere huiuſmodi approbationem, ſed Fiſco conceſſit ipſo æquite conſentiente litteras remiſſoriales ad illos teſtes repetendos prout fuerunt repetiti in ciuitate Aſſiſij per ordinarium loci.

Quoad ſecundum dicimus, quod proceſ-

ceſſus cauſarum tripliciter conſiderari poſ-
10 ſint ſecundum triplicem cauſarum ſpeciē;
Nam cauſæ; aliæ ſunt merè Eccleſiaſticæ,
quæ dupliciter perpendi poſſunt vno mo-
do reſpectu materiæ, vt hæreſis; alio modo
reſpectu perſonæ delinquentis, vt clericus,
ſed hæ cauſæ reſpectu perſonæ potius cauſę
Canonicæ, quam Eccleſiaſticæ dici debent
vt voluit *Bald. in Auth. Clericus quoque C. de
Epiſcopis, & Clericis*; aliæ ſunt merè ſæcu-
lares, vt laici homicidium; aliæ ſunt mix-
ti fori, vt percuſſio Clerici.

Iterum ſciendum eſt, quod Iudex ſęcu-
laris nullam omnino habet iuriſdictionem
11 in cauſis merè Eccleſiaſticis, & hoc caſu
ſi Iudex Laicus reciperet teſtes, & formaret
proceſſum nihil ageret nec ille proceſſus
prodeſſet quicquam nec faceret indicium
coram Iudice Eccleſiaſtico *cap. at ſi Clerici in
princ. de Iudicijs*, ſed denuo Iudex Eccleſia-
12 ſticus deberet alium proceſſum formare, &
nouum inchoare, ac indicia denuo cumu-
lare *Ruin. conſ. 7. numer. 6. lib. 5.* E con-
tra autem in cauſis merè ſęcularibus cum
13 Iudex Eccleſiaſticus ſi nō actu ſaltē habitu
habeat omnē iuriſdictionem etiam ſangui-
nis, *vt colligi poteſt ex Bonifac. VIII. in extra-
uagan. vnam ſanctam de maiorit. & obedien. &
tenet Barbat. conſ. 93. diuerſ. par. 1. in magnis n. 30
circa finem Bald. in auth. habita num. 84. in fin. C.
ne filius pro patre, & in l. ſolent ff. de officio Pro-
conſ. & legat.* non videtur negari poſſe, quod
proceſſus ab Eccleſiaſtico Iudice formatus
afficiat in foro ſęculari, & ideò acta, &
14 proceſſus coram Epiſcopo probant coram
Iudice Laico, vt dicit *Scaccia de re iudicata
gloſ. 14. quæſt. 21. num. 07. fol. mihi 41.* maximè
ſi ſit eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas
& ad eundem finem, vt refert *Farin. conſ. 168
num. 37.* In alijs vero cauſis mixti fori benè
15 probant proceſſus in vtroque foro *per ea,
quæ dicit Farin. quæſt. 7. num. 43. verſ. ſublimita 2.
quod.*

Pariter notandum eſt, quod licèt pro-
ceſſus ſęcularis Iudicis non operetur ad cō-
16 demnationem coram Eccleſiaſtico nihilo-
minus quoad inſtructionem ſeu informa-
tionem optime valet *Bald. in l. Clericus quo-
que num. 11. C. de Epiſcopis, & Cleric.* & ideò
poteſt ab Epiſcopo legitimari repetendo te-
17 ſtes, vel illos cum reo confrontando, vt
innuere videtur *Ruin. d. conſ. 7. num. 10. in fine
lib. 5. ibi, & quod etiam quantum adhoc illi non
præiudicaſſent ſi fuiſſent repetiti à Iudice Eccleſia-
ſtico* ſi ab illo citatus non fuiſſet immo etiā
per declarationem, vt tenet *M. Ant. Genuen-
ſis in praxi Archiepiſcopali Neapolit. cap. 8. nu. 1.*
ex quibus colligitur, quod non ſufficit,
quod Iudex Eccleſiaſticus iterum ſine cita-
tione requiſita in legitimatione repetat te-
ſtes, ſed repetitio fieri debet modis legiti-
mis nempè citato reo, & publicato proceſ-
ſu, vt ſupra dixi cum repetitio, & confron-
tatio ſit noua examinatio teſtium, & ſic
videretur hoc modo ſatisfactum doctrinæ
prædicti *Ruin. in d. conſ. 7. num. 6. lib. 5.*

Dices, quod hoc idem procedere videtur
de proceſſibus Iudicis Eccleſiaſtici apud
Iudicem ſęcularem nimirum, quod non
probent niſi denuo Iudex ſęcularis repetat
teſtes, & proceſſum formet, immo, quod
plus eſt ſi Iudex Eccleſiaſticus degradauerit
18 Clericum, & tradiderit curiæ Seculari pu-
niendum Iudex Sęcularis non tenetur ſtare
proceſſui nec ſententiæ dicti Iudicis Eccle-
ſiaſtici, vt dictum Clericum ſibi traditum
morte condemnet, ſed examinabit nouiter
cauſam ſi forſan inuenerit illum dignum
morte, vel alia pæna, *vt eſt caſus in §. ſi ve-
ro crimen. in princ. Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis
collat. 9. & iſte §. de plano* procedit, quando
19 crimen non eſſet mere Eccleſiaſticum tūc
Iudex Sęcularis nullam diligentiam facere
poteſt, ſed clauſis oculis exequi tenetur.
Vermigl. conſ. 138. num. 4. at vero quando Cle-
ricus degradaretur, vel propter homicidiū
qualificatum, vel propter ſeditionem, vel
ob aliud ſimile delictum mixti fori iuxta
textum *in cap. cum ſit generale de foro competen-
ti* tunc Iudex Sęcularis examinabit nouiter
cauſam, vt ſupradixi. Reſpondetur, quod
dupliciter intelligi poteſt, quod Sęcularis
Iudex non teneatur ſtare proceſſui Iudicis
20 Eccleſiaſtici vno modo quatenus proceſ-
ſus Iudicis Eccleſiaſtici nullam omnino fa-
ciat probationem coram Sęculari, & hoc
caſu non procedit obiectum, quia cum Iu-
dex Eccleſiaſticus fuerit competens ad fa-
bricandum dictum proceſſum Iudex Sęcu-
laris tenetur illum admittere vti factum à
competenti Iudice *Vermigl. conſ. 461.* per to-
tum, & reſpondet *Baldo in l. magiſtratibus
num. 2. ff. de iuriſdic. omn. iudicum contrarium te-
nenti Scaccia de re Iudic. gloſ. 14. quæſt. 21. nu. 67.
& ſeqq.* alio modo quatenus Iudex Sęcula-
ris vult examinare proceſſum an in eo fue-
rit probatum delictum, vt ex eo cogno-
ſcat an bene, vel male fuerit iudicatum, &
hoc caſu procedit obiectum, quia Iudex
21 Sęcularis poteſt illum denuo recenſere, &
examinare hoc eſt conſiderare, & perpen-
dere non autem denuo alium proceſſum
fabricare *Vermigl. conſ. 138. num. 2. Sanfelicius
deciſ. 139. per totam.*

Hic obiter notan. quod ſi teſtes exami-
nati coram Iudice Laico contra aliquem,
qui poſtea detectus fuit Clericus ſi poſtea
22 iſti teſtes coram Iudice Eccleſiaſtico reuo-
ca-

carunt ſuum dictum non poſſunt torturari à quo fuerint ſubornati nec in quo dicto perſiſtere velint, & ratio eſt, quia prima depoſitio facta coram Iudice Laico pro nõ facta haberi debet ideo non poſſunt puniri nec torturari *ad tradita per Clar. quæſt. 88. verſi. eſt opus in fine Menoch. caſu 108. add. ad Capyc. deciſ. 142. lit. ff. C. & add. ad Alciatum præſump. 29. in fine per textum in cap. non præſtat impedimentum de reg. iur. in 6.*

22 Quoad tertium credimus hanc quæſtionem intelligi poſſe, vel quando proceſſus ab alio non ſuſpecto recipit legitimationẽ, & non eſt dubium, quod ſuſtineat legitimatio, vel quando ab eodemmet Iudice ſuſpecto fuit habita legitimatio, & tunc dubitari poteſt, ideò ſciendum eſt, quod de iure communi valet proceſſus factus per Iudicem recuſatum poſt recuſationem, vt
23 volunt *Innoc. in cap. cum ſpeciali de appell. vt dicit Alex. in l. quia poterat ff. ad Trebell. Decius conſ. 175. num. 2.*

Verùm cum DD. vario modo loquuti ſint, quia *Innoc. in d. cap. cum ſpeciali* dicit, quod non meminit ſe legiſſe; quod non valeat *idemque videtur tenere ſpeculat. tit. de recuſat.* addendo; quod ſit neceſſe appellare, alias proceſſus valebit *Bart. vero in dicta leg. quia poterat* dicit, quod meminit ſe legiſſe, quod proceſſus ſit nullus, quia propoſita recuſatione ſtatim Iudex deſinit eſſe Iudex *l. 2. C. ſi quacumque præditus poteſtate &c.* ideò
24 ad conciliandas horum DD. opiniones pro nunc vtar diſtinctione *Pauli de Caſtro in l. apertiſſimi num. 4. C. de iud.* vbi dicit, quod aut cauſa recuſationis fuit deducta, & declarata legitima, & tunc Iudex veluti priuatus iuriſdictione non poteſt vlterius in cauſa procedere aut non fuit declarata legigitima, & recuſatio fuit dumtaxat facta viua voce immo proteſtatum fuit ne Iudex recuſatus ad vlteriora procedat, tunc quia
25 iuriſdictio non cenſetur ablata poterit ad vlteriora procedere *iuxta textum in cap. Iudex de officio delegat. in 6.*

Quo circa quotieſcumque proceſſus ſtat in finibus informatiui non præiudicat, ſed cum deuenitur ad eius legitimationem, quod eſt procedere ad vlteriora cum mutet ſtatum de informatiuo in legitimum præcipuè ſi cauſa recuſationis fuerit declarata legitima tunc ſi Iudex ſuſpectus allegatus
26 ſe intromittat male agit, & proceſſus redditur nullus faciunt ea, quæ tradit *Bald. in auth. Clericus quoque num. 11. C. de Epiſcopis & Cleric. quem ſequitur Farin. quæſt. 7. num. 43.* vbi proportionabiliter dicit, quod in omni caſu, quo remiſſio delinquentis conceditur non debet ſtari proceſſui Iudicis remittentis
27 tamquam à non competenti Iudice fabricato *l. fin. C. ſi à non compet. &c.* ſed debet denuo illum recenſere niſi proceſſus fuerit inſtructiuus, quo caſu tenetur ei ſtare ad ſui informationem *textus eſt in Clemen. paſtoralis de re iudic. Cartar. de capt. bann. cap. fin. n. 4. & 5.* ex quo videre eſt, quod proceſſus informatiuus cum expectet aliam ſpecialitatem nempe legitimationem ad ſui validitatem non releuat quando fuerit fabricatus à Iudice ſuſpecto allegato pro vt releuaret ſi fuerit legitimatus à Iudice ſuſpecto cuius ſuſpenſionis cauſa non fuerit declarata legitima.

Et hæc omnia comprobantur *à Felyn. in cap. præſentium num. 9. de teſtibus, & atteſtat.* vbi dicit, quod acta inſtructoria concernentia factum habita coram arbitrio conualidantur ſi producatur coram alio Iudice ſi pars
28 vult illi ſtare, quo circa in caſu noſtro ſi reus permittit legitimare proceſſum coram Iudice recuſato ſibi præiudicat, eo quia
29 conſentit in actum ſibi præiudicialem per quem teſtimonia fiunt habilia ad agendum contra ſe, & ideò reus non poterit poſtea variare, vt idem *Felin. dicit in d. cap. præſentia num. 4. verſ. nihil autem.*

Hæc pauca dixi de recuſatione Iudicis, quoad legitimationem attamen ſi quis aliquid amplius ſuper recuſatione Iudicis deſiderat videat *Guazz. defenſ. 1. cap. 19. & ſeqq.* qui ſatisfaciet ad ſaturitatem.

Quo ad quartum figurari poteſt caſus, vt infra videlicet Quidam allegauit fuiſſe captum in loco immuni, qua allegatione ſtante Iudex proceſſit ad ulteriora in proceſſus fabricatione immo etiam legitimauit proceſſum per confrontationem deinde prædictus Iudex Sæcularis certiorauit Iudicem Sæcularem de prædicta allegata immunitate, qui præfixo carcerato, termino ad probandam aſſertam allegatam immunitatem, qua non probata declarauit carceratum non gaudere immunitate de qua declaratione habita fide Iudex Sæcularis proceſſit contra delinquentem, & dubitans de prædicta proceſſus legitimatione per confrontationem operatus fuit, vt carceratus declararet teſtes pro rite, & rectè examinatos quæritur an hæc declaratio validet proceſſum, qui præſumitur nulliter fabricatus poſt allegatam immunitatem, & ratio dubitandi eſt, quia
30 Iudex Sęcularis debebat ſe abſtinere à proceſſus fabricatione donec Iudex Eccleſiaſticus pronunciaſſet ſuper immunitate, vt diſponit *Bulla Greg. XIV. §. quodque delinquentes &c. verſ. cognito prius*; atque etiam debebat denuo audire teſtes, & cum reo conteſtare

co-

Digitized by Google

31 eōrum depoſitiones, quo non facto vide-
tur declaratio per carceratum facta non cō-
ualidare proceſſum à Iudice Seculari tam-
quam ab excomunicato fabricatum *vigore
Bulla Greg. XIV. §. quod ſi quis &c.* nam de-
32 clarare non eſt iterum teſtes repetere, ſed
eſt teſtes non citata parte examinatos habe-
33 re ac ſi citato reo fuiſſent examinati atque
etiam cum declaratio ſupponat depoſitio-
nes teſtium quamuis non in figura iudicij
receptas eſſe aptas ad recipiendam legiti-
mationem, ſed ſic eſt, quod prædictæ de-
poſitiones veluti receptæ à Iudice quam-
uis competente, ſed per allegatam immu-
nitatem impedito non fuerunt aptæ ad re-
34 cipiendam legitimationem idcircò dicen-
dum eſt per ſubſequentem declarationem
non euaſiſſe valiads, ſed neceſſe fuiſſet, vt
iterum teſtes audirentur, & cum reo denuo
conteſtarentur.

Nec facit, quod depoſitiones fuerunt receptę à Iudice compotenti licèt per allegatam immunitatem non debebant recipi; quia licèt Iudex fuerit cōpetens tamen non fuit ſufficiens cum competentia illa propter allegatam immunitatem remanſit impedita, vt ad vlteriorem proſecutionem proceſſus deueniret atque idcircò poſt declaratam non immunitatem debebat Iudex denuo teſtes audire, & eorum depoſitiones aptas facere ad recipiendam legitimationē, quo non facto declaratio per reum facta non ſuppleuit legitimationem.

Dices, quod licet iuriſdictio fuerit impedita propter dictā allegatam immunitatem tamen non ademit ſufficientiam recipiendi legitimationem per declarationem poſt declaratam non immunitatem quemadmodum dicitur de confeſſione facta coram Epiſcopo, qui licet ſit impeditus à Iure proferendi ſententiā ſanguinis cōtra corā ſe confeſſum tamen illa confeſſio eſt ſufficiens ad pœnam ſanguinis ſi auocata cauſa ab Epiſcopo coram alio Iudice habente iura ſanguinis cauſa cognoſcatur, vt determinat. *Vermigl. conſ. 461.* Reſpondetur, quod caſus Epiſcopi, & Iudicis Laici non poſſunt parificari, quia licet Epiſcopus ſit impeditus à iure proferendi ſententiam ſanguinis tamē habitu habet ſufficientiam recipiendi confeſſionem reorum atque illos puniendi *conſil. 95. diuerſ. par. 1. in magnis nu. 30. in fine Bald. in Auth. habita nu. 84. in fin. C. ne filius pro patre*, at in laico Iudice licet, ſit competens tamen nō eſt ſufficiens ad conficiendū proceſſum cum Bulla illum reddat inſufficientem ſub pœna excomunicationis incurrēdę ipſo facto argumento *textus in Auth. caſſ. C. de Sacro. Sanc. Eccleſ. cap. & ſi clerici de Iudic. cap. nouerit & cap. grauem de ſent. Excom. Bellett. de diſquit. cleric. par. 1. §. 12. num. 5.*

Libri Secundi Finis.

LIBER

LIBER TERTIVS.

DE MODIS LEGITIMANDI PROCESSVS INFORMATIVI.

Quot ſint modi legitimandi Proceſſus, & eorum differentiæ. Quæſt. XCVII.

SVMMARIVM.

Modi legitimandi proceſſus ſunt quinque, & qui. num. 1.
Legitimatio duplex eſt, vna vera, & altera ficta, & quæ. num. 2.
Differunt inter ſe modi legitimandi proceſſum, & quomodo. num. 3. *&* 4.

DVobus ſuperioribus libris tractatum, vnum de proceſſu criminali legitimando; alterum de ipſa proceſſus criminalis legitimatione habuimus: reſtat modo, vt de modis, quibus proceſſus criminalis perficitur tertium tractatum concludamus. Idcircò congruum videtur, vt prius de quotuplicitate iſtorum modorum, & deindè quomodo modi iſti inter ſe differant oſtēdamus, atq; ſecundum illorum differentiam hunc tertium librum diuidamus.

1 Et dicimus quinque eſſe modos, quibus legitimatur proceſſus criminalis nempè primum per repetitionem, ſecundum per cōfrontationem, tertium per declarationem; quartum per veram confeſſionem, quintū per fictam pariter confeſſionem, qui quinque modi ſunt actus à lege inuenti, quibus Fiſci intentio legitimè in iudicio contra reum inquiſitum fundatur.

Sed notandum eſt ſicut ſupra diximus legitimationem dupliciter conſiderari poſſe; vno modo, quatenus perficiatur quibuſdam ſolemnitatibus à iure requiſitis; altero modo quatenus perficiatur per æquipolentes ſolemnitates, quapropter duas ſpecies legitimationis dari concluſimus, vnam ſcilicet ad veram, alteram ad fictam legitimationem ſpectantes.

Vndè proceſſus veræ legitimationis duplex pariter eſt vnus, qui per repetitionem, alter, qui per confrontationem perficitur. Proceſſus verò fictæ legitimationis tripliciter concluditur vel per declarationem, vel per verā, & propriam Rei confeſſionem, vel per fictam ex contumacia reſultantem confeſſionem, de quibus in ſequentibus tertij libri quæſtionibus ſermonem habebimus.

Reſtat modò: vt aliquid de differentia iſtorum modorum præmittamus.

3 Differentia enim ex ſe patet quoniam legitimatio, quæ fit per repetitionem, differt ab illa, quæ fit per declarationem in modo, nam repetitio eſt teſtium denuò confirmantium

tiũ eorũ examẽ, ſed declaratio eſt inquiſiti releuantis teſtes ab iſto onere confirmandi differunt, etiam ſupradicti modi à legitimatione per confrontationem, quia cõfrontatio participat in aliquibus de vtraq; quia confrontatio fieri non poteſt ſine præſentia Rei inquiſiti, ſicut nec declaratio: differunt tamen tum quia præſentia declarãtis habet ſe actiuè ad legitimationem; præſentia verò Rei confrontati habet ſe paſſiuè ſufferendo audire teſtes in repetendo, & confirmando eorum examen contra ipſum confrontatum; tum quia qui declarat non monetur ad danda interrogatoria, ac proindè cauti Rei ſemper in declarando ſibi reſeruant facultatem dandi interrogatoria; tum tandem, quia in confrontatione quidquid dixerint teſtes in informatiuo in faciem Rei firmant, quod non ſeruatur in declaratione; participat verò de repetitione, quia ſicut in repetitione teſtes denuò cum iuramento eorum examina, & depoſitiones reiterant, & confirmant, ita in confrõtatione: differunt deniq; tum quia repetitio perficitur ſine actuali præſentia inquiſiti & confrontatio fieri non poteſt ſine eius actuali præſentia, tum quia vt notat *Farin. quæſt. 66. num. 310. circa med.* confrontatio admittitur ante publicationem, & repetitio fieri non poteſt, niſi poſt publicationem proceſſus.

Cæteri verò modi per veram, ſeu fictam
4 confeſſionem differunt à ſupradictis, quia
confeſſiones iſtæ nullam admittunt teſtiũ repetitionem, quamuis cum declaratione habere videantur aliquam tacitam ſymboleitatem, quaſi per dictas confeſſiones videantur Rei declarare teſtes pro ritè, & rectè examinatis, quia vbi adeſt confeſſio, ibi non curatur iuris ordo, ſed proceditur, ac ſi ſeruatus fuerit ordo *Oſaſch. deciſ. 109. ſub num. 13.*

De legitimatione proceſſus per repetitionem. Quæſt. XCVIII.

SVMMARIVM.

Repetitio dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num. 1.

Repetitio eſt noua teſtium ſuper iiſdem examinatio. num. 2. Declara. num. 8.

Teſtes repetendi denuò iterato deponere debent quidquid in offenſiuo depoſuerunt. num. 3.

Depoſitiones teſtium in informatiuo receptæ ſunt inualidæ. n. 4.

Nouatio fit per receſſum, & non per acceſſum. num. 5.

Declaratio teſtium eſt æquipollens repetitioni. num. 6.

Qui declarat non innouat. num. 7.

Per additionem pœnæ fit ius nouum, licèt non ſit receſſum à veteri. num. 9.

Repetitio teſtium non ſupplet, & quare? num. 10.

Repetitio recipit additamentum, ideò dicitur noua examinatio. num. 11.

Repetitio teſtium eſt ſuper iiſdem quamuis fiat ſuper interrogatorijs Rei. num. 12.

Interrogatoria tranſcendere non poſſunt illud, quod teſtes depoſuerunt. num. 13.

PRæmiſimus quædam generalia oportet modo ad ſpecialia deuenire; & primò de repetitione videndum eſt quid, & quotuplex ſit, & dicimus du-
1 pliciter conſiderari poſſe
vno modo quatenus deſeruiat defectui examinis, veluti quando teſtes volunt ſe declarare, aut Iudex quærit, vt magis ſe explicent, altero modo quatenus deſeruit legitimationi proceſſus, & hoc modo deſcribitur, quod ſit noua teſtium ſuper iiſdem
2 examinatio, quæ deſcriptio comprobatur
ex Farin. quæſt. 66. num. 307. circa finem: Bertazzol. conſ. 70. num. 30. inter conſil. diuer. lib. 2. in magnis.

Dixi noua, quia teſtes iterum iurare tenentur, vt docet *Clarus quæſt. 45. num. 13. Burſat. conſil. 192. num. 35. lib. 2. & conſ. 205. num. 107. & ſeq.* & denuò iterato deponere
3 quidquid in offenſiuo depoſuerunt *Bertazz.*
dicto conſ. 70. num. 30. ita & taliter quod nõ ſufficiat confuſa repetitio, nimirum quod teſtes ſe referant ad primas atteſtationes, vt tradit *Bald. in l. fin. num. 12. C. de teſtibus.* & præcipuè ſi fuerint inualidæ, prout ſunt
4 omnes depoſitiones pro informatione
receptæ: *Bart. in l. legata num. 3. de leg. 1. Add. ad deciſ. 35. Capicij num. 6.*

Dices quomodo dici poſſit noua examinatio, cũ nihil de veteri mutetur: *arg. eorum,* quæ dicit *Bald. in l. libera num. 6. verſ. portio C. de ſent. interloc.* vbi dicit quod nouatio fit
5 per receſſum, & non per acceſſum, vndè ar-
gumentor ſic quod cum examinatio, quæ fit per receptionem ſit examinatio per acceſſum eò quia primò examini accedit illud confirmando, idcircò non dicitur no-
6 ua examinatio manifeſtatur; quia declara-
re teſtes pro ritè, & rectè examinatis, eſt actus æquipollens repetitioni, & tamen qui declarat innouare non dicitur: *argumen. eorum,* quę tradit *gloſ. in verbo iterum in addit. per textũ in l. hæredes §. ſed & ſi notam ff. de teſtam.*

&

& l. aiteò §. cum quis ff. de acquir. rerum Dom. Cyriac. controuer. 312. *nu.* 50. ergo nec per repetitionem ſit noua examinatio. Reſpõdetur, quod nouum aliquid dicitur, vel per additionem, vel per detractionem, vt docet *idem Bald. in l. ius ciuile ff. de iuſtit. & iure*; repetitio enim dicitur noua exami-
8 natio per additionem ad vetus examen, eo quia addit nouum iuramentum addit, iterationem eiuſdem examinis addit aliquando, immò ſæpiùs interrogatoria pro parte inquiſiti danda, & ſic ratione iſtarum additionum dici poteſt noua examinatio: *arg. eorum*, quæ tradit *idem Bald. in l. qui ſepulcra num.* 1. *C. de ſepulc. violat.* vbi dicit, quod propter nouam pœnam interpoſitam à le-
9 ge non intelligitur eſſe receſſum à veteri, & ſubiungit *in l. omnes populi num.* 56. *ff. de iuſtitia, & iure*, quod ratione dictæ pœnæ eſt ius nouum licèt veteri ſit annexum, ita pari modo in caſu noſtro ratione repetiti iuramenti, & iterati examinis cum interrogatoriis pro parte Rei datis dicitur noua examinatio licèt veteri examini ſit annexa.

Et ſi replices, quod per repetitionem potius ſuppletur prima examinatio, quam renouetur, eò quia quæ defuerunt in prima ſuppletur per ſecundam, & qui ſupplet nihil noui inducit, ſed ſuper illo, quod eſt ſupplet *l. ſed ſi manente ff. de precarys*. Reſpon-
10 detur, quod cum prima examinatio fuerit nulliter quoad reum recepta, & nihil contra eum probet cum fuerit habita eo non citato: *Bart. in l. fin. in fin. ff. de quæſtion. Farin. quæſt.* 72. *num.* 89. 91. 93. *Caball. reſolut.* 55. *in prin. Caputaquen. deciſ.* 207. *num.* 9. *par.* 2. meritò ſupplementum non recipit *d. l. ſed ſi manente ff. de precarys*; & ratio eſt, quia defectus non probationis eſt defectus à principio inhærens examini, & eſt in eſſentialibus; idcircò eſt, ac ſi non fuerit facta, non enim dicitur ſuppleri per repetitionẽ, ſed de nouo fieri: *Bald. in l. petens ex ſtipulatione. num.* 12. *in fine C. de pactis*.

Si iterum dicas, quod aliquando ex ſimplici proceſſu offenſiuo abſque vlla legitimatione per repetitionem, aut per alium ęquipollentem modum legitimandi Iudex procedit contra præſentem ad ſententiam; ideò dicen̄ eſt, quod nõ ſit verũ, proceſſum offenſiuum nihil probare, ac propterea repetitionem nihil noui addere eidem offenſiuo, cum ex ſe ſit ſufficiens ad condemnãdum. Reſpondetur, quod repetitio non reſpicit ad ea, quæ diſpenſatiuo modo cõplentur, & ſic hoc modo conſiderata repe-
11 titione examen informatiuum recipit additamentum, & per conſequens dici poteſt noua examinatio: *argum. eorum.* quæ tradit *Alex. in l. legitima num.* 6. *ff. de pactis.* vbi dicit quod in conuentione nuda, quæ de ſe non erat efficax eò quia à lege recipit robur illam confirmando videtur de nouo dare.

Dixi ſuper iiſdem nõ ſuper diuerſis, quia vocabulum *idem* denotat eiuſdem rei ſecũdam iterationem iuxta ea, quę tradit *Farin. quæſt.* 66. *num.* 307. *circa finem*.

Dices quod in repetitione, vt plurimum exibētur interrogatoria pro parte Rei, quę ſunt diuerſa à depoſitionibus teſtium in informatiuo receptis, ergo non eſt verum, quod repetitio ſit ſuper iiſdem.

Reſpondetur, quod interrogatoria exhi-
12 bentur per reſpectum ad illud idem, quod depoſuerunt teſtes, nec illud interrogatoria tranſcendere poſſunt, aliàs reſerari poſſunt, quando ſcilicet fuerint formata extra con-
13 tenta in depoſitionibus: *Vermigl. conſ.* 20. *num.* 7. *Rota decis* 214. *apud Farin. lib.* 2. & ſic ſemper erit verum, quod repetitio etiam cum interrogatorijs ſit ſuper iiſdem.

An repetitio neceſſariò requiratur ad legitimationem proceſſus:

Quæſt. XCIX.

SVMMARIVM.

Neceſſitas duplex eſt vna abſoluta, altera ex ſuppoſitione, & quæ. num 1.

Repetitio ſecundum quod adhibetur ad legitimandum proceſſum eſt neceſſaria. num. 2.

Repetitio teſtium bonum eſſet ſi fieret etiam poſt habitam confeſſionem inquiſiti. num. 3.

Repetitio non videtur neceſſaria, quando agitur de atrociſſimis nempè crimine leſæ maieſtatis aſſaſſinij, & ſimilibus. num. 4.

Repetitio prohiberi poteſt per ſtatutum, & conſuetudinem, & quare. num. 5.

REſpondetur, quod neceſſitas duplex eſt, vna
1 abſoluta, altera ex ſuppoſitione; abſoluta eſt illa, quæ prædicatur eſſentialitèr de ſubiecto, & ſic ex habitudine terminorum ſubiecti, & prædicati vnum eſt de ratione alterius, & hoc modo repetitio neceſſario non legitimat proceſſum, cum non ſit de intrinſeca, & eſſentiali ratione legitimationis, nec de illa intrinſecè prædicatur. Neceſſitas verò ex ſuppoſitione eſt illa, quæ licèr ex ſe ſecundũ quod

eſt actu dicitur neceſſaria, tamen extra ipſum actum non dicitur neceſſaria, & applicando ad caſum noſtrum dicimus, quod
2 repetitio ſecundum quod adhibetur ad legitimationem dicitur neceſſaria, quia adhibita actu ad legitimandum proceſſum videtur neceſſaria, ſed conſiderata per reſpectum ad alios modos, quibus legitimatur proceſſus non dicitur abſolutè neceſſaria.

Et hinc eſt, quod in multis caſibus veluti non neceſſaria non adhibetur; prout primò, quando reus declarauit teſtes pro ritè, & rectè examinatis. *Vulpell. conſ.* 32. *num.* 1. *&* 6. *Capc. deciſ.* 74. *Baiard. ad Clar. quæſt.* 45. *num.* 19. ſecundò quando reus faſſus fuerit delictum: *Cartar. in prax. interrog. reorum lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 29. quamuis pro maiori cautela Fiſci bonum eſſet teſtes repeti, quia poſſet euenire, quod confeſſio
3 ex aliquo capite nulla euaderet; quod ſi adhibita fuiſſet repetitio ſuſtineretur probatio reſultans ex teſtium depoſitionibus: *Baiard. ad Clarum quæſt.* 45. *num.* 42. Tertiò neceſſaria non videtur repetitio, quando
4 agitur de delictis criminis læſæ maieſtatis, aſſaſſinij, & aliorum ſimilium attrociſſimorum delictorum, in quibus ob delictorum atrocitatem, teſtes probant abſq; eo, quod repetantur: *Fælyn. in cap. frequenter in prin. vt litè non conteſt. Gram. conſ.* 40. *num.* 7. *Maſcard. de probation. concluſ.* 137. *num.* 2. quia in iſtis licitum eſt ad eorum punitionem deueniri etiam parte non citata, ita voluit *Archidiac. in cap. vnico de homicid. in ſexto*; & ibidem *Gemin. §. fin.* & ratio rationis eſt, quia enormia delicta reperiuntur ab ordine, & iuris regulis pœnitus excluſa.

Quapropter etiam per ſtatutum, & con-
5 ſuetudinem prohiberi poteſt hęc repetitio, quia non eſt de ſubſtantia legitimationis: argum. eorũ, quæ dicuntur de litis cõteſtatione, quæ cum ſit de ritu probationis, & non de ſubſtantia prohiberi poteſt: *l. vnica C. de litis conteſtat. Bald. in l. cunctos populos num.* 94. *C. de ſumma trinit.* & ſicut tolli poteſt citatio, in qua non conſiſtit defenſio, vt inquit *Alex. conſ.* 65. *num.* 10. *verſ. & ſtatutum, vel ſtylus lib.* 1. *Gram. deciſ.* 34. *num.* 32. ita tolli poteſt repetitio, in qua non conſiſtit totalis defenſio Rei: *Angel. conſil.* 363. *num.* 10. *verſ. ſed quia reuocetur, &c.* vbi inquit non ſapere iniquitatem ſtare teſtibus parte non citata examinatis.

Quibus expenſis facienda ſit repetitio.

Quæſt. C.

SVMMARIVM.

Ad Fiſcum ſpectant expenſæ faciendæ in repetitione teſtium, & quare. num. 1. *Declarat. num.* 3.

Expenſæ informatiui ſpectant ad inquiſitum. num. 2.

Declarantur Danzæ, & Guazzini opiniones *circa expenſas faciendas in repetitione teſtium. num.* 3. *&* 4.

ET prima facie videtur dicendum, ſpectare ad Fiſcũ,
1 prout nonnulli voluerunt quia Fiſcus tenetur fundare ſuam intentionem mediante teſtium repetitione, & parte citata, vt tradit *Ambroſ. de modo forman. proceſſ. inform. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. *& ſeqq.* & ibi *Porrus ad numer.* 4. *& num.* 20. quo non facto per Fiſcum quid quid agitur nullitati ſubiacet, ac proindè ad Fiſcũ pro reparanda dicta nullitate ſpectant expenſæ dictæ repetitionis intereſt enim Fiſci, quod iudicium ad ſui inſtantiam inſtructum non euadat eluſorium.

Dices, quod ſicut impẽſę proceſſus informatiui ſpectãt ad reũ, vt communis practi-
2 ca obſeruat, nimirum quod Commiſſarij qui pro informatione curiæ teſtes recipiunt huiuſmodi expenſarum ſunt contra bona inquiſiti duri exactores, ita expenſæ repetitiui, ad ipſum reum ſpectare debent, *Riccius in eius praxi fori eccleſiaſtici deciſ.* 441. *fol.* 517. & ratio eſt quia omnia onera, & ſuffragia iuſtitiæ expenſis rei ſi in culpa eſt fieri debent, *Boer. deciſ.* 203. relat. per *Aſin. in eius praxi §.* 32. *cap.* 2. *Baiard. ad Clarum quæſt.* 45. *num.* 50. & poſt eos tradit *Porrus ad Ambroſin. dicto tract. & cap. num.* 10. *&* 13.

Sed ad huius cõcluſionis intelligẽtiã duas in mediũ afferam diſtinctiones vnam *Dãzæ*, alteram *Guaz. & aliorum doctorum deductam*.

Quoad illam *Danzæ de pugna DD. tom.* 2.
3 *tit. de teſtium repetitione cap.* 2. *num.* 10. *verſ. ſed cuius, & numeris ſeqq.* ibi enim quærit cuius expenſis repetitio teſtium fieri debeat, & reſpondit diſtinguendo tres caſus: primò aut inquiſitus noluit habere teſtes pro repetitis, & Fiſcus inſtetit pro validitate Iudicij, teſtes repeti, & tunc ſumptibus Fiſci fit repetitio; ſecundò aut reus inquiſitus noluit illos pro repetitis dare, ſed inſtetit repeti ad hoc forſan in futurum de falſo redarguendi, & tunc ſumptibus ipſius Rei repetitio fieri debet; tertiò aut inquiſitus noluit

tuit dare illos pro repetitis, ſed dat interrogatoria, vt cum eis repetantur, & tunc quia vterque ſentit commodum nempè Fiſcus pro repetitionè, & reus pro interrogatione vterque expenſas ſoluere debet, & actus repetitionis ſumptibus communibus, nempè Fiſci, & partis ſcilicet inquiſiti fieri debet, & hoc idem videtur ſentire *Ambroſin. dicto tractatu lib. 3. cap. 2. num. 6.* ibi, *etenim puto totam impenſam nullo modo fieri debere per Fiſcum ſi teſtes repetendi ſunt cum interrogatorijs Rei, quem arbitror omninò debere concurrere habita ratione expenſarum quæ fiunt occaſione dd. interrogatoriorum*; ſi enim v. g. tranſmittitur Commiſſarius ad aliquem locum, pro repetendis teſtibus qui dictam repetitionem duobus, vel tribus diebus abſolueret, quando ſuper interrogatorijs Rei teſtes interrogãdi non eſſent, & ex cauſa dd. interrogatoriorũ non poteſt perficere niſi decem, vel quindecim diebus neſcio videre qua de cauſa Reus non debeat concurrere ad dd. expenſas cum dd. interrogatoria ad ipſius Rei cõmodum vertant, & pro eius tantum beneficio ipſo inſtante teſtes Fiſci ſuper illis examinentur: abſurdum enim videtur ipſum reum commodum ſentire, & Fiſcum expenſarum onus ſuſtinere.

Quoad illam *Guazzini, & aliorum DD.* pariter tres diſtinguuntur caſus: primus quando teſtes non fuerunt confrontati in faciem rei tunc quia examinati per Fiſcum pro informatione tantum nullum gradum efficacis probationis faciunt, & ad hoc, vt efficacius probent Fiſcus citato reo illos repetere tenetur tunc ipſemet Fiſcus repetitionem ſuis expenſis facere debet, *Guazzin. in defenſ. 25. cap. 2. nu. 4.* ſecundus quando Reus declarauit teſtes pro ritè, & rectè examinatos ſaluo iure repetendi ſine clauſula preter abſentes vult illos Reus poſtea repetere tunc quia proceſſus ſumit legitimationem à dicta declaratione quæ non fuit ſimplex, ſed cum præſeruatiua ſaluo iure repe-
4 tendi, tunc dici poteſt quod reus tali declaratione modificata non liberat Fiſcum ab onere repetendi reſpectu teſtium, quos ipſe declarans voluiſſet repetere, ſed expenſis ipſius inquiſiti, vt dicit *Guazzin. defenſ. 24. cap. 8. num. 10. verſ. ſed bene aliquando*; tertius caſus eſt, quando Fiſcus per confrontationem teſtium in faciem Rei data illi facultate eos interrogandi, quia tunc huiuſmodi confrontatio legitimum reddit proceſſum dubitari etiam non poteſt quin ſi reus petat teſtes, denuò repeti iſta repetitio ſumptibus ipſius Rei ſi diues eſt fieri oporteat, *Riccius deciſ. 108. part. 3. Honded. conſ. 105. n. 27. lib. 1. Farin. quæſt. 66. nu. 285. Viuius opin. 896. num. 6.* ratio eſt quia Fiſci ius periret ob non factam dictam repetitionem, idcircò Fiſcus tenetur teſtes reconducere, vt ſuo loco dicam, & reus ſi diues eſt expenſas facere, & ratio hoc ſuadet, quia tam Fiſcus quam reus qui receſſerunt à via ordinaria repetitionis, & ad extraordinariam conuolarunt iuſtum eſt, quod ſentiant equale incommodum ille reconductionis iſte expenſarum quaſi vterque fuerit in culpa, ſicuti dicitur de fideicommiſſario, qui conſentiens alienationi cum clauſula, *ſaluo Iure fideicommiſſi*,
5 ibi *competenti* teneretur ad expenſas, per textum in *l. ſi debitor, §. 1. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur*, vbi creditor qui conſentit pignus alienari poſſe ſalua cauſa pignoris ſibi non præiudicat, vt per *Oſaſch. deciſ. 164. num. 10. verſ. item.*

An repetitio teſtium fieri debeat cura, & diligentia Fiſci, an verò cura, & diligentia inquiſiti.

Quæſt. CI.

SVMMARIVM.

Repetitio importat defenſionem inquiſiti. numer. 1. *Declara. num.* 2.
Publicatio non eſt defenſio. num. 3.
Repetitio per ſtylum, & conſuetudinem poteſt tolli. num. 4.
Ad Fiſcum, & non ad Reum ſpectat repetitio. nu. 5. *&* 11.
Repetitio cum interrogatorijs non importat defenſionem niſi contingenter. num. 6.
Qui interrogat non ponit, vt ſe defendat. nu. 7.
Interrogatoria conficiuntur ad ſibi melius certificandum de his quæ teſtes depoſuerunt. num. 8.
Interrogatoria quæ continent defenſionem Rei debent reſecari. num. 9.
Defenſio dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num. 10.
Repetitio teſtium duo habet vnum quod importet legitimationem, alterum quod importat modum legitimandi. num. 12.
In caſibus, in quibus venit imponenda pœna corporalis non procedit renunciatio repetitionis. num. 13.
Repetitio non ſolum importat modum legitimandi, ſed etiam ipſam legitimationem, & quamdam defenſionem. num. 14.
Defenſioni quæ per interrogatoria fieri poſſit renunciari poteſt, ſaltem tacitè ſinendo labi terminum ad danda interrogatoria. num. 15.
Lapſus termini habet vim renunciationis. num. 16.

1 RAtio dubitandi eſt, quia cum
repetitio importet defenſio-
nem inquiſiti, *Farin. quæſt. 72. n. 151. in fin.* videtur hęc repe-
titio ſpectare ad inquiſitum,
& non ad Fiſcum, ſed hac ra-
tione non obſtante dicimus
ſpectare ad Fiſcum, quia repetitio propriè
non eſt defenſio, ſed teſtium examinum
contra reum factorum reformatio, veluti
alias informiter pro Fiſco ſuſceptorum,
arg. eorum quæ tradit *Falyn. in cap. cum I. & A. ſub nu. 1. de ſententia, & re ind.* vbi dicit quod
publicatio non ſit defenſio, nec illud non
3 publicare atteſtationes eſt auferre defenſio-
nes parti, quia hæc publicatio poteſt tolli,
quod ſi eſſet defenſio non poſſet tolli, ita,
& repetitio quæ conſequitur ad dictam pu-
4 blicationem, & per ſtylum, & conſuetu-
dinem poteſt tolli, vt alias dixi quo circa
ſi dicta teſtium non eſſent per repetitionem
firmata Fiſcus nullam in reum haberet vin-
dictam, idcircò ad Fiſcum, & non ad reum
5 ſpectat, vt repetitio fiat per ea, quæ tradit
Farin. quæſt. 66. nu. 306. & num. 310. ibi quan-
do in criminalibus teſtes; primò informi-
ter, & ſine partis citatione pro informatio-
ne curiæ examinati repetuntur formiter
parte citata ad cõfirmationem primi dicti.

Dices, quod licet repetitio non opere-
tur, niſi confirmationem examinis teſtium
hoc procedit quando ſimpliciter, & ſine
interrogatorijs partis fit repetitio; at verò
ſaltem quando fit cum interrogatorijs, vi-
detur poſſe dici quod ſit ſpecies defenſionis,
vt ex *Farin. quæſt. 72. num. 152. ſub verſ. verum*
6 *rationes circa modũ.* Reſpondetur, quod repe-
titio cum interrogatorijs non importat de-
fenſionem niſi contingenter, quatenus per
reſponſionem quam faceret teſtis in eua-
cuandis interrogatorijs variaret, vel aliquid
diceret importans defenſionem Rei, *Farin. quæſt. 73. num. 2.* interrogatoria enim non
conficiuntur; primò principaliter ad defen-
7 ſam Rei, quia qui interrogat non ponit vt
ſe defendat, nec affirmat prout fit in poſitio-
nibus ad defenſam productis, ſed conficiun-
8 tur ad ſibi melius certificandum de his quę
teſtes depoſuerunt contra inquiſitũ, prout
9 tradit *Farin. conſil. 192. num. 5.* imò ſi conti-
nerent defenſionem deberent reſecari, *Poſt. de manutent. obſeruat. 91. num. 7.*

Et ſi replices, quod ſi teſtes fuerint repe-
titi ſine interrogatorijs datis à reo nihil pro-
barent, vt tradit *Farin. quæſt. 73. num. 3. & 6.*
quod dat videre interrogatoria dari pro de-
fenſione Rei: Reſpondetur, quod defenſio
dupliciter cõſiderari poteſt vno modo, qua-
10 tenus ex accidenti aliqua defenſio ex eo-
rum euacuatione reſultaret, vt dixi. & hæc
defenſio non debet tolli, quatenus reus in-
ſtet ſibi concedi, ſed non eſt neceſſaria cum
ei reus poſſit renunciare; alio modo quate-
nus directè, & ſubſtantialiter concernit in-
nocentiam Rei, & hæc non reſultat ex eua-
cuatione interrogatoriorum, ſed ex poſi-
tionibus, & articulis per reum exhibitis,
ac teſtibus ſuper eis examinatis, & huic de-
fenſioni renunciari non poteſt, *Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo num. 18. C. de pactis*; vndè fit,
11 quod repetitio ſpectat ad Fiſcum, & non
ad reum, eo quia ad illum ſpectat vti ad
actorem, ſeù promotorem fundare legiti-
mè ſuam intentionem; quæ nullo modo
fundata dici pòteſt, niſi teſtes parte citata
fuerint repetiti, *Ambroſin. in dicto eius tract. de modo proceden. ex informat. lib. 3. cap. 2. num. 4.*
& ibi *add. ad ſcholion.*

Hic obiter, ſed oportunè videndum eſt,
an Reus renunciari poſsit teſtium repeti-
tioni, & ratio dubitationis eſt, quia diximus
quod cura Fiſci ſit facere repetitionem,
idcircò Reus non habet cur ipſi repetitioni
renuncier, ſed pro intelligentia dubitatio-
nis propoſitæ ſciendum eſt, quod repetitio
12 teſtium duo habet; vnum quod importat
legitimationem proceſſus, & tunc dicimus
quod non poſsit illi renunciari, cum hoc
ſpectet ad Fiſcũ, qùia neceſſarium eſt, quod
proceſſus aliqua legitimatione roboretur:
vt alias dixi, alterum quod importat mo-
dum legitimandi proceſſum, & tunc dici-
mus, quod poſsit reus illi renunciare, &
aſſumere modum declarandi teſtes pro ri-
tè, & rectè examinatos, vel ſinere modo
ordinario repeti illos abſque eo quod cum
ſuis interrogatorijs repetantur, vt ſæpiſsi-
mè fit.

Dices, quod huiuſmodi declaratio in
aliquibus caſibus venit admittenda, nimi-
rum in caſibus in quibus non venit impo-
nenda pœna corporalis, vt notat *Gomez. de Amercna tract. de poteſtate in ſeipſum lib. 1. cap. 17 num. 28. verſ. ego verò*; in illis verò caſibus in
quibus venit imponenda pœna corporalis
13 non procedit renunciatio repetitionis, vt
refert *Salzedo in add. ad praxim, Bernard. Diaz cap. 128. ad finem, Anton. Gomez. variar. reſol. lib. 3. cap. 13. nu. 33. poſt medium*; ergo ſaltim
in his caſibus repetitioni renũciari non po-
14 teſt: Reſpondetur, quod repetitio non ſo-
lum importat modũ legitimandi, & ipſam
legitimationem, ſed etiam quandam defen-
ſionem præcipuè quando pro parte inqui-
ſiti exhibentur interrogatoria, vt ſupra dixi;
nam pro illa parte in qua conſideratur de-
fenſio inquiſiti; videtur poſſe tacitè renun-
15 ciari, quando ſcilicet citato ipſo reo nihil
oppo-

Digitized by Google

opponit,& ſinit labi terminum in quo po-
tuit dare interrogatoria, & non dedit, quo
elapſo poſſunt repeti teſtes abſq; eo, quod
pro ſua defenſione interrogatoria exhibeã-
16 tur, vt docet *Ambroſ. cap. 2. num. 1. lib. 3.*
quia lapſus termini habet vim renuncia-
tionis: *l. ſi ergo ff. de neg. geſt. Bald. in l. quam-
diù num. 4. ff. de acquirend. hæred. & in l. poſt-
quam num. 17. C. de pactis, & in l. ſi ex C. de his,
qui accuſar. non poſſ.*

In quo loco fieri debeat teſtium repetitio. Quæſtio CII.

SVMMARIVM.

Repetitio fieri debet in loco, vbi cauſa ventilatur. num. 1.

Receptio teſtium poteſt committi in ciuilibus non autem in criminalibus. num. 2.

Repetitio vti cauſa meri Imperij non committitur. num. 3. *Declara.* num. 9.

Declaratur gloſ. exegerit in Auth. apud eloquentiſſimum. *num.* 4.

Teſtes repeti debent vbi primò fuerunt examinati. num. 5.

Vbi agitur de examinandis teſtibus. contra quos cadit ſuſpicio, tunc debent coram Iudice reconduci. num. 6. *Etiamſi teſtes à remotis regionibus ſint adducendi.* num. 7.

A.C. non dat remiſſorias ad partes pro examinandis, ſeu repetendis teſtibus iuxta reformationem. nu. 8.

Declaratur Bulla Pij IV. la 74. *circa teſtes vocandos.* num. 10.

1 ET videtur dicẽ quod
repeti debeãt vbi cau-
ſa ventilatur, prout de-
terminare videtur *text.
in §. quoniam ſcimus Auth.
da teſtibus ver. his omnibus*
vnde ſumitur *Auth. a-
pud eloquentiſſimum C. de
fide inſtrimentorum*, vbi
diſtinguendo inter cauſas ciuiles, & crimi-
2 nales diſponitur, quod receptio teſtiũ po-
teſt committi in ciuilibus cauſis, non
autem in criminalibus ibi; nam in cri-
minalibus teſtes apud Iudicem repræſen-
tandi ſunt, & ſubdit rationem, quia cũ res
exegerit tormentis ſubijciendi, nã poſſunt
vacillari, & hoc caſu quęſtioni dari poſſunt,
*vt gloſſ. exegerit d. Auth. apud eloquentiſſ.
Bald. Salycet. in d. Auth. apud eloquentiſſimum
Buccaron. differen. 83. num. 2. Farin. quæſt. 77.
num.* 75. ita nec repetitio committi poteſt,
3 eò quia cauſæ meri imperij non delegan-
tur. *l. placet C. de Pedaneis iud.*

Dices quod textus ille in dicta Auth. lo-
quitur in prima receptione teſtium; nimi-
rum quando pro informatione teſtes reci-
piuntur, nõ autẽ poſt habitam informatio-
nem & quãdo pro legitimatione proceſſus
oportet illos repeti, quia tunc videntur de-
beri repeti in loco, vbi reperiũtur. Reſpon-
detur quod hoc non dicit prædictus textus,
immò contrarium videtur decidere, ſi at-
tentè conſideramus verba illius; ibi & cum
4 res exegerit tormentis ſubijciendi, & ſub-
dit *gloſſ. in d. verbo exegerit*, quia ſi vacillarẽt,
nam vt plurimum quando teſtes pro infor-
matione recipiuntur rarò vacillare viden-
tur; idcircò potius applicari poſſunt verba
prædicta ad repetitionem, quam ad primi
examinis receptionem; immò eſto, quod
textus ille loquatur de prima examinis re-
ceptione, ſcilicet quando primò recipiun-
tur pro Curiæ informatione, nihilominus
ad teſtium repetitionem extendi poſſe di-
cimus; nam ſicut vacillare poſſunt teſtes
in primo, multò magis in ſecundo ſcilicet
in repetitione.

Verum quia ſupradicta de iure ſic pro-
cedere debent, & confirmantur in *text. in
l. quoniam ſcimus in fine Auth. de teſtibus Odofred.
in d. Auth. apud eloquentiſſimum num. 1. & 2.
Abbas in cap. cum cauſam num. 22. verſ. ego vl-
tra alios ſic diſtinguo tit. de teſtibus*: Tamen ſe-
cundum quod caſus contingunt hæc pra-
5 ctica variatur, licèt ſæpè ſæpius teſtes repe-
tantur; vbi primò fuerunt examinati, nam
ſi in partibus fuerunt examinati; in parti-
bus debent repeti: *Gram. conſ. 41. num. 19.
verſ. ex quibus: Tuſcus in verb. remiſſoria concl.
154. num. 5. Guazz. defenſ. 15. cap. 1. num. 11.*
tamen vbi agitur de examinandis teſtibus
6 contra quos cadit ſuſpicio quod ſint falſi;
tunc omninò debent corani Iudice cauſæ
reconduci, vt tenent *DD.* & ſignanter *Io:
Andr. in cap. præſentium num. 2. ver. propter ſu-
ſpicionem teſtium Abb. in dicto cap. cum cau-
ſam num. 22. circa medium verſ. propter ſuſpicio-
nem de teſtibus Rota in Maceraten. hæreditatis
16. Nouembris 1594. corã Pamphilio ſub §. quod
teſtes ſint adducendi*. Idemq; etiam procedit
in caſibus, in quibus teſtes, è regionibus
7 quantumq; remotis ad Vrbem ſunt addu-
cendi: *Rota deciſ. 240. num. 6. & 7. p. 3. lib. 3.
diuerſor.* quam deciſionem iterum amplexa
fuit *Rota in Neapolitana illegitimationis pænes
Farin. poſt conſ. crim. deciſ. 239. num. 4.*

Imò habemus hic in Vrbe Cõſtitutionẽ
Pauli V. ſuper reformatione tribunalium,
8 in qua in *tit de Auditore Cameræ verſ. non con-
cedat*, expreſsè diſponitur, quòd Aud. Cam.
non

non concedat, neque dari permittat Audi-
tor remiſſoriam ad partes ad examinandũ,
vel repetendum citata parte teſtes ad inſtã-
tiam Fiſci, vel probandam eius intentio-
nem, ſed aduocentur ad curiam, vel cauſa
remittatur ad partes, vbi delictum eſt com-
miſſum: Nota tamen, quod prædicta Con-
ſtitutio non prohibet tranſmitti Commiſ-
ſarium, & ideò ſi A.C. noluerit teſtes ad
Vrbem aduocare poterit commiſſarium
tranſmittere, & ita videtur tenerẽ: *Clarus
quæſt. 45. verſ. cæterum,* ſi reus vbi atteſtatur
ita ſeruari de conſuetudine. *Anton. d.cap.de
iure non ſcripto lib. 5. cap. 30. in tit. de probat.
facien. Bald. in d. Authen. apud eloquentiſſimum
num. 2. auctoritate Iacobi de Arena,* & rationẽ
aſſignat, tum quia Commiſſarius eſt Mi-
niſter committentis, & cum repræſentet, &
ſit quaſi organum committentis, tum quia
9 etiam ea; quæ ſunt meri imperij commit-
tuntur propter abſentiam, de quo etiam di-
cemus infra in particulari quæſtione.

Nihilominus *Farin. d. quæſt. 74. num. 75.*
dicit, quod de repetendis teſtibus nõ datur
remiſſoria, & ita ſeruari in Vrbe atteſtatur,
& facit Bulla Pij IV. la 74. quæ dum iubet
10 teſtes ad fundandam Fiſci intentionem eſſe
ad Vrbem vocandos intelligenda eſt etiam
de repetitione eorumdem teſtium poſtquã
fuerint examinati, & ratio eſt, quia non
cenſetur fundata Fiſci intentio, niſi per le-
gitimationem, idem dicit *Hieronymus de Fe-
dericis Reſolut. 49. per totam;* quamuis *num. 3.*
dicat quod in fauorem Rei, vel ipſo con-
ſentiente concedi poſſit. viden. *Guazz. de-
fenſ. 24. cap. 2. per tot.*

An teſtes cogi poſſint ad ſe repetendũ.

Quæſt. CIII.

SVMMARIVM.

Teſtes, qui ſemel officium teſtificandi ſuſceperunt, cogi poſſunt ad proſequendum dictum officium. num. 1.

Teſtes pro informatione recepti debent repeti. nu. 2.

Qui vi monitorij reuelauit cogi poteſt, vt iudicialiter ſe repetat. num. 3.

Quibus caſibus teſtis cogi poſſit ad teſtificandum. num. 4.

Teſtis qui recuſat ſe examinari etiam pœna falſi puniri poteſt. num. 5.

TEſtes cum ſemel offi-
cium teſtificandi ſu-
1 ſceperint non poſſunt
ab eo ſine dolo, aut
culpa reſilire, ideo co-
gi poſſunt ad proſe-
quendum, cum officiũ
teſtificandi ſit officiũ
publicum, quod cum
ſemel aſſumptum fuerit non poteſt dimitti
ſine culpa punibili, etiam falſi, vt dicit
*Alex. in l. Argentarius §. cum autem num. 7. ff. de
edendo. Farin. quæſt. 78. num. 21. & 135. Boſſ.
tit. de falſis num. 163. verſ. & ideò. Caball. caſu
55. per totum:* expedit enim reipub. ad quã
ſpectat delicta punire, quod teſtes examina-
ti pro informatione curiæ, & ad finem præ-
parandæ inquiſitionis cum permaneant in
ſimplici informatione, & nullam proba-
tionem faciant, etiam modicam, vt dicit
Farin. conſ. 192. num. 33. expedit inquam, vt
2 repetantur in termino aſſignato, & ad hoc
propoſitum facit *deciſ. Giurbæ la 85. per tot.*
vbi ſi quis vi literarum monitorialium in
3 tribunali Eccleſiaſtico aliquid reuelauerit
cogi poteſt, vt ſe iudicialiter repetat coram
Iudice ſæculari, quapropter dicimus, quod
ſi cogi poteſt ad ſe repetendũ, qui vi moni-
torii reuelauit quantò magis poterit, qui iã
pro informatione curiæ fuerit teſtificatus.

Dices, quod officium teſtis ſit arbitra-
trarium ipſi teſti, an illud velit ſubire necne
& quod eſt arbitrarium non ſubeſt poteſta-
ti coactionis. Reſpondetur, quod officium
teſtis dupliciter conſiderari poteſt vno mo-
do, quando nullo pacto teſtis ad teſtifican-
dum fuit admiſſus, alio modo, quando
ſemel ſe ſubmiſit examini, vt optimè di-
4 ſtinguit *Alex. d. §. cum autem num. 5. & 6.*

Primo caſu iterum diſtinguen. nam aut
teſtis per dolum non vult comparere, ſi ci-
tatus fuerit ad peribendum teſtimonium,
& tunc etiam poteſt pœna ſtellionatus cogi
ad ſe examini ſubijciendum *l. 3. cir. prin. ff.
de crim. ſtellon.* atque etiam falſi ſi pecuniam
accepiſſet pro teſtimonio non ferendo *l. 1.
§. ſed ſi quis* & ibi *Bart. ff. de falſis Caball. d. ca-
ſu 55. num. 4.* aut teſtis ſine dolo recuſat exa-
minari, & tunc aut legitimam, & ſuffi-
cientem afferre debet excuſationem, aut
aliqua mulcta cogi poteſt ad teſtificandum;
Bald. in d. lege argentarius §. cum autem, in le-
ctura antiqua, & ibi etiam *Alex. C. de eden-
do.* Secundo verò caſu omninò cogi poteſt
ne veritas occultetur, & delicta remaneant
impunita quoniam cum teſtis tenetur illud
5 perficere, & ſic comparere, vt legitimè re-
petatur aliàs falſi pœnam euitare non poſ-
ſet. *Caball. d. caſu 55.*

An

An Teſtis in repetitione poſſit ſe referre ad primum examen.

Quæſt. CIV.

SVMMARIVM.

Teſtes poſſunt ſe referre ad primum ſui examen, quando in primo non fuerunt ritè, & rectè examinati. num. 1. Declara. num. 2.

Teſtes in repetitione in ſubſtantia debet recenſere ſuum primum examen, & quare? num. 3.

Referre ſe ad primum examen dupliciter contingere poteſt, & quomodo. num. 4.

Repetitio eſt noua teſtium examinatio. num. 5.

Iudex in repetitione teſtium debet ſupplere præſentiam Rei. num. 6.

Lectio examinis inuenta, vt teſtis effugiat vitium variandi. num. 7.

Practica legendi teſti eius examen in repetitione habet vim confirmationis dicti examinis. num. 8.

Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam poſſunt ſe referri ad dictum ſuum examen, quando Iudex illos recipit pro informatione, ſecus quando illos repetit. num. 9. & 16.

Iudex ſi recuſat teſti legere ſuum examen, teſtis poteſt proteſtari ſe referri ad primum, quatenus in ſecundo aliter appareret dictum. num. 10.

Lectura examinis eſt Iudici arbitraria. num. 11. Foller. *contrarium tenet. num. 12.*

Teſtificari per relationem ad primum examen eſt confuſè teſtificari. num. 13. Declara. num. 14.

Lectura examinis cum intelligentia ipſius teſtis ſufficit ad legitimationem. num. 15.

Ex lectura examinis maior certitudo quàm ex verbali depoſitione colligitur. num. 17.

Quod nullum eſt non poteſt per repetitionem relatiuam confirmari. num. 18.

Nullitas dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num 19. & ſeq.

1 AD huius cõcluſionis deciſionẽ videtur facere doctrinã *Pegueræ in deciſ.* 193. *num.* 2. vbi dicit quod quando teſtes in primo eorum examine nõ fuerunt rite, & rectè examinati, tunc examinati ſuper iiſdem atteſtationibus poſſunt ſe referre ad depoſitionem in primo examine factam per argumentum ſumptum *in Clemen. 2. de teſtibus*, & ibi *gloſ. in verbo ritè*, & ſequitur *Bart. in l. legata inutiliter ff. de legat. 1. Theſaur. deciſ.* 28. *num* 2. ſed ſic eſt, quod teſtes examinati in informatiuo, non ſunt ritè, & rectè examinati, ergo quando denuo examinantur per repetitionem poſſunt ſe referre ad primum examen iuxta ſupradicta.

2 Tamen ſupradictis non obſtantibus abſolutè dicimus quod non poteſt teſtis ſe referre ad primum examen, ſed denuò debet illud ſaltem in ſubſtantia repetere, prout eſt doctrina *Bald. in l. cum apud num.* 12. *C. de teſtibus*: *Menoch. de arbitr. caſu* 109. *num.* 6. *Cach. deciſ.* 128. *num.* 13. *Decian. conſ.* 48. *num.* 12.
3 *lib.* 5. & ratio eſt, quia fruſtratoria eſſet repetitio, ſi teſtes ſe referrant ſimpliciter ad primas atteſtationes, nec explicitè dicerentur aliquid deponere: & ideo ſciendum eſt; quod referre ſe ad primum examen du-
4 pliciter poteſt contingere vno modo, quando teſtis nulla facta in ſubſtantialibus cõpilatione ſe refert ad primum examen altero modo, quãdo facta ſubſtantiali compilatione poſtremo ſe refert ad primũ eius examẽ; prout latiùs ibi continetur, primo modo teſtis non poteſt ſe referre ad primum examen, vt volunt *Guazz. defenſ.* 25. *cap.* 1. *num.* 19. *Farin. quæſt.* 66. *num.* 42. & *conſ.* 50. *num.* 13. & *conſ.* 85. *num.* 10. *circa medium*. *Scaccia de iudicijs cap.* 86. *num.* 55. & ratio eſt,
5 tum quia repetitio eſt noua teſtium examinatio de iure conceſſa reo citato: *Caualcan. de teſtibus par.* 5. *num.* 207. *Guazz. defenſ.* 25. *cap.* 1. *num.* 8. *circa finem*: idcirco oportet, quòd dum reus citatur ad viden. fieri repetitionẽ teſtium intelligat, aut præſumatur intellexiſſe virtute dictæ citationis ex ore ipſius teſtis, ſaltem in ſubſtantia totum id, quod contra ſe in primo examine depoſuerunt,
6 & in hoc Iudex debet ſupplere præſentiam Rei.

Dices, quod in praxi, vt aliàs dixi inoleuit vſus legendi per Iudicem, vel per Notariũ de ordine Iudicis eidem teſti præſenti totũ eius examen pro informatione receptum, & teſtis, illo audito reſpondit: *Io hò inteſo beniſſimo quanto V.S. mi hà fatto leggere, e riconoſco eſſer il mio eſame, e quanto in eſſo ſi contiene è ſtato detto, e depoſto da me per verità, e come tale lo ratifico, e confirmo*; qui tamen modus, ſeu practica potius relationem ad primum examen ſibi lectum connotare videtur, quam noua illius repetitio in ſubſtantia, & ſic practica confirmauit primum modum referendi, & non ſecundum recenſendi in
7 ſubſtantia primum, quæ practica eo magis videtur approbanda, quia per eam teſtis effugit vitium variandi, vt notat *Farin. d. q.* 66. *num.* 9.

Reſpondetur, quod licèt dicta practica ſit à Curialibus recepta, vt notat *Cartarius in ſua praxi interrogan. reorum lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 28. *verſ. vel hoc omitto* tamen
8 dici non poteſt, quin per hanc practi-

càm teſtis confirmet omnia, quæ legere audiuit, vt à ſe depoſita, & narrata: at verò quando ſe refert ſimpliciter nulla præcedente lectura examinis, tunc nec cõfirmat nec denuò illud rapetit, quod nullo modo eſt admittendum, vt notat *Farin. dicta quæſt. 66. num. 42.*

Ad ea autem, quæ deduxi ex *Peguera*, & *Theſauro* aduertendum illos loqui in caſu
9 diuerſo; nimirum quando teſtis fuerit examinatus ad perpetuam rei memoriam, & Iudex illum vult examinare pro ſui informatione, tunc ſufficit, quod ſe referat ad dictum examen, ſed quando vult illum pro legitimatione proceſſus repetere oportet, quòd præcisè dictas eius depoſitiones exponat ſine vlla relatione, quia ſic requirit legitimatio. Immò dicit *Fontanell. deciſ. 182. num. 14. & ſeqq.* quod ſi teſtis petit ſibi legi eius examen factum ad perpetuã memoriã debet illud legi facere, & ſubiungit *num. 20.* hæc verba. Vndè non eſt admittenda *deciſ. 720. num. 4. par. 2. recenti*, dum ibi dicitur, quod teſtes de nouo examinandi non debent ſe referre ad primum examen, ſed quod explicitè, & per extenſum debeant deponere abſque relatione ad primum examen nullum, quia hoc eſſet de nouo examinare, & non repetere. Et hinc eſt, quod *Farin. d. quæſt. 66. num. 41.* dicit ſi Iudex nollet de facto teſti legere eius primum exa-
10 men poterit teſtis proteſtari, quod ſi in primo examine appareat aliter dictum, quam in ſecundo ſe refert ad primum, tamquam veriùs, quia tunc recordabatur de facto, & ſic iſto caſu attenderetur primum examen,
11 non ſecundum, & hanc lecturam examinis dicit *Scaccia de iudicijs cap. 86. n. 55.* quod ſit Iudici arbitraria in caſu, quo ipſe Iudex cognouerit ſuſpicionem falſitatis in teſte, tunc poteſt Iudex lectionem denegare *Ambroſ. d. eius tract. cap. 9. num. 9. lib. 2. cum ibi alleg. Foller*, tamen *in ſua praxi in 1. 2. par. verbo repetantur teſtes Curiæ num. 13.* dicit non
12 valere repetitionem teſtium, niſi formaliter fuerint lectæ depoſitiones, & quod multi decipiuntur, qui non lectis depoſitionibus interrogant teſtes an ſe referant ad prima dicta, & ipſi dicunt, quod ſe referunt; nam talis repetitio non eſt vllo modo valida, nec admittenda, quia ſicut teſtes in informatiuo reſponderunt ad ſpecificata interrogatoria Iudicis, ita pari modo videtur, vt ſpecificè in repetitiuo interrogẽtur, & ſpecificè, & non per relationem breui ſermone reſpondeant, vt æqualitas ſeruetur. *Bald. in l. fin. C. de teſtibus in fine*, & ratio eſt, quia teſtes, ita deponentes confu-
13 sè deponunt, & hanc opinionem videtur ſequutus idem *Bald. in l. iuſiurandi num. 3. C. de teſtibus*: *Caſtrenſ. conſ. 168. num. 2. lib. 1.* dicens teſtes ſpecificè debere teſtificari, nõ autem confusè, & per relationem.

Nihilominus licèt Iudices nulliter agant cum permittant teſtibus ſe ſimpliciter referri ad primum examen, tamen in repetitione ad effectum legitimãdi ſufficit ſubſtantialia narrare ſub breui teſtatu, vt videtur velle *Bald. in cap. 1. num. 3. de controuerſia inueſtituræ*, vndè *idem Bald. in d. l. iuſiurandi C. de teſtibus* reuocando in dubium, dicit, quod ſi præcedit dictum, & teſtis poſtea iuret eſſe verum, quod dicit; huiuſmo-
14 di depoſitio non valeat. Sed plerique DD. contrarium aſſerunt, dicentes, quod ex natura relationis videtur repetitum dictum cum iuramento *l. hac. ſententia C. de ſenten. quæ ſine certa quantit. cap. de teſtibus*: ſed *Io: Andreas in Nouell.* dicit, quod bona cautela ſit, quod teſtis iterũ deponat poſt iuramentum, vel quod breuitèr, vel ſpecificè repetat illud dictũ. Idcircò vt dixi in qu. 77 & infra dicemus in quæſt. .. Iudex interrogat teſtem, an ea, quæ alias dixit, ſeu depoſuit in præſenti cauſa in alio examine per ipſum facto ſub die, &c. in loco, &c. coram, &c. fuerint, & ſint vera, illaq; pro veritate dixerit, & depoſuerit; & tunc teſtis reſpondit. *Signor sì, che quello, che io diſſi nel mio eſame fatto li dì paſſati, che non mi ricordo il giorno præciſo, mà fù del meſe di Nouembre paſſato, innanzi al Sign. N. nell' Officio, &c. è vero, e lo diſſi per verità.*

Habita huiuſmodi reſponſione ſtatim Iudex mandat Notario, vt ſibi legat examen prædictum ad claram ipſius teſtis intelligentiam, nimirum, per ipſum teſtem benè auditum, & intellectum, prout aſſerere debet teſtis, qui interrogatus, an ea, quæ in præſentiarum legi audiuit, fuerint ab ipſo dicta: & depoſita eò quòd iacent modo, ſitque iſtud eius examen, de quo ſupra mentio facta fuit, tunc teſtis reſpondit. *Signor sì, che quello, che mi hauete letto adeſſo è il mio eſſame, e quanto ſi contiene in eſſo, è ſtato detto, e depoſto da me nel modo, che hò ſentito leggere adeſſo.*

Deindè Iudex interrogat ipſum teſtem, an præſenti intendat aliquid addere, vel demere, dictumq; examen in toto, vel in parte reuocare, an verò potius illud confirmare, & ratificare pro veritate in omnibus, & per omnia; tunc reſpondit teſtis. *Io nõ voglio aggiũgere, ne minuire coſa alcuna à detto mio eſſame, ne quello reuocare in parte alcuna, anzi lo voglio approuare, e ratificare per vero, ſicome per tale l'approuo, e ratifico in tutto, e per tutto.*

Quo peracto Iudex licentiat teſtem iniun-

iunĉto illi prius, vt ſe ſua propria manu ſubſcribat, prout ſe ſubſcribere debet, &c.

Ex quibus vides, qua breuitate, & ſine vlla verborum, ac ſermonum ſerie repetitio perficiatur; lectura enim primi examinis ſufficit, cum ipſius teſtis optima
15 intelligẽtia; quæ lectura ita eſſe debet clara, & diſtincta, vt teſtis illam benè intelligat quod ſi tranſcurſoriè eius dicta legãtur nõ poteſt dici, quod bene intelligat ſecundum ea, quæ tradit *Bald. in cap. conſtitutis il ſecõdo circa finem de teſtibus*, vbi dicit, quod qui caſu fortuito legit tranſcurſorie atteſtationes non dicitur didiciſſe teſtificata.

Dices quod teſtes in repetitione debent per extenſum deponere eorum examen, nõ autem per relationem, vt dicunt *Menoch. caſu 179. num. 6. Cacher. deciſ. 128. num. 13. verſ. aut examinatio, Auen. deciſ. 91. num. 5. Socin. Senen. conſ. 98. num. 14. lib. 3. Decian. conſ. 48. num. 12. lib. 5.* Reſpondetur iterum diſtinguendo, vt ſupra dixi, aut repetitio teſtiũ fieri debet ſuper depoſitionibus per
16 modum reuelationis, ſeu ad perpetuam memoriam ſimpliciter habitis, ſiue per fidem expoſitis, & tunc nullo modo repetitio fieri poteſt per relationem ad illas, ſed expreſsè denuò per extenſum deponi debent, vt optimè decidit *Cacheran. dicta deciſ. 128. per totam*, & præcipuè *num. 13. & num. 17. verſ. ex ſupradictis*, aut repetitio teſtium fieri debet ſuper depoſitionibus per modum veri examinis diligenter facti, & habiti ab eodem Iudice, & tunc præuia lectura primi examinis poteſt teſtis ſe referre ad illud, ſecundùm opinionem *Bart. in l. eos ff. de falſis*, vbi ſentit valere depoſitionem teſtis relatiuam ad primum dictum Iudice acquieſcente, quam opinionem ſequitur idem *Bart. in l. legata inutiliter ff. de legat. 1.* ergo ſatisfactum videtur etiam ſi teſtis primam eius depoſitionem ſibi legengendam petit, quia ex eius depoſitionis lectura maior certitudo, & expreſſio, quam
17 ex verbali depoſitione colligitur *arg. eorum quæ tradit gloſ. in §. fin. Inſtit. de gradib. cognationum cap. quoniam contra de probat.*

Et ſi replices, quod teſtes examinati in informatiuo ſunt nulliter examinati idcircò non minus, quam cæteri alii in repetitione debent per extenſum ſuum examen repetere, & quod fuerint nulliter examinati patet quia, vt ſupra dixi fuerunt examinati ſine citatione partis *per textum in l. ſi quando C. de teſtibus*, & quod nullum eſt non
18 poteſt per repetitionem relatiuam confirmari *l. obligati §. tutor. ff. de auctorit. tutorum Cacheran. deciſ. 33. num. 12.* ſed debent teſtes denuo examinari *vt notat. Centulinus ad deciſ. 31. penes Farin. lib. 1. conſil. lit. A.* Reſpondetur, quod nullitas dupliciter conſiderari
19 poteſt in quocumque actu, aut quia actus eſt prohibitus fieri, & hæc nullitas non poteſt confirmari, ſed debet denuo reiterari actus, vt valeat *l. qui per ſalutem, & ibi Iaſ. & Bald. ff. de iure iuran. Viu. opin. 911. Franc. deciſ. 688.* aut nullitas conſideratur in actu permiſſo de iure gentium pro vt eſt teſtiũ
20 receptio ad informationem, & ſine partis citatione, quæ cum ſit ſpecialiter introducta contra regulas iuris ciuilis *Clar. qu. 11. num. 2. & quæſt. 45. num. 13. Farin. quæſt. 72. numer. 103. Caball. caſu 269. num. 4.* non videtur omnino nullam ita nec videtur carere aliqua validitate confirmabili reſoluendo dictam nullitatem per lecturam depoſitionũ diligenter per Iudicem habitam, vt ſu-
21 pra dixi, & approbationem examinis per informationem ad finem legitimãdi recepti nam vnus actus confirmatur ab alio niſi ille actus cui adiungitur de iure gentium ſit omnino nullus. *l. actiones ff. de action. & obligation. Bald. in Rub. C. ſi ſeruus extero n. 36. in verſ. etiam retractari.*

An Fiſcus cogi poſſit ad teſtes repetendos, & illi terminus prefigi poſſit. Quæſt. CV.

SVMMARIVM.

Repetitio teſtium eſt onus ſpectans ad Fiſcum perficiendum. num. 1.

Fiſcus poteſt renunciare repetitioni. num. 2. declara. num. 5.

Intra biennium, & non vltra libera eſt facultas teſtes repetendi. num. 3. & 14.

Sicut minor nõ poteſt cogi ad petendam reſtitutionem, ita Fiſcus, qui minori comparatur non poteſt cogi ad teſtes repetendos. num. 4.

Fiſcus in iudicio habetur loco priuati. num. 6.

Fiſcus tenetur fundare ſuam intentionem, & ad hanc fundandam cogi poteſt alias reus venit abſoluendus num. 7, declara num. 11.

Iudex ex officio poteſt inquirere veritatem, precipue quando Reo fuerit conteſtatum delictum. num. 8.

Contrahens cum Eccleſia, vel minore poteſt agere, vt illa, vel ille declaret ſi velit ſtare contractui. num. 9.

Fiſco prefigendus eſt terminus ad repetendum teſtes. num. 10. & 17.

Reus non poteſt ſuas defenſiones facere niſi prius Fiſcus fecerit repetitionem. num. 12.

Fiſcus poſt litis conteſtationem loco partis habetur. num. 13.

IAM diximus, quod
repetitio teſtium eſt
1 onus, quod ad Fiſcũ
ſpectat *Guazz. defenſ. 25
cap. 1. per totum*; ſua e-
nim intereſt, vt pro-
bationes legitimẽtur
ad effectum, vt iuri-
dice ſua intentio fun-
data ſit: cum igitur ſit intereſſe Fiſci idcircò
2 videtur illi poſſe renunciare, & ſic cogi nõ
poſſit, vt teſtes repetat, & hanc ſententiam
ſequutus fuit *Riccius deciſ. 52. num. 7. lib. 4. fol.
mihi 550.* vbi dicit, quod diſputata fuit hu-
iuſmodi concluſio in curia Archiepiſcopa-
li, & fuit determinatum, quod Fiſcus
cogi non poſſit quia Fiſcus vti ſuperior nõ
poteſt contra eum ab inferiore aliquid ſta-
tui *cap. cum inferior de maior. & obedien.* tum
quia *per Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. can. 20.
de reform.* fuit in ductum tempus biennii ad
3 cauſas finiendas, intra quod tempus libera
debet eſſe facultas faciendi teſtium repeti-
tionem, & allegat *Monald. conſ. 94. Zerol. in
prax. Epiſcopali par. 1. verb. inſtantia verſ. 4.* tũ
etiam, quia cum Fiſcus cenſeatur priuile-
giatus ad iſtat minoris ideò ſicut minor nõ
4 poteſt cogi ad petendam reſtitutionem in
integrum *Capic. deciſ. 110.* ſic nec illi renun-
ciare *gloſ. in l. ſi Iudex ff. de minoribus, & gloſ.
ſi intra C. de in integ. reſtit.* ita Fiſcus non po-
teſt cogi ad repetendum.

Sed pace huius auctoris credo contra-
rium eſſe verius nempè, quod Fiſcus poſ-
5 ſit cogi ad repetendum, & ſic illi poſſe
prefigi terminum ad repetendum, & ad
huius affirmatiuæ opinionis euidentiam
ſciendum eſt, quod licet Fiſcus habeat mul-
6 ta priuilegia tamen in Iudicijs habetur lo-
co priuati, ita vt ſicut priuatus tenetur con-
tra Fiſcum fundare ſuam intentionem, vt
eſt caſus ſecundum communem intel-
lectum *in l. 2. §. diuus ff. de iure Fiſci.
Decius in l. non iuſſum C. de Edendo Gram. con-
ſil. 9. num. 2.* ita & Fiſcus quando eſt & habe-
7 tur vti talis etiam in criminalibus tenetur
complere intentionem ſuam alioquin reus
abſoluendus eſt *l. qui accuſare C. de edendo Pe-
regrin. de iure Fiſci lib. 7. tit. 3. num. 23. verſ. ra-
tio rationis eſt &c.* idcircò ſi tenetur ergo co-
gi poteſt, quæ coactio licet non debeat fie-
ri ad dirimenda iura, & priuilegia Fiſci ta-
men ad abſoluendum reum ne diutius in
ſuſpenſo maneat cũ ſua intereſt, quod cauſa
aliquãdo finiatur Iudex ex officio ſuo poteſt
8 inquirere, & requirere veritatem precipue
quando reo fuerit conteſtatum delictum
*Paul. de Caſtro in l. qui ſemel num. 1. ſub verſ.
ſed ſi lis C. quomodo, & quando &c.* & ſic cogi
poteſt ad repetendum; nam ſicut contra-
hens cum Eccleſia, vel minore poteſt age-
9 re, vt ille, vel illa declaret ſi velit ſtare cõ-
tractui, vt dicit *Diaz in reg. 219. Eccleſia fun-
gitur verſ. 7. ſimilitudo*; ita reus poteſt com-
pellere Fiſcum, vt declaret an velit nec ne
teſtes repetere, vt ſe à vinculis ſi in illis ſit
vel ab animi ſuſpenſione ſi non ſit in carce-
ribus liberetur ita determinat *Nouarius de
grauam. Vaſſal. grauamine 16. num. 6. lib. 3. fol.
mihi 30.* & ſic prefigendus eſt ipſi Fiſco ter-
10 minus ad repetendũ alias reus expediri, &
liberari debet.

Nec faciunt quicquam ea, quæ per Ric-
cium ſupra deducta fuere pro contraria o-
pinione, quia cum ſint remota à naturali
ratione non conuincunt quoniam Fiſcus
non minus, quam priuatus debet ſubiace-
re aut ſaltem viuere terminis iuridicis pro
complenda ſua intentione ſicut ſubiacet
priuatus nec in hoc habet priuilegium: ſed
11 aduertendum, quod hæc affirmatiua opi-
nio procedit precipue quando reus habet
paratas probationes pro ſui defenſione, &
non poteſt illas producere niſi prius Fi-
12 ſcus fecerit repetitionem, quæ eſt de ordi-
nata cauſæ inſtantia: vnde ſicut actor facta
litis conteſtatione per quam quaſi contra-
hitur cum reo, & obligatur iſtantiæ, vt te-
net *Alex. in l. reſcriptum n. 9. ff. de pactis* & non
poteſt renunciare inſtantiæ, & poteſt cogi,
quod illã proſequatur, vt dicit *Bald. in l. ſed ſi
hac in add. num. 4. & in l. quamuis num. 2. ff. de in
ius vocam* ita hoc idem videtur procedere in
Fiſco, qui loco partis habetur & propter li-
tis conteſtationẽ ſe obligauit inſtantiæ, ac
ideò illi renunciare non poteſt propter litis
13 conteſtationẽ habitam cum reo atq; ſuper
delicto videtur quaſi contraxiſſe cum illo
& ſic ipſe Fiſcus tenetur cauſam proſequi,
quia ſic intereſt reo cuius ſi nihil intereſt
non debet reus audiri, vt dicit *Bald. vbi ſu-
pra.*

Nec dicatur, quod fuerit per Concilium
Tridentinum præfinita inſtantia biennalis
omnibus cauſis, quod etiam eſt de iure ci-
uili *Guazz. defenſ. 3. cap. 6. per totum*, quia non
minus eſt de inſtãtia biẽnalis facere repeti-
tionem, quam inſtantia cauſæ, vt illa finia-
14 tur idcircò ſicut Fiſcus intra biennium po-
teſt facere immo tenetur facere repetitionẽ
ita reus poteſt illum cogre infra biennium,
vt repetitionem perficiat cum nomine in-
15 ſtantiæ ſit quidquid in cauſa exercetur cui
Fiſcus renunciare nõ poteſt ſicut nec actor,
vt dicit *Bald. in d. l. quamuis num. 2.* vltra,
quod inſtantia, vt diſtinguit *Bald. in l. pro-
perandum num. 9. C. de iudicijs* alia eſt, quæ nõ
16 finitur biennio, vt eſt illa per quam Iudex
pro-

procedit ex officio, & ſemper durat, & de hac credo loqui *Riccius in dicta deciſ. 52. nu. 9. lib. 4.* vbi dicit, quod in curia Romana inſtantia nunquam extinguitur niſi per ſententiam; alia, quæ finitur per biennium; vt eſt illa per quam Iudex procedit per accuſationem, ſed quidquid ſit ſemper fauorabile eſt inſtare pro repetitione, vt ſe expediat à grauamine procraſtinationis idcircò
17 præfigendus eſt terminus nedum accuſatori, ſed etiam Fiſco ad faciendam dictam repetitionem ſaltem propter diſamationẽ cauſæ publicaram per ea quæ dicit *Bald. in l. 1. C. vt nemo inuitus accuſ. cog.*

An teſtes prius auditi in repetitione ſuper eorum examinibus, & poſtea interrogati ſuper interrogatorijs inquiſiti dici poſſint nulliter repetiti. Quæſt. CVI.

SVMMARIVM.

Teſtes de conſuetudine ſolent examinari prius ſuper interrogatorijs, & poſtea ſuper articulis. num. 1. & hoc etiam diſponit Reformatio. num. 15.

Examen teſtium non dicitur nullum etiam ſi prius teſtes non fuerint examinati ſuper interrogatorijs. num. 2. & num. 6. declara num. 9.

Interrogatoria non dantur ad probationem, ſed ad inſtructionem. num. 3.

Interrogatoria ſunt de iuſtitia non de ſubſtantia depoſitionum. num. 4.

Si teſtibus repetitis ſine interrogatorijs feratur ſententia, eſſet contra ius partis; non autem contra ſubſtantiam repetitionis. num. 5.

Interrogatoria dantur ad deprehenſionem falſitatis. num. 7.

Iudex non poteſt mutare ordinem traditum à ſtylo ſeu à conſuetudine. num. 8.

In legitimatione per confrontationem prius teſtes repetuntur ſuper examine, & poſtea interrogantur teſtes ſuper interrogatorijs rei. num. 10.

Legitimatio per confrontationem differt à legitimatione per repetitionem, & in quo. num. 21.

Confrontatio habet pro fine principali, vt reus de mendacio conuincatur; ideo prius audiuntur teſtes ſuper eorum Examine. num. 12.

Confrontatio fit ſolummodo vbi teſtes de directo ſe opponunt inquiſito in veritate facti. num. 13.

Repetitio habet ſolummodo pro fine ipſam legitimationem. num. 14.

1 ET videtur prima facie negatiue reſpondendũ per ea, quæ tradit *Poſt. de manuten. obſeruat. 91. num. 37.* vbi dicit, quod quamuis de conſuetudine ſoleant teſtes examinari; primò ſuper interrogatorijs attamẽ ſi primò examinarentur ſuper articulis, & poſtmodũ ſuper interrogatorijs nõ dicerẽtur nulliter examinati, etiam, quod fuiſſet facta proteſtatio cum hoc iure cautum nõ reperiatur *Rota deciſ. 663. num. 12. par. 4. recent.* vt in caſu fortiori examen non annullatur
2 ex eo, quod teſtes non fuerint examinati ſuper interrogatorijs *Alex. conſ. 172. num. 9. lib. 2. Ruin. conſ. 35. num. 4. lib. 4. Puteus dec. 417. lib. 1. & 308. lib. 2.* in correctis, & ratio eſſe poteſt, quia vt alias dixi interrogatoria nõ
3 dantur ad probationem, ſed ad inſtructionem *Roman. ſingul. 266.* ac pro inde non ſunt de ſubſtantia depoſitionum, ſed potius de
4 iuſtitia eo quia parti petenti interrogari teſtes ſuper interrogatorijs ab ea datis Iudex ſuper hoc debet impartiri officiũ ſuum *arg. textus in c. cũ I. & A. de re iudicata*: vnde ſi teſti-
5 bus repetitis ſine interrogatorijs feratur sẽtentia eſſet contra ius partis non autem contra ſubſtantiam repetitionis *arg. textus in cap. fin. de hæretic. in 6.*

Quapropter dicimus teſtes non probare, ſed valide depoſuiſſe, & ratio eſt, quia de
6 ſtylo; & conſuetudine eſt, quod teſtes repetendi prius examinentur ſuper interrogatorijs à reo datis; & poſtea ſuper eorum examinibus pro informatione factis, vt affirmat *Ambroſiu. de proceſſ. inform. cap. 2. num. 1. lib. 5. Guazz. defenſ. 25. cap. 1. num. 11.* vbi dicit, quod ita obſeruari vidit à bonis, & timoratis iudicibus, & ipſe ait ita ſemper obſeruaſſe, & ſubiungit, quod ſi alias obſeruaretur teſtes non probarent, & ratio eſt quia poſſet falli intentio producentis interroga-
7 toria, quæ cum dentur ad deprehenſionem falſitatis ſi quæ dari poteſt in teſte, *vt notat adden. ad Guidopapa deciſ. 71.* fruſtraretur hac intentione cum per prepoſteratum ordinem poſſet teſtis inſtrui quemadmodum reſpondeat ad illa: Iudex enim non poteſt
8 mutare ordinem traditum à ſtylo ſeu à cõſuetudine, quæ habet vim legis *ſecundum ea quæ tradit Bald. in l. prius num. 44. verſ. ego non credo C. de his, qui accuſare non poſſ. & in l. dicimus num. 1. ff. de excuſat. tutor.* quoniam nõ eſt ita intricandus proceſſus, vt ab eo reſultare poſſit inconueniens.

Et ad rationem ſupra à fortiori allegatã pro negatiua nempè, quod examen non

ſit nullum ex eo, quod non fuerint teſtes
9 examinati ſuper interrogatorijs dicimus hanc concluſionem non videri in iure tutam *iuxta ea quæ tradit Farin. quæſt.73. num.6.* vbi reſpondendo contrarijs affirmatiuam dicit videri magis communem, & allegat *Burſat. in conſ.358. num. 10. lib. 4.* qui dicit, quod de rigore, & ſecundum magis communem nullum, & inualldum ſit examen teſtium non examinatorum ſuper interrogatorijs, ſed cum huiuſmodi iſtantia ſit diuerſa à noſtra concluſione non videtur applicabilis, quia aliud eſt examinare cum interrogatorijs prepoſtere quo caſu validũ eſt examen, & aliud eſt nullo modo cum interrogatorijs datis repetere quo caſu teſtes nulliter repetuntur.

Dices, quod ratio allegata pro deciſione noſtræ concluſionis non videtur vera quoniam in legitimatione, quæ fit per confrontationem vſus in oleuit, quod prius teſtes
10 repetantur ſuper eorũ examine in informatiuo recepto, & poſteà interrogentur ſuper interrogatorijs ab inquiſito factis, & exhibitis, & ſic non videtur ex hoc ordine prepoſterato reſultare, quod repetitio non probet immo probet, vt ex ſe patet Reſpondetur, quod legitimatio per confron-
11 tationem ſpecialiter differt à legitimatione per repetitionem, quia confrontatio habet pro fine principali, vt reus de menda-
12 cijs conuincatur, & ideò prius audire debent teſtes in ſuis examinibus ad repulſandam inquiſiti pertinacem negatiuam cui neceſſarium eſt, quod illico opponatur directo affirmatiua teſtium alias non diceretur confrontatio, quæ tuuc ſolummodo
13 fieri poteſt vbi teſtes de directo ſe opponunt inquiſito in veritate facti *Clarus qu.45, num.14. verſ. hac autem,* & dicam infra quando de legitimatione per confrontationem tractabimus, & ſic neceſſitas vrget in hac ſpecie legitimationis, vt ordo prepoſteretur ſecundum ea quæ tradit *Bald. in l. ſed ſi quis nu.3. ff. quemadmodum teſtamen. apper.* quod non procedit in legitimatione per ſimplicem repetitionem complenda, quæ pro fi-
14 ne principali habet ipſam dumtaxat legitimationem: ideò in hac ordo eſt, vt prius teſtes audiantur ſuper interrogatorijs per inquiſitum exhibitis, & poſtea ſuper eorum depoſitionibus in informatiuo factis ac proinde *Farin. quæſt.66. num.48. in addit.* ait Notarios, & Iudices male agere dum prius legunt teſtibus eorum primum examen antequam interrogentur ſuper interrogatorijs pro parte inquiſiti datis idcircò hic in vrbe habemus diſpoſitionem *Bullæ reforma-*
15 *tionis tit. de Iudicibus crim. in verſ. ac teſtes* vbi expreſſe diſponitur, quod teſtes contra reum repetendi prius examinentur ſuper interrogatorijs pro eius parte datis deinde ſuper eorum depoſitionibus quocirca ſi ſecus factum ſit teſtes non probant *Alex. conſ.172. num.9. lib.2. Burſat. conſ.20. num.65. Guazz. defenſ.25. cap.1. num.11.12. & 20.*

An teſti, qui in repetitione variauit à primò dicto ſit publicandus proceſſus, vt faciat ſuas defenſiones. Quæſt. CVII.

SVMMARIVM.

Variatio cum vacillatione inconſtantiam arguit. num.1.

Teſtis vacillans poteſt allegare cauſam ſuæ vacillationis quo caſu danda eſt ei copia indiciorum. nu.2.

Vbi adeſt error, vel obliuio ibi non adeſt dolus. num.3.

Teſtis Varius nullam aducens cauſam ſuæ variationis non euitat variationem. num.4.

Teſtis allegans cauſam additionis non dicitur varius. num.5.

Suburnatio eſt latens ſeductio. nnm.6.

Suburnatio habet cauſam de preterito. num.7.

Teſtes varij ex preſumpta ſeu vera ſuburnatione debent audiri in ſuis defenſionibus. num.8.

Variatio per ſuburnationem debet probari per alios teſtes, quam per eos, qui dicunt fuiſſe corruptos. num.9.

Quando teſtes verè interfuerunt facto non dicuntur ſuburnati ſi inſtruantur in verbis, vt plenè veritatem deponant. num.10.

Tabellio non dicitur ſuburnatus cum depoſuit ad corrobationem ſui inſtrumenti. num.11.

Variatio cum falſitate non ſtat in ſola, & nuda variatione, ſed in mutatione veritatis, quod eſt proprium falſitatis. num.12.

Teſti vario cum falſitate danda eſt copia inditiorum. num.13.

Falſitas in ſimplici variatione conſideratur per accidens, & in conſequentiam. num.14.

In variatione cũ falſitate principale delictum eſt falſitas. num.15.

Periurium à pari iudicatur cum falſitate. num.16.

Teſtis varius ſimpliciter non eſt periurius, & quare. num.17.

Teſtis, qui à primò examine ſimpliciter variauit non poteſt argui de falſitate. num.18.

Teſtis Varius ſimpliciter torquetur in quo dicto perſiſtat, vt veritas eluceſcat. num.19.

Varietas cum mendacio illa dicitur quando teſtes dicunt vnum, & de contrario conuincuntur ab alijs teſtibus. num.20.

Men-

Mendacium eſt fingere, quod verum non eſt. nu. 21. & punibile eſt, & ideò mendaci dandæ ſunt copiæ indiciorum. num. 22.

AD huius concluſionis enucleationem primo ſciẽdum eſt quod alia eſt variatio ſimplex cũ vacillatione: alia eſt variatio cum ſubornatione alia eſt variatio cum falſitate & alia eſt variatio cum mendacio.

Quo ad variationem ſimplicem cum vacillatione, quæ inconſtantiam arguit *gloſ.*
1 *vacillat in l.2.ff. de teſtibus*, ſequitur viden. an teſtis ſic varius poſſit allegare ac pariter probare cauſam ſuæ vacillationis, & dicen. quod poſſit allegare ac probare cauſam ſuæ
2 vacillationis, & hoc caſu danda eſt ei copia indiciorum cum competenti termino ad docendum de cauſa ſuæ vacillationis *Lucatel. inſpectio 5. num. 268. verſ. quapropter*; nam cum potuerit errare, vel obliuiſci idcircò non variaſſet cum dolo, quia vbi adeſt error, vel obliuio ibi non ſolum excluditur dolus, ſed etiam lata culpa *Farin. conſ.43.num.6.Bald. in l. nec exemplum C.de falſis*, & ſic poſſet ex huiuſmodi probatione conſtare quale de duobus examinibus ſit verum, & proinde non ſubiaceret cenſuræ legis, quæ varietatem punit, ſecundum obſeruatam opinionem de qua poſt alios teſtatur *Clarus quæſt.64. verſ. debet etiam Bertaz. conſ.153. num.8.* ſi vero nullam cauſam alle-
4 garet tunc varius proprie diceretur, vt dicit *Io. And. in cap. preterea num. 11. de teſtibus cogendis*, & tunc cum ex eius facto proprio conuinceretur non eſſet opus illi tradere copiam indiciorum, & poteſt nullis datis defenſionibus torqueri *Lucatell. vbi ſupra* niſi illud, quod dixiſſet per modum additionis non correctionis dixiſſet, quia tunc non diceretur variare *Decius conſ.10.nu.7. in verſ. ſecundo Farin. quæſt.66. num.246. Vermigl. conſil.95.num.4.& 5.* immo ſi allegaſſet cauſam
5 additionis eo magis ceſſaret variatio; vel ſi per alias probationes de veritate conſtaret aut ſaltem daretur poſſibilis veritas tunc nulla ſequeretur varietas *Farin. conſ. 44. numer.4.Bertazzol.conſ.140.num.20.*

Quo ad variationem cum ſubornatione
6 ſciendum eſt, quod ſubornatio eſt latens ſeductio *Clem. teſtibus de teſtibus* hoc eſt deceptio, & habet relationem ad alium, & non ad ſe ipſum: vnde teſtis ſubornatus ab alio ſeductus dicitur; hoc eſt inſtructus ad deponendum diuerſimodè ab iis quæ alias depoſuit, & ſic ſubornatio habet cauſam de
7 præterito nimirum examen iam factum, ac didicitum, & teſtes potuerint ſuper eo corrumpi, puta alloquendo cum partibus, nã ſi potuerint alloqui partes præſumuntur ſubornati, *Bald.in l.ſi vnus, §.illud num.1. ff.de pactis, Bertazzol. conſ.156.num.13. Roland. conſil.33. num.33. lib.1.* Farin. conſ. 130. numer.9. *Lucatell. in ſpectione quinta nu.271.* & hoc caſu
8 teſtes varij ex præſumpta, ſeu ex vera ſubornatione debent audiri in ſuis defenſionibus & huiuſmodi variatio cum ſit materia criminis, & ſic odioſa debet probari concludenter per alios teſtes quam per eos qui di-
9 cunt fuiſſe corruptos, *cap.ſicut à nobis de teſtibus; Felin. in cap. cum in tua num. 7. de teſtibus, Ruin. conſ.*146. *num.*34. *lib.*5. latè *Cephal. conſil.233. lib.2. Farin.conſ.82. nu.10.& quæſt.45. num. 1. & ſeqq.* ſed aduertendum quod non omnis inſtructio dici poteſt ſubornatio, nam quando teſtes verè interfuerunt facto,
10 ſeu negotio non delinquitur illos inſtruere in verbis, vt plenè, & apertè veritatem deponant quo caſu ſi fuerint interrogati an fuerint inſtructi licitè negare poſſunt abſq; incurſu periurij, *Bald. in l.iudicati nu.10. C.ſi ex falſis inſtrumentis, Decius conſil.189. num.18.* nam ſicut in ſimili de Tabellione dicitur in
11 quo non timetur de ſubornatione cum depoſuerit ad corroborandum ſuum inſtrumentum ità timeri non debet de ſubornatione teſtium qui depoſuerunt ad corroborationem ſuæ depoſitionis factæ ſuper facto ſeu negotio in quo vere interfuerũt, vt dicit idem *Bald. in l. ampliorem num. 5. C. de appellatio.*

Quoad variationem cum falſitate ſciendum eſt, quod depoſitiones non conſiſtunt
12 in ſola, & nuda variatione quæ videtur attendi in ſola diuerſitate dictorũ ſine animo mutandi veritatem, quod eſt proprium falſitatis, *Bald. in l.Presbyteri nu.17. C. de Epiſcopis, & Clericis*, & ſic huiuſmodi variatio habet in ſe dolum, & malitiam intrinſecam; vndè cum variatio fuerit cum falſi-
13 tate adiuncta danda eſt copia indiciorum anteqnam teſtis torqueatur, *Lucatell. in ſpection. 5. num. 268.* verum ſi teſtis quamuis eſſet ſibi ipſi contrarius, & varius, quia tunc non torqueretur tamquam teſtis celans veritatem ad effectum illam eruendi ab eo quo caſu non eſſet ſibi danda copia indiciorum ſecundum notata per *Hieronym de Federicis reſolution. 13. num.3. & ſeq.* & per *Bart. in l.vnius, §.Iudex, ff.de quæſtio*, ſed tamquam teſtis qui falſum depoſuerit, & ſic veluti delinquens neceſſariò erat ſibi danda copia, *l.cuſtodias, ff. de pub. ind. dicta l. vnius, §.co-*

§.*cogniturum, ff. de quæſt. Alex. conſ.* 65. *nu.* 2. *lib.* 1. & in hoc etiam variatio differt à falſitate, quoniam in caſu variationis non eſt locus traditioni copię proceſſus propter timorem ſubornationis, vt docet *Camaianus apud Farinacc. quæſt.* 39. *num.* 130. *& præcipuè num.* 134. *&* 143. at verò in falſitate cum agatur de falſitate principaliter non poteſt deueniri ad torturam ſine inditiorum diſcuſſione.

Et ſi dicatur quod etiam in ſimplici variatione videatur ad eſſe falſitas; idcirco nō minus in caſu ſimplicis variationis tradenda eſt copia proceſſus quam in caſu falſitatis: Reſpondetur quod falſitas conſide-
14 rata in caſu variationis eſt per accidens, & in conſequentiam, vt idem *Camaianus dicit vbi ſupra num.* 141. in caſu verò variationis cum falſitate ſe habet falſitas, vt principale delictum ſicut, & ſubornatio quæ denominat teſtes falſos propter formam ſibi impreſſam mediante actu ſubornationis, ita, & falſitas denominat propterea teſtes falſos non varios propter impreſſionem qualitatis falſi à ſe depoſiti, prout quis dicitur aſſaſſinus propter formam impreſſam ab actu aſſaſſinii, vndè ſicut ſubornatio in te-
15 ſtibus, & aſſaſſinium in aſſaſſinante eſt principale delictum, ita, & falſitas erit principale delictum; & non variatio; *Paulus de Caſtro in l. lege duodecim ſub num.* 2. *C. de legitim. hæred.*

Dices, quod etiam in ſimplici variatione, ſaltem ratione periurii puniri poſſunt
16 teſtes principaliter de falſitate, quia periurium à pari iudicatur cum falſitate, per ea quæ tradit *Baiard. quæſt.* 45. *num.* 7. *Farinacc. conſ.* 60. *num.* 94. Reſpondetur, quod in ſimplici variatione non fuit a teſte habitus ani-
17 mus peierandi, & ſic non dicitur periurius, & præcipuè quando teſtis ſuper eodem diuerſis temporibus, & ex interuallo interrogatus fuerit tunc ſicut ſunt ſeparata dicta eo quia ſeparatis emanarunt temporibus, ita variatio à primò examine non inualidat, ratione periurii, ſecundum omninò ſeparatum, *Tindarus in tractat. de teſtibus par.* 1. *cap.* 13. *ſub num.* 3. & ratio eſt quia primum iuramentum non fuit temerarium cum non tetendit ad tollendam veritatem in ſecundò, per ea quæ ſubtiliter notat idem *Tindarus dicto tractat. de teſtibus part.* 1. *cap.* 12. *num.* 13. 14. *&* 15. & hinc eſt quod quando ſecundum examen fuit formiter receptum, nimirum citata parte præualet primò; quo
18 circa etiam ſi teſtes à primò variauerint de falſitate argui minimè poſſunt, per ea quæ dixerunt *Foller. in verbo, & demum repetuntur teſtes nu.* 17. *Gram. conſ.* 15. *num.* 1. *& ſequentib. Clarus quæſt.* 11. *num.* 2. *& quæſt.* 45. *numer.* 13. & ratio eſt quia cum primum examen cōtineat ſimplicem informationem; nihil operatur ſine repetitione, vt dicit *Bald. in l. final. numer.* 6. *verſ. ſed quid ſi variant, C. de re iudicat. Salycet. in l. final. in fin. C. de quæſtion.* ac
19 proindè torquetur dumtaxat ad declarandum in quo dicto teſtis perſiſteret, vt veritas eluceſcat.

Quo verò ad varietatem cum mendacio ſciendum eſt procedere quando teſtes de-
20 poſuerunt vnum, & conuincuntur ab aliis teſtibus de contrario; & ſic dicuntur mendaces: & notan. differentia inter variationem cum falſitate, & variationem cum mendacio, quia falſitas eſt negare, quod verum eſt, & mendacium eſt fingere,
21 quod verum non eſt; vndè cantauit quidam: *Si verum ſupprimas falſus agnoſceris ſi falſa configas mendax eſſe videris Ioannes à Capiſtrano in ſuo ſpeculo conſcientiæ num.* 306. *&* 307.
22 & hoc etiam caſu inquiſito dandæ ſunt copiæ indiciorum, *Farin. quæſt.* 39. *num.* 148. *Lucatell. dicta inſpect. numer.* 208. *verſ. ii vrrò,* mendacium enim delictum punibile eſt, *l. ſed, & ſi ex parte,* §. *primo*, vbi *gloſ. & l. cum qui, ff. quod cum eo.*

An teſtis varius qui fuit tortus ad videndum in quo dicto parſiſtat debeat etiam torqueri in actu legitimationis.

Quæſt. CVIII.

SVMMARIVM.

Repetitio fieri debet cum omnibus qualitatibus quibus primum examen factum fuit. num. 1.

Tortura quæ infertur Teſti ſimpliciter vario infertur abſque eo quod pars citetur, ideò repeti non debet, num. 2. *Et quare. num.* 3.

Depoſitiones teſtium duo habent vnum conſiſtens in dicto ſimplici aliud in dicto afficienti inquiſitum. num. 4.

Teſtis qui recedit à primo dicto cum tortura non eſt opus quod illud repetat cum eadem tortura in repetitione, & quare. num. 5.

Differunt inter ſe teſtimonium teſtis varij: & teſtimonium ſocij criminis, & quomodo. num. 6.

Quare ſocius criminis debet in faciem alterius ſocij torqueri. num. 7. *& num.* 11. 12.

Tortura quæ infertur teſti vario non videtur inferi ſuper dicto in quo perſiſtit, ſed ſuper dicto à quo recedit. num. 8.

Tortura ad delendam maculam non infertur ſuper dicto, ſed ſupra dicta macula, ideò non debet repeti in legitimatione. num. 9.

Macu-

Macula periurij in teſte vario conſideratur in primo à quo recedit. num.10.

Socius criminis rurſus in faciem alterius ſocij amplius non repetitur etiam cum interrogatorijs alterius ſocij. nu.13. Contrarium tenet Caualcan. *nu.14. Tamen ſacra Conſulta aliter determinauit. numer.15.*

SVppoſito pro vero. pro-
ut veriſsimum eſt, quod
1 repetitio fieri debeat cũ
omnibus illis qualitati-
bus quæ interuenerunt
quãdo teſtes repetendi
prima vice fuerunt exa-
minati, prout admonet
Ambroſin. in eius tractat. de modo forman. proceſſ. informat. lib.3. cap.9. nu.16.
ſequitur quod teſtis varius, & tortus ad vi-
deñ in quo dicto perſiſtat ſi poſtea repeta-
tur non videtur poſſe effugere, quin denuò
torqueretur cum qualitas torturæ prædicto
teſti illatæ ſit qualitas quæ non poterat præ-
termitti veluti ſi teſtis nunquam fuiſſet exa
minatus.

Verum, quia tortura quæ infertur teſti
2 vario exiſtenti inter duo iuramenta ad vi-
deñ in quo dicto perſiſtat inferatur abſque
eo quod pars citetur, & completa tortura
ſtatur dicto in tortura declarato, vt notat
Guazz. defenſ. 19. cap. 2. n. 2. ſequitur quod præ-
dicta tortura amplius repeti non debeat, vt
idem *Guaz. dicit dicta defenſ. 19. cap. 13. num. 7.*
3 & ratio eſſe poteſt, quia tunc teſtis varius
recedit ab vno dicto non verò non autem
falſo, & perſeuerat in alio quod eſt verum,
vndè pro intelligentia huius concluſionis
ſciendum eſt, quod in teſtium depoſitioni-
bus duo cõſiderari poſſunt vnum quod eſt
4 illud ſimplex dictum teſtium aliud, quate-
nus ipſum dictum afficit inquiſitum, & fa-
ciat ad cauſam ſuper qua depoſitiones te-
ſtium receptæ fuerunt ſi cõſideramus illud
ſimplex dictum teſtium cum ſic ſimpliciter
conſideratum non reſpiciat niſi ad ipſum
5 teſtem qui illud depoſuit merito in repeti-
tione non eſt opus quod illud iterum repe-
tatur cum tortura, quia per ſecundum di-
ctũ quaſi primò derogatũ fuerit; teſtis vult
ſic depoſuiſſe in ſecundo determinando ſe
ad ſecundum, & recedendo à primò quod
omninò reuocauit, & hinc colliges diffe-
rentiam inter teſtimonium teſtis varij, &
6 teſtimonium ſocij criminis qui deponendo
contra ſocium debet eius dictum in faciem
ſocij etiam cum tortura confirmare, *Boer. deciſ. 319. num. 4. Clar. quæſt. 21. verſ. quæro nunquid, Guaz. defenſ. 19. cap. 10. nu. 7.* & in *cap. 13. nu. 8.* non ex alia ratione niſi quia teſtimo-
7 nium ſocij criminis non conſideratur vti
ſimplex dictum; ſed conſideratur etiam vti
dictum afficiens inquiſitum atque idcircò
debet ſocius eius dictum in faciem alterius
ſocij ſuſtinere in tortura, *Guazzin. defenſ. 24. cap. 9. numer. 9.* quod non eſt ſic in ſimplici
teſte vario à quo ſolummodo exigitur ſim-
plex dictum nulla habita conſideratione ad
inquiſiti præiudicium: vltra quod tortura
8 illata teſti vario nõ videtur illata pro dicto
in quo perſiſtit, ſed ſuper dicto à quo rece-
dit, aut ſaltem ſuper dicta variatione ad
iſtar torturæ quæ infertur ad delendam ma-
culam quæ non infertur ſuper dicto, ſed ſu-
9 per macula delenda ab ipſo dicto, & ſic re-
manet dictum in quo teſtis perſiſtit ſine
tortura, & per conſequens non debet repe-
ti in legitimatione, eo quia teſtis non repe-
titur ſuper dicto, ſuper quo illata fuit tor-
tura cum dictũ illud deletum remaneat, &
illud non habetur amplius in cõſideratione
vndè remanet ſecundũ dictũ in quo perſi-
ſtit purũ ab omni labe periurij, cũ periurij
10 macula in primò à quo teſtis receſſit con-
ſideretur prout colligi videtur ex decreto,
quod fit pro tortura inferenda teſti vario,
vt per *Ambroſin. dicto eius tract. de modo forman. proceſſ. inform. cap. 4. num. 6. lib. 1.* vbi tortura
infertur ad tollendam omnem maculam
periurij, & ad videñ in quo dicto perſiſtat.

Dices quemadmodum non repetitur tor-
tura teſti vario illata nec infertur citata
parte, eo quia non infertur ſuper dicto in
11 quo perſtitit, ſed ſuper dicto à quo recedit,
& ſic per modum deletionis ita pariter vi-
detur diceñ de tortura quæ infligitur ſocio
criminis ad delendam maculam infamiæ,
quæ pariter deberet inferri non citato con-
ſocio, & ſic nec in faciem eius inferri de-
beret cum tortura ſocij criminis non infe-
ratur ſuper dictò, ſed ſuper macula infa-
miæ delenda. Reſpondetur, quod tortura
12 quæ infertur ſocio criminis ad maculam
infamiæ delendam nõ reſpicit ad maculam
tanquam quid reale ſeparatũ ab ipſo dicto
per reſpectũ ad aliud dictum, ſed tanquam
quid annexũ eius dicto ſine prædicto reſpe-
ctu purgabile tamen per torturam, ac pro-
indè cum dictũ ſocij criminis ſit vnum tan
tum, & alterum ſocium afficiat, & vna
tantum tortura inferri debeat pro delenda
macula infamiæ, ne illa multiplicetur ideò
infertur in actu legitamationis prędicti dicti
in faciem conſocij, ac proindè inoleuit,
quædam praxis quod ſocius criminis con-
13 frontatus amplius non repetatur etiã cum
interrogatorijs inquiſiti conſocij datis pro-
pter timorem ne recederet ab eius dicto in
tortura, & in faciem conſocij legitimato,

prout Sacra Conſulta reſcripſit die 8. Nouembris 1634. & notauit *Caſtellus in ſuo Memoriali fol.58. verſ. ſed benè.*

Sed iterum dices cum *Caualcan. tractat. de brachio regio tit.de teſtibus part.5.nu.200.verſ.ſed*
14 *nunquid dictum teſtis, &c.* quod ſocius criminis repeti debeat ſuper interrogatorijs à cõſocio exhibitis, nec videtur ſuffragari Fiſco confrontatio facta quia conſocius ſi exposceret teſtes repeti cum interrogatorijs non eſſet ei denegandum, vt docet *Honded. conſil.101. num.26. Bertazol. conſil.359. numer.27.* ſed ſic eſt quod ſocius criminis confrontatus habetur veluti teſtis contra conſocium, idcircò repeti debet prout repetuntur alij teſtes, *Maſcard. de probat. concluſ.336.numer.3. Guaz. defenſ.20. cap.21. numer.3. Vermigl. conſil.20. num.5.*

Reſpondetur, quod obiectum valdè me vrget, ſed quia inueni apud dictum *Caſtellum in dicto eius memoriali*, fuiſſe per ſacram Conſultam declaratum non debere repeti,
15 & ita notificatum fuiſſe per literas manu D. Venturelli tunc tẽporis Fiſcalis ſcriptas, & Gubernatoribus tranſmiſſas non auſus fui aliter determinare quamuis mihi dura huiuſmodi praxis videatur, quod ſocius non poſſit, nec debeat repeti, attento quod non poſſit aſſignari concludens ratio cur non debeat repeti, & aſſignata ratio non mihi videtur concludens, nec ſtringit, eo quia poſſet repeti nulla illata tortura prout dixit de teſte ſimpliciter vario.

An teſti in repetitione dicenti nõ dixiſſe prout Notarius ſcripſit credatur.

Quæſt. CIX.

SVMMARIVM.

Teſti in repetitione dicen. non dixi, prout Notarius ſcripſit quando credatur, & quando non. num.1.
Soli Notario non creditur quando ſolus examinauit teſtes & quare. num.2.& 4.
Notarius ſolus non poteſt examinare. num.3.
Nuncio creditur dicenti ſe aliquem citaſſe. num.5.
Nuncius habet mandatum à iure, ſeu à iudice de citandò partes. num.6.
Quare credatur potius teſti quam Notario. num.7.
Notario ſine Iudicis mandato nihil ſcribere poteſt.n.8.
Notario ſcribenti de mandato Iudicis magis creditur, quam teſti, & quare. num.9. Niſi teſtes ſint plures. num.10. Et quare. num.11.
Teſtes negantes dicuntur ſingulares. num.12.
Teſtibus etiam pluribus non creditur cõtra Notarium ſcribentem de mandato Iudicis ad effectum procedendi contra eum. num.13.
Secus ad effectus non credendi Notario, & quare. numer.14.
Mandatum dupliciter conſideratur nempè præſumptũ, & verum. num.15.
De ſtylo Notarius enunciat ſcribere de mandato Iudicis. num.16. Et ei creditur. num.17.
Confeſſio emanata coram Notario ſcribente de mandato Iudicis plenè confitenti preiudicat. num.18. Contrarium tenet Bald. ibidem.
Notario ſcribenti in præſentia Iudicis, magis creditur quam teſti, & quare. num.19. Declara. nu.22.
Teſtis deponens coram Iudice, & Notario punitur de falſo ſi poſtea neget depoſuiſſe prout Notarius ſcripſit. num.20.
Iudicis præſentia corroborat fidem Notarij. num.21.
Publicatio teſtium eſt de officio Iudicis mercenarij. num.23.
Teſtes negantes dixiſſe, prout Notarius ſcripſit quomodo puniantur, num.24.
Iudex delegatus non punit teſtes coram ſe negantes, ſed ad Iudicem committentem remittit. num.25.
Aurium reuerberatio quomodo intelligatur. num.26.
Scriptura Tabellionis non conuincit teſtes. num.27.
Vt teſtis negans puniatur tria requiruntur, & quæ. num.28.
Teſtis reuocans primum dictum videtur notoriè delinquere. num.29.
In notorijs non requiritur ordo iuris. num.30.
Notorium ex actis non eſt propriè notorium, ſed potius manifeſtum. num.31.
Notorium facti tranſeuntis indiget probatione.nu.32

1 HAEc concluſio tripliciter cõſiderari poteſt, primò quando ſolus Notarius in informatiuo examinauerit teſtẽ; ſecundò, quando examinauerit de mandato Iudicis; tertiò quando examinauerit preſente Iudice.
2 Quoad primum dicimus, quod debeat credi teſti, & non Notario, & ratio eſt, quia Notarius ſicut non poteſt ſe impedire de his quæ ſunt expedienda per Iudicem, vt eſt *gloſ. in l.iſtat, C.de iure Fiſci lib.10.* ita non poteſt recipere depoſitiones teſtium, *gloſſ. ordin. in l.hac conſultiſſima, §.ſi quis autem,* & ibi *Bortol. de teſtam. gloſſ. in l. ſolam, C.de teſtibus, Bald. in l. pennl. C.de fideiuſſ. gloſſ. in l. current,*
3 *ff.de teſti,* & per conſequens neque iuramenta præſtare in abſentia Iudicis, vt dicit *Bald. in cap.item Sacramenta ſub num.19. de pace iurament. firm.* & facit id quod dicit *Alex. conſil.65. num. 2. lib. 2.* vbi dicit quod quando
4 Notarius ſolus ſcripſit, tunc magis de iure creditur viuæ voci teſtis quam ſcripturæ Notarij, & aduertendum quod *Alex.* ponderauit *verbum ſolus,* ad diſtinguendum hunc caſum à caſu, quando de mandato Iudicis, vel

vel cum præſentia eiuſdem ; vel cum ha-
buerit Scriptorem ſcripſerit *Vin. opin.* 930.
num. 2. vt mox infra dicam.

Dices, quod ſicut ſi Nuncius referat ſe
5 citaſſe, & pars neget ſe citatam fuiſſe illa
negatio non facit vacillare relationem nun-
cij, vt dicit *Bald. in l. omnibus*, §. *ſi quis neget*
num. 4. *ff. quemadmodum teſtam. apper.* ita nega-
tio teſtis dicentis non dixiſſe, prout Nota-
rius ſcripſit non debet facere vacillare ſcri-
pturam Notarii: Reſpondetur quod caſus
Nuncij non applicatur, tum quia quando
pars negat ſe fuiſſe citatam fauet ſuo pro-
prio commodo; idcircò mirum non eſt ſi
non ſtatur negationi illius, *cap. cum parati de*
appellatio: tum quia Nuncius habet manda-
6 tum à iure, ſeu à Iudice de citando partem,
Idcirco creditur ei de citatione quando ille
qui citatur veniat citandus, *Bald. in l. nimi-*
rum nu. 2. *&* 3. *C. de exhiben. & transmitten. reis:*
at in caſu teſtis dicentis non depoſuiſſe pro-
7 ut Notarius ſcripſit non laborat ad propriũ
commodum, ſed ad commodum tertij,
nempè Fiſci, ideo non eſt mirum ſi potius
credatur teſti neganti quam ſoli Notario
8 ſcribenti qui nihil ſine Iudicis mãdato ſcri-
bere poteſt, *l. nimirum, C. de exhib. reis*, *Bald.*
in l. prius nu. 22. *verſ. item dico, C. de his qui accu-*
ſare non poſſ. Iaſ. in l. videamus, §. *deferre num.* 1.
ff. de iureiurand.

Quoad ſecundum ſcilicet quando Nota-
9 rius ſcripſit de mandato Iudicis, tunc dici-
mus magis credendum eſſe Notario quam
teſti, & ratio eſt quia Iudex mandans No-
tario vt examinet atque ſcribat depoſitio-
nem teſtis videtur approbare fidem, & in-
tegritatem Notarij nam Iudex in omnibus
iudicij actibus intereſſe non poteſt; idcircò
operæ eiuſdem Iudicis Vicaria Notarij fi-
des aliquando ſupponitur, *Bald. in l. ob carmen*
§. *ſi teſtes num.* 4. *ff. de teſtibus quod ſufficit cap.* 2.
de iudicijs in 6. *gloſſ. in auth. apud eloquentiſſimum,*
& in auth. ſi Iudex, C. de Epiſc. & Cleric.

Quod quidem credimus procedere; niſi
10 teſtes fuerint plures, iuxta ea quæ idem
Bald. dicit in dicto §. *ſi teſtes ſub num.* 1. *circa fin.*
verſ. ſed quid ſi teſtes, vbi quærit quid ſi teſtes
qui ſunt deſcripti in inſtrumento confiten-
tur interfuiſſe inſtrumento, ſed dicunt,
quod Notarius non ſcripſit veritatem in
facto, an credatur teſtibus, vel inſtrumen-
to, & reſpondet diſtinguendo, aut eſt vnus
ſolus teſtis, & ei non creditur, aut ſunt plu-
res, & tunc inſtrumentum reprobatur, &
11 ratio eſt quia auctoritati Notarij duo teſtes
derogant ita parimodo in caſu noſtro quã-
do Notarius de mandato Iudicis ſcribit de-
poſitiones vnus teſtis non derogat eius au-
ctoritati, ſed ſi plures ſint benè derogant,
Roland. conſ. 38. *num.* 17. *lib.* 1. vbi aſſerit ita
tenuiſſe *Angel. & Imol. in l.* 2. §. *ſi quis neget*,
ff. quemadmodum teſtam. & alios quos allegat.

Dices, quod ex pluralitate teſtium Nota-
rius non afficitur quin ipſi magis credatur,
12 quã pluribus teſtibus quia huiuſmodi teſtes
ſic negantes ſunt ſingulares, iuxta ea quæ
tradit *Bald. in l. in exercendis num.* 27. *C. de fide*
inſtrumentor. Farin. quæſt. 158. *nu.* 80. ideò illis
non eſt credendum, *Bald. conſ.* 281. *num.* . .
lib. 2. idem *Roland. dicto conſil.* 38. *num.* 24. *lib.* 1.
Reſpondetur, quod aut agitur de Notario
13 puniendo, vel ſaltem de procedendo con-
tra eum ad examen rigoroſum, & tunc non
creditur teſtibus etiam pluribus, vt ibi vi-
detur innuere, idem *Roland. in verbis iſtis duo-*
bus teſtibus non creditur quoad accerimum examen,
aut agitur ſimpliciter de non credendo No
14 tario, & tunc aut potius credendum eſt
pluribus teſtibus quam Notario quia licet
ſingulares, attamen præſumptionem ali-
quam faciunt contra Notarium vt ei credi
non debeat aut ſaltem neutris credendum
eſt, vt declarat *Spec. in tit. de inſtrumenti edit.*
§. *reſtat, verſ. ſed quid ſi vnus num.* 12. *Hieronym.*
de Monte quæſt. 12. *num.* 3.

Hic aduertendum, quod duplex eſt man-
datum vnum præſumptum; alterum cer-
tum: præſumptum eſt, quando Notarius
aſſerit examinare de mandato Iudicis, &
hoc quotidiè praticatur; certum eſt illud
quod de ipſo mandato appatet per ſpe-
cialem ſcripturam, ſed hodiè ſtylus viget,
16 quod dumtaxat Notarius aſſerat ſe de mã-
dato Iudicis ſcribere cui aſſertioni de ſtylo
creditur, vt dicit *Farin. quæſt.* 81. *num.* 46. &
Decian. conſ. 18. *num.* 27. *lib.* 1. ſed *Guazz. de-*
fenſ. 32. *cad.* 27. *num.* 2. nullam de hoc ſtylo
facit mentionem, imò contrarium videtur
affirmare, dicendo quod magis ſit commu-
nis opinio; vt Notario non credatur de cõ-
miſſione ſibi facta à Iudice, at in *defenſ.* 1.
17 *cap.* 6. *num.* 3. videtur dicere contrarium
nimirum quod credatur illi, & ita apud nos
ſeruatur, & ſubiungit *Farin. dicta quæſt.* 81.
num. 46. quod confeſſio facta coram huiuſ-
18 modi Notario plenè confitenti præiudicat
quamuis contrariũ teneat *Bald. in l. iubemus*
n. 2. *C. de liberal. cauſ. de qua concluſione dixi infra.*

Quoad tertium nempè quando Notarius
19 præſente iudice ſcripſit depoſitiones teſtiũ,
tunc magis credendum eſt Notario quam
teſtibus etiam pluribus, & ratio eſt quia
ſcriptura Notarij coadiuuatur teſtimonio,
alterius quam Notarij nempè Iudicis, iuxta
textum in l. ſi quis ex argentarijs §. 1. *ff. de edendo,*
Salycet. in l. ſi quis decurio, C. de falſis, Sanfelicius
deciſ. 231. *num.* 6. vbi dicit quod teſtis depo-
nens coram Iudice, & Notario punitur de
fal-

Digitized by Google

20 falſo, ſi poſtea dixerit ſe non depoſuiſſe prout Notarius ſcripſit, *Farin.conſ.139.nu.2. cum allegatis*, vndè Iudex qui adfuit ad receptionem depoſitionũ teſtium nihil aliud
21 fuit operatus quam corroborare fidem eiuſdem Notarij, *Boſſ. tit. de falſis numer.* 16. & notat *Cyn.in dicta l.ſi quis decurio, C.de falſis*, & refert *Alex.dicto conſ.65.nu.1.lib.2.* ac proindè teſtibus aliter poſtea dicentibus non creditur in præiudicium Fiſci, ſeu partis adhærentis, quia teſtes non poſſunt mutare conſilium in eorum præiudicium quibus auctoritate Iudicis fuit ius acquiſitum, *l.3.§.cauſæ cognitio, verſ.finge, ff.de carbonia.edicto, Salycet. in dicta l.ſi quis decurio num.4. & 5. C.de falſis*:

Supradicta tamen intellige quando auctoritate Iudicis fuerit de teſtificatis facta ſo-
22 lemnis publicatio, vt vult *gloſſ. in l. ſolam, C. de teſtibus*, nam Tabellioni non creditur de ſecreta teſtium examinatione in qua nõ interſunt, niſi ſolus Iudex, & Notarius, *Bald. in l. iuſiurandi num.13. C. de teſtibus*, pu-
23 blicatio enim cum fiat officio Iudicis mercenario, vt dicit *Bald. ib l.geſta ſub nu.1. C.de re iudicat.* quod officium vti inſtrumentum quo expeditur Iudicis iuriſdictio eſt declaratiuum animi Iudicis quod dicta teſtificata habeantur pro verè recepta à Notario, & ſic illa publicando, videtur ferre ſententiam ſuper vera illorum receptione alias vti vir bonus illa non publicaſſet.

Sed quæri poteſt numquid teſtes ſic recedentes a primò dicto puniri poſſint,& di-
24 cimus diſtinguendo aut Iudex vult contra eos procedere ex mero officio ex eadem inſtantia, aut ex ordine iudiciario vigore *legis Corneliæ* ex diuerſa inſtantia, ſi primò modo licet poſſit procedere ad punitionem contra eos tanquam diuerberantes eius aures, iuxta textum in *l. nullum, C.de teſtibus*, tamen cũ videretur procedere nulla actione, ſeu accuſatione interpoſita, *gloſ. fin. in d. l.nullum*, non poſſent puniri niſi pœna arbitraria,& ſic extraordinaria, *Bald.in conſ.101. num.6. lib. 1. & in dicta l. nullum num.5.* & ibi etiam *Salycet. num.5. verſ. oppono ab extra*.

Dices, quod ſi Iudex delegatus cum non ſit ordinarius neque delegatus à Principe
25 non poteſt huiuſmodi teſtem punire, ſed ad Iudicem delegantem remittere, vt tenet *Salycet. in dicta l.nullum nu.7. C.de teſtibus*, per *textum in §.ſi verò ignoti, auth. de teſtibus*, ergo non videtur verum quod huiuſmodi punitio inferatur per aurium reuerberationem:
26 Reſpondetur,quod auriũ reuerberatio non conſideratur phyſicè,ſed ciuiliter non enim attenditur illa verborum cõſonantia quam facit teſtis ad aures Iudicis examinantis, ſed attenditur illa perceptio reuocationis primi dicti quam de teſtimonio Iudex iudicans recipit, ita *Salycet. in dicta l.nullum nu.7.*

Si ſecundò modo nempè ex ordine iudiciario ex diuerſa inſtantia tunc oportet, quod præcedat accuſatio, & teſtes examinentur ad probandum quod ipſi teſtes qui receſſerunt à primò dicto falſum dixerunt,
27 nec in hoc caſu ſtari poteſt ſcripturæ Tabellionis quæ non conuincit teſtes, *Alex. conſ.65. num.1. lib.2. Abb. in cap. ad audientiam n.7. de reſcriptis*;ac proindè tria requiruntur,
28 vt teſtis puniatur; primum quod adfuerit Iudex quando Notarius ſcripſit primam depoſitionem; ſecundum, quod ipſe teſtis ſubſcripſerit dictum primum teſtimonium vt notat *Gaſpar Antonius Theſarus quæſt.Foren. quæſt.31. num. 6.* tertium: quod præceſſerit lectio examinis, vt notat *Guazzin. defenſ.28. cap.15. numer.6. Giurb. conſil.78. num.17. verſic. maxima*.
29 Dices, quod teſtis reuocans primam depoſitionem videtur notoriè delinquere, & in notorijs non requiritur accuſatio, ſeu alia probatio, *Bald. in l. ictus fuſtium numer.6. ff. de his qui not. infam.* vbi dici quod in no-
30 torijs non requiritur ordo iudiciorum, *Foler. conſ.140.nu.9. & 10. part.1. diuerſ. in folio, Salycet.in l.ſi falſus, C. de falſis*: Reſpondetur quod huiuſmodi depoſitionis reuocatio nõ poteſt dici proprie delictũ notorium, quia notorium ex actis in quibus fit dicta reuocatio niſi Iudici,& litigatoribus notoriũ
31 eſt,& ſic non eſt propriè notorium, *Farin. conſ.205. numer.27.* idcircò non tollit quod Iudex non debeat ſequi ordinem iudiciarium quando ordinarie vult procedere, quia potius manifeſtum quam notorium dici debet, & quatenus notorium appellare vellimus vtique notorium facti tran-
32 ſeuntis, quod indiget probatione dicendum eſt,iuxta ea quæ tradit *Bald.in l.ſi verò, §.qui pro rei num.1. ff. qui ſatiſd. cogat.*

An depoſitio teſtis eo modo quo ſupra reuocata in repetitione afficiat reum. Quæſt. CX.

SVMMARIVM.

Depoſitio teſtis in repetitione reuocata dicitur legitimata, & quare. num.1.

Litis conteſtatio facta cenſetur ſiue affirmatiuè,ſiue negatiuè concepta fuerit. num.2.

Inter verùm, & falſum non datur medium. num.3. *Declara.* num.7.

Depoſitio teſtis negantis illam in repetitione, licet ſit legi-

legimata non idcircò afficit Reum. nu.4. Et quare ibidem.

Confirmatio eſt ad aliud relatio. num.5.

Relationis natura eſt, vt fiat ad omnia ea quæ principaliter continentur in relato. num.6.

Verum dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo. nu.7.

Negatio facit rem dubiam. num.8.

Standum eſt primò dicto teſtis quamuis ex informatiuo procedat. num.9.

Aliud eſt iudicium ſummarium aliud proceſſus ſummarius. num.10.

In cauſa hæreſis ſtatur primæ depoſitioni teſtis in informatiuo dictæ. num.11.

In cauſa hæreſis procedi poteſt ex informatiuo. numer.12.

PRO intelligentia huius conclusionis videndum eſt an prima depoſitio ſit legitimata quamuis teſtis dixerit in repetitione nõ depoſuiſſe, prout Notarius ſcripſit etiã præſente Iudice quoniam ſi ſit legitimata
1 vtique afficeret reum, & quod ſit legitimata videtur facere rationes infraſcriptæ, tum quia interuenerunt omnia ad legitimationem ſpectantia; nimirum citatio partis, publicatio proceſſus, & præſtatio iuramenti, atque etiam interrogatio Iudicis, & reſponſio teſtis, quæ licet fuerit circa negationem teſtis dicentis, non dixiſſe, prout ſcripſit Notarius tamen non videtur diformis interrogationi Iudicis interrogantis, an ea quę modo audiuit legere ſint ab eo dicta & teſtificata, & illa pro vera habeat cui ſiue reſpondeatur affirmatiuè, ſiue negatiuè cenſetur reſponſio conformis, & vti conformis non poteſt dubitari, quin ſit inducta legitimatio, iuxta ea quę deduci poſſunt ex *Bart. in l. ſtipulatio non, §. ſi quis ſimpliciter n.3. ff. de verb. oblig.* ſicut dicitur de litis conteſta-
2 tione quæ facta cenſetur ſiue negatiuè, ſiue affirmatiuè confecta fuerit tum quia eo ipſo quod teſtis in repetitiuo contrarium dixit ab eo, quod dixit in informatiuo cenſetur falſum dixiſſe in repetitiuo, & de falſo puniri poteſt, vt dicit *Farin. conſ.139.n.2.* ideò prima depoſitio cenſetur vera cum
3 inter verum, & falſum non detur medium cum ſint extrema inter ſe contraria, vt notat *Marſ. conſ.28. ſub num.14. circa finem, Bald. conſ.54. num.2. lib.1.* ſi ergo prima depoſitio ſit vera ſequitur quod afficiat reum.

Sed contrarium credo verius nimirum, quod non afficiat reum; tum primò quia
4 eſto quod ſequuta fuerit legitimatio, vt ſupra dixi; huiuſmodi legitimatio eſt ſine vllo commodo Fiſci, & per conſequens inutilis non ex defectu legitimationis, ſed ex defectu depoſitionis repetitæ, quæ recipit à contraria reſponſione teſtis dictam declarationem, nam legitimationis virtus non eſt tribuere probationem, vel demere in teſte variationem, ſed robotare ad effectum experiendi actionem pro parte Fiſci, ſeu excipiendi ex parte inquiſiti iuxta ea quæ proportionabiliter colligi poſſunt ex *Conſil. Romani 294. per totum*; tum ſecundò, quia legitimatio eſt quædam confirmatio; vnde cum teſtis qui reuocat, vel dicit non depoſuiſſe prout Notarius ſcripſit non confirmat, & ſic non legitimat quapropter; licet facta ſit repetitio non eſt repetitio, hoc eſt legitimatio completa ſuis partibus neceſſa-
5 rijs, quia confirmatio eſt ad aliud relatio, *Bald. in cap. ſi verò num.2. Qui ſucc. Feudare teneantur:* vndè dum teſtis negando dicat non dixiſſe, prout Notarius ſcripſit non ſe refert ad primum immo ab illo recedit, & ſic
6 non confirmat nam natura relationis eſt vt fiat ad omnia ea quæ principaliter continentur in relato, hoc eſt in prima depoſitione ad tradita per *Iaſ. in l. talis ſcriptura n.40 verſ. ſeptimò intellige, ff. de legat primò, Menoch. conſ.459. num.25. verſ. non obſtat.*

Ad ea verò quæ pro affirmatiua diximus non afficiunt, quia licet in repetitione interuenerunt omnia quę ad legitimationem deſiderantur; attamen primum examen in legitimatione non fuit completum per approbationẽ, ſed per reprobationem, & quatenus fuerit completum non ad primã, ſed ad ſecundam depoſitionem reducenda eſt, quæ ſi realiter fuiſſet vera remaneret legitimata non ſolum pro *Fiſco*, ſed etiam contra ipſum Fiſcum, *l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus, Farinacc. conſil.36. numer.2. & conſil. 78. num.28.* Similiter ad illud quod diximus, quod prima depoſitio ſit vera; dum
7 ſecunda ſit falſa, ac proindè reum afficiat, dicimus quod verum dupliciter conſiderari poteſt; vno modo quo ad ipſum teſtem; alio modo quoad ipſum reum, vndè ſi conſideratur quoad ipſum teſtem vtique certum eſt, quod ita depoſuit; & de iſta veritate conuincitur à Notario à Iudice, & ab ipſa eius dẽpoſitione; ſi verò conſideratur quoad ipſum reum; prima depoſitio remanet indifferens, & ſic non eſt dicendum quod inter verum, & falſum non detur medium; immò quod detur fatendum eſt, ſcilicet nec verum, nec falſum, iuxta ea quæ tradit *Bald. in l. data opera nu.20. verſ. ſi autem, & nu.23. verſ. nec excuſatur, C. de his qui accuſar. non poſſ. Ioannes Ottonus ad l. falſus procurator, §. falſus procurator, ff. de furtis, fol. mihi 211.* immò cum negetur à reo, quod illud quod in prima depoſitione continetur

tur non dixiſſe, & aliter ſcriptum fuiſſe ab eo quod ille dixerit non poteſt dici, quod
8 ſit infalibiliter verum negatio enim facit rem dubiam. *l. duobus §. fin. ff. de duobus reis Bald. in l. 2. num. 1. circa medium ff. de tranſactio.*

Dices, quod ſtandum ſit primo teſtus dicto quamuis ex informatiuo procedenti,
9 vt dicit *Menoch. conſ. 108. num. 11.* vbi extendit hãc concluſionem etiam ſi primum iudicium ſit ſummarium Reſpondetur, quod aliud eſt iudicium ſummarium aliud pro-
10 ceſſus ſummarius. *Bald. in l. non probibetur ſub num. 2. C. de his, qui accuſare non poſſ.* nam proceſſus informatiuus cum non ſit fabricatus in figura iudicij ſecundum, ea quæ tradit *Farin. quæſt. 72. num. 135.* non poteſt ſtari primò dicto tamquam non recepto in forma iudicij etiam ſummarij *Menoch. d. caſu 108. num. 19.* quod tamen credo limitandum in cauſa hæreſis in qua ſi teſtis in pri-
11 ma depoſitione dixit vnum in ſecundo dixit alterum ſtandum eſt illi dicto, quod eſt contra reum *cap. accuſatus §. licet de heretic. in 6.* ita exponit dictum textũ *Coaruuias Variarum reſolut. lib. 2. cap. 13. num. 19. verſ. ſed ſi prima teſtificatio fol. mihi 189. in 2. tomo* & hoc procedit fauore fidei pro qua etiam ex in-
12 formatiuo procedi poteſt *Rota deciſ. 6. nu. 1. apud Farin. lib. 2. conſiliorum.*

An teſtes, qui in informatiuo pro Fiſco depoſuerunt ſi in repetitiuo variando aliter dixerunt probent pro reo.

Quæſt. CXI.

SVMMARIVM.

Variatio vti verbum generale tripliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num. 1.

Teſtis cum deponit contrarie ab informatiuo videtur attendendum, quod deponit in repetitiuo. num. 2. nec facit indicium contra eum. num. 5.

Teſtis varius aduerſando hoc eſt pertinaciter contrariando depoſitioni, quam fecit in informatiuo non probat pro reo. num. 4.

Licet credatur dicto ſolemni tamen debelitatur per aliud contrarium non ſolemne. num. 5.

Teſtis varius dubitatiue ſi in ſecundo examine aſſertiue depoſuerit probat pro reo. num. 6.

Teſtis varius in eodem examine nihil probat niſi alleget cauſam variationis. num. 7.

HÆC concluſio cum diſtinctione circa variationem intelligenda venit Variatio e-
1 nim vti verbum generalem tripliciter conſiderari poteſt primò modo quatenus cõſiſtit in diuerſitate, vt exempli gratia teſtis dixit Titium mutuaſſe centum florenos in carlenis poſtea dixit in bologninis, vel imperialibus, vel dixit Titium emiſſe domum Sempronij deinde dixit Titium emiſſe domum Sempronij vna cum vxore ita exemplificat *Farin. quæſt. 65. num. 8.* ſecundò modo quatenus conſiſtit in aduerſitate hoc eſt cõtrarietate, vt exempli gratia quando teſtis eſt ſibi ipſi contrarius ſcilicet in vno examine dixit vnum in alio dixit aliud excludens illud veluti, quando dixit Titium emiſſe domum, & poſtea dixit non emiſſe & hanc diſtinctionem videtur approbare *Farin. quæſt. 52. num. 19. verſ. non obſtat*; tertiò modo quatenus conſiſtit in vacillatione, nimirum quando teſtis titubando in primò examine dixit aſſertiue poſtea dubitauit circa idem, quod depoſuit exempli gratia quando depoſuit per verbum credo per verbum neſcio per verbum mihi videtur. *Farin. quæſt. 65. num. 163.*

Vnde teſtem primò modo variantẽ credo probare pro reo in repetitiuo, & ratio eſt, quia non videtur periurius, & ſic probat *Farin. d. q. 65. n. 37.* patet nam licet diuerſimode loquatur à repetitiuo nihilominus cum nõ deponat contradictoriè poteſt
2 eſſe verum vtrũque nempe illud quod dixit in informatiuo, & quod poſtea dixit in repetitiuo, vt patet in exemplis allatis idcircò videtur attendendum illud, quod depoſuit in repetitino, quia quando teſtis deponit pro informatione curiæ non deponit legitime in figura iudicij, ſed dumtaxat ad Iudicis inſtructionem, & in nihilo afficit reum; at uero quando deponit in repetitiuo deponit in figura iudicij idcircò probat, ut notat *Berard. in ſua gloſ. extra de teſtibus §. 1. verſ. quid ſi idem teſtis,* & ratio eſt; tum quia tunc teſtis in repetitione legitime cum iuris aſſiſtentia deponit, quod non eſt ſic in informatiuo ac proinde non uidetur factũ quod legitime factum non eſt. *l. 3. ff. de fide inſtrumentorum l. quoties ff. qui ſatis d. cogant*; tum etiam, quia ſicut permittitur reo uariare circa contraria diuerſa ita ut huiuſiuſmodi uariatio non facit contra eum in-
3 ditium ad torturam prout faceret ſi circa contraria aduerſa uariaret, ut docet *Farin. quæſt. 52. num. 19. verſ. nec obſtat*; ita uariatio teſtis circa diuerſa non excludit probationem prout excluderet uariatio facta circa

con-

contraria aduerſa, ut mox dicam.
Si uero teſtis ſecundò modo uariauerit
aduerſando hoc eſt contrariando pertinaci-
4 ter in repetitiuo depoſitioni quam fecit in
informatiuo credo, quod tunc non probet
pro reo, quia hoc caſu neutri depoſitioni
credendum eſt *Alex. conſ. 34. num. 6. lib. 3. Federic. de Senis conſ. 162. num. 2.* cum conuincatur de periurio ponendo ſe inter duo iuramenta contraria ita dixit *Abb. in cap. per ſuas num...... de probation. Aym. vero conſ. 6. num....... verſ. 3. reſpondeo* dicit, quod licet
credatur potiùs dicto ſolemni, & iudiciali
5 tamen tale dictum debelitatur per aliud
contrarium non ſolemne iuratum propter periurium allegat *Bald. in conſ. 471. lib. 2. Roland. conſ. 40. num. 7. lib. 1. Ioannes Baptiſtam Spada conſ. 161. num. 33.*

Si tandem teſtis tertiò modo uariauerit
dubitando tunc aut dubitauit in primò exa-
mine; & poſtea in ſecundò aſſertiue depo-
ſuit tunc probat pro reo cum in hoc caſu
6 attendatur ſecundum dictum, ut dicit *Fa-
rin. dicta quæſt. 65. num. 163. & num. 334. 335.*
ubi ait teſtem hoc caſu non eſſe uarium ſe-
cus ſi in eodem examine primò dubitauit
poſtea affirmauit, quia tunc diceretur ua-
7 rius, & nihil probaret niſi allegaret cau-
ſam reuocationis primi dicti dubitatiui.

An in criminalibus in ſecunda inſtantia repeti poſſit teſtes, in prima pro informatione recepti. Quæſt. CXII.

S V M M A R I V M.

In criminalibus poſtquam fuerit pronunciatum nō admittitur repetitio. num. 1. num. 4. declara num. 6.

Poſt defenſiones datas non admittuntur aliæ probationes ne detur prepoſteratio. num. 2.

Confrontatio fieri non poteſt poſt publicationem proceſſus. num. 3.

Paria ſunt eſſe concluſam in cauſa, & pronunciatum per ſententiam, num. 5.

Iudax in quacumque parte iudicij ad veritatem indagandam, & ne delicta remaneant impunita poteſt vecipere, & repetere teſtes. num. 7. & precipue ſi teſtes nulliter depoſuerunt. num. 8.

Poſt ſententiam non poſſunt produci nouos teſtes, & quare. num. 9.

In teſtibus ſemel productis, & examinatis ceſſat timor ſubornationis pro denuo illis repetendis, & quare. num. 10.

Appellatio, & ſic ſecunda inſtantia eſt ſequella primæ. num. 11.

Iudex appellationis poteſt, ex quæ poteſt Iudex principalis cauſæ. num. 12.

Repetitionis defectus in ſecunda inſtantia ex duplici nullitate ſortitur, & ex qua. num. 13.

Fiſco negligenti in prima inſtantia pro repetendis teſtibus non conceditur, vt in ſecunda repetere illos poſſit. num. 14.

Publicatio nulla reſtaurari poteſt per reiterationem illius. num. 15.

Teſtes, qui nulliter depoſuerunt poſſunt denuo repeti non obſtante publicatione. num. 16. declara. numer. 17.

Ille dicitur in culpa ſi non petit impedimentum remoueri, quod à ſuperiore remoueri poteſt. num. 18

Teſtis mortuus facit ſemiplenam probationem ex quo nulla culpa parti impuxari poteſt cur non fecerit eum repeti. num. 19.

Nullitas cauſata ex imperitia commiſſarij non impedit nouam teſtium repetitionem in ſecunda inſtantia. num. 20. & quare. num. 21. amplia etiam in Iudice ſuſpecto. num. 22. 27.

Sicut poſſunt poſt didicita teſtificata alij teſtes produci ita poſſunt repeti, qui nulliter fuerunt repetiti. num. 23.

Vbi adeſt inſtigator præſumitur fraus ſecus quando ex ſolo officio Iudicis denuo repeti debeant teſtes. num. 24.

Exceptio tendens ad retardandum proceſſum non delictum excludendum defenſio dici non poteſt. numer. 25.

Quod nullum eſt reiterari poteſt. num. 26.

Termini concluſum in cauſa, & publicatio in cauſa ſunt termini diuerſi, & quomodo ſint inter ſe diuerſi. num. 28.

Repetere teſtes non eſt probationes facere, ſed factas iuridice roborare. num. 29.

Repetitio continet probationem ciuilem. num. 30.

Teſtes non rite recepti poſſunt iterum examinari. numer. 31.

PRO negatiua dici poteſt,
quod ſicut ſe habet in ciui-
libus concluſio in cauſa ita
ſe habet in criminalibus
pronunciatio, quo circa hæ
propoſitiones equiparantur
inter ſe, vt dicit *Farin. quæſt. 73. num. 266*
vndè quemadmodum in ciuilibus poſt-
quam fuerit concluſum in cauſa hoc eſt
poſt quam fuerit datus finis probationibus
amplius non admittitur repetitio ita in cri-
1 minalibus poſtquam fuerit pronunciatum
non debet poſſe fieri repetitio immo licet
in criminalibus non concludatur in cauſa,
vt dicit *Boſſ. tit. de publicatio. proceſſ. num. 3. & ſeqq. Clarus quæſt. 61. num. 6. verſ. fin. Moſſ. in praxi §. ſequens*: tamen poteſt dari caſus,
quod ſic vltra fuerit ad probationes pro-
ceſ-

ceſſum , vt aliæ probationes non ſint ad-
2 mittendæ veluti quando fuerint factæ de-
fenſiones iuxta ea quæ tradit *Franc.dec.717 in prin. ibi teſtes in repulſa examinari Alex. conſil.101 num.4.lib.2. Fulgoſ.conſ.138.col.3. verſ. ius conſequens* , nam tunc repetitio non veniret admittenda ne daretur prepoſteratio in iudicio cum Fiſcus etiam ſolitum iuris ordinem ſeruare teneatur . *l. omnes C. de delator. lib.10. & l.1. C. de conductor. lib. 11. vbi Lucas de Pen. Sola de conſtit. crim. ſubaudi tit. intra , quæ tempo, liceat bona confiſcat. recuperare tit.20.gloſ.20.num.25.* ſicut nec confrontatio-
3 nem fieri poſſe poſt publicationem , vt tradit , & firmat *Farin. quæſt.66. num.310. circa medium* propter ordinem ſeruandum , & ſic tunc quaſi fuerit renunciatum probationibus dici poteſt concluſum in cauſa ac proinde non ſit locus repetitioni *iuxta ea , quæ tradit Gram.deciſ.28.num.6. ibi verum etiam nec poſt concluſum in cauſa Feller. pract. crim par. 1. ſecundæ partis in verbo , & ſi confitebuntur n.46. verſ. ſed iuxta prædicta ibi , & poſt concluſionem Baiard. ad Clarum quæſt. 45. num. 21. & in terminis firmat Guazz.defenſ.25.cap.1.num.17.* vbi refert ita alias fuiſſe obſeruatum per M.Aurelium de domo Locumtenentem criminalem Gub: Vrbis in vna ſenarum prætenſa falſitatis contra Fiſcum , & Nereum Ricaſolum ad fauorem Philippi de Squancialupis concludens in fine non eſſe recedendum ab opin.Gram.cum illam DD. ſequuntur , & poſſet dici , quod ſit communis , & ſecundum illam vidiſſe pluries. praticari: hinc ergo ſequitur , quod nec poſt
4 pronunciatum in cauſa fieri debet repetitio propter equiparantiam cum paria ſint eſſe
5 concluſum in cauſa , vel eſſe latam ſententiam *Farin. quæſt.10. num.52. Guazz. dicta defenſ.25.cap.1.num.17.*

Pro affirmatiua vero ſuppoſito, quod in criminalibus non concludatur in cauſa , ſed deuētum fuerit ad aliquem alium actū, quo dici poſſit , quod fuerit concluſum in
6 cauſa nihilominus ſemper , & quandocunque repetitio fieri poteſt , & ratio eſt vt dicit *Moſcatell. in ſua praxi de cognitione , & probatione delictorum tit. de iniurijs , & famoſis libellis num. 30.* quia in quacunque parte iudi-
7 cij ſiue ad defenſam ſiue ad offenſam ſiue per viam accuſationis ſiue per viam inquiſitionis ſuper veteribus , & nouis capitulis Iudex ad veritatem indagandam pro qua ſemper laborare debet *30. quæſt.5. cap. iudicantem* ne delicta remaneant impunita , teſtes recipere examinare, & repetere poterit & quod ita praticari dicit *Carauit. in Ritu 69 num.13. & ſeqq.*

Et hanc affirmatiuam eo magis procedere dicimus , quia tractatur de repetitione
8 teſtium , qui alias nulliter depoſuerunt *pro vt argumentari poteſt à gloſ. in cap.cum cauſam , quæ inter Archiepiſcopum in gloſ.fin. & ibi Canoniſtæ de teſtibus Clement. fin. in verbo rite receptis à contrario ſenſu de teſtibus , & ibi gloſ. San. Felic.deciſ.22.num.24.Bart.in Auth. qui ſemel in vltima col.num......C. de probatio , & Specul.in tit. de teſte §. ſatis vtiliter verſ. quid ſi publicati Canoniſtæ in cap. fraternitatis de teſtibus* ſecus ſi tractaretur de producendo nouos teſtes ,
9 quia tunc non poſſunt nec debent recipi propter timorem ſubornationis , & ratio diuerſitatis eſt dicit *Iaſ. in l. qui per ſalutem num.3. verſ. ratio diuerſitatis ff. de iure iurando* , quia in nouis teſtibus ſubeſt timor ſubornationis , ſed in teſtibus ſemel productis ceſſat iſte timor , quia ſi teſtes ſemel fuerunt examinati , & nulliter, dictum eorum non ſubſiſtit tamen ſi depoſuerunt falſum puniuntur *ita Bart. in l. ſi quis legatum in prin. ff. de falſis Bald. in l.fin. ad finem C. ſi ex falſ. inſtrum.* Vnde ſi iidem teſtes repetantur non
10 eſt timor , quod potuerint ſubornari, quia ſi dicerent contrarium eius , quod ſemel dixerunt de falſo puniuntur nec debent excuſari ita dicit *Bart. in l. eos in fine ff. de falſis* , ſed quando ſunt alij teſtes tunc adeſt timor ſubornationis , Quo fit vt cum appellatio ,
11 & ſic ſecunda inſtantia ſit ſequella primæ immo cum appellatio extinguat pronunciatum in prima , vt dicit *Bald. in l. alia cauſa ſub num.7.C. de qui vt indiget in l. furti §. ſed ſi furti ff. de his , qui not. infam. Farin. quæſt.11. num. 103. verſ. limita 2.* idcircò cauſa non videtur diuerſa à prima , & Iudex appellationis ea poſſit, quæ Iudex cauſæ principa-
12 lis immo diligentius debet Iudex appellattonis in cauſa criminali de veritate inquirere *Alex.conſ.89.num.1. lib.3.* & ſic ſicut Iudex primæ inſtantiæ poſſet teſtes repetere in quacumque parte iudicij ita poterit Iudex appellationis iuxta ſuperius dicta , & precipue , quando ſecunda inſtantia eſſet ſuccedanea primæ ſcilicet inſtantia cauſæ appellationis , vel alterius Iudicis ſubrogati , quia cenſetur idem Iudex cum primo *Felyn. in cap. cum I. & A. de ſententia, & re iudicata.*

Pro huius concluſionis reſolutione ſciēdum eſt , quod defectus repetitionis in ſe-
13 cunda inſtantia ex duplici nullitate oriri poteſt vna quæ prouenit ex negligentia illius cuius fauore repetitio fienda erat altera , quæ reſultat ex imperitia illius cuius miniſterio repetitio facienda ſit v.g. quoad primam ponamus , quod Fiſcus ſeu adhe-
14 rens in prima inſtantia non curauit repetere , & ſic negligens fuit infacienda dicta

re-

repetitione atque etiam in culpa fuit in nō repetendo, & tunc repetitio nec etiam in ſecunda fieri ei permittendum eſt, & ratio eſt quia ordo inſtantiæ expoſtulat, vt repetitio fiat durante inſtantia in qua fieri debet & antequam in ea concluderetur, quia ſicut cōcluſio cauſæ eſt terminus excluſiuus omnium probationum §. *quia vero in Auth. de teſtibus*; ita pronunciatio in cauſa eſt terminus excluſiuus omnium aliarum exceptionum, quia pronunciatione facta dicitur liquere de cauſa *gloſ. in verb. liquere in cap. ſignificauerunt de teſtibus*.

Dices, quod teſtes non repetiti ſubiacēt euidam nullitati originariæ, quæ nullitas non impedit quin ſaltem media reſtauratione temporis probatorij poſſint repeti *ex Doctrina Bart. in dict. auth. qui ſemel num........ verſ. quero quid ſit publicatio C. de probat.* quem *ſequitur Alex. conſ.* 181, *num.* 3. *lib.* 7. vbi concludit, quod ſi publicatio de iure non valuerit non impeditur illam denuo reiterari,
15 vt valeat, quia quando actus eſt nullus nō impeditur eiuſdem actus reiteratio *l. qui ſalutem ff. de iure iuran. vbi Bart.* dicit quod teſtes, qui nulliter depoſuerunt non obſtante publicatione poſſint denuo repeti licet
16 partes teſtificata didicerint *Roland. conſ.* 52. *num.* 14. *lib.* 4. & ſic quotidie in vrbe praticatur ergo etiam poſt pronunciatum in cauſa Reſpondetur ſupradictum obiectum non procedere quando nullitas licet origi-
17 naria examinis non fuerit reſoluta ex culpa eiuſdem partis ſcilicet *Fiſci*, vel adherentis quoniam hæc nullitas etiam per viā exceptionis non videtur allegabilis, vt aduertit *Roland. d. conſ.* 52. *num.* 16. *lib.* 4. quo fit vt cum teſtes pro informatione curiæ ſint nulliter examinati nec pro validandis eorū depoſitionibus Fiſcus curauit illos repeti facere; vtique dicendum eſt non competere ei in ſecunda inſtantia beneficium repetitionis, quia iſta eius culpa non debet ei prodeſſe *per regulam textus in l. tertiæ §. quid ergo ff. de contr. iud. tutel.* vbi quis dicitur eſſe
18 inculpa ſi non petit impedimentum remoueri, quod à ſuperiore remoueri poteſt, debet enim ſibi imputari ſi ſua negligentia eum excludit. *l. veteris ff. de itin. actuque priuat. Roland. d. conſ.* 52. *num.* 21. *lib.* 4. *& faciunt ea que dicit Sforza Oddus penes Clarum in quæſt.* 44. *num.* 34. quam negligentiam aduertit *Natta in conſ.* 294. *num.* 13. dum dicit auctoritate
19 *Bart.* quod teſtis mortuus faciat ſemiplenā probationem ex quo nulla culpa parti imputari poteſt cur non fecerit eum repeti: quamuis contrarium teneat *Farin. quæſt.* 72. *num.* 173.

Quo ad ſecundum ponamus exemplum quod inquiſitus noluerit declarare teſtes pro rite, & rectè examinatos idcircò tranſmittendus ſit commiſſarius in partibus qui pro repetendis teſtibus nulliter citauerit, & ideò inquiſitus inſtetit declarari dictum examen nullum, quæ nullitas cum non
20 fuerit cauſata ex culpa partis, ſed ex imperitia commiſſarij non impedit, quin repetitio in ſecunda inſtantia fieri poſſit ſecundum ea quæ tradit *Franc. deciſ.* 668. *num.* 6. & 7. quam opinionem tenet *Bart. in dicta l. qui per ſalutem ff. de iure iurand. vbi etiam Iaſ. Alex. Theſaur. deciſ.* 28. & ratio eſt quia iam ad repetitionem teſtium proceſſum erat nullæ interueniente culpa partis, & ſic in ſecun-
21 da inſtantia non intelligitur reſtaurari tēpus lapſum culpa partis, ſed proſequi, & reiterari, quod ceptum fuerat cum hoc caſu nullitas non impediat reiterationem eiuſdem repetitionis, eo quod error commiſſarij non debet nocere partibus; & ſic Fiſco; & adherenti vt videtur decidere *Franc. deciſ.* 716. *num.* 7. & hoc idem videtur ſentire *Muſcatell. in dicta ſua praxi de cognitione, & probatione delictor. tit. de iniurijs, & libell. famoſ. num.* 44. *vbi reprehendit Grani allegaſſe Capycium deciſ.* 35 qui loquitur dumtaxat in ciuilibus.

22 Et hoc quidem etiam procedere videtur ſi teſtes fuerint repetiti à Iudice ſuſpecto, vel alias nulliter fuerint repetiti etiam cum interrogatorijs pro parte inquiſiti datis; nā tunc poteſt, vel cogi reum ad declarandum teſtes pro bene repetitis, vel ad dandum noua interrogatoria ad effectum denuo repetendi teſtes male, & nulliter repetitos *Vermigl. conſ.* 239. *num.* 9. 11. *Farin. quæſt.* 66. *numer.* 303. & 310. *Franc. deciſ.* 716. *num.* 6. *Theſ. deciſ.* 29. *num.* 1. *Guidop. deciſ.* 72. *num.* 1.

Dices, quod cum fuerint teſtibus publicata interrogatoria rei poſſet fraus fieri defenſionibus eiuſdem rei nempe, quod aliter in ſecunda repetitione, quam in primā teſtes ſuper illis reſpondeant idcircò nō poſſunt denuo repeti ſecundum, ea quæ dicit *Bald. in conſ.* 152. *num.* 1. *lib.* 1. quia huiuſmodi publicatio, quo ad teſtes habet vim ſententiæ, vt dicit idem *Bald. in l. etiam in addit. num.* 5. *ff. de minoribus* Reſpondetur, quod ſicut poſt didicita teſtificata poſſunt
23 alij teſtes produci ita denuo poſſunt repeti qui fuerunt nulliter legitimati *Franc. d. deciſ.* 716. *ſub num.* 5. & obiectum procederet quando adeſſet inſtigator iuxta *cap. Fraternitatis extra de teſtibus* non autem quando ex ſolo officio Iudicis repeti debeant *Guid. Papa deciſ.* 72. *num.* 1. quia publicatio non ob-
24 ſtat Iudici quando procedit ex officio *Baldus in l. cum de indebito §. ſin vero num.* 2. *ff. de* pro-

P

probat Franc.d.deciſ.716.num.4.

Et ſi replices, quod quando huiuſmodi nullitatis exceptio fuerit deducta in iudicio fuit præiudicatum facultati Fiſci denuo repetendi teſtes exceptiones enim ſunt rei defenſiones *Iaſ. in l. ſi quis iniquam §. ſi is pro quo num.9. ff. quod quiſque iuris ideo &c.* Reſpondetur, quod cum huiuſmodi exceptio
25 non ad aliud tendat, quam proceſſum, & iudicium retardare non delictum excludere merito defenſio dici non poteſt *Bald. in l. prius num. 39. C. de his, qui accuſar. non poſſ.* & ideò non poteſt impediri propter huiuſmodi exceptionem quin denuo validè teſtes repetantur propter regulam, quod nul-
26 lum eſt reiterari poteſt *Dinus conſ.20.num.2 Vinius opin.911. Franc.deciſ.668. Guidopapa deciſ.72.num.2.*

Dices, quod quando fuerit concluſum in cauſa hoc eſt, fuerit datus finis probationibus non videtur locus repetitioni, vt dicit *Capycius deciſ. 35. in fine Gram. deciſ. 28. n.6. Foler. verb. & demũ repetantur teſtes n. 12. cum alijs per Guazz.defenſ.25.cap.1.num.17.* Reſpondetur, quod obiectum procedit in ciuilibus non in criminalibus, *vt optime notat Franc.dec.616. n.8.* & dũ ſumus in criminalibus, & in teſtibus receptis puta per Iudi-
27 cem ſuſpectum facit regula, quod teſtes non rite recepti poſſit iterum examinari *per textum in Clem.2. de teſtibus Franc. dec.668. num. 5.* & ratio eſt, quia in criminalibus numquam concluditur.

Dices, quod termini concluſum in cauſa, & publicatio in cauſa ſunt termini in-
28 ter ſe diuerſi; nam publicatio non eſt terminus excluſiuus probationis, vt dicit *Abbas in cap. iurauit num.6. de probatio*, ſed impedit teſtium receptionem propter timorẽ ſubornationis *ad text. cum clam. & cap. fraternitatis de teſtibus*, quod non procedit in termino concluſionis, quæ omninò excludit probationem, vt probat *textus in §. quia vero in princip. & ibi gloſ. verb. concluſerit, Auth. de teſtibus Gail. obſeruati 107. num........ lib.1. Bertazz.conſ.509.num.2. Surd.conſ.8.nu.12.lib.1 & alij per Farin.quæſt.75.num.257.* vndè ſi daretur repetitio teſtium alias nulliter repetitorum hoc bene procederet in caſu publicationis non autem in caſu cõcluſionis ſecundum, ea quæ tradit *Guazz. defenſ. 25. cap.1.num.18.* quia concluſio in cauſa eſt terminus excluſiuus probationis, & ideò *Capic. Gram. & Foller.* ſupra citati loquuti ſunt in repetitione facienda poſt publicationem non autem in probatione facienda poſt cõcluſionem in cauſa.

Reſpondetur, quod repetere teſtes non
29 eſt probationes facere, ſed factas iuridice roborare idcircò concluſio in cauſa non impedit repetitionem facere immò dato, & non conceſſo, quod repetitio contineat
30 probationem, quæ tamen non niſi ciuilem contineret, ſcilicet efficaciam ad agendum non ideò impedit ſaltem, quo ad Iudicem quin repetitio fieri queat etiam quod fuerit concluſum in cauſa, *vt in cap. Ioannes de fide inſtrumentorum Bald. in l. ſi accuſatoribus num.17. verſ. item propter aliud C. de accuſatio.* vltra, quod, vt dixi in criminalibus numquam concluditur idcircò facit regula,
31 teſtes non rite recepti poſſunt iterum examinari *per tex. in Clemen.2. de teſtibus Francb. dicta deciſ. 668. num. 5.* reliqua in ſequenti quæſtione.

An repetitio prepoſterari poſſit proceſſui defenſiuo.

Quæſt. CXIII.

SVMMARIVM.

Proceſſus defenſiuus non facit ceſſare cauſam ob quam repetitio fieri non debeat. num.1.

Poſt facta in teſtiũ repetitionem præfigitur terminus inquiſito ad faciendas defenſiones. num. 2. declara. num.3.

Terminus ad faciendas defenſiones importat neceſſitatem illum præfigendi, quo ad Iudicem non, quo ad partes. num.4.

Repetitio poſt factas defenſiones pro parte Fiſci citati non conceditur. num.5. num.7.

Concluſio in cauſa ſignificat renunciationem omnibus probationibus producendis. num.6.

Negligentia Fiſci cur teſtes non repetantur ante datas defenſiones operatur, vt amplius non repetantur. num.8.

Teſtium examinatio poſt publicatas atteſtationes fieri non poteſt etiam de æquitate. num.9.

Fiſcus vtitur iure priuati in ijs pro quibus priuilegiatum non ſe oſtendit. num.10.

Fiſcus in dubio non præſumitur priuilegiatus. nu.11.

Reus cum inſtat pro repetitione etiam poſt factas defenſiones ei illa concedenda eſt. num.12.

Repetitio teſtium cum interrogatorijs Rei denegari non poteſt etiam poſt factas per Reum defenſiones. n.13. ac etiam poſt declarationem. num.14.

Defenſio vti fauorabilis deduci poteſt in quacunque parte iudicij ac etiam poſt concluſum in cauſa, & poſt ſententiam. num.15.

Declaratur Guazz.defenſ.25.cap.1. n.17. num.16.

Cauſa Rei magis fauorabilis eſt quam cauſa Fiſci. num.17.

Sacra Conſulta determinauit fieri repetitio etiam poſt factas defenſiones. num.18.

Vidi

VIDI aliquando defenſiones fieri antequam proceſſus offenſiuus legitimetur veluti quando legitimatio nō fuit rite, & rectè facta ad quam ſubſequuta fuit defenſio, & in diſcuſſione cauſæ fuit legitimatio reperta nulla ac proinde dubitaui an legitimatio poſt defēſiones factas ſeu ipſæ defenſiones vllum preiudicium recipiat, & credo non recipere vllum præiudicium quoad nouam legitimationem faciendam, quia actus nullus reiterari poteſt. *l. qui per ſalutem, & ibi DD. ff. de iure iuram. Viuius opin.911. Franc. deciſ.688. Dyn. conſ.20. num.2.* nam proceſſus defenſiuus licet ſecundū ordinem, quo pratici criminaliſtæ vtuntur non debeat præpoſterari nihilominus cum
1 proceſſus difenſiuus licet prepoſteratus non faceat ceſſare cauſam ob quam repetitio fieri non debeat *iuxta ea quæ tradit Gail. obſeruat.101. num.10. lib.1.* nam cauſa cur proceſſus legitimari debeat eſt vt probationes reddantur de iure efficaces non ſubordinatur per ſe ad proceſſum defenſiuum, ſed ad punitionem reo infligendam idcircò parū refert, quod ante, vel poſt legitimationem fiant defenſiones.

Dices, quod poſt repetitionem ſolet ci-
2 tari reus ad viden. ſibi præfigi terminum ad ſe defendendum, *vt eſt textus in l.3. §. ſi ad diem ff. de re militari per Bald. in l. vnica n. 20. C. de confeſſis, & in l. pactum inter haredem numer. 3. ff. de pactis*; qui terminus cum ſit de iure præfigendus videtur non poſſe vllo modo remitti præpoſterando legitimationem, & defenſionem Reſpondetur, quod
3 terminus iſte non eſt ita iuridicus nec ita eſt præfigendus de neceſſitate quia etiam reus illi renunciare poſſit, vt dicit *Bald. in l. in pecuniarijs num.22. & 23. ff. de ferijs*, & dū dicitur, quod ſit de iure, & ſic importet quamdam neceſſitatem, intelligendum eſt
4 quo ad Iudicem ſeu Fiſcum, qui non poteſt reo non præfigere dictum terminum niſi poſt legitimatum proceſſum, & ſic ſeruato iuris ordine, quo non ſeruato vitiaretur proceſſus *Bald. in l. in pecuniarijs num.3. ff. de ferijs* non autem quo ad reum qui accelerando ſuas probationes poteſt ſemper & quandocumque facere ſuas defenſiones, & ſic etiam antequam proceſſus legitimetur.

Sed hic obiter querendum eſt an locus ſit legitimationi, quando reus citato Fiſco fecit ſuas defenſiones, & dicen. non eſſe lo-
5 cum legitimationi pro parte Fiſci, quia ei poſt concluſum in cauſa nō competit amplius teſtium repetitio, vt ſupra dixi itidem nec confrontatio aut alia ſpecies legitimationis *Capyc. deciſ.35. num. 7. in fine verſ. mihi tamen ibi (quia eſt facta concluſio, quæ claudit partibus, vt nihil amplius probare poſſint) Gram. deciſ.28. num.6. ibi (verum etiam nec poſt concluſum) Foller. pract. crim. par.1. ſecundæ partis in verbo, & ſi confitebuntur num.46. verſ. ſed iuxta prædicta ibi & poſtquam concluſum*) & in terminis *tradit, & firmat Guazz. defenſ.25. cap.1 numer.17. verſ. ſeptimum requiſitum* vbi refert ita alias fuiſſe obſeruatum per Marcū Aurelium de Domo Locumtenentem criminalem Gubernatoris vrbis in vna ſenarum prætenſæ falſitatis contra Fiſcum, & Nereum Ricaſolum ad fauorem Philippi de Squarcialupis concludens in fine non eſſe recedendum ab opinione Gram. cum illam DD. ſequantur, & poſſit dici, quod ſit communis, & ſecundum illam vidiſſe pluries praticari.

Concluſio enim in cauſa operatur, vt negotium finitum eſſe cenſeatur *Veſtr. in prax. lib.8. par.4. num.15.* adeo vt ea facta nihil aliud produci poſſit in cauſa, & non expectatur niſi ſola ſententia hoc enim ſignifi-
6 cat iſte terminus concluſio id eſt renunciatio omnibus probationibus producendis *ad gloſ. in cap. cum dilectus de fide inſtuen. Marant. de ordine iudic. par.6. tit. de concluſ. in cauſ. num.1.* ac operatur, vt vlteriori probationi renunciatum eſſe videatur vt late tradit idem *Veſtr. in prax. lib.4. cap.4. num.7.* cum regula ſit quod facta concluſione in cauſa amplius probationes non recipiantur *cap. auditis de procur. & DD. omnes in l. admonendi ff. de iure iuran.*

Et res tunc nullam habet difficultatem
7 quando per Reum fuerint factæ defenſiones, & Fiſcus dederit interrogatoria contra articulos productos pro parte dicti Rei & paſſus fuerit examinari teſtes ad defenſam, & ad eorum publicationem deueniri non facta prius inſtantia, quod eius teſtes legitimentur, quo caſu ex hoc actu tacite videtur concluſum in cauſa, & ex eo demonſtratur non eſſe amplius locum productioni probationum, *vt in puncto firmat Roland. in conſ.52. num.10. lib.4.*

Cumque culpa, & negligentia Fiſci non fuerint teſtes debito tempore legitimati, quia huiuſmodi legitimatio debet fieri per Fiſcum poſt quam Reus habuit copiam indiciorum non poſtquam Reus fecerit defenſiones, vt in terminis tradit *Guazz. dicta defenſ.25. cap.1 num.10. verſ. tertium requiſitum*, vbi teſtatur, quod ita praticatur *Farin. q.66. nu.310. & ſeqq.* vbi etiam plus dicit ita alias ip-

ipſum fuiſſe in voto, quod fuit ſubſcriptũ
ab omnibus iudicibus tribunalium vrbis
8 ſequitur, quod dum Fiſcus fuerit negligẽs
in legitimando debito tempore eius teſtes,
& ſic culpa ſua non fuerint legitimati non
poſſit poſtea factis defenſionibus per reum
illos legitimare quia nullitas cauſata ex
cauſa ſua impedit repetitionem teſtium, &
reſtaurationem temporis probatorij, & te-
ſtes quamuis minus legitime examinati,
quando id culpa partis euenit; & negligen-
tia arguit culpam, negligentiæ ſuccurri
non ſolet ac imputari ſibi debet, qui ſua
nogligentia ſe excludit, & renunciare quis
tacite videtur, qui ſua negligentia tempus
aſſignatum ad actum expediendum labi
permittit *pro vt firmat idem Roland. d.conſ.52.
num.15.18. e ſeqq. lib.4.* & eſt etiam clarum,
quod teſtium examinatio poſt publicatas
9 atteſtationes fieri non poteſt vbi procedi-
tur etiam de æquitate *Roland.d.conſ.52. n.30.
lib.4.*

Nec Fiſcus in hoc caſu reperitur priuile-
giatus; certum eſt enim, quod Fiſcus iure
10 priuati vtitur in iis pro quibus ſpeciatim
priuilegiatũ non ſe oſtendit, & ſi ſpecialiter
eo in caſu priuilegiatus non ſit *l. iuſtus C. de
iure Fiſci l.fin.C. de Fiſcal.vſur.lib.10.l.1.& ibi
Bart.C. de conduct.Pred.*Fiſcal.*lib.11.Caball.ca-
ſu 59.num.20. caſu 102.num.7. & caſu 203.nu-
mer.10. cum infinitis cumulatis per Giurb.in con-
ſil.67.num.14.* & in dubio Fiſcus non præſu-
11 mitur priuilegiatus *Surd.deciſ.18.num.1.*

At vero cum pro parte inquiſiti inſtatur
pro repetitione ei illa concedenda eſt ma-
xime ſi inſtat repeti teſtes cum ſuis interro-
12 gatorijs pro qua concluſione confirmanda
ſufficiat optimum cõſilium D. Caroli Ro-
ſati valde in materia criminalis doctum at-
que verſatum, & à me ſemper propter ſui
animi integritatem in magna eſtimatione
habitum, & nunc iudicaturam curiæ Bur-
gi magna cum laude exercentem.

Aſculana.

REpetitio Teſtium cum Interrogatorijs
non poteſt Reo denegari etiam poſt fa-
ctas defenſiones, quia illa eſt pars, ſeu ſpe-
13 cies ipſius defenſionum; & conſequen-
ter impediri non valet per ea quæ poſt *Si-
manch. de Catholic.inſtr. tit.64. num.25. tradunt
Farin.quæſt.52.num.151. in fin. & 152.verſ. &
licet Guazzin.def.24.cap.8.num.5. & 6.*

Quod ſine difficultate procedit in caſu,
de quo agitur vbi reus declarando teſtes
pio rite, & recte examinatos expreſſè ſibi
15 reſeruauit facultatem illos repetendi cum
Interrogatorijs, *vt per Farin. d. quæſt. 72. nu-
mer.142.Guazzin. dicta defen. 24.cap.8.num.4.&
ſub num.9. Caball. caſu 269. num. 25.*

Vnde intrat tritiſſima iuris regula, quod
defenſio, tamquam fauorabilis poteſt de-
duci in quacumque parte iudicij, ac etiam
poſt concluſum in cauſa; licet in crimina-
15 libus non concludatur, & poſt ſententiam
*vt docet idem Farin. quæſt. 39. num. 82. & 83.
Guazzin.defenſ.28.cap.2.num.5. & 7.* & in ter-
minis, quod in criminalibus poſſit reus te-
ſtes repetere, ne dum poſt examen ad defẽ-
ſam, ſed poſt concluſum in cauſa, ac etiã
poſt ſententiam, & in gradu appellationis
probat *Muſcatell. de cognit. & probat. delict. in
gen. tit. de iniurijs, & famoſ. libell. à num. 36.
& 37. vſque ad fin.*

Nec obſtat *Guazzin.defenſ.25.cap.1. nu.17.*
& alij per eum allegati contrarium tenẽ-
tes. Quia *Guazzin.* loquitur ad offenſam,
16 & ad inſtantiam Fiſci, vel accuſatoris,
quo etiam caſu contrarium tenet *Muſcatell.
vbi ſupra.* Nos autem ſumus in caſu longè
diuerſo, nempè ad inſtantiam, & defen-
17 ſionem rei, cuius cauſa fauorabilior eſt,
cauſa Fiſci, vel accuſatoris *iuxta Tex. in l.
fauorabiliores ff. de reg. iuris, & ponit Guazzin.
defenſ.29.cap.1.num.1.*

Dottoribus autem allegatis per *Guazzin.
in loco cit.* bene reſpondit *Idem Muſcatell. d.
tit. de iniur. & famoſ.libell. ſub num.44. verſ.nõ
obſtat modo,* vbi dicit, *quod deciſ. Capyc. 35.
per Grammatic. allegat. in deciſ.28.* non meruit
allegati ad hoc propoſitum, cum loquatur
in ciuilibus, & ſic non in criminalibus, &
in caſu d.deciſ.28. fuit ſeruatum contrarium,
cum non obſtantibus ibi deductis Fiſcus
fuerit in gradu appellationis ad repetendũ
teſtem nulliter examinatum in prima in-
ſtantia, qui tamen non eſt caſus noſter,
vt ſupra annuimus.

*Sacra vero conſulta determinauit die 13. Iunij
1664. in dicta Aſculana homicidij contra Ioannem
Baptiſtam, & Ferdinandum de Ciauarnellis, quod
18 Gubernator repetat teſtes ſumptibus reorum ſed
die 15. Iulij mandauit fieri repetitio ſumptibus Fi-
ſci ſtante paupertate reorũ prout ex infraſcr. Epi-
ſtola.*

Die 16. Iulij 1664.

ILluſtre, e molto Reuerendo Sig. come
fratello. *Per l'inſtanza fatta qui da Ferdinan-
do, e Gio. Battiſta Ciauarnelli coſti Carcerati
queſta S.Conſulta, e condeſceſa à farli gratia ſtante
la loro pouertà, che la repetitione de teſtimonij ſi
faccia à ſpeſe del Fiſco, ſenza però pregiuditio del
medemo Fiſco. coſi V.S. dourà far che ſeguiti è Dio
la proſperi Roma 16. Luglio 1664.
Come fratello.*

M. Antonio Card. Franciotti.

C. Raſponi Segretario.

An

An ſi non fuerit facta citatio ad videñ repeti teſtes fuerit ſuppletum huic defectui per interrogatoria exhibita.

Quæſt. CXIV.

SVMMARIVM.

Interrogatoria non ſupplent defectum citationis. nu. 1. Declara, num. 3. & 10.

Interrogatoriorum exhibitio non reſpicit ad validitatem, vel nullitatem teſtificatorum. num. 2.

Citatio ad viden. iurare teſtes eſt de ordine proceſſus per reſpectum ad iudicium faciendum cui poteſt renunciari. num. 4.

Citatio ad viden. iurare teſtes eſt de appendicijs termini aſſignati ad faciendas defenſiones. num. 5.

Terminus datus ad reſpondendũ ſi prima die reſpondetur, videtur conſumpta dilatio, & Iudex poteſt ad vlteriora procedere. num. 6.

Citatio non eſt propriè citatio, quando pars citat partem ex legis auctoritate, ſed eſt quædam monitio. num. 7.

Citatio ad viden. iurare teſtes eſt vera citatio non monitio. num. 8. Et quare. num. 9.

Exhibitio interrogatoriorum non ſupplet præſentiam præſtandam iuramento teſtium. num. 11.

Ius inſtantiæ non reſidet in Procuratore. num. 12.

Teſtes examinati ſuper interrogatorijs non citato reo ad viden. iurare teſtes, ſuſtinentur ſi non fuerit oppoſitum de nullitate. num. 13.

PRO negatiua faciunt ea quæ tradit *Bertazzol. conſ. 359. n. 23 verſ. & licet,* & ratio eſt, quia
1 interrogatoriorũ exhibitio facta pro parte rei ſuper quibus teſtes fuerunt interrogari non ſupplet defectum citationis ſi dicti teſtes fuerint examinati parte non citata, nam licet ipſe Reus, vel eius Procurator dederit interrogatoria ante iuramentum delatum teſtibus, hoc non conualidat dicta teſtium iuratorum parte non citata cum
2 exhibitio, vel non exhibitio interrogatoriorum non reſpiciat ad nullitatem, vel validitatem teſtificatorum, *Alex. conſ. 172. nu mer. 7. 8. 9. lib. 2. Marſil. in l. 1. §. ſi quis vltro numer. 37. ff. de quæſtion. Marant. de ordine iudic. ſeptimo memb. num. 19. 6. parte*

Pro affirmatiua faciunt ea quæ notat *Baiard. ad Clarum quæſt. 45. num. 49. verſ. item ad*
3 *de*, vbi dicit quod licèt regulariter examen reddatur nullum ſi pars non fuerit citata ad videñ iurare teſtes, tamen ſanatur ſi cum interrogatorijs datis ab ipſa parte examinati appareant per doctrinam *Anton. Auguſt. deciſ. 727. lib. 3. Puteus deciſ. 301. lib. 3. Viuius opinion. 933. num. 6. lib. 3. Fariñacc. quæſt. 72. nu. 34.* qui dicit quod per exhibitionem interrogatoriorum reus habeatur pro præſente, & ſic non ſit neceſſaria citatio cum præſentia, ſuppleat *Bald. in l. ſi quando inuitos numer. 30. verſ. confiteor, B. de teſtibus*, vbi dicit quod ex quo talis productio reperitur in actis, & ſcriptura ſemper perſeuerat in ipſa productione ſufficit, ac ſi parte præſente, vel citata fuiſſet.

Ad huius concluſionis euidentiam ſciendum eſt quod citatio ad videñ iurare teſtes, ſeu ad videñ fieri repetitionem eſt de ordi-
4 ne proceſſus per reſpectum ad iudicium faciendum cui poteſt renunciari, vt notat *Baiard. ad Clarum quæſt. 49. num. 98.* qui ordo non eſt de ſubſtantia proceſſus, vt dicit *Bald. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit num. 5. ff. de iure iurand.* & in *l. iudicati num. 3. verſ. ſed veritas, C. ſi ex falſis inſtrumentis*, & licet hæc
5 citatio ſit de appendiciis termini aſſignati ad faciendas defenſiones, & ſit de iure, *arg. text. in l. 3. §. ad diem, ff. de re militari, Bald. in l. vnica num. 20. C. de confeſſis*, tamen reus ſicut huic termino potuerit renunciare, *Iaſ. in l. ſi quis inconſcribendo nu. 18. verſ. limita iſtam gloſſ. C. de pactis*, ita, & dictæ citationi quæ ſit propter ſui defenſionem, vt tradit *Felyn. in cap. dilecti num. 7. de except.* Vndè ſequi videtur quod per exhibitionem interrogatoriorum factam per inquiſitum videatur renunciaſſe dictæ citationi, *arg.* eorum quæ tradit *Bald. in l. ſi quis hæres, ff. de acquir. hæred.* vbi dicit, quod ſi Iudex dat alicui terminum triũm dierum ad reſpondendũ poſi-
6 tionibus, & ille reſpondit prima die, quod per hoc tota dilatio eſt conſumpta, & Iudex libere poteſt procedere ad vlteriora, ſicut ſi triduũ eſſet elapſum, ita in caſu noſtro exhibitionis interrogatoriorum factæ ante dictam citationem videtur diceñ, quod per illam exhibitionem, videtur remiſſa dicta citatio quæ nihil aliud importat quã monere reum ad conficienda interrogatoria; quatenus illa dare intendat alias videñ fieri repetitionem ſine illis, vt pratica communiter docet; vndè cum iam reus exhibuerit interrogatoria nõ videtur neceſſaria dicta citatio, quæ vt colligi poteſt, ex *Bald.*
7 *in cap. 1. nu. 18.* quod quando pars citat partem ex legis auctoritate dicta citatio non ſit propriè citatio, ſed dicitur quædam monitio, ſeu denunciatio.

Sed ego pro negatiua quam teneo hæc infraſcripta adduco, nam cum citatio de qua loquimur duo contineat vnum ad videñ

deñ iurare teſtes; alterum ad dãndum interrogatoria: dico, quod hæc citatio non ſit
8 ſola, & ſimplex monitio, ſeu denunciatio, ſed vera citatio, vt citatus præſens ſit in illo actu ſecundum *text. in l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni, ff. de quæſtionibus, §. & hoc verò, Auth. de teſtibus*, & ſic, hic actus ad videñ iurare teſtes propter dictã ſimplicem exhibitionem interrogatoriorum non videtur remiſſus, nec ſibi præiudicatum circa interrogatoria, quoniam in termino citationis poſſet reus alia interrogatoria dare, vel pœnitere illa dediſſe, *arg.* eorum quæ tradit *Bald. in l. maniſeſtiſſimi num. 9. verſ. ſed quid, C. de furtis*, ibi
9 qui habet terminum ad eligendum ſi certum ſit quod non vult eligere; attamen expectandus eſt, quod terminus labatur cum interim poſſit mutare voluntatem, & eligere, ita parimodo cum per citationem datur electio inquiſito ad conficienda interrogatoria ſequitur, quod non ſit priuandus iſto termino in quo eligere, & dare interrogatotia, & data augere, ſeu minuere ſecundum quod cauſæ videretur proficuum.

Non obſtat affirmatiua, quia *DD. & deciſiones in ea allegati*. loquuntur quando adſit commiſſio ſanatoria nullitatis arbitrio Iu-
10 dicis, quia tunc eſt in arbitrio Iudicis annullare, vel non annullare examen factum cum interrogatorijs exhibitis nulla præcedente citatione quo fit, vt examen factum cum interrogatorijs ſine citatione ſit ex ſe nullum, & indigeat commiſſione ſanatoria, per ea quæ decidit *Puteus in deciſ. 309. num. 2. lib. 3.* & ad illud quod dicit, *Farinac.* de præſentia non procedit, quia exhibitio
11 interrogatoriorum non ſupplet præſentiam præſtandam iuramento teſtium repetendorum, quia citatatio ad videñ iurare teſtes eſt ad proſequendam cauſam, & quia proceſſus eſt in reo, & in eo reſidet ius inſtantiæ; idcircò ille citari debet, nec exhibitio interrogatoriorum ſupplet, quia vt plurimum fit à Procuratore in quo non
12 reſidet ius inſtantiæ, iuxta ea quæ tradit *Bald. in l. ſi quando num. 24. C. de teſtibus*, quod illa interrogatoriorum exhibitio non præiudicat termino per citationem intimando, *Guidopap. deciſ. 271.* & ratio eſt, quia interrogatoria dantur ad inſtructionem Iudi-
13 cis, vt dicit *Rom. ſingul. 266.* benè verum eſt, quod ſi teſtes fuerint interrogati, & repetiti, & non fuerit oppoſitum de ſupra dicta nullitate repetitio ſuſtineatur, vt in vna *Firmana Saluiani 7. Februar. 1624. coram Remboldo*.

An teſtes mortui habeantur pro repetitis.

Quæſt. CXV.

SVMMARIVM.

Teſtes mortui probant ac ſi fuiſſent examinati citata parte. num. 1. Et quare. num. 2.

Teſtes mortui in criminalibus faciunt indicium ad torturam. num. 4. Declara. num. 4.

Mors teſtium non videtur addere qualitatem probationis eorum depoſitionibus. num. 5.

Lex in ciuilibus per mortem teſtium contentatur de dicto teſtium ac ſi illud fuerit repetitum. num. 6.

Iuramentum per teſtes præſtitum in informatiuo eſt ad commodum Iudicis, non autem partis. num. 7.

Teſtes mortui, vt eſt communis opinio faciunt aliquam probationem. numer. 8. Ideò poſſunt repulſari. num. 9. Declara. num. 11.

Repulſa teſtium eſt defenſio rei. num. 10.

Teſtes mortui faciunt plenam probationem, quando antè mortem reus fuerit citatus. num. 11. Declara. num. 12.

Ad examen rigoroſum deueniri non poteſt, niſi teſtes citata parte iurauerint. num. 13.

Quæ differentia ſit inter contumaciam in non veniendo, & contumociam in non reſpondendo. num. 14.

Teſtes mortui non acquirunt maiorem efficaciam ea quam habuerunt viui. nnm. 16. Declara. nu. 16. & 17.

1 PRO affirmatiua allegari poteſt, *Farin. q. 72. num. 120* vbi alios allegat, *& conſ. 55. num. 37. Guaz. defenſ. 4. cap. q. 16. Burſat. conſil. 7. num. 10. lib. 1.* vibi dicit, quod probant, ac ſi fuiſſent examinati parte citata, *Baiardus ad Clarum quæſt. 45. num. 22.* & facit textus vulgaris *in l. final. C. de teſtibus*, ibi, *ſin autem ab hac luce omnes ſubtracti ſint, tunc neceſſitatem ei imponi fide ſcripturæ approbata in qua depoſitiones eorum referuntur eas quaſi factas accipere*; vbi omnes DD. volunt, quod teſtes mortui fidem faciant, & ratio eſt, qui a non
2 poteſt, nec debet imputari ad culpam, & negligentiam Fiſci, ſeu partis ſi ipſi non repetantur, & ibi ſcribit *Bart. in l. admonendi colum. 19. num... verſ. quæro quid ſi dicta teſtium ff. de iureiurand.* quod dicta teſtium recepta alia faciant ſemiplenã probationem contra tertium, qui non fuerat citatus per dictum textum in *dicta l. fin. C. de teſtibus, & Bart. tranſit cum Anton. de Butr.* ac *Abbas in cap. final. de eod. Angelus in l. 2. C. de edendo*.

Di-

Dices, quod ſupradicta procedunt in cauſis ciuilibus non in criminalibus, prout ſentire videtur *Farin. dicta quæſt. 72. num. 133. in fine*, quem ſequitur *Centulin. ad conſil. Farinacc. 55. litter. D.* Reſpondetur, quod eſto quod ita ſit dicimus, quod ſaltem teſtes mortui in criminalibus faciant indicium ad torturam, quia regula eſt, quod id, quod in
3 ciuilibus facit ſemiplenam probationem in criminalibus faciat indicium ad torturam, vt dicit idem *Bart. in l. fin. in fine, ff. de in litem iuram, Abb. in cap. fin. de teſtibus*, ſed ſi credendum ſit *Ioanni Milleo in eius praxi fol. mihi 84. num. 17.* omnimoda fides eis adhibenda eſt, dicit enim *ibi Milleus* in morientium perſonas depoſitiones eorum non ſunt reſpuendę ſaluo tamen iure legitimo reis opponendi contra perſonas, & dicta teſtiū, &c. & ſic quod debet fieri publicatio prędictorū teſtium depoſitionū ipſis reis; cum poſſint opponere in, & aduerſus eorum dicta *cap. præſentia, &c. de teſtibus*, quæ omnia confirmat *Paul. de Caſtro in dicta l. fin. C. de teſtibus*.

4 Pro negatiua verò facit *Honded. conſil. 101. num. 12. lib. 1. Caball. caſu 269. num. 8. Farinac. ſibi contrarius conſ. 183. Natta conſ. 394. num. 21.* quia cum teſtes non ſint recepti niſi ad ſolam, & ſimplicem Iudicis informationem non videntur dictum effectum informatiuum poſſe extendi, nec mors addere vide-
5 tur qualitatem probationis cum proprium mortis ſit tollere non addere: in tantum, quod ſi quis in reatu decederet videretur decedere integri ſtatus extinguitur enim crimen mortalitate, *l. is qui in reatu, ff. ad l. Iul. maieſtati*, ita parimodo teſtes mortui per mortem nullam probationem facere videtur, quia ſi viuentes nihil probaſſent pariter, nec mortui probare debent cum probatio ſit actus viuentium non morientium mors enim omnia ſoluit, *Auth. de nupt. §. deinceps*, ibi, *qui omnia ſimiliter ſoluit*.

Dices, quod mors habet vim iuramenti, hoc eſt cum teſtes obierint in iuramento præſtito de veritate dicenda, & ſub iuramento veritatem dixerint non videntur ex
6 quo ſunt mortui deieraſſe, lex enim contentatur de dicto teſtis iam mortui, ac ſi idem repetitus viuens deponeret, *Caſtren. in auth. & ſi contractus, C. de fid. inſtrum.* & in cōſ. 134. *in princip. cum Apoſtil. in nouis.* Reſpondetur ſupradicta habere locum in ciuilibus, in quibus proceditur ex informatiuo, prout in caſu contumaciæ, vt dicit *Caualcan. de teſtibus part. 3. nu. 212. Farin. quæſt. 72. nu. 129. & ſeq.* & in caſu hæreſis vt idem *Burſat.* conſiderat, non autem in caſu in quo ordo iudicialis ſeruari debet, quia tunc ordine non ſeruato corruit iudicium, per textum in *l. prolatum, C. de ſententijs interloc.* vndè nec videtur quod mors habeat vim iuramenti,
7 quia iuramentum præſtitum per teſtes in informatiuo eſt ad commodum Iudicis qui vult informari de facto, & hi teſtes probant quo ad Iudicem, non autem eſt iuramentum ad commodum partis quæ vult certificari de iis quæ depoſuerunt teſtes, & ſic non eſt iuramentum quod potuit afficere tertium, quo caſu adhoc, vt teſtes mortui faciant probationem contra tertium requiritur, quod ſint legitimè recepti, vt vult *Alex. conſ. 112. ponderatis his quæ in themate col. 7. num. . . verſ. & per hoc non obſtat lib. 6. Natta conſ. 594. num. 24. circa finem*, communis tamen, & obſeruata opinio in pratica eſt,
8 quod teſtes mortui faciant aliqualem probationem, prout teſtatus fuit *Centul. ad conſil. Farinacc. 55. litt. D.* vt ſupradixi vbi dicit ita praticari, *Farin. quæſt. 72. num. 133. in fine*, vbi dicit quod ita pluries ſeruari, vidit *Natta dicto conſ. 594. nu. 21. Honded. conſ. 101. nu. 2. lib. 1. Gram. deciſ. 11. num. 13. Burſat. conſ. 322. nu. 10. lib. 3. vbi de communi Bertazzol. conſ. 70. num. 30. lib. 2. diuerſor. Oſacb. deciſ. 79. num. 18. Caball. caſu 259. num. 8. vbi concordantes cumulat*, & cum faciant hanc aliqualem proba-
9 tionem poſſunt pro parte repulſari, vt notauit *Caualcan. de teſtibus part. 6. num. 252.* quia repulſa eſt defenſio rei, vndè cum prædicti
10 teſtes mortui faciant aliqualem probationem contra reum; Reus ad elidendū iſtam probationem poteſt per alios teſtes, & probationes illos reprobare, & hæc repulſa dicitur propria defenſio, & ſi denegaretur eſſet denegare defenſiones quod eſt contra ius naturale, vt in *l. vt vim, ff. de iuſtitib; & iure*, & in *Clem. ſæpè de verb. ſignif. Bart. in Extrauagat. ad reprimendum, in verſ. in figura iudicij*.

Sed *Baiardus ad Clarum quæſt. 46. numer. 23*
11 ōpe diſtinctionis dicit teſtes mortuos facere plenā probationem, quando reus citatus, & inquiſitus fuerit ante mortē teſtiū, & ipſi comparere noluerint quod tunc habeantur pro repetiti; vt per *Clarum*, ibi ſecus verò ſi ex negligentia Iudicis citatus non fuiſſet, niſi poſt mortem tunc non habentur pro repetitis.

Hæc diſtinctio mihi non placet, quia ſi *Baiardus* intelligit de reo citato in cōtumacia, prout ipſe innuere videtur, dum dicit
12 quod in odium contumaciæ habeatur pro repetitis, & tunc dico, quod aut contumacia fuit in non veniendo, & tunc credo procedere diſtinctionem *Baiardi*, aut contumacia fuit in non reſpondendo, & tunc credo aduertendum, quod aut fuerunt ſeruati, & completi omnes termini ſeruari ſoliti, &

deñ iurare teſtes; alterum ad dãndum inter-
rogatoria : dico, quod hæc citatio non ſit
8 ſola, & ſimplex monitio, ſeu denunciatio,
ſed vera citatio, vt citatus præſens ſit in illo
actu ſecundum *text. in l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni, ff. de quæſtionibus, §. & hoc verò, Auth. de teſtibus*, & ſic, hic actus ad videñ iurare te-
ſtes propter dictã ſimplicem exhibitionem
interrogatoriorum non videtur remiſſus,
nec ſibi præiudicatum circa interrogatoria,
quoniam in termino citationis poſſet reus
alia interrogatoria dare, vel pœnitere illa
dediſſe, *arg.* eorum quæ tradit *Bald. in l. maniſeſtiſſimi num. 9. verſ. ſed quid, C. de furtis*. Ibi
9 qui habet terminum ad eligendum ſi cer-
tum ſit quod non vult eligere; attamen ex-
pectandus eſt, quod terminus labatur cum
interim poſſit mutare voluntatem, & eli-
gere, ita parimodo cum per citationem
datur electio inquiſito ad conficienda in-
terrogatoria ſequitur, quod non ſit pri-
uandus iſto termino in quo eligere, & date
interrogatotia, & data augere, ſeu minue-
re ſecundum quod cauſæ videretur profi-
cuum.

Non obſtat aſſirmatiua, quia *DD. & deciſiones in ea allegati*. loquuntur quando adſit
commiſſio ſanatoria nullitatis arbitrio Iu-
10 dicis, quia tunc eſt in arbitrio Iudicis an-
nullare, vel non annullare examen factum
cum interrogatorijs exhibitis nulla præce-
dente citatione quo fit, vt examen factum
cum interrogatorijs ſine citatione ſit ex ſe
nullum, & indigeat commiſſione ſanato-
ria, per ea quæ decidit *Puteus in deciſ. 309. num. 2. lib. 3.* & ad illud quod dicit, *Farinac.*
de præſentia non procedit, quia exhibitio
11 interrogatoriorum non ſupplet præſen-
tiam præſtandam iuramento teſtium repe-
tendorum, quia citatatio ad videñ iurare
teſtes eſt ad proſequendam cauſam, & quia
proceſſus eſt in reo, & in eo reſidet ius in-
ſtantiæ; idcircò ille citari debet, nec exhi-
bitio interrogatoriorum ſupplet, quia vt
plurimum fit à Procuratore in quo non
12 reſidet ius inſtantiæ, iuxta ea quæ tradit
Bald. in l. ſi quando num. 24. C. de teſtibus, quod
illa interrogatoriorum exhibitio non præ-
iudicat termino per citationem intiman-
do, *Guidopap. deciſ. 271.* & ratio eſt, quia in-
terrogatoria dantur ad inſtructionem Iudi-
13 cis, vt dicit *Rom. ſingul. 266.* benè verum
eſt, quod ſi teſtes fuerint interrogati, & re-
petiti, & non fuerit oppoſitum de ſupra
dicta nullitate repetitio ſuſtineatur, vt in
vna *Firmana Saluiani 7. Februar. 1624. coram Remboldo*.

An teſtes mortui habeantur pro repetitis.

Quæſt. CXV.

SVMMARIVM.

Teſtes mortui probant ac ſi fuiſſent examinati citata parte. num. 1. Et quare. num. 2.

Teſtes mortui in criminalibus faciunt indicium ad torturam. num. 4. Declara. num. 4.

Mors teſtium non videtur addere qualitatem probationis eorum depoſitionibus. num. 5.

Lex in ciuilibus per mortem teſtium contentatur de dicto teſtium ac ſi illud fuerit repetitum. num. 6.

Iuramentum per teſtes præſtitum in informatiuo eſt ad commodum Iudicis, non autem partis. num. 7.

Teſtes mortui, vt eſt communis opinio faciunt aliquam probationem. numer. 8. Ideò poſſunt repulſari. num. 9. Declara. num. 11.

Repulſa teſtium eſt defenſio rei. num. 10.

Teſtes mortui faciunt plenam probationem, quando ante mortem reus fuerit citatus. num. 11. Declara. num. 12.

Ad examen rigoroſum deueniri non poteſt, niſi teſtes citata parte iurauerint. num. 13.

Quæ differentia ſit inter contumaciam in non veniendo, & contumaciam in non reſpondendo. num. 14.

Teſtes mortui non acquirunt maiorem efficaciam ea quam habuerunt viui. num. 16. Declara. nu. 16. & 17.

PRO affirmatiua alle-
gari poteſt, *Farin. q. 72. num. 120* vbi alios alle-
gat, *& conſ. 55. num. 37. Guaz. defenſ. 4. cap. q. 16. Burſat. conſil. 7. num. 10.*
1 *lib. 1.* vibi dicit, quod
probant, ac ſi fuiſſent
examinati parte citata,
Baiardus ad Clarum quæſt. 45. num. 22. & facit
textus vulgaris *in l. final. C. de teſtibus*, ibi, *ſin autem ab hac luce omnes ſubtracti ſint, tunc neceſſitatem ei imponi fide ſcripturæ approbata in qua depoſitiones eorum referuntur eas quaſi factas accipere*; vbi omnes DD. volunt, quod teſtes
mortui fidem faciant, & ratio eſt, quia non
2 poteſt, nec debet imputari ad culpam, &
negligentiam Fiſci, ſeu partis ſi ipſi non
repetantur, & ibi ſcribit *Bart. in l. admonendi colum. 19. num. . . verſ. quæro quid ſi dicta teſtium ff. de iureiurand.* quod dicta teſtium recepta
alia faciant ſemiplenã probationem contra
tertium, qui non fuerat citatus per dictum
textum in *dicta l. fin. C. de teſtibus, & Bart. tranſit cum Anton. de Butr.* ac *Abbas in cap. final. de eod. Angelus in l. 2. C. de edendo*.

Di-

Digitized by Google

Dices, quod ſupradicta procedunt in cauſis ciuilibus non in criminalibus, prout ſentire videtur *Farin. dicta quæſt.72. num.133. in fine*, quem ſequitur *Centulin. ad conſil. Farinacc.55. litter. D.* Reſpondetur, quod eſto quod ita ſit dicimus, quod ſaltem teſtes mortui in criminalibus faciant indicium ad torturam, quia regula eſt, quod id, quod in
3 ciuilibus facit ſemiplenam probationem in criminalibus faciat indicium ad torturam, vt dicit idem *Bart. in l. fin. in fine, ff. de in litem iuram*, *Abb. in cap. fin. de teſtibus*, ſed ſi credendum ſit *Ioanni Milleo in eius prax. fol. mihi 84. num.17.* omnimoda fides eis adhibenda eſt, dicit enim *ibi Milleus* in morientium perſonas depoſitiones eorum non ſunt reſpuendę ſaluo tamen iure legitimo reis opponendi contra perſonas, & dicta teſtiū, &c. & ſic quod debet fieri publicatio prędictorū teſtium depoſitionū ipſis reis; cum poſſint opponere in, & aduerſus eorum dicta *cap. præſentia, &c. de teſtibus*, quæ omnia confirmat *Paul. de Caſtro in dicta l. fin. C. de teſtibus*.

4 Pro negatiua verò facit *Honded. conſil.101. num.12. lib.1. Caball. caſu 269. num.8. Farinac. ſibi contrarius conſ.183. Natta conſ.394. num.21.* quia cum teſtes non ſint recepti niſi ad ſolam, & ſimplicem Iudicis informationem non videntur dictum effectum informatiuum poſſe extendi, nec mors addere vide-
5 tur qualitatem probationis cum proprium mortis ſit tollere non addere: in tantum, quod ſi quis in reatu decederet videretur decedere integri ſtatus extinguitur enim crimen mortalitate, *l. is qui in reatu, ff. ad l. Iul. maieſtati*, ita parimodo teſtes mortui per mortem nullam probationem facere videtur, quia ſi viuentes nihil probaſſent pariter, nec mortui probare debent cum probatio ſit actus viuentium non morientium mors enim omnia ſoluit, *Auth. de nupt. §. deinceps, ibi, qui omnia ſimiliter ſoluit*.

Dices, quod mors habet vim iuramenti, hoc eſt cum teſtes obierint in iuramento præſtito de veritate dicenda, & ſub iuramento veritatem dixerint non videntur ex
6 quo ſunt mortui deieraſſe, lex enim contentatur de dicto teſtis iam mortui, ac ſi idem repetitus viuens deponeret, *Caſtren. in auth. & ſi contractus, C. de fid. inſtrum.* & in *cōſ. 134. in princip. cum Apoſtil. in nouis*. Reſpondetur ſupradicta habere locum in ciuilibus, in quibus proceditur ex informatiuo, prout in caſu contumaciæ, vt dicit *Caualcan. de teſtibus part.3. nu.212. Farin. quæſt.72. nu.129. & ſeq.* & in caſu hæreſis vt idem *Burſat.* conſiderat, non autem in caſu in quo ordo iudicialis ſeruari debet, quia tunc ordine non ſeruato corruit iudicium, per textum in *l. prolatum, C. de ſententijs interloc.* vndè nec videtur quod mors habeat vim iuramenti,
7 quia iuramentum præſtitum per teſtes in informatiuo eſt ad commodum Iudicis qui vult informari de facto, & hi teſtes probant quo ad Iudicem, non autem eſt iuramentum ad commodum partis quæ vult certificari de iis quæ depoſuerunt teſtes, & ſic non eſt iuramentum quod potuit afficere tertium, quo caſu adhoc, vt teſtes mortui faciant probationem contra tertium requiritur, quod ſint legitimè recepti, vt vult *Alex. conſ.112. ponderatis his quæ in themate col.7. num. . . verſ. & per hoc non obſtat lib.6. Natta conſ.594. num.24. circa finem*, communis tamen, & obſeruata opinio in pratica eſt,
8 quod teſtes mortui faciant aliqualem probationem, prout teſtatus fuit *Centul. ad conſil. Farinacc.55. litt. D.* vt ſupradixi vbi dicit ita praticari, *Farin. quæſt.72. num.133. in fine*, vbi dicit quod ita pluries ſeruari, vidit *Natta dicto conſ.594. nu.21. Honded. conſ.101. nu.2. lib.1. Gram. deciſ.11. num.13. Burſat. conſ.322. nu.10. lib.3. vbi de communi Bertazzol. conſ.70. num.30. lib.2. diuerſor. Oſach. deciſ.79. num.18. Caball. caſu 269. num.8. vbi concordantes cumulat*, & cum faciant hanc aliqualem proba-
9 tionem poſſunt pro parte repulſari, vt notauit *Caualcan. de teſtibus part.6. num.262.* quia repulſa eſt defenſio rei, vndè cum prædicti
10 teſtes mortui faciant aliqualem probationem contra reum; Reus ad elidendū iſtam probationem poteſt per alios teſtes, & probationes illos reprobare, & hæc repulſa dicitur propria defenſio, & ſi denegaretur eſſet denegare defenſiones quod eſt contra ius naturale, vt in *l. vt vim, ff. de iuſtitib; & iure*, & in *Clem. ſæpè de verb. ſignif. Bart. in Extrauagat.* ad *reprimendum, in verſ. in figura iudicij*.

Sed *Baiardus ad Clarum quæſt.46. numer.23*
11 ope diſtinctionis dicit teſtes mortuos facere plenā probationem, quando reus citatus, & inquiſitus fuerit ante mortē teſtiū, & ipſi comparere noluerint quod tunc habeantur pro repetiti; vt per *Clarum*, ibi ſecus verò ſi ex negligentia Iudicis citatus non fuiſſet, niſi poſt mortem tunc non habentur pro repetitis.

Hæc diſtinctio mihi non placet, quia ſi *Baiardus* intelligit de reo citato in cōtumacia, prout ipſe innuere videtur, dum dicit
12 quod in odium contumaciæ habeatur pro repetitis, & tunc dico, quod aut contumacia fuit in non veniendo, & tunc credo procedere diſtinctionem *Baiardi*, aut contumacia fuit in non reſpondendo, & tunc credo aduertendum, quod aut fuerunt ſeruati, & completi omnes termini ſeruari ſoliti, & tunc

tunc quia vltra dictos terminos debent etiã
actu coram Iudice renouato eorum iura-
mento depoſitiones repetere, & dico, quod
ſi mortui fuerint non facere, niſi aliqualem
probationem quia ſequeretur, quod pro-
barent ſine iuramento inter ipſos teſtes, &
partem præſtando, nec ſufficit iuramen-
tum præſtitum apud Iudicem in informa-
tiuo, quia iuramentum illud, vt ſupradixi
eſt inter teſtes, & Iudicem, & ad commo-
dum Iudicis ad effectum illum inſtruendi
quãuis habeat animum conſtituendi reum,
& illum examinandi in læniori examine,
non autem ad effectum procedendi contra
eum ad rigoroſum examen ad quod deue-
13 niri non poteſt, niſi denuo teſtes citata
parte iurauerint, ac proinde hoc caſu lectio
examinis teſtis mortui, vel abſentis neceſ-
ſariò fieri debet, *Scaccia da iudicijs cap.86.n.53 numer.53. circa finem, verſ.vndè quæ dixi lib.1.*
& ſic non afficit partem.

Dices, quod non videtur differentia in-
ter vnam, & alteram contumaciam:
Reſpondetur, quod maxima intercedit dif-
ferentia quoniam per contumaciam in non
14 veniendo offenditur iuriſdictio cum ten-
dat ad impediendas partes Iudicis, vt no-
tat *Bald. in l.omnibus num.30. ff.ſi quis ius dicen.*
ſed contumacia in non reſpondendo equi-
uoce ſe habere poteſt; nimirum quod reus
in non reſpondendo admittere videtur te-
ſtium reſpouſiones abſque eo, quod ipſe re-
ſpondeat: nimirum dando tacitè licentiam
examinandi, ſeu repetendi teſtes in eius
abſentia, vt notat *Viuius opin.931.numer.12.*
vndè ſi ſeruatis terminis quę de iure ſerua-
15 ri debent teſtes moriantur ante actualem
repetitionem non aſſiciunt reum per ſupra-
dicta, & non acquirunt maiorem effica-
ciam, credo tamen quod ſi teſtes mortui
eſſent omni exceptione maiores quorum
dictis eſſet de neceſſitate ſtandum, qui-
bus nihil opponi poſſet aſſiceret reum,
arg. eorum quæ tradit *Baiard. dicta quæſt.45. cum ibi allegatis num.28.* & ratio eſt quia ſi vi-
16 uentes repeti non deberent citata parte
illam aſſicerent cur mortui, hoc idem effi-
cere non debeant? *hinc Rota coram Oradino deciſ.55.* alias adhibuit fidem teſti nobili mor-
tuo examinato ipſo viuente, & ſine iura-
mento, & ſine partis citatione, vt notat
Viuius dicta opin.931. num.5.

Dices, quod opinioni Rotæ benè proce-
dat in ciuilibus, & tunc dico, vndè iſta inæ-
17 qualitas? Reſpondetur, quod iſta inæqua-
litas procedit ex moribus, vt docet *Bald. in cap.1. num.10. de controuerſia inueſtituræ*; vndè
ſi teſtes fuiſſent moribus æqualibus in cri-
minalibus ſicut in ciuilibus neſcio videre
cur regula ſupradicta procedere non va-
leat.

An Bannitus qui ſpontè infrà annum ſe conſtituit in carceribus poſſit inſtare pro repetitione teſtium.

Quæſt. CXVI.

SVMMARIVM.

Reo infrà annum comparito non eſt concedenda repetitio. num.1. Et quare. num.9.

Poſt fictam confeſſionem ſicut poſt veram non datur repetitio. num.2.

Reus comparens infrà annum non tenetur docere de ſua innocentia. num.3. Declara. ibidem.

Admiſſus ad nouas defenſiones habet ſententiam contra ſe, quæ facit ius. num.4

Admiſſio ad nouas defenſiones non tollit confeſſionem ſuper qua Fiſcus habet fundatam ſuam intentionem. num.5. Declara. num.6.

Verba Bullæ Pij V. in §.præterea, *non important finalem cauſam, ſed potius impulſiuam. num.7.*

Bulla Pij IV. non intendit pro fine, vt reus compareat. ſed vt delinquens puniatur. num.8.

Bulla Pij IV. faciens mentionem de defenſionibus intelligitur de defenſionibus propriè dictis. num.10.

RATIO dubitandi videtur ſummi ex verbis: *Bulla Pij Quarti, §.proterea,* ibi, *quoniam ſæpè contingit, vt qui ex aliquo crimine in contumaciam condemnati fuerint perdurant ad multos annos in contumacia expectantes occaſionem, vt per temporis diuturnitatem criminis probatio impoſſibilis reddatur, & tunc quærunt contumaciam ſibi remitti, & ſuper defenſionibus audiri cum criminis probandi facultas eſt Fiſco ſublata cauſam plerunque, vel coram Iudicibus in ipſo propenſis, vel in locis vbi iura Fiſci deduci non poſſunt introducentes, &c.*

Ex quibus pro reo qui ſpontè infrà annum ſe conſtituit iuxta formam Bullæ Pij Quinti, nec coram Iudice in ipſum propenſo cauſam introduxit, nec occaſionem expectauit, vt impoſſibilis reddita ſit probatio criminis ceſſet reſpectus pro quo dictus Pontifex dictam legem promolgauit, & ſic ceſſare quoque debeat prohibitio repetendi teſtes, & confirmatur difficultas ex verbis dictæ cõſtitutionis ſub ſequentibus, ibi *Statnimus quod rei in contumaciam condemnati ad ſuas defenſiones faciendas admitti non poſſint, niſi*

infrà

infrà ſex menſes quoad faciendas; videlicet à die
condemnationis quo verò ad iam factas condemna-
tiones à die publicationis præſentium computandos,
nec alibi quam in loco vbi condemnatio ſequuta eſt,
vel in Curia generali prouinciæ vbi delictum fuerit
commiſſum: dum ergo repetitio teſtium ſit
ſpecies defenſionis Rei ſpontè conſtituti,
vt ſupradixi meritò ei concedenda venit.

Sed vt verum fatear non obſtantibus ſu-
1 pradictis dico nullo modo concedenda ei
debet repetitio, tum quia, vt dicit *Cartar. de*
capto bannito cap. final. num. 175. ex quo Reus
citatus non comparuit habentur illi teſtes
pro legitimè examinati in odium contu-
maciæ, nec eorum vlterior repetitio requi-
ritur, ita *Clar. quæſt.* 45. *num.* 13. *verſ. cæterum*
reus ſub verb. in hoc autem, quem ſequitur *Fa-*
rinacc. quæſt. 72. *num.* 100. *& part.* 11. *num.* 105.
& *Guazz. defenſ.* 24. *cap.* 9. *num.* 14. *Caball. ca-*
ſu 110. *num.* 37. tum quia ſicut poſt veram
confeſſionem rei præſentis nulla omninò
datur teſtium repetitio, ſed citatus reus ad
diceñ contra propriam confeſſionem, ei
aſſignatur terminus ita pariter poſt fictam
2 rei abſentis confeſſionem nulla dari debet
repetitio teſtium cum per dictam fictam
confeſſionem ſicut per veram tollitur ordo
iuris ſecundum quem fieri debet dicta re-
petitio, *Oſaſch. deciſ.* 109. *ſub num.* 13. *Farinac.*
conſil. 8. *num.* 7. *in fine*; eo quia confeſſio eſt
mera probatio, vt dicit *Bald. in l. certi condi-*
tio num. 9. *ff. ſi certum petat.*

Sed dices cum *Farinacc. quæſt.* 11. *num.* 104.
ſub *verſ. limita quarto*; declarando quod reus
ſpontè comparens infra annum, qui tunc à
ſolo Iudice recipitur, & auditur in eius de-
3 fenſionibus nō tenetur docere de ſua inno-
centia, & ita teſtatur de practica obſeruari.
cum hac diſtinctione tamen videlicet, aut
fuit condemnatus ex ſolis indicijs ad inqui-
rendum, tunc nullatenus ſententia exequu-
tioni demandatur, aut fuit condemnatus
ex concludentibus probationibus, & tunc
ſententia exequutioni demandari non mi-
nus, ac ſi reus fuerit poſt annum captus,
vel poſt annum comparitus niſi de contra-
rio docuerit: Reſpondetur, quod non id-
circò *Farinacc.* permittit fieri teſtium repe-
titio, ſed ſuadet quod aut puniatur aliqua
alia pœna extraordinaria, aut torturæ ſubij-
ciatur, vt ipſe declarare videtur dicta *qu.* 11.
num. 103. *verſ. ad idem, Clarus in quæſt.* 44. *nu.* 6.
ibi non niſi probent ipſi eorum innocen-
tiam, vel ſaltem elidant indicia quæ contra
eos ſunt in proceſſu ſolet exequi cōdemna-
tio, vel ſaltem torquentur, aut puniuntur
4 aliqua pœna extraordinaria, & ratio diffe-
rentiæ eſt, quia admiſſus ad nouas defen-
ſiones habet ſententiam ſuper delicto con-
tra ſe quæ facit ius, & ratio rationis eſt, vt
ſubiungit *Baiard. in dicta quæſt.* 44. *numer.* 16.
quia admiſſio ad nouas defenſiones non
obſtante ſententia non tollit confeſſionem
5 ſuper qua Fiſcus habet fundatam ſuam in-
tentionem, & ſic ſi non probat reus ſuam
innocentiam, tunc ex qualitate indiciorum
vel exequitur ſententia, vel reus torquetur
ad habendum veritatem, ita refert *Boſſ. in*
tit. de litteris Princip.

Dices, quomodo torqueri poſſet pro
eruenda veritate dum admittitur confeſſio
quæ licet ſit ficta, attamen operari debet,
illud idem, quod vera confeſſio operatur:
6 Reſpondetur, quod ficta confeſſio eſt præ-
ſumpta probatio, *Marſ. conſ.* 10. *nu.* 11. *Burſat.*
conſ. 138. *num.* 55. *lib.* 2. *Roland. conſ.* 54. *num.* 4.
lib. 5. idcircò non debet ei imponi vera
pœna delicti, ſed mitior, vel torqueri, *Marſ.*
dicto conſ. 10. *num.* 14.

Ad illud verò, quod diximus pro ratio-
7 ne dubitandi. ex verbis *Bullæ Pij Quarti in*
§. præterea: Reſpondetur, quod illa verba
non ſignificant cauſam finalem dictæ legis,
ſed potius impulſiuam patet, tum quia non
reſoluitur diſpoſitio prædictæ conſtitutio-
nis per ſpontaneam rei comparitionem in-
fra annū factam prout reſolueretur ſi ſpon-
tanea comparitio fuerit finis prædictæ con-
ſtitutionis, *arg.* eorum quæ tradit *Bald. in*
l. ne quis num. 2. *in adden. ff. de ferijs*; non enim
intendit predicta conſtitutio pro fine, quod
8 reus ſpontè compareat, ſed vt delinquens
puniatur ne delicta remaneant impunita,
vt notare videtur *Farinac. dicta quæſt.* 11. *n.* 15.
verſ. reſpondeo duobus, &c. & ſic hæc eſt cauſa
finalis qua poſita ſtat firma diſpoſitio dictæ
Bullæ, vt tradit *Bald. in l.* 1. *num.* 2. *C. quando*
non petentium partes: comparendo enim infra
terminum aſſignatum non tollitur puni-
tio delinquentis, eo quia ab ea comparitio-
ne non dependet punire, vel non punire
delinquentem cum à cauſa impulſiua non
dependeat effectus dictæ conſtitutionis iux-
ta ea quæ docet *Bald. in l. ſi repetendi num.* 2.
C. de condit. ob cauſam; &c. ſed ei conceditur
dumtaxat facultas faciendi ſuas defenſiones
prout ſonant verba illa, ibi: *Statuimus, quod*
Rei in contumacia condemnati ad ſuas defenſiones
faciendas admitti non poſſint niſi infrà ſex menſes,
9 *ſeu infrà annum*; cum ergo teſtium repetitio
non ſit defenſio principaliter, ſed iterata
ſuper jiſdem facta teſtium examinatio, eo
quia iterum iurare debent, & denuò itera-
tè deponere, quidquid in informatiuo de-
poſuerunt, vt volunt *Burſat. conſ.* 192. *nu.* 35.
lib. 2. *Bertazzol. conſ.* 70. *nu.* 8. *inter conſ. diuerſ.*
in magnis; meritò verba ſupradicta non im-
portant reſolutionem ſententiæ ſi bannitus
com-

comparęat, ita vt reus admitti debeat ad fauorem, & beneficium repetitionis, & ratio eſt, quia ſequeretur, quod ſi teſtes repeti non poſſent ſententia eluſoria redderetur, quod eſt contra diſpoſitionem Bullæ, & verba ſupradicta.

Dices, quod ſaltem propter interrogatoria fienda, & exhibenda pro parte rei admiſsi ad nouas defenſiones repetitio dici poteſt defenſio: Reſpondetur, quod exhibitio interrogatiorum non eſt defenſio, vt alias dixi, & dum conſtitutio Pij facit men-
10 tionem de defenſionibus intelligi oportet de defenſionibus propriè dictis, quæ ex ſui probatione excludunt delictum, & innocentiam demonſtrant, vt notat *Bald. in l. hoc edictum num. 8. circa finem, ff. ne quis eum qui in ius voc.* & in *l. quoniam nu. 6. & 7. C. de adulter.* vel indicia elidant *Clarus quæſt. 44. numer. 6. verſ. nam niſi prouent*; vndè per interrogatoria innocentia non demonſtratur, nec indicia eliduntur, niſi incidenter, ac proindè interrogatoria non ſunt defenſiones, ſed vt ita dicam perquiſitiones de quibus Bulla prædicta non loquitur.

An repetitio teſtium per Statutum, vel per conſuetudinem, aut ſtylum prohiberi poſſit.

Quæſt. CXVII.

SVMMARIVM.

Repetitio teſtium non poteſt prohiberi per Statutum, aut conſuetudinem, ſeu per ſtylum. num. 1. Et quare. ibidem. Contrarium. num. 3.

A prohibitione dandi interrogatoria datur appellatio num. 2.

Repetitionis inſtantia quando refundatur in Reum, & quando in Fiſcum. num. 4. & 5.

In repetitione teſtium duo conſiderantur, vnum in citatione, alterum in interrogatione. num. 6.

Quæ de raro fiunt non habentur in conſideratione. num. 7.

Quæ ſpectant ad interrogatoria reſtringi, & moderari poſſunt atque tolli. num. 8.

Defenſio dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num. 9.

Interrogatoria fieri debent per Procuratores, & Aduocatos. num. 10.

Prohibitio repetitionis conſideratur penes Magiſtratum habentem præheminentiam. num. 11.

Repetitio reſpicit ad probationem acceſſoriè. num. 12.

In probando inſpicitur conſuetudo loci Iudicis. n. 13. Declara. num. 14.

Litis conteſtatio prohiberi poteſt. num. 15.

PRO negatiua dici poteſt, quod prohiberi non poſsit, quia te-
1 ſtium repetitio reſpicit ſubſtantialia iudicij, nimirum probationem quæ eſt de deciſorijs iudicij, vndè quando ſtylus introduceret, quod teſtes ſine repetitione probarent aufferetur modus iſte eſſentialis probandi, quod minimè fieri in præiudicium rei poteſt, iuxta ea quæ tradit *Bart. in l. ſi in fuſtium, C. ex quibus cauſ. infam. incog. Bald. in l. 1. n. 6. C. quæ ſit longa cõſuetudo, Viuius opin. 356. in verbo conſuetudo in fine, ſub num. 1. & ſeqq.* dicit, quod cum huiuſmodi ſtylus ſit deciſorius non compræhendit Forenſes, & non ſubiectos, quod alios ſi eſſet ordinatotius illos compræhenderet, imò cum reſpiciat, quod teſtes non legitimati in eorum dictis probent, & ob id propter eorum depoſitiones reo tortura inferri poſsit, ideò huiuſmodi ſtylus deciſorius non ordinatorius reputari debet, *Farinacc. conſ. 216. num. 23.*

Secundò, quia repetitio teſtium reſpicit ad defenſiones reorum, eo quia conceſſa repetitione conceditur, quod reus poſsit interrogatoria conficere, vt cum illis teſtes repeti poſsint, quod ſapit defenſionem, vt dicit *Farinacc. quæſt. 72. nu. 151. & 152. in fin.*
2 immò ſi interrogatoria prohibentur dari appellari poteſt, vti a grauamine irreparabili, vt dicit *Bald. in l. legis virtus num. 5. & ibi adden. litt. A. ff. de legibus*; idcircò cum reſpiciat ad dictam defenſionem non poteſt prohiberi.

Pro affirmatiua in qua ego reſideo nimirum quod repetitio prohiberi poſsit à Sta-
3 tuto, conſuetudine, & ſtylo prout teſtatur *Calninus in tractatu de æquitate cap. 179. num. 72.* ſciendum prius eſt, quod repetitio teſtium, ideò inuenta fuit, vt teſtes citata parte in eorum dictis legitimi habeantur, ac proindè quando repetitio fieri debet citatur reus ad hoc, vt teſtes iam pro informatione curiæ examinati iterum examinari videat, vt ipſum reũ efficacius afficiant: Iterum ſciendum eſt, quod hæc repetitio, vel fit ad inſtantiam Fiſci, vel ad inſtantiam eiuſdem rei, & tunc fit ad inſtantiam Fiſci, quando
4 nullus modus æquipollens præceſſerit, & tunc repetuntur ad inſtantiam rei, quando pro parte Fiſci præceſſerit alias modus æquipollens dictæ repetitioni, veluti quando teſtes fuerint, vel cum ipſo reo ad eius faciem confrontati, vel ab eodem reo declarati pro ritè, & rectè examinati; nam tunc quia confrontatio, vel declaratio habuerit

vim

vim citationis refunditur in reum inſtantia
5 repetendi quatenus voluerit repetere, eo quia per confrontationem ſuppletum fuit dumtaxat defectum citationis non autem interrogationis; idcircò ad reum ipſum ſpectat inſtare pro eorum repetitione.

Quo circa duo in repetitione teſtium conſiderantur vnum ſcilicet, quod con-
6 ſiſtit in citatione alterum, quod conſiſtit in interrogatione dicimus, quod circa illud, quod ſpectat ad citationem nullo modo prohiberi poteſt cum ſpectat ad legitimationem proceſſus niſi per declarationem ſuppletum fuerit *Gabr. conſ. 31 num. 1. & ſeq. Farin. conſ. 193. num. 26. & quæſt. 72. num. 139. & ſeq.*

Sed dices aliquando proceditur contra reum ex proceſſu informatiuo prout fit aliquando in tribun. D. Gub. Vrbis, vt dicit *Lutatell. tract. de quæſt. iudic. Inſpectione quinta num. 28.* quod non eſt aliud niſi procedere contra reum ipſo non citato, & non repetitis teſtibus, etiam, quod nulla fuerit de eis habita declaratio, vel confrontatio, vel interrogatio, vt videtur ſenſiſſe *Rota deciſ. 12. num. 4. & deciſ. 101. num. 1. part. 1. diuerſorum*, quod tamen nunquam vidi praticari in dicto tribunali. Reſpondetur, quod ſi fieret hoc non niſi de raro, & niſi in caſibus grauibus, & reipublicæ valde vtilibus
7 & quæ de raro fiunt non habentur in conſideratione per ea quæ dicit *Bald. in l. iura conſtituit ff. de legibus.* Circa verò illud, quod ſpectat ad interrogationem, tunc, quia hoc non ſpectat ad totalem rei defenſionem
8 aliquando moderari reſtringi, & tolli poteſt *Farin. quæſt. 39. num. 112.* Et non obſtat, quod repetitio teſtium ſapiat defenſionem rei, & ſic prohiberi minime poſſit, quia dupliciter poteſt conſiderari defenſio vno
9 modo quando per defenſionem funditus delictum excluderetur, & tunc dictæ defenſioni non poteſt renunciari, & per conſequens nec prohiberi, vt dicit *Bald. in l. prius num. 43. C. de his, qui accuſare non poſſ. & l. quoniam num. 6. ff. de adulter. Felin. in cap. dilecti num. 6. circa medium de exceptio.* altero modo quando delictum non funditus excluderetur, ſed potius excuſaretur, & ius finale rei ſaluaretur, & alio modo illud deducere poſſet. vt dicit *Angel. conſ. 367. nu. 10. Felin. d. cap. dilecti num. 6.* tunc dictæ defenſioni poteſt renunciari, & ſic etiam poteſt prohiberi vndè cum per confrontationem ad faciem rei modus repetitionis ſuppleri poſſit immo illa habeat vim repetitionis, & interrogationis, vt dicit *Riccius deciſ. 294. num. 19. part. 4. & in collectan. 1042. Merlin. Pignatell. controuer. forenſ. cap. 42.* quoniam in illo actu datur reo facultas interrogandi teſtes merito repetitio alio modo facienda, quam per confrontationem prohiberi poteſt cum interrogatoria, vt plurimum non dentur niſi ad inuoluendum teſtes.

Dices, quod cum repetitio, vt plurimũ perficiatur cum interrogatorijs, quæ ſæpius rei neſciunt conficere aut ſaltem neſciant ſufficientes teſtes interrogare, quo caſu ſibi reſeruatur facultas conficiendi in-
10 terrogatoria per Procuratorem, & Aduocatum *iuxta diſpoſitionem textus in l. ſi poſtulauerit §. quæſtioni ff. de adulter.* idcircò videtur non poſſe prohiberi Reſpondetur, quod prohibitio repetitionis conſiderari non poteſt ſimpliciter, vt quilibet Iudex ſeu magiſtratus illa vti valeat, ſed conſiderari de-
11 bet pænes magiſtratum habentem prehæminentiam, & ſic facultatem procedendi de facto, & manu regia, quo caſu ſicut poſſet prohibere omnem alium actum legitimandi proceſſum; ita poſſet prohibere omnem alium actum interrogandi teſtes per ea quæ tradit *Angelus d. conſ. 367. num. 10.*

Nec dicatur, quod actus repetendi ſit deciſorius cum reſpiciat probationem, quia actus repetendi teſtes licet reſpiciat proba-
12 tionem attamen cum reſpiciat dictam probationem per modum accidentis, & acceſſoriè, & non per modum ſubſtantiæ, & per ſe non facit probationem, eo quia ſine dicta repetitione probatio exiſtere poteſt cum probatio conſiſtat in teſtium dictis, & in eorum depoſitionibus, & in numero teſtium ac in idoneitate eorum *Bald. in l. 1. num. 9. C. quæ ſit longa conſuetudo &c.* idcircò repetitio non eſt actus per ſe deciſorius, ſed poteſt accedere actui deciſorio, & ea quæ accedere poſſunt non ſunt de ſubſtantia actus; ſed de ritu illius, per ea quæ tradit *Bald. in l. cunctos populos num. 94. C. de ſumma Trinit.* vbi facit quæſtionem vtrum in probando inſpiciatur conſuetudo loci contractus, vel loci iudicij, & reſpondet diſtin-
13 guendo aut loquimur de ordine, & ritu probationis, & inſpicitur locus iudicij puta ſi ibi eſt cautum, quod non requiratur litis conteſtatio tunc valet probatio ſine litis conteſtatione aut non loquitur de ritu probationis, ſed de ſubſtantia puta in loco contractus ſufficiunt duo teſtes in loco au-
14 tem iudicij requiruntur quatuor tunc inſpicimus locum contractus, quia tendit ad deciſionem cauſæ *l. ſi fundum ff. de euictio.* ex quibus videre eſt, quod deciſio conſiſtit in probatione per teſtes facienda, & non in litis conteſtatione ita pariter in caſu noſtro probatio vti actus deciſorius conſiſtit in teſtium depoſitione, & non in illorum repeti-

titione cum repetitio ſimpliciter non re-
15 ſpiciat ad ſubſtantiam probationis ſicut li-
tis conteſtatio non reſpicit ad ſubſtantiam
iudicij licet neceſſaria ſit, & poteſt prohi-
beri *l. vnica C. de litis conteſtati.*

An teſtes recepti pro confeſſionis verificatione ſint repetendi. Quæſt. CXVIII.

SVMMARIVM.

Teſtes recepti pro verificatione confeſſionis non ſunt repetendi, & quare num. 1. declara, num. 8.

Quando vnus actus iuſtificat alium regitur ex iuſtificato non ex iuſtificante. num. 2.

Verificatio ſe habet, vt cauſa poſterior ad confeſſionis verificationem. num. 3.

Verificatio confeſſionis poteſt haberi, vel a parte ante, vel à parte poſt. num. 3.

Iudex debet bene inueſtigare qualitates, & circumſtantias delicti confeſſati. num. 4.

Verificatio confeſſionis eſt neceſſaria, quoad ipſum delinquentem. num. 5.

Ex verificatione à parte ante dependet confeſſio; non autem à parte poſt. num. 6.

Teſtes poſſunt repeti etiam poſt confeſſionem. num. 7.

Recognitio armorum, quibus patratum eſt delictum ad bene eſſe requiritur. num. 9.

Recognitio armorum non influit, niſi ad confirmandam facti veritatem. num. 9.

Iudex puniens non conſiderat factum ſimpliciter ſub ſpecie veri, ſed ſub ſpecie mali, & prohibiti, & punitione digni. numer. 10.

Recognitio armorum, licet ſit ad bene eſſe; tamen Iudex illam non debet omittere. num. 11.

ET. dicen. quod nõ ſint repe-
tendi, quia teſtes pro ve-
1 rificatione puta confeſſio-
nis recepti ſunt de apendi-
cijs eiuſdem confeſſionis
cum ſpectant ad eam ve-
luti partem eiuſdem con-
feſſionis iuxta, ea quæ tradit *Bald. in l. teſtiũ
num. 8. C. de teſtibus*; idcircò teſtes prædicti
pro verificatione confeſſionis recepti ful-
ciuntur coherentia prędictæ confeſſionis, &
ſic ſicut confeſſio non indiget alia legiti-
matione cum ſit in ſe ipſa legitima ita, &
teſtes ſuper illius verificatione recepti non
indigent vlla repetitione ad ſui legitimatio-
nem; ſufficit enim ſola eorum nuda depo-
ſitio, quæ ſatis legitimata videtur dum ſe
conformet predictæ confeſſioni, & ratio eſt
2 quia cum vnus actus iuſtificet alium
agi oportet ex iuſtificato non ex iuſtifican-
te *iuxta, ea quæ tradit Bald. in l. ſi pecuniam n. 8.
C. de neg. geſt.*; nam verificatio ſe habet, vt
cauſa poſterior ad confirmationem confeſ-
ſionis vti actus prioris idcircò agitur ex
priori actu ſcilicet confeſſione, & ſic non
eſt opus, vt actus verificans legitimetur *l.
aſſe toto ff. de hæred. inſtit. l. inſtitutio talis. ff. de
condit. inſtit. Bald. in l. petens num. 6. & 8. C. de
pactis.*

Notandũ tamen eſt quod verificatio con-
3 feſſionis dupliciter haberi poteſt vel vt di-
cunt à parte ante nimirum ex depoſi-
tionibus teſtium circa circumſtantias pre-
cedentes delictum, vel à parte poſt ſcilicet
quando reus fuerit confeſſus cum aliqui-
bus circumſtantijs ſubſtantialibus, quæ à
parte ante non fuerunt deductæ *Mariam So-
cin. in cap. qualiter, & quando il ſecondo nu. 975.
de accuſat.* vbi admonet Iudices, vt bene in-
ueſtigent omnes, qualitates, & circum-
4 ſtantias delicti confeſſati, vt cognoſcant an
Reus veritatem dixerit *Pariſ. de puteo de Syn-
dic. in verbo confeſſio cap. 1. num. 5. Decius con-
ſil. 564. num. 7. vbi citat textum in l. 1. §. Diuus ſe-
uerus ff. de queſtio* primò caſu ſi fuerint ante
confeſſionem legitimatæ vtique non indi-
gent alia repetitione, & quatenus non fue-
rint legitimatas per ſubſequẽtem confeſſio
nem legitimatæ redduntur; vt infra dicam
ſecundò vero caſu pariter non indigent re-
petitione per ſupradicta.

Nec dicatur, quod ſufficiat probatio de-
licti ſeu verificatio à parte ante quia reſpõ-
detur, quod licet fortaſſe non ſit neceſſaria
quoad ipſum delictum eſt tamen neceſſaria
5 quo ad ipſum delinquentem iuxta, ea quæ
tradit *Farin. quæſt. 25. num. 15. & 16. & qu. 81.
num. 30.* per totum, & ſic cum verificatio à
parte ante proueniat non, vt ſequella præ-
dictæ confeſſionis, ſed ſe habeat ipſa con-
6 feſſio veluti quid ab ipſa verificatione de-
pendens, ſequitur, quod teſtes poſſunt re-
7 peti etiam poſt confeſſionem, vt alias dixi
cum data nullitate confeſſionis remaneant
depoſitiones teſtium in ſuo primeuo eſſe
informatiui, quod non eſt ſic in depoſitio-
nibus receptis pro verificatione à parte poſt
quæ omninò dependet ab ipſa confeſſione
qua ſublata tollitur dicta verificatio, & ſic
tolluntur depoſitiones verificantes dictam
confeſſionem. Quid ſi Reus fuerit confeſ-
ſus cum aliqua circumſtantia, quæ non
potuit verificari, nimirum, quod teſtes ſu-
per dicta circumſtantia recepti ad iuſtifica-
tionem totum contrarium depoſuerint an
ſaltem iſti ſint repetendi, aut alio modo le-
gitimandi, & dicimus quod cum prædicti
teſtes infringant dictam confeſſionem, &
illam reddant falſam, & per conſequens
non

non nocibilem reo: non videtur neceſſaria repetitio, aut alia legitimatio. Nihilomi-
8 nus diſtinguendum puto; aut teſtes pro verificatione à Fiſco recepti infringunt totam confeſſionem, & iſti veluti recepti à Fiſco efficiuntur teſtes ad defenſam Rei cui non fuit licitum propria cōfeſſione ſe prodere, & ſic illum defendunt à dicta confeſſione ei nocibili; aut teſtes pro verificatione recepti infringunt ſolam qualitatem confeſſionis, & tunc iterum diſtinguendū puto; aut qualitas fuit aggrauans delictum confeſſatum, & tuuc dicimus vt ſupra, quod non ſint repetendi cum potius videātur recepti ad defenſam, quam ad offenſam; aut infringunt qualitatem minuentem delictum: aut in totum illud excludentem, & tunc credo, quod neceſſario debeant repeti aut alio modo legitimari, quia d. caſu faciunt reum vere delinquentem conuincendo illum de mendacio circa dictam circunſtantiam ſeu qualitatem delictum minuentem aut illud excludentem, & ſic veluti examinati ad offenſam ſunt repetendi.

Quid ſi reus fuerit confeſſus occidiſſe aliquem cū armis, puta cum nouacula, quæ fuerit pe Fiſcū reperta, vel alio modo penes ipſum inuenta an vltra verificationem cōfeſſionis requiratur etiam, quod reus, qui fuerit confeſſus recognoſcat dictam Nouaculam, & dicimus, quod non ſit neceſſa-
9 rium neceſſitate præciſa, ſed dumtaxat ad bene eſſe; nam ſufficit, quod confeſſio fuerit verificata in iſta qualitate nimirum, quod homicidium veriſimiliter fuerit cū dicto genere armorum patratum *Far. q.81. num.30. circa medium cum alijs ibi allegatis*, vbi de recognitione armorum nihil dicit, ſed de reperitione tantum illorum, vt appareat quod factum delicti potuerit patrari cum dicto genere armorum, & ratio eſſe po-
10 teſt, quia iſta recognitio non influit niſi ad formandam facti veritatem, quæ à Iudice requirente inueſtiganda eſt at vero à Iudice puniente illa non conſideratur ſimpliciter ſub ſpecie veri, ſed ſub ſpecie mali & prohibiti facti punitione digni, vt notat
11 *Bald, in l. ea quæ num.13. C. de condit. indebiti*: vnde cū Iudex habeat illud, quod eſt cauſa punitionis nempe malum veriſimiliter patratum cum prædicto genere armorum, non eſt neceſſaria recognitio neceſſitate
12 præciſa, vt dixi, ſed ad bene eſſe, & bonus Iudex non debet illam omittere.

An metus illatus Iudici, adhoc vt potius repetat teſtes, quam confrontet, noceat legitimationi. Quæſt. CXIX.

SVMMARIVM.

Metus illatus Iudici habenti arbitrium. vt potius adhibeat vnus modus legitimandi, quam alius præiudicat legitimationi. num.1.

Metus facit conditionem Iudicis deteriorem. num. 2.

Iudex, qui habet arbitrium infligendi plures pœnas, ſi ei inferatur metus, vt vnam eligat, & non aliam, ſententia erit nulla. num.3.

Iudex ſi per metum, alias non facturus, tulerit ſententiam iuſtam, ſententia eſt valida. num. 4. declara. num.5.

Legitimatio requirit ſententiam interlocutoriam, per quam tribuit ius parti. num.6.

ET dicendum, quod cum Iudex habuerit arbitrium legitimandi proceſſum, vel per confrontationem, vel per repetitionem ſi ei inferatur metus, vt potius eligat repetitionem, quam
1 confrontationem vtique dicendum, quod noceat legitimationi, ita vt non valeat, & ratio eſt tū quia debet Iudex operari ex mēte, & animo, & nō de facto *l. dicere ff. de arbit.* tum quia per metum abſciſum ſeu mutilatum videtur ſibi arbitrium, quod in Iudice completum, & integrum eſſe oportet *l. ſi optio ff. qui & à quibus*; nam metus fa-
2 cit conditionem Iudicis deteriorem, quod eſſe non debet, vt notat *Bald. in l. 1. num.6. verſ. pone Iudex C. de ſententijs ex breuiloquo recitandis*; vbi in caſu fortiori dicit, quod ſi Iudex, qui habet arbitrium inferendi plures pœnas tam pæcuniarias, quam perſona-
3 les inferratur metus, vt omiſſis pæcuniarijs eligat de corporalibus, quam vult ſententia eſt nulla licet libere vnam pœnam corporalem de pluribus, quas inferre poterat elegerit infligendam non alia de cauſa niſi, quia per metum ſibi illatum arbitrium fuerit ſibi, vt ita dicam mutilatum ſeu potius impeditum.

Dices, quod ſi Iudex per metum alias non facturus tulerit ſententiam iuſtam ſē-
4 tentia diceretur valida cum non adfuerit vllum damnum, quod requirit metus *l. ſed & partus §. fin. ff. quod met. cau.* ita pari modo cum per repetitionem nullum damnum inferatur non videtur inualida dicta repetitio etiam ſi per metum facta fuerit.

Reſpondetur, quod cum voluntas Iudi-
dicis debeat in omnibus, & per omnia eſ-
ſe libera non debet neceſſitari plus ad vnū
5 quam ad alium actum legitimationis, quia
neceſſitas eſt contraria voluntati, & ſic di-
cta repetitio nullitatis vitio non careret id-
circò non valeret *9.quæſt.1.cap. quatuor l.1.ff.
de legat.2.Bald. in l.de eo num.12.C.de pæna iud.
qui male iudicat*; ſicut non valeret prædicta
ſententia, vt tenet *Bald. in dicta l. de eo n.12.*
Et ſi replices, quod legitimatio non re-
quirat ſententiam; idcircò non videtur,
quod poſſit equiparari ipſi ſententiæ Re-
ſpondetur, quod legitimatio non requirit
ſententiam difinitiuam, ſed bene requirit
6 ſententiam interlocutoriam per quam tri-
buit ius parti, & ipſi Fiſco; idcircò poſſet
eſſe magis proficua confrontatio, quam
repetitio eidem Fiſco, ſecundum quod iu-
dicaſſet Iudex; idcircò non poteſt cogi, vt
admittat magis vnam, quam alteram le-
gitimationem niſi ſecundum ſuum arbi-
trium pro vt ſibi videtur pro cauſæ vtili-
tate.

An qui elegit viam legitimationis per confrontationem poſſit poſtea ad legitimationem per repetitionem conuolare.

Quæſt. CXX.

SVMMARIVM.

Electio vnius actionis alteram excludit. num. 1.

Qui poteſt propria auctoritate ingredi fundum ſi adeat Iudicem ſibi præiudicat. num. 2.

Electio vnius remedij circa actionem nō impedit aliud eligi. num. 3.

Pro exequenda actione delicti Fiſcus poteſt vti remedijs differentibus. num. 4.

Quoties plura remedia oriuntur ex eadem lege, vel edicto, vnum non tollit alterum. num. 5.

Accuſatio, & inquiſitio ſunt remedia actionis, non circa actionem. num. 6.

Inquiſitio non poteſt cumulari cum accuſatione principaliter. num. 7.

Inquiſitio non eſt modus perſequendi in iudicio, quod inquirenti debetur ſicut eſt accuſatio. num. 8.

Inquiſitio de generali conſuetudine non ceſſat, etiam ſi poſtea ſuperueniat accuſatio immo Inquiſitio pari paſſu ambulat cum accuſatione. num. 9. & 10.

Inquiſitio, & accuſatio de iure non cumulantur, eo quia ſunt inter ſe contraria. num. 11. declara. num. 12.

Ea quæ cumulari non poſſunt ſunt in duplici differentia, & quæ. num. 12. & 13.

Vna & eadem cauſa poteſt cognoſci coram duobus iudicibus, & quo modo. num. 14.

Iudex vnus cedit alteri remittendo carceratum præſentem. num. 15.

Si de facto cognoſcatur eadem cauſa per accuſationem, & inquiſitionem, & pars acquieſcat tenet vterque proceſſus. num. 16.

Accuſatio ſuperueniens re integra facit ceſſare inquiſitionem. num. 17.

Electio in remedijs circa actionem non præiudicat alteri vno electo. num. 18.

Legitimatio, quæ reſultat ex actu confrontationis non eſt minoris efficaciæ, quam ſit legitimatio, quæ reſultat, ex actu repetitionis, vel declarationis. n. 19.

In ijs quæ ſunt facti aliud eſt eſſe tale, & haberi pro tali in ijs vero, quæ ſunt iuris non eſt ſic. nu. 20. & 21.

Lex vel ſtatutum poteſt facere, quod proceſſus legitimatus per declarationem vere ſit legitimatus. num. 22.

HÆC concluſio intelligi de-
bet de Fiſco ſeu adherente
ad quos ſpectat legitimare
proceſſum, & prima facie
videtur dicendum, quod
non poſſit variare, quia
1 electio vnius actionis alteram excludit, *vt
dicitur in textu in l. quod in hærede §. eligere ff.de
tributoria vbi Bald.* & ratio eſt quia per ele-
ctionem Fiſcus ſe aſtringit ad id, quod ele-
git idem *Bald. in l. non ſolum §. qui alieno n.3.
in fine ff. de procurat. & defenſ.* & hinc eſt,
quod ſi quis ex conuentione poſſit propria
auctoritate ingredi fundum attamen ſi a-
2 deat Iudicem ſibi præiudicat, quia via,
quam ſibi elegit debet ſibi patere *Oſaſch.de-
ciſ. 164. num. 17.* pariter, qui elegit viam
contractus non poteſt poſtea aſſumere viā
pænitentiæ, & ſic diſtractus, quia actus
electiuus non debet eſſe ludibrio *l. commiſ-
ſoriæ vbi Bald. C. de pactis inter emp. & vend.*
Niſi diſtinguendo dicas, quod alia eſt ele-
ctio actionis ſeu cauſæ alia eſt electio re-
medij circa dictam actionem ſeu cauſam
prima electio firmat ſtatum nec poteſt po-
ſtea amplius ab ea reſiliri, & ad aliam actio-
3 nem rediri ſecunda vero electio non fir-
mat ita ſtatum quin poſſit poſtea rediri
ad aliud remedium, vt in caſu noſtro in
quo pro exequenda actione delicti, puta
furti homicidij, vel alterius maleficij po-
4 teſt Fiſcus uti remedijs differentibus vide-
licet repetitionis, vel confrontationis, &
vno iſtorum electo non ſibi preiudicat in
altero, & ratio eſt quia iſta ſunt remedia,
quæ concurrunt origine ideò non tollun-
tur

tur electione nam remiſſo vno remanet alterum, *vt l. ſi domus ff. de ſeru. vrb. prædi*, & faciunt ea quæ tradit *Bald. in l. in prouinciali §. ſed ſi in loco num. 3, ff. de oper. nou. nunciat.* vbi dicit, quod quoties plura remedia naſcū-
5 tur ex eadē lege, vel edicto vnum non tollit alterum, & exemplificat in edicto noui ope: nunc: ex quo naſcitur triplex nunciationis forma ſcilicet per ſimplex verbum per actum lapilli, & per prætorem.

Dices, quod accuſatio, & inquiſitio ſunt remedia ad perſequenda delicta, & concurrunt ſimul origine, & tamen vnum iſtorum electum, & prius intentatum ceſſat alterum, vt docet *Bald. in l. ea quidem nu. 63. C. de accuſat. & inſcript.* Reſpondetur, quod accuſatio, & inquiſitio ſunt remedia actio-
6 nis non remedia circa actionem, & hinc eſt, quod accuſatio in criminalibus, quodāmodo actio dicitur; nā quando de crimine agitur ciuiliter tunc agitur per modum actionis ciuilis, quando vero agitur criminaliter, tūc agitur per modū accuſationis, vt notat *Paul. de Caſtro in l. ſed, & hæ perſonæ §. patronus libertum ff. de procut. & defenſ.* vnde ſicut per criminalē accuſationē tollitur actio ciuilis ſaltem præiudicialiter, vt dicit *Bart. in l. inter dum §. qui furem num. 3. ff. de furtis & è contra, vt tradit Farin. quæſt. 42. num. 32.* ita per accuſationem tollitur inquiſitio; quæ cum
7 accuſatione principaliter cumulari non poteſt *Bald. in l. 1. num. 30. C. de furtis*, & ratio eſt quia inquiſitio non eſt modus perſequendi in iudicio, quod inquirenti debetur; ſed eſt quidam modus deducendi in
8 iudicium ius alteri competens idem *Bald. in l. transfigere num. 25. C. de tranſactio*; Accuſatio vero eſt ius perſequendi, quod ſibi debetur propter iniuriam illatam ſibi ſuiſque: vndè accuſare in criminalibus eſt agere, & in crimen vocare *l. 4. C. de authoritate præſtanda l. 26. C. ad l. Iul. de adulter.*

Hodie tamen de generali conſuetudine
9 inquiſitio non ceſſat etiam ſi poſtea ſuperueniat accuſatio *Clor. quæſt. 5. num. 5. Farinac. quæſt. 1. num. 11.* vbi dicit, quod hodie inquiſitio eſt remedium ordinarium licèt de iure communi ſit extraordinarium, & ſilere debeat vbi eſſet accuſatio vti remedium de iure ordinarium *Boſſ. de inquiſitione nu. 8. Roland. conſ. 30. num. 15. lib. 2.* vbi dicit, quod hodie inquiſitio, & accuſatio pari paſſu
10 ambulant de conſuetudine, & ſic inquiſitio eſt, redacta ad ordinarium remedium, ac proinde non tollitur per accuſationem ſuperuenientem *Bald. in d. l. in prouinciali §. ſed ſi in loco num. 2. verſ. & immo ſi per ſtatutum ff. de noui operis nunciat*, ſed quidquid ſit de conſuetudine certum tamen eſt quod ſecundum iuris tramites non cumulantur in-
11 quiſitio, & accuſatio, eo quia ſunt contraria, & proprium contrariorum eſt, vt non cumulentur *Bald. in l. 1. num. 13. & ſeqq. C. de furtis.*

Sed ad huius propoſitionis intelligentiā aduertendum eſt quod ea quæ cumulari non poſſunt ſunt in duplici differentia; nam
12 alia, quæ ratione prælationis, alia quæ ratione contradictionis cumulari non poſſunt illa quæ ratione prælationis cumulari non poſſunt ſunt ea, quæ ordinario, vel extraordinario modo exerceri poſſunt, vt ſunt accuſatio, & inquiſitio nam prius admitti debet iudicium accuſationis veluti remedium ordinarium, quo introducto ceſſare debet extraordinarium iudicium inquiſitionis, & ratio eſt quia accuſatio ha-
13 bet prælationem *cap. factum de reg. iuris in 6.* quod ſi concurrerent ſequeretur, quod bis de vno maleficio quereretur, quod eſt contra iuris æquitatem, & naturalem rationem vbi enim vna eſt cauſa ibi vna debet eſſe inſtantia, quæ cum poſſit via ordinaria perſequi non debet per extraordinariam promoueri *Bald. in d. l. 1. num. 30. C. de furtis.*

Dices, quod vna & eadem cauſa po-
14 teſt cognoſci coram duobus iudicibus, vt tenet *Bald. in l. 3. §. ſi cum omnes ff. ad Sylla.* & poſſet dari; quod vnus procedat per inquiſitionem, & alter per accuſationem, ergo non videtur inconueniens, quod vna & eadem cauſa contrarijs iudicijs ventiletur. Reſpondetur, quod non bene infertur à duobus iudicibus diuerſi fori ad vnū Iudicem eiuſdem fori; nam in primo caſu conſideratur diuerſitas iuriſdictionis, & tribunalium differentia, quæ ſe inuicem non impediunt ſaltem, quando contra contumacem proceditur, quo caſu inquiſitus ab vtroque banniri poſſet *Igneus in l. 1. §. ſi quam omnes num. 270. verſ. ſed ſi contingeret ff. ad Syl-*
15 *lan.* ſi vero contra preſentem tunc vnus cedit alteri remittendo ſibi ipſis ad inuicem delinquentes præſentes ſecundò caſu conſideratur diuerſitas iudiciorum prout ſunt iudicia ordinaria, & extraordinaria, quæ licèt ratione prelationis vnum excludat alterum tamen, vel ſi de facto cognoſcatur eadem cauſa per accuſationem, & inquiſi-
16 tionem, & pars acquieſcat nihil opponendo teneret vterque proceſſus *arg. l. ſi accuſatoribus C. de accuſat.* nam quod fit de facto valet ſi non opponatur *Bald. in d. l. 1. nu. 30. C. de furtis*, vel in iudicio inquiſitionis eſſet iam probatum maleficium tunc ſuperueniente accuſatione non ceſſat inquiſitio ſe-
17 cus vero ſi accuſatio ſuperueniret re inte-

tegra, quia tunc accuſatio facit ceſſare in-
quiſitionem, *l.diuus, ff. de cuſtod. reorum quem*
textum notat. Bald. in l. poſt actiones, §. per hanc au-
tem in prima lectura, verſ. & ideò veritas eſt, ff. de
rei vindicat. nec debet in hoc attendi con-
ſuetudo in contrarium cum exorbitet à iu-
re communi, *cap. dilectus de conſuetudine.*

At verò in remediis circa actionem non
18 eſt ſic, ſed vno electo non præiudicatur
alteri, & ſic quotidiè experimur quod pro-
ceſſus partim legitimantur per confronta-
tionem partim per repetitionem, partim
per declarationem.

Iterum dices, quod petitio Fiſci funda-
tur in legitimatione tanquam in cauſa im-
mediata actionis productiua ergo legitima-
tio quæ eligitur per confrontationem fien-
da, eſſet remedium actionis, & non circa
actionem, & ſic illa electa ceſſare faciet le-
gitimationem per repetitionem, ſeu per de-
clarationem: Reſpondetur, quod obiectum
non loquitur de modo, ſed de re ex modo
19 reſultante; idcircò non afficit nam legiti-
matio quæ reſultat ex actu confrontationis
non eſt minoris efficaciæ quam ſit legiti-
matio quæ reſultat ex actu repetitionis, vel
declarationis, & ſic ſunt paris efficaciæ ad
producendam actionem.

Etſi replices, quod immò legitimatio per
declarationē ſit minoris efficaciæ quā legi-
timatio per cōfrontationem, & repetitionē
cum reus, qui declarat dicit habere teſtes
pro legitimatos, & ſic quaſi nō verè legiti-
matos, & per conſequens per nō verū ordi-
narium modum legitimationis: Reſpon-
detur, & pro intelligentia ſciendum eſt,
20 quod quædam ſunt facti, & hoc caſu aliud
eſt eſſe tale, & aliud eſt haberi pro tali, vt
verbi gratia, aliud eſt eſſe abſentem, & aliud
eſt haberi pro abſente, non enim poteſt fa-
cere lex, quod ille qui eſt præſens eſſet ve-
rè abſens, ſed poteſt facere, quod habeatur
pro abſente, vt *l. in bello, §. facta, ff. de captiu.*
poſtlim. reuer. Quædam ſunt iuris, & in his
21 lex poteſt determinare, quod verè ſit tale,
& ſic hoc caſu idem eſt talem, vel haberi
pro tali niſi ratione contrarietatis aliud
aduertatur, nimirum quod pro parte fuerit
facta legitimatio, & pro parte non, vndè
cum lex, ſeu ſtatutum dicat quod proceſſus
22 per declarationem legitimatus verè ſit le-
gitimatus, verè facta dicitur legitimatio;
quia lex, ſtatutum, & conſuetudo poteſt
hoc facere in his quæ ſunt iuris, *Auth. ſed*
Epiſcopalis dignitas, C. de Epiſcopis, & Cleric.

An in repetitione peritorum pro æſtimanda re furata electorum, vt res melius æſtimetur neceſſarium ſit quod à ſuo eſſe artificiali ſubmoueatur.

Quæſtio CXXI.

SVMMARIVM.

Res perpendi oportet in repetitiuo, prout perpenſa fuit in informatiuo. num. 1.

Res perpendi oportet in ſua primeua, & genuina ſpecie. num. 2.

Gemmæ per artem vnitæ vnum integrale ſimul conſtituunt. num. 3.

Plus valet pars in toto, quam ſeparata ab illo. nu. 4.

Differentia magna eſt conſiderare aliquid ſpecialiter, & aliquid ſingulariter. num. 5.

Gemmæ in ſpeciem Gioielli redactæ debent perpendi ſecundum dictam ſpeciem, & non ſecundum quod ſint disligatæ ab illa ſpecie. num. 6.

Pondus gemmarum in ſpetie Gioielli debet conſiderari prout gemmæ ceſſerunt auro vel aurum ceſſit Gemmis. num. 7.

Vnum arte factum ſi diuidatur minus æſtimatur. num. 8.

Aeſtimatio maior fit partis dimidiæ re tota æſtimata, quam ſi per ſe ſeparatim pars dimidia æſtimaretur. num. 9.

Legatum ſcutela aureæ in qua ſunt gemmæ inſertæ; gemmæ etiam in legato continentur. num. 10.

HVius difficultatis cau-
ſa, & occaſio fuit quæ-
dam emptio gemma-
rum, vt dicitur, *di vn*
gioiello, & vna garganti-
glia, furatarum empta-
rum pro viliſſimo pre-
tio à quodam hebræo,
qui pro ſe eſcuſando à
dolo reſultāte ab emptione pretio vili facta
inſtabat, vt adamantes qui artificio nobili
dictū gioiellum, & gargantigliam ornabant
ſubmouerentur, & ſepararentur, vt pon-
dus, & qualitas eorum adamantium me-
lius à peritis repetendis pro legitimatione
proceſſus cum interrogatorijs eiuſdem he-
bræi perpenderentur cui inſtantiæ, vti val-
dè contrariæ iuri, & rationi me fortiter
oppoſui, & teneo, quod veritas ſic ſe ha-
beat: Nam ex opinione communi eorum,
1 qui iſtarum gemmarum, non prout diſli-
gatarū, ſed prout vnitarum ſpeciem vnam

arte

arte inſeparabilem cōſtituentiū periti ſunt perpenſi in informatiuo ponderari oportet ſimili modo in repetitiuo, *arg. textus in l. ſi in rem, ff. de rei vindic.* ibi: *Octauenus ita definit, quod infectæ quidem materiæ pondus: ſignatæ verò numerum: factæ autem ſpeciem dici oportet*; dum ergo gemmæ iſtæ non vti materia infecta, neque vti res ſignata, ſed vt in ſpeciem redactę hebręus à fure emerit rationabile minimè videtur, vt ad infectā materiam redigantur, vt
2 ponderentur, ſed in ſui primeua, & genuina artificiali ſpecie perpendi, & conſiderari, ac ponderari debeant, prout periti de communi artificum collegio electi quotidiè perpendere, & ponderare ſolent, & ſecundum iſtud ſolitum Fiſcus in proceſſu informatiuo perpendi, ac æſtimari curauit, facit *argum. in l. 2. C. de ponder. & auri illat. lib. 10.* ibi: *quia ſua fide atque induſtria neque fallat, neque fallatur contentionem dirimere*.

Non obſtat, quod pro emptoris defenſione denegare non poſſit iſta gemmarum disligatio per quam melius, & diligentius pondus, & qualitas gemmarum perpendi poteſt; tum quia obiectum procedere poſſe videtur in iis quæ ſunt eiuſdem æſtimationis in forma cuius ſunt in materia, iuxta ea quæ deciduntur *in l. ſi alij veſtimenta, §. cum certam*, & ibi *Bart. ff. de auro, & argent. legato*, quod non eſt in caſu noſtro dum gemmæ
3 prædictæ per artem vnitæ vnum integrale ſimul conſtituerunt, *l. & ſi non ſunt, §. perueniamus, ff. eodem*; non enim tantum nitorem, ſeu ſplendorem, ac vtilitatem afferunt artifici adamantes ſeparati veluti partes quātū
4 afferunt vniti, quia plus valet pars in toto, quam ſeparata ab eodē, *Bald. in l. meuius, §. in fundo num. 1. ff. de leg. 2.* magna enim differentia eſt aliquid ſpecialiter, & aliquid ſin-
5 gulariter fieri, & conſiderari *Alex. conſ. 134. num. 5. lib. 1.* conſideratur enim ſummopere induſtria artificis in gēmis in auro inſertis, & in ipſo auro gemmis alligato, *d. l. & ſi non ſunt, §. perueniamus, l. ſicut habiliter, ff. de auro, & argent. legato*.

Dices, quod melius per ſeparationem, & disligationem pondus gemmarum haberi poteſt: Reſpondetur, quod melius hoc dupliciter conſiderari poteſt ſecundum duplex pondus, quod dari oportet in huiuſmodi rebus vnum, prout conſideratur in rebus infectis, & ſic in informi materia, alterum prout cōſideratur in re in ſpeciem redacta in caſu autem noſtro non debet conſiderari pondus, prout eſt, vel fuit in re infecta, & ſic in gemmis disligatis, quia
6 emptor non ita illas emit, ſed prout ipſe gemmæ in ſpeciem, & formam gioielli redactæ, & ſecundum hanc ſpeciem pondus illarum perpendi debet, facit *arg. textus in l. cum aurum, ff. de auro, & argento legato*, vbi fit differentia inter legatum factum de pondere auri, vel argenti ſimpliciter, & de pondere auri, vel argenti facti hoc eſt in ſpeciē redacti, & ſic data proportione dicimus, quod pondus, & perpenſio gemmarum de quibus agitur nullo modo fieri poſſunt, niſi prout ſunt in ſpecie gioielli, vel alterius
7 mappæ, & ſic prout gemmæ ceſſerunt auro, aut aurum ceſſit gemmis, quia non eſt admittendum, quod illud, quod fuit vnum arte, & induſtria conſtitutum, & ſic ſecundum iſtam vnionem venale factum ab æſtimatione ſingulari in partes diuidatur, vt
8 minus æſtimetur contra determinationem expreſſi *textus in l. meuius, §. cum familiæ, ff. famil. erciſcun.* vbi euidenter diſponitur, quod res eſt æſtimanda, prout valet vnita non prout valet diuiſa, & ratio redditur in *l. 1. §. 1. C. comm. diuidun.* & ibi *gloſſ. 2.* quia ma-
9 ior fit æſtimatio partis dimidię re tota æſtimata quam ſi per ſe ſeparatim pars dimidia æſtimaretur, & facit *textus in l. Seia, §. item quæro, ff. de auro, & argento legato*, vbi legatum vnionum, & Hiacintorum prout fuerunt ſingulariter alicui legatæ ſi poſtea teſtator illas in ſpeciem ornamenti conuertiſſet amplius legato non cedunt, & ratio eſt, quia id, quod teſtamento dabatur in ſua ſpecie non remanſit, & hinc eſt, quod ſi
10 quis legauerit ſcutelam auream, vel argenteam in qua erant gemmæ inſertæ in prædicto legato continentur etiam prædictæ gemmæ, quia cum duo ſunt coniuncta vnum illorum cedit alteri cuius alterius ſpecies eſt maior, ideſt honorabilior, *l. & ſi non ſunt, §. perueniamus, ff. de auro, & argento legato*.

Corroborantur ſupradicta ex *textu in l. cū eiuſdem generis, ff. de ædilit. edicto*, in quo diſponitur, quod ſi vendidiſti mihi quatuor ſeruos pro quibus omnibus inſimul vnum pretium conſtituiſti quoniam ſimul canebant, & vnum chorum faciebant, *l. ſi chorus, ff. de legat. 3.* non plures æſtimationes, ſeu venditiones, ſed vna tantum æſtimatio, ſeu venditio, dicitur conſtituta, & ideò non ſinguli, ſed ſimul prout vnum chorum, & ſic vnam ſpeciem ſeruorum conſtituunt æſtimandi ſunt patet, quia ſi vnus ex dictis ſeruis vitioſus appareret daretur emptori de omnibus redhibitio *dicta l. cum eiuſdem*, ita parimodo cum multæ inſimul gemmæ fecerunt vnum gioiellum, ſeu vnum aliud opus indiuiduali artificio perfectum non omnes gemmæ vti ſingulæ, ſed ſimul prout vnum artificiale opus conſtituentes æſtimandæ ſunt, ac proindè periti, qui, æſtimaue-

tegra, quia tunc accuſatio facit ceſſare in-
quiſitionem, *l.diuus, ff. de cuſtod. reorum quem
textum notat. Bald.in l.poſt actiones, §.per hanc an-
tem in prima lectura, verſ.& ideò veritas eſt, ff.de
rei vindicat.* nec debet in hoc attendi con-
ſuetudo in contrarium cum exorbiter à iu-
re communi, *cap.dilectus de conſuetudine*.
At verò in remediis circa actionem non
18 eſt ſic, ſed vno electo non præiudicatur
alteri, & ſic quotidiè experimur quod pro-
ceſſus partim legitimantur per confronta-
tionem partim per repetitionem, partim
per declarationem.
Iterum dices, quod petitio Fiſci funda-
tur in legitimatione tanquam in cauſa im-
mediata actionis productiua ergo legitima-
rio quæ eligitur per confrontationem fien-
da, eſſet remedium actionis, & non circa
actionem; & ſic illa electa ceſſare faciet le-
gitimationem per repetitionem, ſeu per de-
clarationem: Reſpondetur, quod obiectum
non loquitur de modo, ſed de re ex modo
19 reſultante; idcircò non afficit nam legiti-
matio quæ reſultat ex actu confrontationis
non eſt minoris efficaciæ quam ſit legiti-
matio quæ reſultat ex actu repetitionis, vel
declarationis, & ſic ſunt paris efficaciæ ad
producendam actionem.
Etſi replices, quod immò legitimatio per
declarationẽ ſit minoris efficaciæ quã legi-
timatio per cõfrontationem, & repetitionẽ
cum reus, qui declarat dicit habere teſtes
pro legitimatos, & ſic quaſi nõ verè legiti-
matos, & per conſequens per nõ verũ ordi-
narium modum legitimationis: Reſpon-
detur, & pro intelligentia ſciendum eſt;
20 quod quædam ſunt facti, & hoc caſu aliud
eſt eſſe tale, & aliud eſt haberi pro tali, vt
verbi gratia, aliud eſt eſſe abſentem, & aliud
eſt haberi pro abſente, non enim poteſt fa-
cere lex, quod ille qui eſt præſens eſſet ve-
rè abſens, ſed poteſt facere, quod habeatur
pro abſente, vt *l.in bello, §. facta, ff.de captiu.
poſtlim. reuer.* Quædam ſunt iuris, & in his
21 lex poteſt determinare, quod verè ſit tale,
& ſic hoc caſu idem eſt talem, vel haberi
pro tali niſi ratione contrarietatis aliud
aduertatur, nimirum quod pro parte fuerit
facta legitimatio, & pro parte non, vndè
cum lex, ſeu ſtatutum dicat quod proceſſus
22 per declarationem legitimatus verè ſit le-
gitimatus, verè facta dicitur legitimatio,
quia lex, ſtatutum, & conſuetudo poteſt
hoc facere in his quæ ſunt iuris, *Auth. ſed
Epiſcopalis dignitas, C. de Epiſcopis, & Cleric.*

An in repetitione peritorum pro æſtimanda re furata electorum, vt res melius æſtimetur neceſſarium ſit quod à ſuo eſſe artificiali ſubmoueatur.

Quæſtio CXXI.

SVMMARIVM.

Res perpendi oportet in repetitiuo, prout perpenſa fuit in informatiuo. num.1.

Res perpendi oportet in ſua primeua, & genuina ſpecie. num.2.

Gemma per artem vnitæ vnum integrale ſimul conſtituunt. num.3.

Plus valet pars in toto, quam ſeparata ab illo. nu.4.

Differentia magna eſt conſiderare aliquid ſpecialiter; & aliquid ſingulariter. num.5.

Gemma in ſpeciem Gioielli redactæ debent perpendi ſecundum dictam ſpeciem, & non ſecundum quod ſint diſligata ab illa ſpecie. num.6.

Pondus gemmarum in ſpetie Gioielli debet conſiderari prout gemmæ ceſſerunt auro vel aurum ceſſit Gemmis. num.7.

Vnum arte factum ſi diuidatur minus æſtimatur. num.8.

Aeſtimatio maior ſit partis dimidiæ re tota æſtimata, quam ſi per ſe ſeparatim pars dimidia æſtimaretur. num.9.

Legatum ſcutela aureæ in qua ſunt gemmæ inſertæ; gemmæ etiam in legato continentur. num. 10.

HVius difficultatis cau-
ſa, & occaſio fuit quæ-
dam emptio gemma-
rum, vt dicitur, *di vn
gioiello; & vna gargantiglia*, furatarum empta-
rum pro viliſſimo pre-
tio à quodam hebræo,
qui pro ſe eſcuſando à
dolo reſultãte ab emptione pretio vili facta
inſtabat, vt adamantes qui artificio nobili
dictũ gioiellum, & gargantigliam ornabant
ſubmouerentur, & ſepararentur, vt pon-
dus, & qualitas eorum adamantium me-
lius à peritis repetendis pro legitimatione
proceſſus cum interrogatorijs eiuſdem he-
bræi perpenderentur cui inſtantiæ, vti val-
dè contrariæ iuri, & rationi me fortiter
oppoſui, & teneo, quod veritas ſic ſe ha-
beat: Nam ex opinione communi eorum,
1 qui iſtarum gemmarum, non prout diſli-
gatarũ, ſed prout vnitarum ſpeciem vnam
arte

arte inſeparabilem cõſtituentiũ periti ſunt perpenſi in informatiuo ponderari oportet ſimili modo in repetitiuo, *arg. textus in l. ſi in rem, ff. de rei vindic.* ibi: *Octauenus ità definit, quod infectæ quidem materiæ pondus: ſignatæ verò numerum: factæ autem ſpeciem dici oportet*; dum ergo gemmæ iſtæ non vti materia infecta, neque vti res ſignata, ſed vt in ſpeciem redactę hebręus à fure emerit rationabile minimè videtur, vt ad infectã materiam redigantur, vt
2 ponderentur, ſed in ſui primeua, & genuina artificiali ſpecie perpendi, & conſiderari, ac ponderari debeant, prout periti de communi artificum collegio electi quotidiè perpendere, & ponderare ſolent, & ſecundum iſtud ſolitum Fiſcus in proceſſu informatiuo perpendi, ac æſtimari curauit, facit *argum. in l. 2. C. de ponder. & auri illat. lib. 10.* ibi: *quia ſua fide atque induſtria neque fallat, neque fallatur contentionem dirimere.*

Non obſtat, quod pro emptoris defenſione denegare non poſſit iſta gemmarum disligatio per quam melius, & diligentius pondus, & qualitas gemmarum perpendi poteſt; tum quia obiectum procedere poſſe videtur in iis quæ ſunt eiuſdem æſtimationis in forma cuius ſunt in materia, iuxta ea quæ deciduntur *in l. ſi alij veſtimenta, §. cum certam,* & ibi *Bart. ff. de auro, & argent. legato,* quod non eſt in caſu noſtro dum gemmæ
3 prædictæ per artem vnitæ vnum integrale ſimul conſtituerunt, *l. & ſi non ſunt, §. perueniamus, ff. eodem*; non enim tantum nitorem, ſeu ſplendorem, ac vtilitatem afferunt artifici adamantes ſeparati veluti partes quantũ
4 afferunt vniti, quia plus valet pars in toto, quam ſeparata ab eodẽ, *Bald. in l. menius, §. in fundo num. 1. ff. de leg. 2.* magna enim differentia eſt aliquid ſpecialiter, & aliquid ſin-
5 gulariter fieri, & conſiderari *Alex. conſ. 134. num. 5. lib. 1.* conſideratur enim ſummopere induſtria artificis in gẽmis in auro inſertis, & in ipſo auro gemmis alligato, *d. l. & ſi non ſunt, §. perueniamus, l. ſicut habiliter, ff. de auro, & argent. legato.*

Dices, quod melius per ſeparationem, & disligationem pondus gemmarum haberi poteſt: Reſpondetur, quod melius hoc dupliciter conſiderari poteſt ſecundum duplex pondus, quod dari oportet in huiuſmodi rebus vnum, prout conſideratur in rebus infectis, & ſic in informi materia, alterum prout cõſideratur in re in ſpeciem redacta in caſu autem noſtro non debet conſiderari pondus, prout eſt, vel fuit in re infecta, & ſic in gemmis disligatis, quia
6 emptor non ita illas emit, ſed prout ipſę gemmæ in ſpeciem, & formam gioielli redactæ, & ſecundum hanc ſpeciem pondus illarum perpendi debet, facit *arg. textus in l. cum aurum, ff. de auro, & argento legato*, vbi fit differentia inter legatum factum de pondere auri, vel argenti ſimpliciter, & de pondere auri, vel argenti facti hoc eſt in ſpeciẽ redacti, & ſic data proportione dicimus, quod pondus, & perpenſio gemmarum de quibus agitur nullo modo fieri poſſunt, niſi prout ſunt in ſpecie gioielli, vel alterius
7 mappæ, & ſic prout gemmæ ceſſerunt auro, aut aurum ceſſit gemmis, quia non eſt admittendum, quod illud, quod fuit vnum arte, & induſtria conſtitutum, & ſic ſecundum iſtam vnionem venale factum ab ęſtimatione ſingulari in partes diuidatur, vt
8 minus æſtimetur contra determinationem expreſſi *textus in l. meuius, §. cum familiæ, ff. famil. erciſcun.* vbi euidenter diſponitur quod res eſt æſtimanda, prout valet vnita non prout valet diuiſa, & ratio redditur in *l. 1. §. 1. C. comm. diuidun.* & ibi *gloſſ. 2.* quia ma-
9 ior fit æſtimatio partis dimidię re tota æſtimata quam ſi per ſe ſeparatim pars dimidia æſtimaretur, & facit *textus in l. Seia, §. item quæro, ff. de auro, & argento legato,* vbi legatum vnionum, & Hiacintorum prout fuerunt ſingulariter alicui legatæ ſi poſtea teſtator illas in ſpeciem ornamenti conuertiſſet amplius legato non cedunt, & ratio eſt, quia id, quod teſtamento dabatur in ſua ſpecie non remanſit, & hinc eſt, quod ſi
10 quis legauerit ſcutelam auream, vel argenteam in qua erant gemmæ inſertæ in prædicto legato continentur etiam prædictæ gemmæ, quia cum duo ſunt coniuncta vnum illorum cedit alteri cuius alterius ſpecies eſt maior, idest honorabilior, *l. & ſi non ſunt, §. perueniamus, ff. de auro, & argento legato.*

Corroborantur ſupradicta ex *textu in l. cũ eiuſdem generis, ff. de ædilit. edicto,* in quo diſponitur, quod ſi vendidiſti mihi quatuor ſeruos pro quibus omnibus inſimul vnum pretium conſtituiſti quoniam ſimul canebant, & vnum chorum faciebant, *l. ſi chorus, ff. de legat. 3.* non plures æſtimationes, ſeu venditiones, ſed vna tantum æſtimatio, ſeu venditio, dicitur conſtituta, & ideò non ſinguli, ſed ſimul prout vnum chorum, & ſic vnam ſpeciem ſeruorum conſtituunt æſtimandi ſunt patet, quia ſi vnus ex dictis ſeruis vitioſus appareret daretur emptori de omnibus redhibitio *dicta l. cum eiuſdem,* ita parimodo cum multæ inſimul gemmæ fecerunt vnum gioiellum, ſeu vnum aliud opus indiuiduali artificio perfectum non omnes gemmæ vti ſingulæ, ſed ſimul prout vnum artificiale opus conſtituentes æſtimandæ ſunt, ac proindè periti, qui æſtimaue-

mauerunt rem vnitam non debet diſlegari
cum repetantur per rationes ſupradictas.

An teſtes turmatim, & inſimul examinati in informatiuo, & poſtea vnus ſeorſim ab alio repetitus in legitimatiuo probent.

Quæſt. CXXII.

SVMMARIVM.

Teſtes qui ſub vno tenore ſcripturæ ſe ſubſcribunt ſi poſtea ſeparatim examinantur probant. num.1.

Eo ipſo quod eſt formatus proceſſus informatiuus oritur actio, ſed inefficax. num.2.

Iudex qui in informatiuo audiuit teſtes turmatim poteſt in repetitiuo errorem emendare illoſque iterum ſeparatim interrogare. num.3.

SVpradiximus in primo libro,
quod teſtes turmatim examinati non probent: modo dubitatur
ſi ſinguli vnus ſeorſim ab alio repetiti, euadant
eorum dicta legitima, & ratio dubitandi eſt, quia in proceſſu repetitiuo,
quilibet teſtis iterum deponit, quod in informatiuo depoſuit; idcircò videtur ſuffi-
cere quod in legitimatione proceſſus ſeparatim examinentur, quemadmodum pro-
cedit in iis teſtibus, qui ſub vno tenore
1 ſcripturæ ſe ſubſcribunt, quod ſi poſtea ſe-
paratim examinantur probant, vt quotidie
videtur practicari nō quidem, quia ſub vno
ſcripturæ tenore atteſtati fuerunt, ſed quia
ſub vno ſeparato examine depoſuerunt.

Reſpondetur, quod legitimatio quæ fit
per repetitionem ſecundum ſtylum nihil
aliud eſt, niſi confirmatio illius de quo te-
ſtis cū alijs ſimul fidem fecit in informati-
uo, & eſt quædam relatio ad informatiuum
verum quia repetitio cadit ſuper examine
ex natura ſua nullo, & nullius momenti,
ideò illud repetitio non legitimat, quia le-
gitimatio non tribuit probationem ſi ex ſe
illam non habeat, vt dixi, & ratio eſt, quia
eo ipſo quod eſt formatus proceſſus infor-
2 matiuus oritur actio contra reum, licet
inefficax, at quando legitimatur immedia-
tè de ea fit transfuſio in legitimatiuum, ita
quod inter ortum actionis, & transfuſio-
nem non datur medium, *arg. l.quod ſic, ff.de
ſolution.* vndè ſi teſtes in informatiuo inſi-
mul recepti, non ſunt valide recepti. & non
probāt quomodo in legitimatiuo recipient
vt probent; niſi diſtinguas dicendo, quod
ſupradicta procederent, quando legitima-
tio proceſſus fieret per declarationem, ſe-
cus ſi fieret per repetitionem quo caſu po-
teſt Iudex, denuo interrogare, & denuo te-
ſtes audire ad magis ſpecificè deponendum
per ea quæ proportionabiliter, dicit *Bald.
in l.vinum num.20. ff. ſi certum petat.* quia cul-
3 pa Iudicis fuit illos ſic inſimul recipere, ac
proindè poteſt errorem emendare in repe-
titione, illos denuo ſeparatim audiendo,
cap.cum clamor de teſtibus, & præcipuè ſi ma-
teria ſuper qua depoſuerunt fuerit clara,
ſecus ſi fuerit ex ſe obſcura, & non benè
intellecta à teſtibus *Bald. ibidem.*

An Reus obtinere poſſit, quod teſtes repetantur coram ſe, vt illos per ſe ipſum interrogare queat.

Quæſtio CXXIII.

SVMMARIVM.

Repetitio teſtium ſpectat ad Fiſcum. num.1.

In actu merè Fiſcali non eſt opus, quod interueniat præſentia actualis inquiſiti dum fuerit citatus. n.2.

Citatio ad viden. fieri repetitionem non importat, phyſicam rei præſentiam, ſed quatenus interrogatoria voluerit dare pro teſtibus interrogandis. num.3.

Reus inſtare poteſt, vt teſtes coram ſe repetantur, vt illos commodius interrogare poſſit. num.4.

Solitum non eſt quod Reus in caſu repetitionis præſentialiter ipſemet interroget teſtes. num.5.

Fiſcus non poteſt cogi ad confrontationem. num.6.

Licet teſtes iurare debeant parte præſente tamen examinandi non ſunt parte præſente. num.7.

Iuramentum teſtis fit in præſentia Rei dictum autem eius ſecreto recipitur. num.8.

Teſtes poſt iuramentum interrogantur ſecreto. num.9.

Fiſcus aſſiſtit examini teſtium, & in Iudicis præſentia poteſt reos interrogare. num.10.

Reus non poteſt omiſſa repetitione eligere confrontationem. num.11.

Minimè mutanda ſunt quæ interpretationem certam ſemper habuerunt. num.12.

Optima legum interpres eſt conſuetudo. num. 13.

Veritas eſt id quod ita obſeruat communis conſuetudo. num.14.

Diſputationi de cauſa reorum facienda interuenire debent aduocati non ipſi rei. num.15.

Aduocatus non debet partem inſtruere. num.16.

In repetitione ſubeſt timor territionis ideò Reus non permittitur teſtes præſentialiter interrogare. nu.17. Quod ſecus eſt in confrontatione.

Verbum atteſtationes exponitur, ideſt ſacramenta teſtium. num.18.

PRO

PRO affirmatiua poteſt dici, quod ſupradicta concluſio, ſeu dubitatio referatur ad illam repetitionem, quæ ſolet fieri in actu confrontationis in qua inter cætera datur facultas ipſi Reo interrogandi teſtes res eſt indubitata, quod poſſit teſtes interrogare etiam cum interrogatorijs in ſcriptis à ſe, vel ab eius defenſoribus factis, vt dicit *Guaz. defenſ. 20. cap. 21. num. 6.* ſed dubium eſt, quando ſecluſa confutatione teſtes debeant ſimpliciter repeti, an tunc reus poſſit obtinere, vt coram ſe repeti debeant ad effectum quo ſupra, quo caſu diſtinguerem, aut teſtes ſunt repetendi ſine interrogatorijs, & inſtat reus, quod iſtè ſimplex actus repetitionis fiat coram ſe, & dicerem, quod non poſſit obti-
1 nere, quia actus ſimpliciter repetitionis eſt actus ad Fiſcum ſimpliciter ſpectans cum cõtineat meram legitimationem proceſſus, quę legitimatio ad Fiſcum omninò ſpectat *Guazz. defenſ. 25. cap. 1. nu. 10.* idcircò non eſt neceſſarium, quod in actu merè Fiſcali interueniat præſentia actualis inquiſiti dum
2 ſufficiat, quod fuerit citatus. Dices, quod citatus Reus inquiſitus ad videñ repeti teſtes, idcircò vti citatus ad videñ fieri hunc actũ repetitionis poteſt petere, vt illi intereſſe poſſit præſentialiter: Reſpondetur, quod huiuſmodi citatio non eſt ex ſe ad requirendum phyſicam præſentiam inquiſiti, ſed
3 ad monendum ipſum ad intereſſendum non ſimpliciter, ſed quatenus interrogare prætendat teſtes cum ſuis interrogatorijs, ideò citatur in curia ad declarandum, an velit habere teſtes pro ritè, & rectè examinatos aliàs videñ mandari repeti ſine, aut teſtes ſunt repetendi non ſimpliciter, ſed Reus petit illos repeti cum interrogatorijs à ſe, vel ſuis defenſoribus factis, & non videtur dubitandum quod ille poſſit inſtare,
4 vt repetantur corã ſe ad effectũ illos interrogandi cum ſuis interrogatorijs, vt in textu in dicta *l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni, ff. de adulterijs*. nam cum interrogatio facienda per Reum ſit ad ſui fauorem, immò ſit pars ſpecialis ſuæ defenſionis, vt dicit *Farinacc. quæſt. 72. nu. 151. 152. in fine*, non poteſt nec debet illi denegari, quoniam ſicut non denegatur hæc facultas in actu cõfrontationis, vt ſupra dixi non poteſt adduci ratio cur in actu repetitionis hoc idem fieri non poſſit cum eadem militet ratio in vno, & in altero caſu, nec nomen, confrontationis hanc facultatem præbet quia confrontatio, quatenus cõfrontatio non legitimat proceſſum ſed legitimat proceſſum, quatenus in confrontatione repetuntur teſtes.

Dices, quod eſſet contra ſolitum tribunalium quæ non admittunt hunc modum
5 interrogandi teſtes per Reum in caſu ſimplicis repetitionis, ſed fit per eoſdem Iudices ſeorſum à Reo: Reſpondetur, quod hoc ſolitum non excludit, quod ſi Reus inſtaret non debeat concedi, quod maximè placet *Bartolo in dicta l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni, ff. de adulterijs*, & notat *Farinacc. quæſt. 73. num. 15.*

Pro negatiua adducam ſcripta per Illuſtriſſimum Dominũ meum Petrum Franciſcum de Rubeis Aduocatũ Fiſcalem, qui propter doctrinæ excellentiam comparari non modo *Bartolis, & Baldis*, ſed etiam inter *Vlpianos, & Papinianos* merito adſcribi dignus eſt, dicit enim quod: Et ſi alias fuerit per Aduocatos rei sũmis viribus inſtatũ, quod Iudex pro conualidandis dictis teſtium eo non citato examinatorum de more in proceſſu informatiuo potiùs deueniret ad illorum cõfrontationem in faciem ipſius Rei, vt poſſet illos videre ſuoque arbitrio interrogare quam ad legitimam repetitionem eorum ipſo reo citato ad videñ eos repeti, & dandi interrogatoria eo ſub prætextu, quod ſicuti Fiſcus cum Reo poteſt pro legitimatione ſui proceſſus informatiui dictã confrontationem facere, ita, & reus illam petere inuito Fiſco, tum ratione æqualitatis ſeruandæ in iudicio, tum propter regulam, *l. 42. non debet actori licere, quod Reo non permittitur, ff. de reg. Iuris*.

Aſſerit tamen *Farinacc. de teſtibus quæſt. 72. num. 143.* quod numquam potuerunt hoc
6 in practica obtinere cum Fiſcus nequeat cogi ad cõfrontationem facieñ. ſatiſque ſit, vt repetitio teſtium fiat cum interrogatorijs ipſius Rei ſubdens, ita apud nos practicari: Et meritò nam de iure certum eſt,
7 quod licet teſtes debeant iurare parte præſente, non tamen ſunt examinandi ea præſente, ſed ſecretè, vt rectè animaduertit *Farinacc. quæſt. 74. num. 44.* aſſereñ. ita ab omnibus communiter tradi *in l. ſi quando 18. C. de teſtibus, quod latiùs proſequitur quæſt. 80. num. 93.* inquiens licet teſtes debeant iurare parte præſente, vel citata non tamen debent examinari parte præſente, quia nemine audiente, & ſecretè examinari debent ex exemplo Danielis, qui ſic ſecretè examinauit illos ſenes, qui falſum depoſuerunt contra Suſſannam.

Ita enim in dicta *l. ſi quando aſſeruit, gloſ. noluerit ad medium*, ibi, vel dic, quod iuramen-
8 tum fiat in præſentia; dictum autem teſtis ſe-

ſecrete recipiatur, vt per Danielem eſt inductum, & ſic approbat cōſuetudo generalis, quam ibidem probarunt Iacobus Brut. in fine, Cynus num. 6. dicens ita de facto ſeruari; Bart. in prima lectura poſt num. 1. & in ſecunda numer. 9. Angel. & Fulg. num. 1. atque Salycet. ante num. 1. & num. 2. addito ita conſuetudinem habere: adnotaruntque etiam in l. nullum 13. C. eodem additio marginalis, verſ. ſecreto Odofred. num. 1. Alberic. num. 1. verſ. teſtium, Bart. in ſecunda lectura poſt num. 5. verſ. ita nota, Bald. num. 5. Angel. num. 1. in fine, verſ. vltimo nota Caſtrenſ. num. 3. Salycet. num. 1. in primo notabili, Fulgoſ. n. 1. verſ. nota quod teſtes; & nu. 2. vbi teſtatur de cōmuni obſeruantia, Angel. in §. & hoc verò num. 36. Auth. de teſtibus, Speculat. tit. de teſtibus, §. nunc tractandū n. 1. & ſeqq. ac poſt num. 9. atque in tract. de teſtibus, Lanfranc. de Oriano num. 10. Rebuff. artic. 1. Gloſ. 10. num. 68. & alij relati per Farinacc.

Idem quoque conteſtatæ ſunt, gloſſ. canonicæ in cap. quia propter 42. verb. ſecretè de electione in cap. Venerabili 52. verb. examinantur ſigillatim de teſtib. & in cap. inquiſitionis 21. verbo etiam ſecreto de accuſat. dicente textu: Et an fides eorum dictis debeat adhiberi, qui poſt iu-
9 ramentum interrogari ſecreto: præcipuè verò in cap. 2. verb. audire de teſtibus, nam cum Pontifex ibi dixerit oportet, vt teſtimonia dentur illo admonito à Iudice, aut defenſore venire, & audire teſtes, & inferius ecce admonendus eſt ſemper aduerſarius, vt audiendos teſtes veniat, & gloſ. audire monuit; non eſſe ita intelligeñ, vt partes audiant teſtes cum deponunt dictum ſuum cum ſecreto, & ſigillatim ſint recipiendi, ſed audire debent teſtes, ideſt videre, & audire eos iurantes, & poſt publicationem videre, & audire dicta ipſorum poterunt, ibi ſcripſerunt Innoc. verb. teſtis Hoſtien. eodem verb. teſtis numer. 3. in fine. verſ. nec intelligas cum ſeqq. Ioann. Andr. num. 79. dicens ita generalem conſuetudinem obſeruare, Bald. num. 7. Cardin. num. 8. verſ. iſta gloſ. 4. Butr. num. 13. ellamer. num. 9. in 7. quæſt. Henricus Boich. num. 1. Imol. num. 3. Aretin. nu. 4. & Deci. nu. 36. Bald. quoque dicto cap. Venerabilis in ſummario, & Fælin. n. 3. quibus accedit Franc. Marcus deciſ. 990. num. 1. in princip. iuncto verſ. & licet part. 1.

Hæc eadem ratio viget inter Fiſcum, & Reum cum procurator Fiſci ſemper aſſiſtat
10 examini teſtium; & in Iudicis præſentia poſſit etiam Reos interrogare, vt expreſsè in Reformatione Pauli V. tit. de Fiſci procuratore, verſ. ipſe Fiſci procurator, & pars de iure nequeat eſſe præſens teſtium examini ſecretè excipiendo, vt ſupra, vndè corruit vtrumq;
11 fundamentum quod Reus omiſſa repetitione poſſit eligere confrontationem teſtiū quia Fiſcus id agit, quoniam vbi militat diuerſa ratio ibi diuerſum ius omninò ſtatutum eſt cum ex diuerſis non fit illatio, l. papinianus, ff. de minor.

Quare nullatenus videtur receden ab inconcuſsè ſeruatis vſque in preſentem diem admonente Paulo I. C. in l. minimè 23. ff. de
12 legibus; quod minimè mutanda ſunt ea, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt quam admonitionem, gloſſ. ibid. exemplificauit in teſtibus qui preſente parte debent recipi dicta l. ſi quando, C. de teſtibus, quod ſemper obſeruatum fuit in iuramento non in dicto, quod debent dicere in ſe-
13 creto, & ratio eſt euidens quia optima legum interpres eſt conſuetudo, l. ſi de interpretatione 37. in fine, ff. de legibus.

Petrus Franciſcus de Rubeis Fiſci, & C. A. Aduocatus.

Quam negatiuam partem ſic per dictum Illuſtriſſimum D. Aduocatum Fiſcalem explicatam amplector, ideò ad illius confirmationē hæc infraſcripta liceat mihi addere, & dico, quod cum pateat de ſolito non repetendi teſtes coram inquiſito, vt illos per ſe interroget ſequitur, quod videatur derogatum diſpoſitioni, textus in dicto §. quæ-
14 ſtioni, & vt dicit Bartolus in l. cuſtodias, ff. de pub. iudicijs num. 1. veritas eſt, quod ita obſeruat cōmunis conſuetudo, & textus in dicto §. quæſtioni; intelligatur an examinationi reorum, hoc eſt diſputationi de cauſa reorum faciendæ interuenire debeant aduocati, & di-
15 citur, quod debeant interuenire, non autem ipſi rei, vt tenet gloſ. aduocatorum in Auth. de teſtibus, §. quia verò, ergo quanto minus intereſſe debent quādo teſtes repeti debeāt & hoc videtur velle, gloſ. vtriuſque in l. 2. C. de iuram. calum. dum dicit aduocatū nō debere
16 partē inſtruere, quod etiā probatur ad ſimilitudinem teſtiū, quia partes adſunt teſtium iuramento non teſtiū examinationi quæ fit in ſecreto, d. l. ſi quando, C. de teſtib. & quamuis ipſe Bart. dicat ſibi placere, quod aduocatus interueniat, nihilominus inſiſtit, quod ſeruetur conſuetudo, vt in dicto §. quæſtioni in fine, & in dicta l. cuſtodias num. 1. Et ad illud, quod dicitur de interrogatorijs faciendis per reum in confrontatione dicimus non obſtare huic ſolito, & conſuetudini, quæ vult occurrere periculis ſubornationum, ac territionum, vt dicit Angel. in §. & hoc verò ſub num. 2. Auth. de teſtibus; ac proindè ſciendum eſt, quod in legitimatione quæ fit per
17 confrontationem prius repetuntur teſtes, & poſtea per reum interrogantur quo caſu ceſſare videtur periculum ſubornationis, ſeu territionis: At in repetitione prius teſtes interrogantur, & poſtea repetuntur; idcir-

idcircò ſubeſt periculum ſubnmationis, ſeu alterius territionis, ideò non videtur opportunum reo concedere, vt teſtes in ſimplici repetitione per ſemetipſum interroget,

Nec faciunt quidquam diſpoſitiones textuum in *dict. §. quæſtioni, & §. & hoc verò*, in illis verbis, *& audire atteſtationes*, quia verbum
18 atteſtationes exponitur, ideſt ſacramenta teſtium, vt voluit *gloſſ. atteſtationes in Auth. ſed, & ſi, C. de teſtibus*, & *Angelus in d. §. & hoc verò nu. 2.* & non examen, ſeu dicta teſtium.

An verum ſit, quod de ſtylo omnium curiarum non dentur per inquiſitum interrogatoria pro repetendis teſtibus.

Quæſt. CXXIV.

SVMMARIVM.

Teſtes repetuntur cum interrogatorijs à Reo datis firmat Caball. *contra* Foller. *num. 1.*

In aliquibus curijs ſtylus eſt, vt teſtes non repetantur cum interrogatorijs Rei inquiſiti. num. 2.

In Regno Neapolitano expeditio cauſæ non retardatur prætextu teſtium non repetitorum. num. 3.

HAEC difficultas videtur motiuati à *Foller. in pract. crim. part. 1. 2. partis verb. recipiantur defenſiones reorum num. 32.* dicit enim iſte auctor, quod licet de iure permittebatur inquiſito, vt poſſit facere interrogatoria teſtibus examinatis contra ipſum *l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni, ff. de adulterijs*, & refert *Angel. de maleſic. in verb. fama public. in tertia column.* tamen hodie ſubiungit ille de ſtylo omnium curiarum non dantur interrogatoria per inquiſitum, & ratio eſt, quia habet repulſam contra teſtes.

Sed huius auctoris deciſio non videtur
1 recepta quoniam *Caball. caſu 269. numer. 19.* contrarium aſſerit his verbis licet, vt plurimum viderim obſeruari, quod teſtibus pro informatione curiæ examinatis ad inſtantiam Rei repetendis non dentur interrogatoria tamen quandoque vidi contrarium ſeruari ipſaque interrogatoria dari, & ſuper eis teſtes examinatos pro Fiſco interrogari, nec vniuerſalis eſt omnium curiarum conſuetudo atteſtata per *Foller.* ſed aliquarum tantum, vt aduertit *Hond. conſ. 101. num. 37. & 38. verſ. tertium remouetur*, & ipſemet *Foller.* fatetur ſtylum eſſe aliquo-
2 rum curiarum hæc ille: quo fit, vt opinio *Foller.* habeat locum in prouincia in qua ipſe fuit Aduocatus, vel Iudex vti mihi teſtantur Neapolitani atque teſtatur *Baiard. ad Clarum quæſt. 49. num. 37. his verbis quæ tamen non procedunt in Regno Neapolitano vbi expeditio cauſæ criminalis nullatenus retardari poteſt
3 prætextu teſtium non repetitorum, Gram. deciſ. 28. nu. 6.* & ſubiungit *nu. 39.* qui ritus quo caueatur repulſa ſecundum *Foller.* peti debeat procedere in ciuilibus non in criminalibus, vbi tractatur de vita hominis.

An teſtes confrontati ſeu declarati ſi obierint ante repetitionem de eis faciendam cum interrogatorijs afficiant ipſum Reum.

Quæſt. CXXV.

SVMMARIVM.

Doctores quidam volunt, quod teſtes mortui probent num. 1. declara. num. 3.

Mors habet vim iuramenti: num. 2.

Teſtes confrontati ſeu declarati ſi moriantur ante repetitionem cum interrogatorijs faciendam ſunt nihilominus efficaces in eorum dictis. num. 3.

Quod ſemel ab initio effectum ſortitum fuit ſuperueniente aliquo caſu non retractatur. num. 4.

Per mortem teſtium nullum præiudicium videtur illatum legitimationi iam completa per confrontationem, ſeu declarationem. num. 5.

Legitimatio dupplicem producit effectum, vnum independenter à ſe, quod eſt ſolemnizare; alterum independenter à perſonis, quod eſt permittere, vt interrogent, & reſpondeant. num. 6.

Depoſitiones, quæ fuerunt per legitimationem effectæ efficaces, non tolluntur in Fiſci præiudicium ob mortem Teſtium. num. 7.

NON deſunt DD. qui tenent, quod teſtes mortui examinati parte non citata pro-
1 bent per textum *in l. fin. C. de teſtibus, & volunt Farin. quæſt. 72. numer. 129. Gomez. tit. de delicto cap. 1. numer. 27. Burſat. conſ. 7. num. 10. lib. 1.* vbi dicunt, quod probant, ac ſi fuiſſent examinati parte citata
2 cum mors habeat vim iuramenti, *Lambertengus*

gus tract. de contrac. gloſ. 11. num. 19. & ſic quaſi per mortem videantur legitimare proceſſum: vndè ſecundum iſtam opinionem inferro, quod ſicut teſtes examinati pro informatione curiæ per mortem legitimant proceſſum quanto magis teſtes mortui iam legitimati, vel pet declarationem, vel per cōfrontationem afficient reū quamuis non ſint cum interrogatorijs poſtea repetiti.

Dices, quod inſtanria ſuſcepta de teſtibus mortuis pro informatione curiæ non poſſit æquiparari caſui noſtræ concluſionis cum communis opinio ſit quod, vel nullo modo probent, vel ſolum faciant aliqualem præſumptionem, & per conſequens nullam habeant vim legitimationis *Natta conſ. 394. num. 31. Honded. conſ. 101. num. 22. lib. 1 Farin. quæſt. 72. nu. 133.* quod etiam ſequuntur *Gram. deciſ. 11. num. 13. Burſatt. conſ. 322. num. 10. lib. 3. Bertazzol. conſ. 70. num. 30. lib. 1. Oſaſch. deciſ. 79. num. 68. Caball. caſu 269. num. 8.* ac proinde potiùs dici poſſit, quod ex dicta comparatione prædicti teſtes iam legitimati per confrontationem, vel per declarationem dum denuo erant repetendi cum interrogatorijs non probent propter illorum defectum, patet, quia per inſtantiam ab inquiſito factam ac per productionem interrogatoriorum admiſſam legitimatio prædicta euaſit in efficax ideo per mortem non redditur efficax, quod autem ſit ineſſicax patet, quia deceſſerunt abſque eo quod potuerint interrogari, qui defectus multum valet, vt proceſſus, teſtes ac eorum examina non teneant veluti habita à non ſufficienter interrogatis.

3 Reſpondetur, quod licet teſtes recepti pro informatione curiæ moriantur antequam potuerint legitimari nullius momēti ſint hoc ideò accidit, quia fuerunt recepti ad alium finem nempe, vt Iudicem informent, non vt ex eorum dictis reus condemnetur, vt bene notat *Natta conſ. 394 num. 21. verſ. item fuerit receptus*, at vero quādo teſtes fuerunt iam legitimati itidem fuerunt recepti, vt reum afficerent ac vt contra eum procedi poſſit idcircò ſi poſtea mortui ſint abſque, eo quod potuerint interrogari nihil obeſt; nam interrogatoria dantur ad teſtium fidem diminuendam, vt dicit *Farin. conſ. 192. num. 4. & 5.* ideò per mortem videntur permanſiſſe in fide teſtificatorum, & dicuntur ſtare pro proceſſu legitimato ſicut dicitur de teſtibus inſtrumentarijs, qui ſi ſint mortui dicuntur ſtare pro inſtrumento *Bald. conſ. 37. num. 1. in fine lib. 1. Aymon. conſ. 56. num. 7. Farin. conſ. 152. num. 6.*

Nec dicatur, quod ideò non probent, quia non videntur ſufficienter interrogati & ſic licet confrontatio, ſeu declaratio ſuppleant defectum citationis non autem ſupplent defectum interrogationis ac proinde videantur defectuoſi in hac parte, & non attendendi.

Reſpondetur, quod dato quod aliquando legitimatio fuerit valida, & ſufficiens, & in hoc Fiſcus fundatam habeat intentionem cui ſat eſt dicere iure permittente, quod ſemel ab initio effectum ſortitum
4 fuit ex aliquo caſu ſuperueniente retractari non potuit *cap. in ambiguis §. non eſt nouum de reg. iuris in 6.* mors enim reduxit rem ad ſui integrationem, & ſic ad primam legitimationem iuxta ea quæ tradit *Bald. in l. more num. 12. in fine verſ. extra quero ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi dicit, quod ſi citatio fuerit circūducta, & abſoluta pars ab inſtantia citationis, & antequam vlterius procedatur delegans moriatur optimum argumentū eſſe dicit, quod res dicatur integra ita in caſu noſtro licèt fuerint producta interrogatoria ad effectum repetendi teſtes iam legiti-
5 mati tamen ſi ipſi moriantur res adhuc dicitur integra, & per conſequens nullum præiudicium videtur illatum primæ legitimationi, quia per mortem res redacta fuit ad impoſſibile, & precipue, quando non fuerunt incepti audire in eorum examinibus cum interrogatorijs, quia tunc cum res nō ſit amplius integra credo, quod poſſit dubitari de eorum ſufficientia in cauſæ diſcuſſione.

Et ſi replices, quod quando reus declarat teſtes pro rite, & rectè repetitis, & examinatis, ſemper præmittit proteſtationē ſaluo iure repetendi cum interrogatorijs, vt notant pratichiſtæ, *& Caball. conſ. 269. num. 2.* ideo ſciendum eſt quod duplicem effectum producit legitimatio vnum independenter à ſe quod eſt ſolemnizare examina teſtium alterum independenter à perſonis, quæ interueniunt in actu legiti-
6 mationis, quod eſt permittere, vt interrogent, & reſpondeant, & hoc cum ſpectet ad defenſionem rei poteſt impediri ne effectum producat exhibendo interrogatoria in actis, vt dicit *adden. ad deciſ. Ludouiſ. dec. 331 num. 22. Farin. quæſt. 33. num. 6.* ita pari modo cum eidem reo confrontantur teſtes licèt eidem concedatur facultas interrogandi nihilominus cum illos non potuerit interrogare, vel non ſufficienter interrogauit ſaltē propter huiuſmodi defectum non cenſentur per mortem approbati; nam mors teſtium non inducit in reo definentiam voluntatis ſcilicet, quod per mortem voluerit illos habere pro bene interrogatis dum il-

illos viuentes pro bene examinatos non declarauit niſi quādo nō dederit interrogatoria quaſi tunc non ſit ſimpliciter facta declaratio; itā vt Fiſcus allegans huiuſmodi declarationem non poteſt non recipere contra ſe dictam reſeruationem eodem tēpore natam cum dicta declaratione, & ſic mors non potuit ius reo ſibi expreſſe, vel tacite reſeruatum tollere.

Reſpondetur, quod eā quæ ſupra dixi procedere poſſunt quando non fuit facta reſeruatio, ſed ex aliquo vrgenti caſu expediat, vt denuo cum interrogatorijs inquiſiti repetantur, quo caſu ſi obierint teſtes non videtur vllum præiudicium illatū Fiſco immò non debent reici propter eorū
7 mortem, quia cum illorum depoſitiones fuerint effectæ propter legitimationem efficaces non eſt æquum, vt tollantur in dicti Fiſci præiudicium, qui illas pro ſe habet, & præcipue quando Fiſcus fuerit proteſtatus, quod per productionem interrogatoriorum non intelligatur proiudicatum legitimationi ritè, & rectè receptæ.

An vnus ſocius criminis faciens defenſionem impediri poſſit ne illas faciat propter alium ſocium, qui legitimat proceſſum per repetitionem, & è contra.

Quæſt. CXXVI.

SVMMARIVM.

Socius faciendo defenſiones poteſt cum illis adiuuare alterum ſocium. num.1.

Defenſiones vnius Socij non ſuffragantur alteri ſocio legitimanti proceſſum per repetitionem. num.2.

Socius criminis cum proponit defenſiones pro ſe ipſo non intendit facere defenſiones pro altero ſocio. numer.3.

Repetitio, & defenſio, licèt ſint diuerſæ non idcircò dirimunt connexitatem cauſæ, quæ ſtat in modo iudicandi. num.4.

Quando vnus ſocius ſe defendit non eſt abſurdum, quod pro alio reſultet quædam defenſio. num.5.

Per veritatem ad iuſtitiam deuenitur, & vera iuſtitia eſt pro veritate Reis miſereri. num.6.

Iuſtitia non nouit Patrem, non nouit Matrem veritatem nouit, perſonam non accipit, Deum imitatur. num.7.

Ratio huius concluſionis eſt quia ſocius faciendo
1 defenſiones poteſt cum illis adiuuare alterum ſocium ac proinde repetitio redderetur innanis; ſed hac ratione non obſtante dicimus, quod impediri non poſſit nam ſicut indicia, quæ afficiunt vnum ſocium puta mandatarium non afficiunt mandantem ita defenſiones vnius ſocij non videntur ſuffragari al-
2 teri ſocio legitimanti proceſſum per repetitionem *Bald. in l. duobus §. fideiuſſio ff. de iure iuran.*; nam diuerſum eſt examinare ad defenſam, & examinare teſtes per repetitionē ad legitimationē proceſſus cum illud tēdat ad innocentiam rei oſtendendam, & iſtud ad teſtes denuo requirendos circa delictum de quo contra ſocium depoſuerunt Immo cum ſocius criminis proponit defenſiones pro ſe ipſo tantum non intendit facere de-
3 fenſiones pro altero ſocio, qui teſtes contra ſe examinatos repetere intendit nec illud adiuuare, vt ad propoſitum noſtrum determinat *Farin. in conſ. 73. num. 8.* vbi dicendo ſubiungit, quod ad tollendam omnem difficultatem poterit Iudex interloqui, & declarare defenſiones vnius non prodeſſe alteri.

Dices, quod concluſio *Farin.* procedit, quando reus carceratus vult facere defenſiones, & habet conſocium contumacem, & condemnatum, quod non videtur applicari poſſe caſui noſtræ concluſionis de ſocio carcerato, quia tunc ſi cauſa eſſet connexa deberet æqualiter expediri. Reſpondetur: quod defenſio, & repetitio li-
4 cet ſint diuerſæ in modo vtendi non idcircò dirimunt connexitatem cauſæ cum connexitas non ſtat in modo procedendi, ſed in modo iudicandi *arg. textus in l. ita autem §. ſi tutor ff. de adminis. & pericul. tutorum,* quapropter cum repetitio ſit etiam quædā defenſio vtique in hoc ambæ coincidunt vltra, quod quando vnus ſocius ſe defen-
5 dit non eſt abſurdum, quod pro alio reſultet quædam defenſio; vt dicit idem *Farin. dicto conſ. 73. num. 6. circa finem vbi citat Bald. in l. ſeruum quoque §. publice num. 8. verſ. vnum hic quero ff. de procurat.* & ratio eſt quia ſicut cauſa eſt communis ita & defenſio communis eſſe debet.

Nec de hoc habent Fiſcales, quod conquerantur, quia vti procuratores veritatis non debent curare de modo pro illa habēda; per veritatem enim ad iuſtitiam deue-
6 nitur, & vera iuſtitia eſt pro veritate Reis miſereri *cap. vera iuſtitia 45. diſt. Gram. conſ. 45 num.*

*num.*48. hic liceat obiter dicere cum *Ancherano conſ. 24. num. 4. circa finem*, quod reperiuntur quidam Fiſcales immo, & Iudices plurimum anhelantes ad condemnationē, eo quia credunt vileſcere in conſpectu hominum cum abſoluant, vel abſoluere ſinant *contra textum in l. abſentem ff. de pænis*; idcircò per difficiles, & rigoroſos ſe exhibent etiam contra veritatem: ſciant tamen quod iuſtitia eſt amica veritatis; idcircò
7 *Caſſianus* dixit, quod iuſtitia non nouit patrem, non nouit matrem, veritatem nouit, perſonam non accipit, Deum imitatur, & *Claud. de conſol. Manlij Theod. cantauit de Iuſtitia*.

Tu primum hominum Sylueſtribus antris
Elicis, & fœdo detergis ſecula victu.
Te propter colimus leges animoſque ferarum
Exuimus.

An Repetitio ob reſecata interrogatoria reddatur nulla.

Quæſtio CXXVII.

SVMMARIVM.

*Iudex non poteſt tollere interrogatoria, cum ſint pars defenſionis. num.*1.

Reus reſecatis interrogatorijs poteſt dicere de nullitate repetitionis. num. 2.

Reſecatio interrogatoriorum patefacienda eſt Reo, qui habet facultatem contradicendi, & appellandi. num. 3.

*In dubio interrogatoria non ſunt reſecanda. num.*4.

*Iudex non poteſt recedere à conſueta forma repetendi iuxta preſcriptum interrogatoriorum ordinem. numer.*5.

CVM interrogatoria ſint quędam pars defenſionis reo
1 competentis vtique Iudex non poteſt illam tollere. *Vermigl. conſ. 26. num. 7. decis.214. apud Farin. lib. 2. conſil.* quapropter Reus reſecatis interrogatorijs poteſt de repetitionis nullitate dicere; tum
2 quia ad actum reſecationis debet ipſe reus citari quemadmodum de iure etiam, quod Iudices ex officio reſecationem facere poſ-
3 ſint tamen illa eſt Reo patefacienda, vt firmat *Abb. in cap. per tuas num.* 1. *ante finem verſ. aut Iudex de teſtibus, & ibidem Felyn. numer.2. verſ. primus eſt*, vbi etiam inquit reſecationem palam eſſe faciendam, quia propterea reſeruatur parti facultas contradicendi, & inter dies decem appellandi, vt inquit idem *Abb. vbi ſupra verſ. circa tamen &c.* & præſertim quando exaduerſo non docetur de iuſtitia reſecationis veluti, quod interrogatoria fuerint captioſa, & impertinentia ſicut in omnem caſum neceſſe eſt de dicta iniuſtitia conſtare, vt iidem *Abb. & Felin. comprobant* cum in dubio interroga-
4 toria non veniunt reſecanda *Franc. in cap. præſentium §. teſtes nu.6. de teſtibus in 6. Vermigl. conſ. 20. num. 7. & ſeqq.*

Interrogatoria enim adeò ſunt opportunè, & neceſſario euacuanda, vt Iudices non ſolum à conſueta forma repetendi iux-
5 ta præſcriptum interrogatoriorum ordinē recedere non poſſunt pro vt male aliquando recedunt, ſed nec etiam abſque interrogatoriorum euacuatione dimittere non poſſunt examen adeò, vt ipſi iudices etiam in interrogandis ipſis reis debent ordinem ſeruare, vt notat *Scaccia de iudicijs cap. 86. num.40. Vermigl. dicto conſ. 20. num.* 11.

An teſtes examinati in diuerſis curijs ſuper eodem delicto debeant repeti omnes an vero aliqui, & qui.

Quæſt. CXXVIII.

SVMMARIVM.

*Ratione ambiguitatis deſiſtendum eſt à cauſa. numer.*1.

*Dubietas circa factum impedit condemnationem. num.*2.

*In concurſu proceſſuum inferioris, & ſuperioris Iudicis, legitimari debet proceſſus ſuperioris. num.*3. *&* 8.

*Statim, quod ſuperior manus imponit inferioris iuriſdictio ceſſat. num.*4.

In pari probatione ſicut magis eſt ſtandum digniori officiali ita ſtandum eſt eius proceſſui. num. 5.

*Conflictus ſcripturarum repugnantium inter ſe impedit ſubſtantiam probationum, quia gignunt aduerſitatem in probationibus. num.*6.

*Repugnantia ſcripturarum dupliciter conſiderari poteſt, & quo modo. num.*7.

*Standum eſt ſcripturæ digniori habenti plures coniecturas pro ſe. num.*8.

*Teſtibus receptis coram ſuperiore Iudice magis credendum eſt, & quare. num.*9.

*Teſtes examinati coram inferiore iudice ſunt minoris fidei quam teſtes examinati coram ſuperiore Iudice num.*10.

*Ea quæ viua voce dicuntur ſunt digniora fide quam ſcriptura ipſa. num.*11.

*Inferior ſemper diminutus de ſui potentia videtur. num.*12.

Ali-

ALiquando euenire poteſt, quod ſuper eodē crimine fuerint fabricati plures proceſſus inter ſe diuerſi, & repugnantes puta à Barone, & à curia Principis vel alterius ſuperioris, & rationabiliter dubitari poteſt qui teſtes iſtorum proceſſuum repeti, & legiti-
1 mari debeant; nam ratione ambiguitatis videtur deſiſtendum à cauſa ſicut ratione incertitudinis ex qua oritur dubietas circa factum Iudex ſe abſtinet à condemna-
2 tione, vt dicit *Bald. in l. recte poſſidenti n. 25. C. vnde vi*; ita pari modo dicendum videtur de proceſſibus inter ſe repugnantibus ex quibus non poteſt oriri niſi incertitudo, & dubietas circa factum oportet a legitimatione deſiſtere.

Sed ne delicta euadant impunita dici oportet, quod conſtito de corpore delicti legitimari debet proceſſus à curia Princi-
3 pis ſeu alterius ſuperioris fabricatus nulla habita ratione de teſtibus examinatis per officiales Baronis præcipue ſi poſt proceſſum à curia Principis officiales Baronis illos examinauerint, nam ſtatim, quod ſuperior manus impoſuit iuriſdictio inferioris
4 ceſſare videtur *Decius in cap. cum tu num. 4. de conſtit. DD. in cap. cæterum de reſcriptis*, adeo quod innouata ſunt nulla *Auedan. de exequ. mandat. Regi cap. 19. num. 2. verſ. hæc autem*; immò quando captæ ſunt duæ informationes vna à Barone ſeu ab ordinario loci altera poſtea à commiſſario Tribunalis Principis ſuper eadem cauſa & eſt repugnantia inter eas tunc in pari probatione ſicut magis eſt
5 credendum digniori officiali ita ſtandum eſt eius proceſſui. *l. vbi repugnantia ff. de reg. iuris*; cum maiorem habeat veriſimilitudinem *Fontanell. de pactis nupt. tit. primo clauſ. 4. gloſ. 11. num. 87.* & ille venit legitimandus, & teſtes in eo recepti veniunt repetendi.

Dices, quod conflictus ſcripturarum
6 productarum ſicut impedit ſubſtantiam probationum. *l. ſcriptura C. de fide inſtrumentorum*, quia ſcripturæ vti repugnantes inter ſe gignunt aduerſitatem in ipſa probatione ita impedit earum legitimationem, quæ nihil aliud eſt quam quædam ciuilis probatio ac proinde fruſtratoria eſſet teſtium repetitio, & eorum legitimatio. Reſpondetur, quod repugnantia dupliciter conſi-
7 derari poteſt vno modo, quo ad ipſos proceſſus veluti quaſdam ſcripturas à parte productas, & tunc qui producit, repugnantia præiudicat ſibi in totum, & nihil agit; altero modo quoad ipſos teſtes deponentes ſuper delicto, & tunc cum teſtes examinentur nec dicta teſtium præſciri poſſunt non
8 eſt mirum, quod in conflictu proceſſuum ſtandum eſt proceſſui Superioris ſicuti ſtādum ſit ſcripturæ digniori habenti plures coniecturas pro ſe atque etiam ſicut ſtandum eſt teſtibus dignioribus atque illis credendum ſit *l. cum de ætate ff. de probation. Add. ad Bald. in dicta l. ſcriptura lit. B. C. de fide inſtrumen*, ita ſtandum eſt proceſſui ſuperioris, qui habet pro ſe maiorem dignitatem, & maiorem veriſimilitudinem propter legalitatem perſonæ in illum fabricando *Capoblanc. de Baronibus Pragm. 8. num. 6. & 7. mihi fol. 160.*

Quapropter dicimus, quod etiam facta comparatione proceſſus inferioris cū proceſſu ſuperioris; ſcilicet, quod vnus, & alter fuerit rite, & rectè confectus nihilominus magis credendum eſt proceſſui ſu-
9 perioris, & ratio eſt quia teſtes in eo recepti veniunt coram ſuperiore, & interrogantur de facto criminoſo, & circumſtantijs eius, & de cauſa ſcientiæ, & ſciunt quantum periculum ſibi imminet ſi ſuperioris aures offendant. *l. nullum C. de teſtibus* propter, quod longe videntur eſſe maioris fidei
10 quam teſtes examinati in proceſſu inferioris, qui non timent tale, & tantum periculum *arg. Textus in §. ſi vero tale aliquid Auth. de Inſtr. cau. & fid.* vbi comparando teſtes cum inſtrumēto determinat, quod ea quæ à viua dicuntur voce, & cum iure iu-
11 rando: hæc digniora fide, quam ſcriptura ipſa ſecundum ſe ſubſiſtere ita in caſu noſtræ quæſtionis teſtes digniores fide ſunt, qui coram ſuperiore teſtati ſunt, quam qui coram inferiore ad quem non habetur talis, & tantus reſpectus, & habita ratione ad ſuperiorē ſemper diminutus de ſui po-
12 tentia videtur. *l. ſi ſeruus meus ff. de pecul. Bald. in l. Dominos num. 13. C. quod cum eo.*

An pro repetendis teſtibus ſint concedendæ remiſſoriales, vel tranſmittendus commiſſarius in partibus, vel potius illi ad Curiam ſint euocandi. Quæſt. CXXIX.

SVMMARIVM.

Commiſſarius pro teſtibus repetendis pro libito iudicum tranſmittitur. num. 1. quamuis aliquando teſtes ad curiam accedere cogantur. num. 2.

Declaratur textus in Auth. apud eloquentiſſimum C. de fide inſtrumentorum. num. 3.

Ne pereat facultas probandi, & ſic repetendi teſtes

ſunt concedendæ remiſſoriæ in partibus . num.4.
A remiſſoria denegata datur appellatio , num.5.
Commiſſarius eſt miniſter , & organum committentis. num.6.
Repetitio eſt de mero imperio Iudicis . num.7.
Ea etiam , quæ ſunt meri imperij committuntur propter neceſſitatem . num. 8. & hoc conſuetudo ſeruat ibidem .
Conſuetudo eſt vt repetitio teſtium committi poſſit . num.9.
Citatio requiritur quando repetitio committitur . num.10.
Notario actorum non debet committi repetitio teſtium num.11.

HAEC quæſtio proponitur
ab *Ambroſina in eius tractatu*
de modo formandi proceſſ. infor-
mat.lib.3.cap.2.num. 14. & di-
cit, quod non ſemel ſuper
hoc vidit dubitari,& tãdem
dicit , quod ſemper fuit ob-
1 ſeruatum quod pro libito ipſorum iudicũ
attento numero , & qualitate teſtium , &
alijs de cauſis fuit tranſmiſſus cõmiſſarius,
& affert multa exẽpla atque etiam aliquan-
do coacti teſtes ad curiam accedere prout
2 pariter in hoc caſu affert alia multa exem-
pla præcipue quando ſubeſt ſuſpicio de te-
ſtium euocandorum ſide , & ſubornatione
ſeu calumnia *Deciſ.222. n. 3. & 5. apud conſ.*
Farin. lib. 2. quo circa concludit arbitrio
Iudicis relinquendum ſit *Caſſador. deciſ. 3.*
de dilat. num.3. Boccac. de litteris remiſſorialibus
cap.3.num.49.

Dices obſtare ſupradictæ reſolutioni tex-
tum in *Auth.apud Eloquentiſſimum C.de fide in-*
ſtrumentorum , qui diſponit receptionem te-
ſtium poſſe committi in cauſis ciuilibus nõ
autem in criminalibus dicit enim *in crimi-*
nalibus teſtes apud Iudices repræſentandi ſunt : &
cum res exegerit tormentis ſubijciendi in tantum
quod etiam propter neceſſitatem imminẽ-
tem verbi gratia , quia teſtes ſunt forenſes ,
& nolunt venire non eſt mittendus com-
miſſarius , & multo minus tranſmittendæ
veniunt remiſſoriales , *vt dicit Cyn. in dicta*
Auth. Veſtrius in ſua praxi lib.6,cap.vlt. num.1.
verſ. at vbi , & ratio eſt quia de iure ciuili
cauſæ meri imperij non committuntur . *l.*
3 *placet C. de pedan. iud.* Reſpondetur , quod
vbi vrget neceſſitas,& publicę occupationes
nõ permittũt illos è propria patria euocari;
poteſt ſuper præfato textu diſpenſari nam
ne pereat facultas probandi , & per conſe-
quens repetendi teſtes , qui etiam ſi pro-
bent tamen ſine legitimatione non eſſent
efficaces pro puniendis nocentibus , & ab-
ſoluendis innocentibus , quod eſſet con-
tra publicam vtilitatem , *vt l. ita vulneratus*
ff. ad l. Aquil. concedendæ ſunt remiſſoriæ
4 quarum quidem recuſatio nõ eſt ita in ar-
bitrio Iudicis , vt diſpoticè habeat in fa-
cultatibus illas concedendi , vel denegan-
di , nam ad denegandas remiſſorias ex iu-
ſta aliqua cauſa;tunc eius arbitrio ſtandum
eſt ſecus ſi ſine iuſta cauſa denegaret , quia
tunc eius arbitrio ſtandum non eſt *Falyn.in*
cap. cum cauſam num. 31. ante medium verſ. &
quamuis Senerol. in tract. de remiſor.cap.18.nu,3.
vbi quod non omnino Iudicis arbitrio in
hoc cogimur ſtare , ſed ita demum ſi quod
æquum eſt fuerit ſtatutum alias ſi ſine iuſta
5 cauſa remiſſoriam petenti denegetur datur
appellatio *Farin.quæſt.77.num.10. & 54.*

Nec dicatur , quod repetitio eſt actus le-
gis, quem lex committit ipſi Iudici facien-
dum vti eius miniſtro in quo confidit ac
proinde non ab alio , quam à Iudice expe-
diri debet , quia cum is cui committitur
repetitio ſit miniſter Iudicis committentis
& cũ repreſentet; idcircò non vitiatur pro-
ceſſus repetitionis quaſi iſte commiſſarius
6 ſit organum ipſius committentis,& inſtru-
mentum eius in exequendo ea , quæ ei cir-
ca dictam repetitionem committuntur .
Auth. ſed Iudex C. de Epiſcopis & Cleric. Auth.
principalis C. de iuram.calum.

Nec facit,quod repetitio ſit de mero im-
7 perio , & ſic non poſſit committi , quia
actus repetitionis , quando dependet à ne-
ceſſitate regulatur ſecundum arbitrium, vt
notat *Bald. in l. Dotis cauſa num. 25. ff. ſolut.*
matrim. & non eſt nouum , quod etiam , ea
8 quæ ſunt meri imperij committantur pro-
pter abſentiam. *l.1.§.1.ff. de off. eius cui mand.*
eſt iuriſdic. cum igitur iſti teſtes abſint à Iu-
dice , & Iudex à teſtibus neceſſitas vrget ,
vt aliquo modo prouideatur caſui vrgenti
repetitionis , & ſic quod ſaltem per com-
miſſionem illa perficiatur, & ita ſeruat cõ-
9 ſuetudo , vt dicit *Bald. in dicta Auth. apud e-*
loquentiſſimum num.4.C. de fide inſtrumentorum ,
& teſtatur in fine ita vidiſſe obſeruari in Vrbe .

Quãdo vero pro repetendis teſtibus erit
tranſmittendus commiſſarius ad partes ,
10 vel dandæ litteræ remiſſoriales erit pariter
citandus reus ad uidendum deſtinari com-
miſſarium ad partes , vel ad videndum de-
putari Iudicem in partibus , & expediri lit-
teras remiſſoriales pro repetendis teſtibus
&c. *Ambroſin. in ſuo tract. de modo forman. pro-*
ceſſ.infor.cap.1.num.51. & 52. ubi dicit , quod
ita obſeruari vidit hic in vrbe, & quod hæc
ſit vera practica a qua nullatenus erit rece-
dendum , & allegat *Senerol. de remiſſ. cap.21.*
num.3.

Vnum tamen pro coronide ſciendum
eſt

eſt quod quamuis teſtes repetendi debeant
examinari à Iudice ipſo, vt tradit *Foller. in
ſua praxi verbo, & ſi confitebuntur num.* 47. ita
numquam à ſolo Notario actorum ac pro-
11 inde illi hæc repetitio minimè committi
debeat *facit text. in Clem.* 1. *de off. deleg. gloſ. &
Bald. in rub. de controu. inueſt.* 2. *col. Marſil. in l.* 1
ff. de quæſt. num. 6. *verſ. ſeptimo requiritur Foller.
vbi ſupra*, eo quia inferioris conditionis ſit
à Iudice *Bald. in l. Caſſius num.* 8. *ff. de ſenat.
Bart. in l. Præclaram num.* 2. *C. de Primocerio, &
ſecundario lib.* 12.

An repetitio fieri debeat, quando proceditur ad modum belli. Quæſt. CXXX.

SVMMARIVM.

Teſtes recepti parte non citata etiam ſi mille ſint non probant. num. 1.

In cauſis in quibus proceditur ad modum belli teſtes debent repeti. num. 2. *contrarium. num.* 3. *declara. num.* 4.

In proceſſu ad modum belli non attenduntur ſolemnitates iuris ciuilis. num. 5. *declara. num.* 6.

Duo ſunt tempora belli vnum pugnæ alterum tentorij & quæ. num. 7.

Iudex exercitus non minus, quam ceteri Iudices ſecundum acta, & probata iudicare debet. num. 8.

HAEC quæſtio promouet *Angelus Scialoya in ſua praxi foriudicatoria cap.* 4. *num.* 7. dicendo
1 quod teſtes recepti parte non
citata etiam ſi eſſent mille tamen non probant neque faciunt indicium ad torturam; & allegat *Riccium collect.* 2145. *e deciſ.* 52. *num.* 1. *&* 2. *par.* 4.
Gram. voto 30. *num.* 7. *& ſeqq.* & poſtea ſubiũgit per modum ampliationis dicendo immò etiam in cauſis in quibus proceditur ad modum belli, & ex delegatione, teſtes de-
2 bent repeti citata parte non obſtante quouis ſtylo, & conſuetudine in contrarium, & citat *Pragm.* 10. §. 51. *de off. iud & dicit quod ita doceat Merlin. controu. forenſ. cap.* 42. *in fine* contra opinionem *Ioan. Grandis de bello exualum in prædicamento pati quæſt.* 3. *in ſpeciali* 90. *in fine, & in prædicamento, quando quæſt.* 1. *nu.* 6. vbi dicit, quod repetitio non eſt neceſſaria
3 in iudicio militari, & allegat *Crauet. in conſil.* 198. *num.* 11. *in fin. Foller. in praxi crim. verbo, & ſi confitebũtur in* 3. *par.* 3. *partim.* 41. *&* 42. *& verb. & denum repetantur teſtes in princ.*

Quo circa ſciendum eſt, quod cum repetitio ſit actus per quem legitimatur proceſſus, & legitimatio proceſſus ſit de ordinatorijs cauſæ non iudicij vt ſupra *dixi q.* 81. *num.* 3. immò cum repetitio contineat ſeu continere poſſit defenſiones præcipue
4 cum reus dare intendat interrogatoria pro teſtibus repetendis exiſtimo, quod non poſſit denegari repetitio etiam in caſu quo procedi debeat ad modum belli *Amad. de Sind. num.* 145. qui allegando *Bald. in l. milites C. de teſtamen. milit.* dicit quod copia defenſionis danda eſt, & ſicut repulſa teſtium & probatorum concedenda venit, vt dicit *Bart. in tract. ad reprimendum in verb. figura* cũ reſpiciat ad defenſionem, ita, & repetitio deneganda non eſt.

Dices, quod in proceſſu ad modum bel-
5 li non attenduntur ſolemnitates, quæ ſunt de iure ciuili ita quod nec litis conteſtatio nec proceſſus publicatio requiruntur, vt dicit idẽ *Ioannes Grandis in prædicamento quando quæſt.* 1. *num.* 5. merito nec repetitio, quæ de iure ciuili eſt. Reſpondetur, quod duplicis generis ſunt ſolemnitates quædam ordinatoriæ iudicij, & hæc in proceſſu ad
6 modum belli remitti poſſunt; & ſic litis conteſtatio, & publicatio non attenduntur quædam ſunt probatoriæ, & de harum genere eſt legitimatio, & ſic repetitio, quæ licet non conſiſtat in probando delictum tamen reſpicit intrinſicè ad probationes reddendo illas efficaces, & legitimas, ac proinde in proceſſu ad modum belli minime prætermitti debet.

Verum, quia duo ſunt tempora belli vnũ tempore pugnæ id eſt eo tẽpore, quo
7 eſt in actu perſequẽdi nimicos; alterum tẽpore tentorij ſcilicet, quando milites repugnacula tenent: primò modo concedo poſſe procedi nulla facta repetitione, quo caſu etiã per Centuriones puniri milites & æquè ad necem quoque poſſunt, vt ait *Criſpoltus caſu militari* 29. *num.* 22. *verſ. aut ſumus*, & ſic procedere *opinionem Ioannis Grandis*; ſecũdò vero modo non; quia tunc nõ niſi à Iudice exercitus, qui non minus, quam cæteri Iudices ſecundum acta, & probata iu-
8 dicare debet, vt dicit idem *Criſpoltus d. caſu num.* 34. *verſ. debent &c.* ſcilicet non ita ſummarie, vt præcipiti iudicio adimat Reis defenſionem, & ratio eſt quia etiã in iudicijs militaribus ſeruãda ſunt iura, & leges *Paris de puteo de re militari cap.* 2. *Farin. conſ.* 197. *n.* 11. ac proinde ipſe Criſpoltus vſus fuit pro legitimatione proceſſus ratificatione ad faciem Rei ſecũdum doctrinam *Clari & aliorum per Farinac. alleg. in quæſt.* 56. *num.* 399. *de qua in caſu militari* 14. *num.* 18. *verſ. Ratificatio &c.* facit mentionem.

De formula faciendi repetitionem.

Quæſt. CXXXI.

SVMMARIVM.

Citatio requiritur ad viden. repeti teſtes, & dandum interrogatoria. num.1.
Teſtis in repetitione reſpondit vulgari ſermone. nu.2.
Formula repetitionis faciendæ. num.3.
Lectura examinis facta teſti repetendo non habet vim recenſendi examen. num.4.
Scriptura teſtimonij porrecta Iudici habet vim teſtimonij dummodo teſtis depoſitionem recitet, quia in teſtibus requiritur viuæ vocis actus. num.5.
Guazz. improbat ſolam lecturam depoſitionis, & laudat quod teſtes vltra lecturam recenſeant in ſubſtantia ea quæ in primo examine depoſuerunt. nu.6.
Idem improbat Scialoya. num.9.
Non valet repetitio teſtium niſi fuerit lecta eorum prima depoſitio. num.7.
Lectura videtur ſuggeſtiuè agere. num.8.

CVM de modo legitimandi proceſſus per repetitionem ſupra diſcuruimus non videtur ab re, vt aliquid de formula repetendi teſtes, videamus prout ex *Ambroſino* colligitur in ſuo *tract. de modo form. proceſſ. inform. lib. 3. cap.2.* ponit enim formulam hoc modo, nempè
1 citato Reo ad videñ repeti teſtes, & ad dandum interrogatoria, quatenus dare intendat atque dictis interrogatorijs per Reum datis, vel ijs non datis lapſo termino ad illa dandum præfixo; vocatur teſtis coram Iudice, & Notario eique teſti, denuò defertur iuramentum veritatis dicendæ, quo præſtito ſtatim interrogatur prius iuxta interrogatoria per ipſum Reum exhibita, ac poſtea ſuper examine alias pro informatione curiæ per eumdem teſtem facto repetitur iuxta formulam quæ ſubſequitur.

Die . . Menſis . . . . . Anni
Examinatus fuit per Admodũ Illuſtrem, & Excellentiſſimum D.N. Locumteneñ, &c. vel per me, &c. de mandato (quæ verba ponuntur quando Iudex repetitioni non interſit) in domo, &c. aſſiſtente D.N. Fiſcali, vel ſubſtituto Fiſcali, Titius Sempronij de Peruſia teſtis alias pro curiæ informatione examinatus, qui delato ſibi iuramento veritatis dicendæ prout tactis, &c. iurauit fuit prius iuxta interrogatoria data pro parte N. interrogatus, & primò.

Iuxta primum: Reſpondit, & extenditur
2 per Notarium eius reſponſio vulgari ſermone prout per dictum teſtem dictatur, & ſic fit iuxta alia interrogatoria vſque ad finem illorum, quibus expletis continuatur hoc modo; videlicet:

Tunc fuit per D. interrogatus prædictus Titius teſtis an ea, quæ alias depoſuit in præſenti cauſa in alio examine per ipſum facto ſub die, &c. in loco, &c. coram, &c. fuerint, & ſint vera, illaque pro veritate dixerit, & depoſuerit.

Reſpondit teſtis: *Signor sì, che quello, che io diſſi nel mio eſſame fatto li dì paſſati, che non mi ricordo il giorno preciſo innanzi il Sig. N. nell'offitio, &c. è vero, e lo diſſi per verità.*

Et lecto ſibi per me de mandato, &c. ad claram ipſius intelligentiam dicto eius examine, & per ipſum benè audito, & intellecto (prout aſſeruit) fuit per D. vel per me, &c.

Interrogatus an ea quæ in præſentiarum legi audiuit fuerint ab ipſo dicta, & depoſita eo quo iacent modo ſitque illud eius examen de quo ſupra mentio facta fuit.

Reſpoudit: *Signor sì, che quello, che mi hauete letto adeſſo è il mio exame, e quanto ſi contiene in eſſo è ſtato detto, e depoſto da me nel modo che hò ſentito legere adeſſo.*

Interrogatus, an prædictis intendat aliquid addere, vel demere dictumque examen in toto, vel in parte reuocare an verò potius illud confirmare, & ratificare pro veritate in omnibus, & per omnia.

Reſpondit: *Io non voglio aggiungere nè minuire coſa alcuna à detto mio eſſame, nè quello reuocare in parte alcuna, anzi lo voglio approuare, e ratificare per vero, ſicome per tale l'approuo, & ratifico in tutto e per tutto.*

Tunc Dominus, &c.

Aduertendum quod ex iſta formula colligitur error cõmunis in practica receptus, nimirum quod non apparet, quod teſtes recenſere debeant in ſubſtantia ea quæ in primo examine depoſuerunt, vt ſupra diximus, ſed ſtatim deuenitur ad lecturam de-
4 poſitionis quæ non videtur habere vim recenſendi; quemadmodum ſi teſtis teſtimonium ſuum in ſcriptis porrigeret Iudici valeret, quidem dictum teſtimonium dum-
5 modo ſuam diſpoſitionem recitet, & ratio eſt, quia in teſtibus requiritur viuæ vocis actus, §. *ſi verò tale. Auth. de inſtr. caut. & fide; Bald. in l. iuſiurandi num.3. C. de teſtibus. Oſaſch. deciſ.128. num.7.* ita parimodo teſtis vltra lecturam depoſitionis deberet prius recitare, ſaltem in ſubſtantia totam eius depoſitionem, ita *Guazz. defenſ.20. cap.20. num. 8.* qui licet in principio dicti numeri dicat quod

quod

quod lectum examinis habeat vim recen-
ſendi, quæ in primo examine teſtis depo-
ſuerat tamen ad medium dicti numeri;
admonet Iudices, vt prius faciant quod te-
6 ſtis referat, ſaltem in ſubſtantia ſuam pri-
mam depoſitionem antequam illa ſibi le-
gatur, vt euitetur omnis occaſio ſuggeſtio-
nis, & ita ipſe ſemper obſeruauit, & ab
omnibus aliis iudicibus Deum timentibus
obſeruari vidit: Et quamuis *Guazz.* ibi vi-
deatur loqui de lectura facta teſti con-
frontato; attamen credo idem procedere
debere in lectura facta teſti repetito cũ da-
ri non poſſit ratio diuerſitatis.

Sed dices ſecundum *Angelum Scialoyam in praxi torquendi Reos cap.6. nu.47. circa medium*,
quod teſtis non poteſt compelli ad repeten-
dum ſuum primũ dictum, niſi ipſi ſit lecta
ſua prima depoſitio, & allegat *Boerius de-
ciſ.108.* & *Foller. in verb. & demum repetantur*
7 *teſtes num.8.* vbi *num.13.* dicit quod non
valet repetitio teſtium, niſi ſit lecta teſti-
bus eorum prima depoſitio: idcircò *Ambro-
ſinus* non malè poſuit dictam eius formu-
lam: Reſpondetur, quod certum eſt, quod
teſtes in repetitione non debet ſe referre ad
primum ſuum examen, ſed debet denuò
deponere per extenſum; quo circa ſi prius
legatur examen, & poſtea teſtis illud
approbet nihil aliud agere videtur, quam
8 ſe referre ad illud, quod quodammodo ſug-
geſtiuè audiuit ſibi legere iuxta prædictam
formulam, vt dicit idem *Scialoya in dicta pra-
xi torquendi Reos cap.6. num.47. verſ. nam quan-
do teſtis, &c.* quapropter idem Auctor, vt
aduertatur quam malè fiat ſubiungit, quod
ipſe in pluribus officiis à ſe geſtis vſus fuit
9 in repetione teſtium interrogare illos prius
de veritate facti; antequam eis legeret eo-
rum primam depoſitionem, & habita eo-
rum reſponſione, eis poſtea legit dictam
eorum primam depoſitionem, & tandem
admonet, vt Iudex ita obſeruet ſi vult ſci-
re veritatem negotii, maximè quando ille
non interuenit in illa prima depoſitione,
& ita ego cenſeo eſſe à bonis iudicibus ſer-
uandum, nec permittere cumulari abuſus,
prout quotidiè ab inertia, immò ab igno-
ranti ſuperbia aliquorum, vidi cumulari,
& auctoritate officii volunt ſuſtinere malè
factum, immò defenſores Reorum ſubſa-
nant, & vilipendunt, atque iniuria etiam
illos afficiunt ſi in prædictis, & ſimilibus
ſe opponant.

Nec ſufficit quod teſtis primò interrogetur an ea quæ depoſuit in ſuo examine alias facto pro veritate dixerit, & depoſuerit: & tanquam vera modo ratificare, & confirmare paratus ſit, & quatenus, &c. & teſtis reſpõdeat: *Signor sì, che tutto quello, &c.* vt in dicta formula, quia huiuſmodi interrogatio nõ aſtringit teſtem, vt in ſubſtantia recitet dictã ſuam primam depoſitionem, ſed vt dicat an ſint vera quod valdè, & valdè diuerſum eſt; nam ſicut ſcire non eſt memoria cuſtodire, ſed eſt ſua facere, & non ab exemplari pendere, *Scaccia de re iudic. gloſſ.14. quæſt.14. num.64. in fine*; ita non dicitur verum, quod labili memoria cuſtoditur, ſed eſt illud quod pro veritate recenſere oportet, nam vt dixi in *quæſt.98. num.3.* teſtes repetendo debent iterum iurare, & iterato pro veritate deponere quidquid in oſtenſiuo depoſuerunt.

Vndè crederem, quod poſt generalem interrogationem Teſti, factã ſuper veritate eorum quæ depoſuit, ac poſt habitam generalem reſponſionem ſuper dicta interrogatione Iudex deberet teſtem prædictum monere, vt in ſubſtantia recenſeat omnia ea quæ in dicta eius depoſitione dixerit, quibus ſic in ſubſtantia expoſitis, tunc iudex mandet legi eidem teſti ſuas depoſitiones prout in ſupradicta Formula, & hoc ſuadet etiam reſponſio, quam facit Reus, quando confrontatur cum dicto teſte, dum dicit, & reſpondit: *Hò inteſo ancor io quanto dice nel ſuo eſame queſto contro di me, &c.* & ipſemet epilogat in ſubſtantia examen teſtis; & illud in ſubſtantia recenſet, quanto magis teſtis hoc debet facere cum eius repetitio ſit nouum examen, vt alias dixi.

De modo legitimationis per confrontationem.

De ipſa Confrontatione.

Quæſt. CXXXII.

SVMMARIVM.

Confrontatione vtimur ad magis conuinciendum reum de mendacio. num.1.

In confrontatione fit mutua inter reum, & teſtes recognitio. num.2.

Teſtes in confrontatione confirmant in faciem inquiſiti eorum depoſitiones in ſubſtantia. num.3.

Iudex in confrontatione mandat legi teſtium depoſitiones in præſentia inquiſiti, & dicta teſtium. nu.4.

Iudex interrogat inquiſitus ſuper depoſitionibus teſtiũ ſibi lectis vt illis reſpondeat. num.5.

Iudex in confrontatione dat Reo facultatem interrogandi teſtes. num.6.

Iudicis præſentia neceſſaria eſt in confrontatione. n.7.

Confrontatio teſtium non debet alteri ſictè demandari. *num.8.*

Lecturam depoſitionũ teſtium Iudex ad inſtantiam Rei poteſt impedire. *num.9.*

Teſtis qui eſt ſuſpectus de falſo poteſt interrogatorijs inuolui, & cogi, vt per extenſum reſpondeat. nu.10.

1 PRoceſſus iſte incipit ab ipſo Reo cum quo, vel ſemel, vel pluries fuerint conteſtatæ depoſitiones teſtium contra eum receptæ, ac ipſo perſiſtente in negatiua Iudex ad multo magis conuincendum ipſum Reum de mendacio atque etiam magis diſponendum ipſum ad veritatem fatendam mandat ad faciem ipſius inquiſiti adduci teſtes ſupradictos non turmatim, ſed vnus poſt alium, vt docet *Scaccia de iudicijs cap.86. num.6.* quibus adductis, ac delato tam inquiſito, quam teſtibus iuramento veritatis dicendæ interrogat teſtes prius de cognitione
2 inquiſiti, & inquiſitum de cognitione teſtium, & facta per eoſdem mutua nominum, & perſonarum recognitione interrogat teſtes an ea quæ depoſuerunt in ſuis examinibus factis ſub diebus, &c. menſibus ac annis, &c. contra præſentem inquiſitum fuerint; & ſint vera illaque pro veritate dixerint, & depoſuerint intendant modo eadem illa ratificare, & comprobare in faciem præſentis inquiſiti, ſeu conſtituti, & recepto à teſtibus reſponſo, quod totum id quod depoſuerunt contra præſentem inquiſitum in ſuis examinibus fuiſſe, & eſſe verum, & pro veritate dixiſſe, & depoſuiſſe, & quod parati ſint etiam in faciem præſentis inquiſiti confirmare, tunc Iudex imponit teſtibus iuxta praxim *Guazz. defenſ.20. cap.19. num.8.* vt illi in ſubſtantia
3 ſummatim, & ſuccinctè referant ea, quæ aſſeruerunt aliàs dixiſſe pro veritate in eorum depoſitionibus, & ſic repetitis in ſubſtantia his quæ alias ipſi teſtes depoſuerunt, tunc Iudex mandat Notario,
4 vt ad claram teſtium, & inquiſiti intelligentiam legat depoſitiones eorum quibus lectis interrogat teſtes, an ea quæ modo legi audierunt ſint illa eadem, quæ ipſi alias dixerunt, & depoſuerunt contra, & circa perſonam præſentis inquiſiti an vera ſint, & tamquam vera modo approbent & ratificent in faciem eiuſdem inquiſiti, & accepta affirmatiua conuerſus ad inquiſitũ
5 illum interrogat quid ad prædicta quæ legi, & dici audiuit, reſpondeat, & habito reſponſo ſiue affirmatiuè confitendo, ſiue negatiuè negando Iudex tunc admonet reũ
6 vt teſtes interroget ſi illos interrogare intendat qua interrogatione facta, vel recuſata pronunciat acceptando prædictam legitimationem, & cum vnuſquiſque eorum tam teſtes, quam inquiſitus perſtiterint in ſuis dictis mandat teſtes adductos remoueri à loco examinis, & inquiſitum ad locum ſuum reponi.

Ex hac ſerie requiſita in confrontatione habes quod requiritur præſentia non ſolum inquiſiti, ſed etiam teſtium, & multò magis Iudicis, quia in confrontatione præſentia eſt de ſolemnitate intrinſeca legitama-
7 tionis faciendæ qua propter malè, immò peſſimè faciunt Iudices, qui vel nullam omninò præſentiam præſtant, vel patiuntur falſitatem committi, dum abſentes ſe faciunt admittunt, quod Notarij ſcribant fuiſſe præſentes, & illaqueant animam ſuã: Quia cum legitimatio per confrontationem ſit actus ſpecialis à Iudice met adminiſtrandus non poteſt, nec debet alteri cum
8 huiuſmodi fictione demandari, ideò proceſſus iſte dicitur legitimus, quia à lege medio Iudice introductus eſt, quapropter ſecundum leges teſtium examinatio fieri debet, nimirum in præſentia Iudicis, iuxta diſpoſitionem *textus in Auth. apud eloquentiſſimum, C. de fide inſtrumentorũ, §. quoniam, Auth. de Teſtibus, gloſ. in Clem. vnica de officio delegat. gloſ. probatione in cap. at ſi Clericis de iudicijs.*

Dixi ſupra, quod in confrontatione requiratur lectura examinis teſtium confron-
9 tandorum circa quam ſcias, quod ſi Reus inſtet quod teſti non legatur eius depoſitio, ſed quod illa per extenſum referat, quia in eam referendo apparebit falſus; Iudex poteſt mandare Notario, vt illam non legat, & ſi aliter fiat Reus poterit à decreto appellare, *Guazz. defenſ.20. cap.20. nu.8.* & reddit rationem, quia quando teſtis eſt ſuſpectus de falſo poteſt cogi ad inſtantiam Fiſci per
10 extenſum reſpondere, ac varijs interrogationibus interrogari, ac inuolui, & citat *Gram. deciſ.34. num.41. Cartar. de reis interrog. lib.3. cap.2. num.8. & ſeq.* multò magis debet fieri ad inſtantiam inquiſiti, & ſubdit quod hoc totum reſidet in arbitrio Iudicis per *Scacciam de iudic. lib.1. cap.86. num. 55. Hæc Guazzin.*

Quo-

Quotuplex ſit confrontatio.

Quæſtio CXXXIII.

SVMMARIVM.

Confrontatio duplex eſt, vna neceſſaria, altera arbitraria, & quæ. num.1.
Confrontatio ad recognitionem inquiſiti faciendam debet fieri ante examen eiuſdem inquiſiti, & quare. num.2.
Confrontatio per recognitionem fieri debet inter plures magis ſimiles ipſi Reo. num.3.
Confrontatio ordinaria eſt illa quæ fit per modum imputationis delicti. num.4.
Confrontatio non eſt de ſubſtantia proceſſus. num.5.
Ad confrontationem vti remedium extraordinarium non eſt de facili recurrendum dum ordinarium haberi poſſit. num.6.
Confrontatio tunc fit quando teſtis eſt directo contrarius examini Rei. num.7.
Confrontatio dicitur neceſſaria non abſolutè, ſed ad benè eſſe. num.8.
A confrontatione aliquando eſt abſtinendum, nempè quando ſeruus cum Domino Vaſſallus cum Patrono, filius cum Patre confrontandi ſint. num.9.

ET dicimus duplicem eſſe vnam neceſſariam, alteram
1 arbitrariã: neceſſaria eſt illa, quæ fit per modum recognitionis hoc eſt quando ad rei cõſtituti recognitionem deuenire non poſſumus niſi mediante illius inſpectione puta ſi dicant teſtes aliquem tale delictum commiſiſſe illumque ſe non nouiſſe niſi de facie aut de veſtimentis, aut de aliqua alia circumſtantia viſibili, tunc enim omninò eſt reus ipſis teſtibus exhibendus, vt inſpiciatur, & reco-
2 gnoſcatur an ſit illemet de quo depoſuerũt, *Clarus quæſt.45.n,14.verſ.præterea quando, Scacc. de iudicijs cap. 86. num. 53. Guazzin. defenſ.20. cap.19. num.7.* Quæ recognitio procedere debet, vt inquiſitus examinari, & conſtitui poſſit, & fieri non poteſt niſi præſente Iudice ſecundum diſpoſitionem reformationis, *Tribunal. Vrbis tit. de iudicibus crimin. §. Reorum*, & ipſo reo poſito inter alios puta inter tres, vel quatuor alias perſonas ipſi
3 reo magis ſimiles facie veſtimentis, ac ſtatura, vt euitetur quantum fieri poteſt ſuſpicio ſubornationis, & ſuggeſtionis, vt benè notat *Ambroſin. tract. de modo formandi proceſſ. inform. cap.9. num. 28. lib.2.* Deindè ipſi teſti qui reum recognoſcere debet defertur iuramentum veritatis dicendæ quo præſtito interrogatur an inter illos, qui ſibi exhibentur adſit ille quem dixit in ſuo examine tale delictum commiſiſſe, & ſi dicit, quod ſic mandat Iudex, vt illum manibus tangat *Ambroſin.* vbi ſupra.

Arbitraria eſt illa quæ fit per modũ im-
4 putationis delicti dixi arbitrariam eſſe, quia cum confrontatio ſit odioſa, & ſpecies ſug-
5 geſtionis regulariter neceſſaria non eſt, neque eſt de ſubſtantia proceſſus, vt dicit *Guazzin. defenſ.20. cap.19. num.1.* adeò quod ſi omittatur, proceſſus non corruit, *Scaccia de iudicijs cap.86. nu.53. Guazz. ibidem*; idcircò illa vtendum non eſt, niſi in caſibus, in quibus à conſuetudine, & praxi recepta reperitur adhibita; etenim eius loco habemus
6 repetitionem, & ſic remedium ordinariũ, vndè ad confrontationem vti ad remedium extraordinarium, & ſubſidiarium, dum ordinarium habemus de facili recurrendũ non eſt, *Bart. in l. Edictum. ff. de quæſtion. Aym. conſ.287. num.2.* & licet aliquando appareat neceſſaria, nec ſine illa videatur poſſe rectè
7 conſtare proceſſus, nimirum quando aliquis teſtis directo contrariatur depoſitioni ipſius Rei inquiſiti, vt dicit *Guazz. in ſupradicta defenſ.20. cap.19. num.6.* tamen non eſt ita abſolutè neceſſaria, quin legitimatio fieri poſſit per alium modum puta per repe-
8 titionem, ſeu per declarationem, ſed dicitur neceſſaria ad benè eſſe, & ſic regulatur ſecundum arbitrium cum potius dependeat à neceſſitate iuris, quam à neceſſitate facti, *Bald. in l. dotis cauſa num.25. ff. ſoluto matrimon.* quapropter ratio aliquando ſuadet, quod à dicta confrontatione ſit fore abſtinendum,
9 vt quando confrontandus ſit ſeruus cum Domino Vaſſallus cum Patrono, Filius cum Patre, vt docet *Ambroſin. dicto tract. cap.9. n.7.* quoniam ſi fuiſſet neceſſaria ſimpliciter non haberetur iſta ratio aliquando abſtinendi, ſed ſemper eadem eſſet in omnibus caſibus, prout eſt ſimpliciter neceſſaria in confrontatione per modum recognitionis de qua ſupra dixi.

Quid ſit confrontatio.

Quæſtio CXXXIV.

SVMMARIVM.

Confrontatio eſt coram Iudice in faciem Rei per teſtes de eorum dictis facta firmatio. num.1. Declaratur hæc deſcriptio. num.2. 4.
Perſonæ egregiæ in criminalibus non diſpenſantur, vt non examinentur. num.3.
Teſtes in confrontatione in faciem Rei adducuntur,

vt acrius Reus moueatur ad veritatem dicendam. num.4.
Merita cauſæ partium aſſertione panduntur. num.5.
Sententia magno conflictu decerni ſolet. num.6.
Per confrontationem Iudex legitime Reũ conuincit.n.7.
Teſtes mortui,& abſentes habentur pro repetiti. nu.8.
Declara. num.9.
Officium teſtis eſt teſtificari, & teſtificata confirmare. num.10.
Teſtimonium eſt de publico officio teſtium, quamuis teſtis ſit priuata perſona. num.11.
Teſtibus, & non teſtimonijs credendum eſt. num.12,
Teſtificari ſignificat teſtimonium dicere abſque vllo timore reſpondere. num.13.
Verbum firmare eſt approbare, & validius aliquid efficere. num.14.
Vbi cum Reo facta eſſet confrontatio non deſideratur repetitio. num.15.

PRO nunc vtar deſcriptione quã ponit Illuſtriſſimus,& Reuerendiſſimus D.meus Scannarolus in eius tractatu *de Viſitatione Carceratorum lib.2. cap.6.n.1. fol.296.* qui mihi præomnibus carus fuit, tum vitæ integritate, & genij puritate, tum doctrina ſcientia, atque eruditione laudabilis, & præcipuè in Pauperes valdè propenſus, quos, & verbo, & opere numquam ceſſauit adiuuare: Morumque,ac actionum modeſtia omnibus ſe amabilem reddidit,& me paterno affectu ſẽper adamauit,qiu tandẽ dum hęc typis mandabã glorioſus obijt. Deſcribit enim illam eſſe coram Iudice in
1 faciem Rei per teſtes de eorũ dictis factam
firmationem.

Dicitur coram Iudice, quia cum confrontatio ſit actus iuris ad legitimandum
proceſſum tendens, non niſi à Iudice præſente ſciente, & audiente fieri debet, prout
fieri debent cæteri modi pro legitimatione
2 inuenti, *Foller. in verb. repetantur teſtes nu. 4.*
quem ſequitur *Baiard. ad Clarum quæſt. 45. num.39.* & hoc eſt veriſſimum de iure, quia teſtes debent comparere coram Iudice, qui eſt Miniſter iuris ad teſtificandum, *textus eſt in Auth.apud eloquentiſſimum,C.de fide inſtrumentorum, Viuius commun. opinion. opin.928. num.1.* incip. *teſtium examinationem,* & præcipuè in criminalibus cauſis in quibus, nec perſonæ
3 egregiæ excipiuntur quin venire debeant
ad deponendum coram Iudice, ſi ita ei videbitur, *Clarus quæſt.26. verſ. & aduerte.*
4 Dicitur in faciem Rei, vt magis reus vrgeatur ad dicendam veritatem cum teſtes, vt inquit idem Scannarolus ad faciem Rei
confrontentur, & præſentialiter producentur teſtes in faciem eiuſdem Rei,vt acrius,
4 idem reus viſis teſtibus, & commemoratis
delicti circumſtantijs moueatur; ad veritatem fatendam ex præſentia enim teſtium vix poteſt euadere reus iudicium, & veritatem negare, & ſic quaſi facto quodam conflictu inter reum, & teſtes magis dilucidantur probationes, *argum. eorum quæ traduntur in l.iniquum, C.de his qui accuſar. non poſ-*
3 *ſunt*; nam ſicut cauſæ merita partium aſſer-
tione panduntur, vt dicitur in *l.nec Imperiale, C.ſi per vim, vel alio modo*, eo quia vt dicit *Conſtantinus in l. quod Magno, C.comminatio-*
6 *nes epiſtolarum,&c.* magno conflictu ſenten-
tia decerni ſolet, ideſt, vt ſubiungit *gloſſ.* præhabita partium examinatione ita Iudex
7 per iſtam confrontationem quæ facto con-
flictu inter reum negantem,& teſtem affirmantem legitimè reum conuincit, *Autonius Columbanus in tractatu procedendi in controuerſijs crimin. artic.224.* per *textum in l. ſi quis, C. de Epiſcopis, & Cleric.*

Dicitur per teſtes,ſcilicet viuentes,& pre-
8 ſentes nam mortui,vel abſentes.vt plerique
volunt licet cõfrontari non poſſint habentur tamen pro repetiti etiamſi coram Iudice incompetenti fuerint examinati, per *textum in l.fin.* vbi *Caſtren. C.de teſtibus, Foller. verb.& demum repetantur teſtes curiæ, Viuius deciſ.78.* ſed cum *Farinacc. quæſt. 72. num. 183.* contrarium dicendum eſt, nimirum quod
9 teſtes mortui, vel etiam abſentes non ſo-
lum non habentur pro repetiti, ſed nec vllum indicium faciunt, licet faciant aliquam præſumptionem, *Natta conſ.395.n.25. & ſeqq. Honded. conſ.101. num.22. Foller. dicto citato loco nu.6. in fine,* & ea quæ ſupradixi In contraria opinione habent locum in ciuilibus non in criminalibus, prout tenet etiam *Centulin. ad conſil.55. Farinacc. litt. D. Cæphal. conſ. 269. num.8.*

Dicitur de eorum dictis, &c. nam offi-
10 cium teſtis eſt teſtificari, & teſtificata con-
firmare, & dicitur de eorũ dictis, nempè de omni eo quod verbotenus teſtes pronũciarunt, & ſic de teſtimonijs, ſeu teſtationibus redactis inſcriptis, & hæc teſtimonia ſeparatè ab ipſis teſtibus cõſiderantur, *l.3.§.idem Diuus. ff.de teſtibus, l.1. ff.de fide inſtrumentorum,*
11 quoniam teſtimonium eſt de publico offi-
cio teſtium,quamuis teſtis ſit priuata perſona, vt dicit *Bald. in cap.interpres nu.13. verſ.& non, &c. de lege Corradi*; & nihilominus quoad probandum coniungi debent, vt legalitas teſtis teſtimoniũ eius informet pro
12 iudicio faciendo cum teſtibus, & non te-
ſtimonijs, ideſt nudis dictis, ſed teſtibus iuratis iudicandum eſt, *cap.penult. §.ſi verò pu-*

blicum

blicum de cohabit. Cleric. Hoſtienſ. in cap. cum inter, verſ. cum præualente de ſententia, & re iudic.
Dicitur facta firmatio, quia teſtificari ſignificat teſtimonium dicere, & teſtibus fir-
13 mare hoc eſt abſque vllo timore, aut pauore reſpondere, & apud *Calliſtratum in l. 3. ff. de teſtibus*, eſt non aduerſare, & apud *Paulum in l. & quia, ff. de origine iuris*, verbum *firmare, ſeu confirmare*, eſt approbare, & validius,
14 & perfectius aliquid efficere, *vt ibidem Bart.* explicat quoniam per confirmationem non probatio, ſed efficacia, ſeu robur dictis teſtium, & eorum teſtimonijs attributum cenſetur, vt infra dicam de quo robore, & efficacia ita loquuti ſunt DD. aſſerentes,
15 quod vbi cum Reo eſſet facta confrontatio non deſideratur repetitio cum illa habeat vim repetitionis, & noui examinis, *Clar. quæſt. 45. num. 14. Afflict. conſtit. ſi damna clandeſtina num. 36. Ambroſin. dicto tract. cap. 9. nu. 3. lib. 2. Farinacç. quæſt. 56. num. 310. Caball. caſu 769. num. 14. Scaccia de iud. cap. 86. num. 54.*

Quæ ſit differentia inter confrontationem per modum recognitionis, & confrontationem per modum imputationis delicti.

Quæſt. CXXXV.

SVMMARIVM.

Confrontatio per modum recognitionis duplex eſt, & quæ. num. 1. & 3.
Confrontatio per modum recognitionis quomodo ſit neceſſaria. num. 2.
Teſtis dicens non cognoſcere delinquentem niſi per ſigna debet ei afferre reum inter plures ei magis ſimiles recognoſcendum. num. 4.
Iudex non debet oſtendere teſti vnum pro alio in confrontatione. num. 5. Declara. num. 6.
Confrontatio per modum imputationis delicti nullo modo eſt neceſſaria, ſed Fiſcus habet electionem confrontandi, vel repetendi teſtes. num. 7.

DIfferentia patet, quia cõfrontatio per modũ recognitionis eſt omninò neceſſaria, vt dicit *Lucatell. de quæſtion. iudicial. inſpectione 5. nu. 236.* & cõfrontatio per modum imputationis delicti non eſt omninò neceſſaria, vt dixi.
Dices, quod confrontatio per modum
ait.

recognitionis pariter videtur arbitraria ſecundum ea quæ tradit *Scac. de iudicijs cap. 80. num. 53.* ibi: *aut teſtis affrontandus cognouit reum de viſu, & de nomine, aut de viſu tantum ſi de viſu, & de nomine, tunc non videtur neceſſaria*
1 *confrontatio*: Reſpondetur, quod duplex eſt confrontatio per modum recognitionis, vna ſimplex inter ipſum reum cõſtitutum, & teſtem tantum, altera non ita ſimplex, ſed cum interuentu aliarum perſonarum, puta trium, aut quatuor, magis reo ſimilium inter quos ponitur reus ad effectum illum per teſtes recognoſcendi, vt notat *Ambroſin. dicto tractatu lib. 2. cap. 9. numer. 28.*
2 prima confrontatio per modum ſimplicis recognionis non eſt neceſſaria ſimpliciter, ſed ſolummodo per quamdam ſeriem ordinandi proceſſum confrontationis; primò enim interrogatur teſtis, qui reum conſtitutum cognoſcit per viſum, & nomen, an cognoſcat præſentem conſtitutum, & mandatur ei, vt dicat quomodo nominetur, & cognominetur, qui teſtis reſpondit: *Signor sì, che io conoſco queſt'huomo, che ſi chiama Menio di Milone da Nocera*, & vice verſa, interrogatus prædictus conſtitutus an cognoſcat præſentem teſtem adductum, & quomodo vocetur; Reſpondit: *Signor sì, che cognoſco queſt'huomo, che mi hauete fatto venire in faccia, che ſi chiama, &c.*
Secunda confrontatio non ſolum eſt neceſſaria per quãdam ſeriem ordinandi proceſſum, ſed etiam eſt neceſſaria ſimpliciter vt certi hominis delinquentis habeatur notitia indubitata ne in iudicando, & procedendo vagetur in incerto. Et hæc confron-
3 tatio duplex pariter eſt vna quæ fit ante litis conteſtationem; altera quæ fit poſt litis conteſtationem; & habet pro ſequela legitimationem per actum confrontationis, prima confrontatio cum non habuerit pro fine niſi recognitionem perſonæ delinquẽtis ad hoc, vt ille poſſet conſtitui, & cum eo conteſtari litem, requiritur, quod prædicti teſtes qui eum recognouerunt iterum vel cum eodem reo confrontentur, aut ſaltem repetantur, *Scaccia de iudicijs cap. 86. n. 54. lib. 1. & num. 62.* affert caſum de teſte qui
4 examinatur ſuper aliquo delicto, dicens non cognoſcere delinquentem niſi per aliqua ſigna tunc ille recognoſcendus eſt inter plures non tanquam reus cum litis cõteſtatio cum eo facta adhuc non ſit, ſed tanquam ſuſpectus de delicto cum quo poſtea eſt fienda litis conteſtatio; ſecunda cõfrontatio habet quod, vt ſtatim habita recognitione perſonæ inter plures poſitę poſſint cum eo teſtes de delicto deponentes confrontari, & ſic legitimari proceſſus.
Hinc

Hinc nota ſecundum eundem *Scacciam in dicto cap.*36. *num.*61. quod ne detur materia fabricandi falſum non debet teſtibus Reos ad occulum demonſtrari, ſed inter alios ponendus in tantum, quod ſi reus ad docendum teſtes qui eum recognoſcere deberent, dicat eſſe falſos moneret iudicem, vt non ſolũ ipſum ad oculum teſti non oſten-
5 deret, ſed inſtaret, vt oſtenderet alium; Iudex non debet hoc facere, quia quemadmodum oſtenſio Rei ad oculum dat materiam fabricandi falſum contra reum ita oſtenſio alterius daret materiam fabricandi falſum contra Fiſcum; nihilominus ego ſcio quod quidam Iudex valdè prudens,
6 & aduertens teſtem paratum recognoſcere quemdam bannitum appellatum *la vecchia*, vſus fuit non ad oculum exhibere, alterum quam ipſum bannitum, ſed tres alios inter quos non aderat bannitum prædictum, & interrogatus teſtis ille an inter illos tres adeſſet dictus Bannitus alias *la vecchia*, ſtatim temerariè, dixit adeſſe, & iuſſus, vt illum manu tangeret, ſtatim quem in medio illorum trium erat tetigit, & ſic detecta fuit temeritas dicti teſtis qui ſubornatus ad dictam recognitionem faciendam aduenerat, & abijt deluſus, & bannitus ille fuit liberatus cum poſtea conſtiterit non fuiſſe bannitum illum de quo quærebatur, ſed ab eius maleuolis pro bannito fuit curiæ ſuppoſitus.

At confrontatio per modum imputatio-
7 nis delicti, nullo modo eſt neceſſaria ſimpliciter, vt ſupra dixi, ſed Fiſcus habet electionem, vel confrontandi, vel repetendi, vt dicit *Farinac. quæſt.*66. *num.*310. & *quæſt.*72. *num.*139. ſecundum ea quæ infra dicam benè verum eſt, quod confrontatio iſta plus operatur quam citatio ad videñ iurare teſtes, *Sanfelic. deciſ.*97. *num.*13. *lib.*1.

Si plures ſint confrontandi an ſeparatim, an verò ſimul ſint adducendi in faciem Rei.

Quæſt. CXXXVI.

SVMMARIVM.

*In confrontatione, teſtes non ſimul, ſed vnus poſt alium cum reo confrontandi ſunt. num.*1.

*Falſitas teſtium non detegeretur, ſi alter alterius in confrontatione depoſitionem audiret. num.*2.

*Quando teſtes ſocij criminis poſſint confrontari ſimul. num.*3. *Declara. num.*4.

*Confrontatio eſt altera examinatio quæ debet fieri ſingulariter, & non confusè. num.*5.

1 IAM obiter dixi quod non ſunt teſtes ſimul adducendi, ſed ſeparatim, vnum ſcilicet poſt alium quoniam ſicut ſeparatim fuerũt teſtes examinati, ſic etiam ſeparatim ſunt confrontandi, & ſingulorum confrontationes ſeorſim, prout confrontantur ſunt ſcribendæ alias daretur materia fabricandi falſitatem, quoniam ſi diuerſi forſan in tempore, vel loco commiſſi delicti de quo in cõfrontatione agendum eſſet, vel in alijs ſubſtantialibus eiuſdem delicti, tunc magna adeſſet præſumptio prædictos teſtes eſſe falſos, & tunc falſitas eorum non detegeretur, ſi alter alterius
2 depoſitionem audiret, *Scaccia dicto cap.*86. *num.*60. & ſubiungit, dicendo quod licet, *Franc. Pegn. ad Director. inquiſitorum, Eymer. part.*3. *comment.*48. *verſ. poſtremo*, limitet, vt non procedat quàndo teſtes confrontandi eſſent ſocij, ſeu participes eiuſdem criminis quo caſu tenet poſſe omnes ſimul cõfron-
3 tari etiam in crimine hæreſis, quia tunc cõfrontarentur non ſolum vti teſtes, ſed etiam vti complices eiuſdem delicti in indiuiduo tamen hoc in practica non videtur obſer-
4 uandum cum adhuc ſint ſeparatim cõfrontandi cum aſſignari non poſſit ratio diuerſitatis cur magis in vno quam in alio caſu permitti poſſit, *Cartar. in eius practica interrog. reorum lib.*3. *cap.*1. *num.*96.

Nec dicatur quod ſufficiat, quod ſeparatim in informatiuo fuerint teſtificati, & ſecundum ea quæ teſtificati fuerunt intelligantur confrontari, quia legitimatio per confrontationem eſt alia teſtificatio, quæ
5 per Fiſci debet ſingulariter, & non confusè, & eo modo, & forma quæ in informatiuo recepta fuerit alias daretur materia teſtibus ſeu ſocijs criminis de ſibi contradicendo, & falſum deponendo, & præberetur occaſio, vt deponerent per eumdem præmeditatum ſermonem contra *textum in cap. Venerabilis in fin. de teſtibus*, & ibi *gloſ. in verb. ſigillatim*, *Farinacc. quæſt.*80. *num.*94.

An

An completa legitimatione per confrontationem opus ſit quod teſtes, denuò repetantur.

Quæſt. CXXXVII.

SVMMARIVM.

Confrontationis legitimatio eſt actus extraordinarius non ſubſidiarius. num.1. & 4.

Teſtes confrontati poſſunt denuò repeti inſtante Reo. num.2.

Ratio quare poſt confrontationem poſſit deueniri ad repetitionem. num.3.

Confrontatio duo habet vnum quod conſiſtit in ſolemnitate; alterum quod conſiſtit in ordine, & quære num.5.

Si ordo deficiat in confrontatione quoad interrogationem repetitio permittitur. num.6.

Examen factum ſine interrogatorijs eſt validum, ſed fidem teſtibus non adhibetur niſi repetitis. num.7.

Fiſcus facta confrontatione ab iterata repetitione liberatur. num.8. Declara. ibidem.

Interrogatoriorum exhibitio non reſpicit nullitatem teſtificatus, ſed ſolum quod examinati ſine illis poſſunt repeti. num.9.

Teſtes non interrogati, vel non ſufficienter interrogati debent repeti. num.10.

Confrontatio adhibetur ad effugiendam repetitionem. num.13. Declara. num.12.

Per repetitionem non reſoluitur legitimatio per confrontationem, ſed redditur inefficax. num.13.

Probatio non dependet à confrontatione quæ ſolum ſolemnizat. num.14.

PRO huius concluſionis dilucidatione ſciendum eſt, quod legiti-
1 matio per confrontationem eſt actus extraordinarius, ſed non ſubſidiarius ad quem deueniri non poteſt niſi aliquo caſu vrgente arbitrio Iudicis, & tunc ſi facta fuerit, & reus non inſteterit pro repetione legitimatio prædicta ſuſtinetur, & reum afficit quando verò reus inſtat, vt non obſtante dicta con-
2 frontatione teſtes denuò repetantur debent denuò repeti, & eorum examen iterum reiterari maximè quandò, vel nullo modo, vel non ſufficienter in actu confrontationis teſtes fuerint interrogati, & ſi quæris
3 rationem quare poſt confrontationis legitimationem deueniri poſſit ad legitimationem per repetitionem, reſpondebitur tibi, tum quia confrontatio, & repetitio ſunt remedia prouenientia ex eadem legis diſpo-
4 ſitione; ideò vnum non tollit alterum; tum quia licet confrontatio, vt remedium extraordinarium, non vt ſubſidiarium: concurrit cum ordinario repetitionis ſecundum ea, quæ tradit *Bald. in leg. 1. §. ſed ſi in loco nu.3. ff. de noui oper. nunciatio*: Confron-
5 tatio autem duo habet; vnũ quod conſiſtit in ſolemnitate; alterum quod conſiſtit in ordine quo ad illud, quod ſpectat ad ſolemnitatem cum reſpiciat factum ſecundum formam iuris agendum non videtur reiterabilis cum factũ ſit; quo verò ad illud, quod ſpectat ad ordinem, nimirum quod prius dictum ſuum teſtes exponant, & poſtea per Iudicem publicetur, vt docet *Bald. in l. prolata nũm. . . C. de interlocut. ſententijs*, dato quod non habeat ſuum plenum effectus nemò negat quin reiterari poſſit, & ſic
6 ſi ordo in cõfrontatione deficiat quoad interrogationem faciendam à reo ipſis teſtibus repetitio ſi petatur; omninò fieri debet, *Alex. conſ.172. num.8. & 9. lib.2.* ibi prætcrea ſi teſtis reddit cauſam ſcientiæ, dato, quod ſuper interrogatorijs partis aduerſæ non fuerit examinatus etiam dolo, & negligentia examinantis non tamen per hoc reperitur, quod dictum teſtis ſit nullum, ſed ſolum per hoc permittitur parti petere, etiam poſt publicatas atteſtationes, quod talis teſtis repetatur ſuper interrogatorijs, vt not. *Specul. in tit. de teſtibus. §. iam de interrogatorijs, verſ. item autem*, & *Ioannes Andr. in cap. præſentiam, §. teſte de teſtibus in 6.* per *text. in cap. per ſuas de teſtibus*, & ita determinat *Rota deciſ.214. num.2.* pœnes *Farinacc. lib. 2. conſiliorum*; ibi quamuis ſit magna controuerſia inter DD. an ommiſſio interrogatoriorum reddat nullum examen in qua diffi-
7 cultate Rota ſolita eſt tenere, quod examen ſit validum, licet non ſoleat talibus teſtibus fidem adhiberi niſi ipſis repetitis *Peregrin. deciſ.84. Puteus deciſ.437. lib.1. Ant. Auguſt. in Epitom. in tit. de teſtibus, §.6.* & fuit reſolutum in cauſa *Tullen. matrimonij 7. Febr. 1574. coram Clemente VIII.* immò *Maſcard. de probat. concluſ.685. num.8.* aſſerit quod in criminalibus dictum teſtis ommiſſis interrogatorijs, neque ſit validum, neque probet teſte *Burſat. conſ.34. num.5.* & ita ſenſiſſe *Federic. Scotum Placentinum conſ.6. num.34. lib.2. part.2.*

8 Et ſi dicatur quod facta confrontatione Fiſcus ab iterata repetitione liberetur per *Theoricam Afflict. & aliorum DD. ſupra in Explicatione deſcriptionis* in verbo *facta firmatio*: Reſpondetur, quod prædicti DD. loquuti fuerunt quoad ſolemnitatem non quoad ordinem in confrontatione ſeruandum quapropter licet aliqui, & DD. prædicti aſſe-

rant

rant quod confrontatio fieri ſoleat ad effugiendam repetitionem teſtium intelligi debent, vel ſecundum ſtylum curiæ in qua dictus actus confrontationis frequens ſit iuxta ea quæ tradit *Caball. caſu* 269. *num.* 19. vel intelligi debent dum cōfrontatio quoad ordinem rectè ſeruata fuerit, nimirum quod teſtes fuerint ſufficienter interrogati: Hinc *Bertazzol. conſ.* 359. *num.* 23. ait exhibi-
9 tio iterrogatoriorũ non reſpicit nullitatem teſtificatus, ſed tantummodo quod teſtes examinati ſine illis poſſunt repeti ſuper iis, & *Paulus de Caſtro conſ.* 246. *nu.* 3. *lib.* 1. *verſ. præterea*; dicit quod Iudex tenetur repetere, quatenus reus inſtet repeti ſuper interrogatorijs per illum exhibitis, quia vt inquit ille quando teſtis dolo, vel negligentia examinatus omiſit aliquid deponere, quia non fuit interrogatus debet, & tenetur Iudex parte petente, & etiam poſt didicita teſtificata ipſum teſtem repetere, vndè
10 inualuit vulgare axioma, quod teſtes non interrogati, vel non ſufficienter interrogati debent repeti, & ita in vrbis Tribun. practicatur *Ambroſin. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 36.

11 Et ſi replices, quod confrontatio adhibetur ad effugiendam dictam repetitionem iuxta ea quæ tradit *Ambroſin. d. eius tractatu lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 3. *Scaccia de iudicijs cap.* 86. *nu.* 53. quaſi nullam repetitionem minimè fieri debeat: Reſpondetur, quod cum ad perfectam confrontationem faciendam requiratur teſtium repetio ſine qua dici perfecta
12 non poſſit, vt notorium eſt, & ſi dicatur quod *Ambroſin. & Scaccia* loquuti ſunt de repetitione quæ fieri ſolet præcedente citatione verbali tunc dicimus confrontationem principaliter non eſſe ad effugiendam dictam repetitionem, ſed ad magis conuincendum reum, & vt facilius diſponatur ad veritatem fatendam, ac propterea per confrontationem Fiſcus non poteſt effugere dictam repetitionem quod ſi Reus poſtea inſtet pro ea facienda non debeat illi denegari ſecundum eumdem *Ambroſin. in dicto cap.* 9. *num.* 36. *ibi aut teſtis non fuit ſufficienter interrogatus, & debet repeti ſuper interrogatorijs per reum datis ſi ille inſtat, vt repetatur.*

Nec dicatur, quod per prædictam repetitionem reſolueretur actus legitimationis factus per confrontationem, & ſic fruſtratoria redderetur, quia dicimus ſecundum *Beltraminum ad deciſ. Ludouiſi deciſ.* 331. *num.* 22. *& Farin. quæſt.* 73. *num.* 6. quod non
13 reſolueretur actus legitimationis, ſed redderetur in efficax probatio depoſitionum teſtium ſicuti per quamdam proportionē dicitur de legitimatione filiorum naturalium nam ſicut ſi poſt legitimationem factam de filio naturali naſcatur filius ex legitimo matrimonio legitimatio filij naturalis ſuſtineretur quo ad effectum legitimitatis, ſed reuocaretur quoad effectum ſuccedendi, vt tradit *Tiraquell. in l. nunquam num.* 312. *verſ. igitur, vt reaſumam C. de reuocandis donatio Bart. in l. ex facto num.* 2. *ff. de vulgari*; ita ſecundum dictam proportionē ſi poſt legitimationem proceſſus habitam per actum confrontationis ſuperueniat inſtantia inquiſiti, vt repetantur teſtes cum ſuis interrogatorijs datis prædicta legitimatio ſuſtinetur quo ad effectũ legitimationis ſed reuocatur quo ad effectum efficacis probationis donec teſtes cum interrogatorijs
14 repetantur, & ratio eſt quia probatio non dependet à dicta confrontatione, quæ dũtaxat ſolemnizat dicta teſtium, vt ſint efficaciora ſicut filiatio non dependet à legitimatione, ſed ciuiliter ab ea ſolemnizatur.

An dari poſſint interrogatoria, vt teſtes confrontati denuo ſuper illis repetantur.

Quæſt. CXXXVIII.

SVMMARIVM

Interrogatoria dari non poſſunt pro repetendis teſtibus confrontatis. num. 1. *& quare ibidem declara. numer.* 2. 4. *&* 7.

Poſt pronunciatum in cauſa non poteſt opponi de inſufficentia interrogationis. num. 3.

Interrogatio eſt de ordine confrontationis. num. 5.

Appellatur à prohibitione interrogandi teſtes. num, 6

Exemplis tunc iudicamus cum controuerſum negotium nullo iure diffiniri poteſt. num. 8. 9.

SVPRA diximus, quod reus inquiſitus poſſit inſtare, vt teſtes confrontati denuo repetãtur, ſed quia aliquando audiui dubitare an poſſit interrogatoria conficere idcircò hanc poſui quæſtionem.

1 Et pro negatiua videtur dicẽdum, quod non, & ratio eſſe poteſt quia confrontatio habet vim citationis atque etiam interrogationis *iuxta deciſ. Riccij* 294. *num.* 19. *par.* 4. *& collecta: eiuſdem* 1042. merito dari non poſſunt nec debent ſequuta dicta confrontatione.

Contrarium vero pro affirmatiua dicimus

2 mus eſſe verius, & in curia Romana opi-
nio negatiua, vel non eſt vera dum fieri nõ
debeat confrontatio ſine interrogatorijs
aut ſaltem ſine recuſatione partis de illis
faciendis, vt in praxi notum eſt: vel intel-
ligi debet procedete, quando nulla pro par-
te tei fuerit facta inſtantia repetitionis cum
interrogatorijs, & cauſa fuetit per ſenten-
tiam, vel alio modo terminata, quia tunc
3 non poteſt, opponi de inſufficientia inter-
rogationis cum ex ſe confrontatio requirat
has qualitates interrogationis, & repetitio-
nis; poſt pronunciatum enim in cauſa mi-
nime fieri poteſt teſtium repetitio, vt ha-
betur *per Gram. deciſ. 20. & deciſ. 25. Foller. in
verb. & demum repetantur teſtes num. 12. Merlin.
cap. 42. num. 3. & 9. controuerſ. forenſ.* præcipue
quando ſententia fuerit valide prolata ibi
ex quibus magna curia iudicauit proceſsũ
fuiſſe ſolemniter inſtructum ſententiamq;
ritè, & rectè prolatam ex eo quod nulla
repetitione opus ſit vbi teſtes præuio iura-
mento fuerant confrontati vbi notan: ver-
ba *proceſſum ſolemniter inſtructum*, & verba
ſententiamque rite, & rectè prolatam, quæ con-
notant concluſionem cauſæ, & finitæ litis,
ſed ſi res adhuc eſſet integra nimirũ, quod
non fuerit de meritis cauſæ diſputatum, &
reus non fuerit habilis ad interrogandos te-
ſtes, quo caſu non poſſunt dici ſufficienter
interrogati vtique confrontatio defectuoſa
4 redditur non quoad legitimationem, ſed
quoad efficacem probationem ac proinde
teſtes etiam confrontati repeti debent cum
interrogatorijs rei quando idem reus inſtat
repeti cum ſuis interrogatorijs *Ambroſ. cap. 9
lib. 2. num. 16. ibi, & debet repeti ſuper interro-
gatorijs per eum datis ſi ille inſtat, quod repetan-
tur alias nullam fidem faceret eius depoſitio*; hæc
ille, & ratio eſt, quia interrogatio eſt de
5 ordine ſubſtantiali non de ſolemnitate cõ-
frontationis, vt dixi idcircò cum repetitio
teſtium reſpiciat etiam ad defenſionem
reorum, eo quia per repetitionem conce-
ditur reo, quod poſſit interrogatoria con-
ficere, quod ſapit defenſionem, vt dicit
Farin. quæſt. 72. num. 151. 152. in fine non poſ-
ſunt prohiberi immo ſi interrogatoria pro-
6 hiberentur appellari poteſt vti à grauamine
irreparabili, vt dicit *Bald. in l. virtus num. 5.
& ibi add. lit. A. ff. de legibus* nec intelliguntur
prohibita per ſimplicem confrontationem,
quia etiam poſt illam inſtante reo iterum
fieri poſſunt, & debent, cum ſint publici
iuris, vt dicit *Gab. conſ. 178. num. 18. lib. 1.* quẽ
ſequitur Bernardinus *ad Ambroſ. ad cap. pri-
mum ſub num. 29. verſ. ſexto quod &c. lib. 3.*

Dices cum *Guazzino defenſ. 20. cap. 21. nu. 2.
verſ. & hic in curia* vbi teſtatur, quod tem-
7 pore Clementis VIII. à Tribunali A.C. de-
negata fuit repetitio poſt confrontationem
in cauſa Mariani Coſtæ. Reſpondetur,
quod ipſemet *Guazzinus tenet contrarium ab
eo* quod tunc temporis denegatum fuit at-
teſtans, quod ita in dicto caſu determinatũ
fuit ex ſpeciali ordine Sanctiſſimi dicit
enim ibi *Guazz. quamuis ſatis exclamauerim
apud dictum Pontificem dicendo de iure non poſſe
nec de conſuetudine denegari ipſe Summus Ponti-
fex vno verbo mihi reſpondit, quod tunc qualitas
cauſæ ita requirebat*, & ideò *num. 3.* ſubiungit
dicendo *contrarium tamen de iure verius eſt vt
ipſa confrontatio non tollat repetitionem teſtium ſu-
per interrogatorijs eiuſdem rei late* oſtendit *Hon-
ded. in conſ. 101. num. 15. & ſeqq. lib. 1.* vbi con-
cordantes adducit, *& ſub num. 29.* declarat
contrariam opinionem *Afflict. & Clar.* &
aliorum quos cumulat *Caball. d. caſu 269.
num. 18. Farin. quæſt. 72. num. 146.* vbi tradit
bonas rationes ideò non benè infertur à ca-
ſu ſpeciali per Principem imperato ad cõ-
cluſionem generalem iuris authotitate de-
ciſam iuxta ea, quæ tradit *Cartar. deciſ. 66.
num. 79.* dicendo, quod tunc exemplis iudi-
8 camus cùm controuerſum negotium nul-
lo iure diffiniri poſſit, & ſecundũ *Nattã conſ.
24. n. 3. verſ. & certe &c.* Iudex nimis timidus
eſſet, qui ad exẽpla reſpiciens non audet ſe-
cundum ius iudicare *Menoch. conſ. 2. num. 24.
9 & 25.* ampliat dicendo, quod etiam ſi exẽ-
pla eſſent Principis cum verè ignoremus
quomodo caſus illi ſe ſe habuerint.

An Reus recuſans in actu ipſo cõfrontationis interrogare teſtes poſſit aſtringere illos ad ſe repetendos cum interrogatorijs.

Quæſt. CXXXIX.

SVMMARIVM.

Reus in confrotantione recuſans interrogare teſtes an poſſit poſtea inſtare pro illis repetendis cum interrogatorijs. num. 1. declara. num. 2. 4.

Repetitio tunc non eſt neceſſaria, quando teſtes in confrontatione fuerunt interrogati. num. 3.

Repetitio teſtium non eſt neceſſaria, quando ad faciem Rei ſufficienter fuerint interrogati. num. 5.

Reo ſagaci repetitio denegando eſt cum conceſſa facultate interrogandi noluerit teſtes ſibi confrontatos interrogare. nu. 6. declara. num. 9. ſecus in Reo vide num. 7.

In Tribunali Gub. Vrbis teſtes confrontati non repetuntur. num.8.

Ars conficiendi interrogatoria eſt non modici ponderis. num.10.

Depoſitio teſtis magis attenditur ſuper interrogatorijs Rei, quam ſuper interrogatorijs Fiſci. num. 11. quare ibidem.

Recuſatio interrogandi teſtes non nocet Reo etiam ſagaci. num.12.

Confeſſio reſultans ex productione ſcriptura continentis in ſe variationem producenti non nocet. num.13.

Ruſticus ex productione articulorum non punitur licet ex ipſa productione reſultaret confeſſio. num.14.

Ex confrontatione non poteſt reſultare idem effectus defenſionis, qui reſultat ex interrogatorijs in ſcriptis datis. num.15.

DVO diximus in capp. proximè expletis; vnum ſcilicet
an completa legitimatione
per confrontationem opus
ſit quod teſtes denuo repe-
tantur; alterum an dari poſ-
ſint interrogatoria, vt prædicti teſtes repetã-
tur, & conclusimus affirmatiue: modo que-
1 rimus an reus recuſans interrogare teſtes
poſſit aſtringere illos, vt poſtea cum inter-
rogatorijs ſe repetant, & ad huius conclu-
ſionis euidentiam facit illa communis om-
nium DD. diſtinctio de Reo rude, & ſaga-
ci, vt ſi reus ſagax ſit habita facultate teſtes
2 interrogandi, & illos de facto interrogauit
eorum repetitio ei prorſus deneganda erit
ſi vero Rudis fuerit, & dicta facultate vſus
non ſit, vel illa neſciens vti tunc ei conce-
ditur, vt confectis interrogatorijs poſſit te-
ſtes denuo aſtringere, vt repetantur, quam
diſtinctionem *Guazz. defenſ. 20. cap. 21. num. 5. & 6.* comprobat ratione, & exemplo
eamdemque admitit *Honded. conſ. 101. quatenus ibi num. 29. reſpondendo Afflict.* dixerat tũc
repetitionem non eſſe neceſſariam, quando
3 teſtes in confrontatione fuerunt interroga-
ti ſicuti obſeruarunt *Farin. quæſt. 72. num. 145. in fine, & Vermigl. conſ. 257. num. 4. in fine aſſerens Farin. in additione ad dictum num. 145.* quod
licet tempore Pauli V. dum erat Fiſcalis ſe-
piſſimè vim fecerit ne teſtes confrontati re-
peterentur ad inſtantiam Rei tamen non
potuit quandoque obtinere, quia Iudices
voluerunt ſeruare diſtinctionem prædictã,
quam ſubdit eſſe ſatis rationabilem *Vermig. vero in prætit. conſ. nu. 4.* affirmat DD. in hac
diſtinctione conuenire, quod ſi reus moni-
4 tus à Iudice ad interrogandos teſtes non ſit
rudis, ſed ſagax, & interrogatoria illis fece-
rit nullo iure ſibi reſeruato de illis repeten-
dis denegatur ei repetitio cum in hoc caſu
idem effectus reſultat ex interrogatorijs fa-
ctis à Reo ſagaci, qui reſultat ex repetitio-
ne, & cum *Vermigl. tranſit D. Scannarolus tract. de Viſitatione carceratorum lib. 2. §. 6. cap. 6. num. 10. fol. 297. in fine verſ.* qui tamen, vt re-
petitio teſtium pro curiæ informatione exa
5 minatorum non ſit neceſſaria, quando fue-
runt ad faciem Rei cum facultate interro-
gandi ſufficienter cum interrogatorijs con-
frontati nec aliter reſpondet *Riccius deciſ. 243 num. 4. & ſeq. par. 2.* cum ſolum dixerit teſtes
confrontatos poſſe repeti ad inſtantiam in-
quiſiti cum interrogatorijs eiuſdem non
obſtante dicta confrontatione licet confrõ-
tatio obtineat vim repetitionis, quia non
ſupplet defectum interrogationis, ac proin-
6 de Reus ſagax minime audiendus eſt, &
talis repetitio ei deneganda venit cum ſibi
conceſſa facultate interrogandi noluerit il-
los interrogare quaſi videtur in dolo *Honded. d. conſ. 101. nu. 26. lib. 1. ibi ſi Rei dolus abſit, ex traditis à Caualcan. de teſtibus par. 5. num. 200.*

Si verò Reus fuerit rudis nec dicta facul-
8 tate fuerit vſus nec ſibi reſeruauerit facul-
tatẽ teſtes repetendi cũ interrogatorijs for-
mandis ab eius defenſoribus dicimus, quod
ſi ſumus in tribunali D. Gubernatoris Vr-
bis non eſt locus tali repetioni, quia vt dici-
tur in facultatibus habet quas numquã vidi
nec legi in aliquo libro, quod dicta con-
frontatio ita reum afficiat, vt poſt illam
nequeat petere, quod teſtes repetantur cum
eius interrogatorijs, quæ facultas propter
inueteratum abuſum in dicto tribunali ſer-
uatur, & credo illam eſſe irrationabilem
prout dicit *Lucatell. quæſt. crim. inſpect. 4. n. 36.*
ideò venit ſtylus ille moderandus.

Admiſſa prædicta diſtinctione de reo ſa-
gaci, & rudi vti ſuperius dicimus conclu-
9 ſionem indiſtincte procedere prout indi-
ſtincte illam admittit *Farinac. quæſt. 72. n. 146.*
per duplicem rationẽ ibi per eum aſſigna-
tam cui addo aliam nimirum, quod inter-
rogatoria debent formari cum grano ſalis,
& ab eo, qui habeat bonam legum ſuppel-
lectilem, vt dicit *Scaccia de iudicijs cap. 8. numer. 908. & 909.* ars enim conficiendi inter-
rogatoria, eſt non modici ponderis: vnde
10 *Quintilianus lib. 5. cap. 7.* artem conficiendi
interrogatoria acutam vocat, quam circũ-
ſpectam eſſe debet, tum etiam quia ma-
gis attendatur depoſitio teſtis ſuper in-
terrogatorijs Rei quam ſuper interrogato-
11 rijs Fiſci cum magis ſuper interrogatorijs
Fiſci teſtis reddatur ſuſpectus, quod voluerit
Fiſco inſeruire, qui illum induxit *arg. eorũ quæ tradit Seraph. deciſ. 1073. num. 9. Rota recent. deciſ. 774. num. 3. par. 1.* quo circa fit quod re-
cuſatio interrogandi non noceat reis etiam
12 ſagacibus, & multo minus illis, qui ſunt
vi-

Digitized by Google

viles agriculæ ignari, & idiotæ, qui ſi in agendo excuſantur in producendo articulos in quibus conſiſteret variatio, vt dicit *Farin. conſ. 44. num. 12.* ita vt tacita confeſſio
13 reſultans ex productione ſcripturæ continentis in ſe variationem ſeu contrarietatẽ producenti non nocet etiam, quod peritiores in producendo conſulere potuerit, vt poſt *Bald. in l. ſi ex falſis ad fin. C. de tranſac. tradunt Decius in cap. ex parte il 2. num. 26. de offi. delegati Oddus in tract. de reſtit. in integ. par. 1. quæſt. 9. art. 7. num. 51.* & præſertim, quando agitur criminaliter, & ſic de imponenda pæna, quo caſu probandum eſt pro parte
14 Fiſci, quod malitioſe ruſticus produxerit dictos articulos aliter non poteſt ex tacita confeſſione reſultante ex dicta productione condemnari *Natta conſil. 586. num. 4. & 5. Oddus vbi ſupra, dicto num. 36.* quanto magis procedere debet in interrogatorijs in quibus maior diligentia adhibetur excuſari debet vilis, & ruſticus ſi interrogare recuſauerit ac pariter ſi fuerit vir ſagax, & prudens cum onus conficiendi interrogatoria à lege impoſitum fuerit aduocatis, & non reis *textus eſt in l. ſi poſtulauerit §. quæſtioni ff. de adulterijs* ſicque ſi reus recuſat interrogare non debet ei ad culpam aſcribi itaut ſi petat repeti teſtes cum interrogatorijs per eius aduocatum confectis denegari non debeat & ratio eſt ſubiungit *Guazz. defenſ. 20. cap. 21. num. 5.* quia numquam ex ipſa confrontatio
15 ne poteſt reſultare idem effectus defenſionis, qui reſultare poteſt ex interrogatorijs confectis ab Aduocato; tum etiam quia vt plurimum reus altercetur cum ipſis teſtibus in confrontatione ob id non poteſt remanere in perfecto ſenſu interrogandi tum tandem quia etiam iſti latrunculatores ſolent adhibere diligentiam non modicam ne reus perfecte teſtes interrogent in magno animarum ſuorum damno hæc ille, qui etiam ſubſequendo dicit ob id non video ex qua ratione aliquando Iudices ſe reddant difficiliores, & nollint, quod ipſi rei interrogent teſtes cum interrogatorijs ab eiſdem inſcriptis factis. *Et ego inquit ille num. 6.* recordatus fui, quod cum eſſem Aduocatus Epiſcopi Andrienſis ita fuit obſeruatum, quod in ipſa confrontatione teſtes fuerint examinati cum interrogatorijs datis inſcriptis ab eodem Epiſcopo, quæ confeceram.

An Reus in confrontatione proteſtans ſibi reſeruando facultatem interrogandi teſtes cum inrerrogatorijs cõficiendis ab eius Aduocatis impediat ſtylum Tribunalis Gub. Vrbis.

Quæſt. CXL.

SVMMARIVM.

Stylus Trib: Gub: Vrbis eſt confrontare teſtes cum reo cum facultate interrogandi teſtes, qui poſtea non repetuntur. num. 1.

Interrogatio cum ſapiat defenſionem non venit anguſtanda à ſupradicto ſtylo, ſed potius amplianda. num. 2.

Legitimatio per confrontationem licet euadat completa per Iudicis interrogationem, & teſtium reſponſionem tamen remanet impedita ex defectu interrogatoriorum inquiſiti. num. 3.

Reus poteſt cogi ad ſe confrontandum cum teſtibus. num. 4.

Quando quis inuitus cogi poteſt proteſtatio ſeu reſeruatio nihil operatur. num. 5.

Reſeruatio conſeruat ius, quod eſt, non quod nouum afferat. num. 6.

Interrogatoria de iure conficiuntur ab aduocatis Reorum. num. 7.

Socius criminis confrontatus non eſt iterum repetendus. num. 8.

Signatura Iuſtitiæ reſcripſit contra Stylum Tribunalis Gub: Vrb: num. 9.

STylus huius Tribunalis eſt quod confrontentur teſtes cum Reo cui poſtea impartitur facultas interrogãdi prędictos teſtes de ſtylo
1 tribunalis qui ãpliusnõ repetuntur euenit caſus, quod Reus quidã dum reſpondit non eſſe ex ſe ſufficiens ad interrogatoria conficienda ideò proteſtatus fuit de nullitate niſi ei darentur copiæ indiciorum ad effectum illas communicandi cum ſuis Aduocatis, & defenſoribus ac proinde fuit dubitatum an ſtylus prædictus ei obſtaret, & cogi poſſet ad teſtes interrogandos non obſtante dicta reſeruatione, & dicendum, quod nullo modo poſſit cogi & ratio eſt tum quia interrogatio cum ſapiat defenſionem, & defenſio ſit fauorabilis non eſt idcircò anguſtanda à rigoroſa, & odioſiſſima introductione vnius ſtyli
2 exorbitantiſſimi à benigna iuris diſpoſitio-

ne immo potius veniunt ampliandæ *arg.*
gloſ.fin. in l. quoniam 11,*C. de hæreticis*; tum
quia prædicta reſeruatio videtur compati-
bilis cum natura legitimationis, quæ parũ
refert, quod Fiſcus illam habeat cum inter-
rogatorijs factis in dicto actu confrontatio-
nis aut extra illum actum, quia iam legi-
timatio completa eſt per interrogationem
3 Iudicis, & reſponſionem teſtium ſuper eo-
rum depoſitis factas quamuis remaneat im
pedita ob non data interrogatoria pro par-
te inquiſiti reſeruantis ſibi facultatem illa
dandi.

Dices, quod huiuſmodi proteſtatio ſeu
reſeruatio reo ipſo non ſuffragetur; quia
4 poſſet cogi ad dictam confrontationem, vt
dicit *Lucatell.in ſuis quæſtion. iudic. inſpectione* 5.
*num.*234. & præcipue vbi adeſt ſtylus con-
frontandi, vt in Trib: Gub: Vrbis ergo
quanto magis ad interrogandum poſſet co-
gi cum ſtylus prædictus non admittat, vt
amplius poſt habitam confrontationem te-
5 ſtes repetantur, & ſic quando quis inuitus
cogi poteſt proteſtatio ſeu reſeruatio nihil
operatur. *l.fin.§. neceſſitate C. de bonis, quæ li-
beris*. Reſpondetur, quod cum Fiſcus nul-
lum recipiat preiudicium ex dicta reſerua-
tione debet ſtare prædictæ proteſtationi, &
obedire prædictæ reſeruationi præcipue,
quando reſeruatio ipſi reo proteſtanti pro-
deſt per ea quæ tradit *Gratian.diſcept.*72.*n.*34
& 35. vbi dicit, quod reſeruatio eſt eius
naturæ, vt conſeruat ius, quod eſt, non
6 quod nouum afferat ideo talis reſeruatio
dandi interrogatoria non debet impediri
cum non ſit aliqua noua diſpoſitio, ſed po-
tius iuris dicti inquiſiti ſimplex retentio
arg.cap. ſi eo tempore de elect. in 6. & quamuis
ſtylus admittat legitimationem per con-
frontationem, & ex ſtylo ſit, quod teſtes
confrontati amplius repeti non debeant; ta-
men huiuſmodi ſtylus non poteſt præiudi-
care reo reſeruanti ſibi facultatem interro-
gandi commodius, & diligentius dictos te-
ſtes cum interrogatoriis cõficiendis ab eius
7 aduocatis, quod eſt de iure, *vt eſt textus in l.*
ſi poſtulauerit §. quæſtioni ff. de adulter. cui non
videtur ſtylus prædictus derogaſſe idcircò
vti ſtricti iuris, & odioſus non ſe extendit
ad coactionem nimirum, vt reus cogi poſ-
ſit ad teſtes interrogandos quoquo modo
ipſe ſciat, ſed intelligi debet quatenus ſuf-
ficienter illos potuerit interrogare, & non
alias, & dum diximus, quod reus poſſit co-
gi ad ſe confrontandum iuxta ea quæ tradit
Lucatell. hoc non procedit, vt cogi poſſit
ad interrogandum, & ſic obiectum proce-
dit in caſu ſpeciali, vt ipſe *Lucatellus* tradit
nimirum in confrontatione facienda cum
reo & ſocijs criminis, qui poſtea non repe-
tuntur, vt notat *Caſtellus in eius memoriali*
8 *fol.*58. de ſocio criminis iam confrontato,
& torto in faciem conſociorum, qui non
eſſet repetendus: nec in tortura nec ſine,
ſed nos loquimur de reo confrontato cum
ſimplici teſte, & non cum ſocio, & hinc
Lucatellus prædictus pro confirmatione ſu-
prædictorum aſſerit *in dicta inſpectione* 5.*n.*36.
quod quamuis in dicto tribunali Gub: Vr-
bis dicant denegari de ſtylo huiuſmodi re-
9 petitionem quoties teſtes fuerint confron-
tati nihilominus alijs in plena Signatura
Iuſtitiæ articulo huiuſmodi diſcuſſo pro-
ponente R. P. D. Ioanne Baptiſta Stella di-
ctæ Signaturæ Decano fuit reſolutum con-
trarium videlicet poſſe reum teſtes etiam
confrontatos repeti facere ſuper interroga-
torijs quamuis in confrontatione non fue-
rint ſufficienter interrogati, & interroga-
toria fuerint diuerſa ab interrogatis ergo
quanto magis videtur admittenda huiuſ-
modi repetitio, quando reus recuſauit in-
terrogare, & proteſtando reſeruauit illos
interrogare cum interrogatoriſs conficien-
dis ab eius aduocatis, & defenſoribus nec
ſtylus iſte impedire poteſt, quia eſt irratio-
nabilis,vt dicit idem *Lucatellus,ibidem,* & ita
fuit obtentum.

An confrontatio committi alteri poſſit.

Quæſt. CXLI.

SVMMARIVM.

*Confrontatio omnis eſt periculoſa atque etiam odioſa, & ſpeciem habet ſuggeſtionis. num.*1.

*Confrontatio non expeditur niſi cum magno conflictu inter reum, & teſtes. num.*2.

*Teſtes in confrontatione mutuo cum inquiſito ſe recognoſcere debent, & omnia recenſere, quæ contra inquiſitum depoſuerunt. num.*3.

*In confrontatione requiritur præſentia Iudicis intelligentis, quid ſit coram ſe. num.*4.

*In repetitione, quæ fit reo abſente nullus intercedit conflictus, & plerumque fit extra præſentiam Iudicis. num.*5.

*Commiſſario in partibus tranſmiſſo aliquando data fuit facultas confrontandi. num.*6.

*Multa propter neceſſitatem conceduntur fieri præcipue quando eſt periculum in mora. num.*7.

Iam

IAm diximus, quod le-
gitimatio per repeti-
tionem arbitraria ſit,
& Iudex illam poſsit
alteri committere,
quo fit, vt de legi-
timatione per con-
frontationem, illud
idem determinari poſ-
ſit. Verum quia, vt dicit *Guazz. defenſ.* 20.
cap. 19. *num.* 2. omnis confrontatio eſt peri-
1 culoſa, imò in *cap.* 20, *num.* 1. *circa med.* di-
cit eſſe odioſam, & ſpeciem habere ſugge-
ſtionis, idcircò Iudex huic periculo, & ſug-
geſtioni ſua præſentia obuiare tenetur, &
alteri committere non debet.

Nec motiuum de repetitione allatum
facit exemplum in confrontatione, quia
confrontatio non expeditur, niſi cum ma-
2 gno conflictu inter teſtes, & inquiſitum
habito, in eiuſdem enim inquiſiti præſen-
tia teſtes iurare, & mutuo ſe recognoſcere
debent, & omnia recenſere, quæ contra
inquiſitum aliàs in informatiuo depoſue-
3 runt, vt refert *Guazz. dicta defenſ.* 20. *cap.* 20.
per totum, atq; etiam in præſentia Iudicis,
4 cuius præſentia debet eſſe talis, vt intelli-
gat quid fit coram eo, ignorans enim non
intelligitur præſtare præſentiam aliquam
*arg. l. coram ff. de verb. ſignif. l. diem proferre
§. coram ff. de arbitr. l. hæredes palam §. coram
ff. de arbitr. l. hæredes palam §. in teſtamentis in
verbo certiorentur ff. de teſtamen.* quod non eſt
ſic in repetitione, quæ fit reo abſente, &
5 nullus in ea intercedit conflictus, & ple-
rumque extra præſentiam Iudicis.

Dices aliquando obſeruatum eſt, quod
tranſmiſſo Commiſſario in partibus pro
6 ſuſcipienda informatione, conceſſa ei etiam
fuit facultas legitimandi proceſſum etiam
per confrontationem iuxta facultatem Gu-
bernatoris Vrbis, idcircò non videtur in-
conueniens, vt iſta legitimatio per confrõ-
tationem committi poſſit. Reſpondetur,
quòd Commiſſarius hoc caſu deputatur
vti Iudex in cauſa vſque ad ſententiam ex-
cluſiuè. ac proindè non eſt mirum, quod
iuxta prædictas facultates, & vti Iudex poſ-
ſit dictam legitimationem perficere, com-
miſſarius enim vti miniſter, & organum
committentis in neceſſitate cauſæ poteſt
validè dictam legitimationem facere, ſi ei
7 committatur, nam propter neceſſitatem
multa conceduntur, & præcipuè quando
adeſt periculum in mora. *Bald. in l. ſed ſi quis
num.* 3. *ff. quemad. teſtam. aper.* & dum dici-
mus non poſſe committi alteri, intelligi-
mus de commiſſione facienda ad Iudicis
arbitrium, & ſine neceſſitate cauſæ, & ſic
de commiſſione ad ſe eximendum à tædio
de illam faciendo, quod eſt valdè in bono
Iudice vituperandum.

An teſtes cum Reo confrontati, ſeu quos Reus declarauit ſi eſſent repetendi debeant à Fiſco reconduci, an verò ab inquiſito, vt repetantur.

Quæſt. CXLII.

SVMMARIVM.

Confrontatio ſupplet defectum citationis, non interrogationis. num. 1.

Confrontatio, eo quia reus non eſt ſufficiens ad interrogandos teſtes redditur vitiata. num. 2.

Iudex ſupplere debet ea, quæ deſunt Aduocatis partium. num. 3.

Ad Fiſcum ſpectat teſtes reconducere pro reparanda nullitate legitimationis. num. 4.

Examen teſtium factum ſine interrogatorijs partis licet ſit validum, tamen non probat. num. 5.

In ciuilibus teſtes reconducendi ſunt à parte, quæ fuit negligens in illorum examine. num. 6.

In confrontatione nullus præfigitur terminus inquiſito ad danda interrogatoria. num. 7.

Rei faciunt ſe ridiculos in interrogandis teſtibus in actu confrontationis. num. 8.

Reus omittendo facere interrogatoria in actu confrontationis dici non poteſt, quod omittat illa facto ſuo. num. 9.

Ignorantia eſt quoddam nihil. num. 10.

Repetitio ex ſe non eſt commodum, & vtilitas Rei. num. 11.

Interrogatoria exibentur, vt teſtes, vel magis dilucidè deponant, vel incidant in aliquod reſponſum repugnans ijs, quæ dixerunt. num. 12.

Probatio teſtium non dependet ab eorum confrontatione, niſi in efficacia. num. 13.

Pactum nudum non recipit probationem à ſtipulatione, ſed efficaciam. num. 14.

Dependentia, quam habet probatio à legitimatione, non eſt dependentia effectus ad cauſam efficientem, ſed eſt dependentia modi ad principale diſpoſitum. num. 15.

Rei aliquando condemnantur ex informatiuo. num. 16. *& quare ibidem.*

Per productionem interrogatoriorum remouetur finis legitimationis iam facta conſiſtens in efficacitate. num. 17.

Cum legitimatio habita per confrontationem redditur inefficax, Fiſcus tenetur teſtes reconducere, prout iam S: Conſulta determinauit. num. 18. *&* 19.

Minimè mutanda ſunt, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt. num. 20.

SVppoſito, quod teſtes confrontati poſſint iterum repeti cum interrogatorijs inquiſiti prout ex ſupradictis quæſtionibus probatum eſt dubitatur modo a quo debeant reconduci an à Fiſco an à Reo. Hæc quæſtio habui de facto de anno 1657. nec fuit moderna, quia etiam tempore Guazzini, fuit diſputata, prout ipſe refert *defenſ. 24. cap. 8. num. 9. verſ. ſed benè, & nu. 10.* dicendo *vidi hic in curia reuocari in dubium, quod ſecuta declaratione per reum facta de habendo teſtes pro ritè, & rectè examinatis; ſaluo iure repetendi ſine clauſula præter abſentes &c. Fiſcus dicebat, volo reo indicare teſtes vbi commorantur, & ideò poterit reus illos reconducere ad libitum ſuum ſuis expenſis;* hoc idem Fiſcus, ſeu Fiſcalis tunc temporis allegabat renuendo illos reconducere, & dicebat habere acquiſitum ius legitimationis per confrontationem, & nihil aliud agere debebat quam brachium præſtare ad teſtes confrontatos reconducendos ſumptibus, & diligentia inquiſiti.

Sed in contrarium dicimus, quod licet veriſsimum ſit confrontationem ſupplere defectum citationis, quia præſens non eſt citandus; *Cæſar de Graſſis deciſ. ſecunda nu. 7.*
3 *in fin. de reb. Eccleſ. non alien. Rota deciſ. 406. num. 1. par. 5. recent.* tamen cum non ſuppleat defectum interrogationis, vt per *text. in l. ſi poſtulauerit §. quæſtioni ff. de adulterijs* ibi *quæſtioni intereſſe iubentur reus reaue, & patroni eorum, & qui crimen detulerit, interrogandique facultas datur patronis,* defendunt etiam *Honded. conſ. 101. numer. 25. & ſeq. lib. 1. Farin. quæſt. 73. num. 144. Guazz. defenſ. 20. cap. 21. num. 6. Genuen. in praxi Archiep. cap. 27. n. 13. Nouar. in collecta. ſuper prag. rub. de officio iud. prag. collect. 8. §. Si num. 233.* ſequitur, vt ad Fiſcum ſpectet recõductio, & non ſit ſufficiens præſtare brachium pro dictis teſtibus confrontatis recõducendis, nam cum reus
2 non fuerit ex ſe ſufficiens ad interrogandũ dictos teſtes; confrõtatio quoad probationẽ redditur impedita, atq; viciata, & per conſequens præiudicatum fuit Fiſci probationibus, qui nullam adhibuit diligentiam, vt reus ſufficienter interrogaret teſtes, aut ſaltem Iudex ſupplere debet cum agatur de defenſione Rei, etiamſi reus nihil allegaret *l. ſi non defendatur ff. de quæſtion. Alex. conſ. 145. num. 7. lib. 6.* & facit *tex. in l. 1. C. vt quæ deſunt Aduocatis partium* vbi diſponitur, quod
3 Iudex ſupplere debet ea, quæ deſunt Aduocatis partium, & ratio eſt, vt ſeruetur æqualitas *l. non debet ff. de reg. iur. cap. 1. de re iud. in 6. Marſil. conſ. 27. num. 18.* nam ſicut Iudex permittit pro Fiſco, quod teſtes diligenter interrogentur neſcio videre cur pro reo eadem diligentia adhiberi non debeat, & per conſequens ea non adhibita probatio ex teſtium confrontatione ha-
4 bita improbabilis omninò dicenda eſt, ſicq; ad Fiſcum pro reparanda dicta nullitate ſpectat teſtium reconductio, vt repetitio teſtium ſuper interrogatorijs Rei fieri poſsit; intereſt enim Fiſco, quod iudicium ad ſui inſtantiam inſtructum eluſorium non euadat, quemadmodum in ciuilibus practicatur, in quo examen teſtium ſine interrogatorijs in actis tempore congruo exhibitis, redditur, ſi non nullum ſaltem non validum quoad probationes; & ad illud validandum cura articulantis eſt iterum facere teſtium repetitionem, vt tenet *Rota deciſ. 214. num. 2. apud Farin. lib. 2. conſiliorum Ruin. conſ. 35. num. 4. lib. 4. Farin. quæſt. 73. num. 6.*

Dices quod ſicut conſtat in cauſis ciuilibus ſeruari, quando teſtes fuerint validè examinati, ſine tamen interrogatorijs partis, ideò petens, vt illi ſuper eis interrogentur eius cura peragere teneatur, & ſic illos reconducere. Reſpondetur, quod hęc concluſio ſimpliciter affirmata non eſt vera, aut ſaltem rationabili diſtinctione verificari debet, nam aut interrogatoria fuerunt exhibita tempore congruo, nulla adhibita proteſtatione ſuper nullitate examinis facien̄ ſine dictis interrogatorijs, & tunc ſi
5 teſtes ſine illis fuerint examinati, licet eorum examen ſit validum, tamen non probat, & tunc repeti debent, cura tamen, & labore negligentis: ita *Peregr. deciſ. 313. lib. 2. Viu. opin. 896. num. 6.* aut fuit adhibita pro-
6 teſtatio de nullitate examinis faciendi, & tunc ſi fuerit factum ſine dictis interrogatorijs repeti debent teſtes cura, & labore negligentis *Peregr. deciſ. 282. lib. 3. Viu. dicta opin. verſ. ſed iſti teſtes d. num. 6.* aut nullo modo tempore congruo exhibita fuerunt interrogatoria, tunc examen teſtium eſt validum, & probat, vt dicit *Farin. quæſt. 73. num. 73. Gregor. deciſ. 351. num. 57. Gratian. diſcept. 393. num. 36. Adden. ad deciſ. Buratt. deciſ. 100. num. 27. 28. 29.* & hoc caſu ſi pars vult audiri in ſuis interrogatorijs, tunc omnis cura ad eum ſpectat, etiã quoad reconductionem, & ſufficit alteri parti teſtes dumtaxat indicare. At in criminalibus in caſu confrontationis hoc non procedit;
7 quia reo nullus præfigitur terminus ad dãda interrogatoria prout præfigitur in ciuilibus

libus

libus, in quibus citatio præmittitur, vt reus
ſe præparet ad defenſionem, vt docet *Bald.*
in l. cum fratrem num. 9. C. de his, quibus, vt in-
dign. prout etiam præfigitur in crimin. quã-
do ordinato modo teſtes repetuntur. Sed
ex improuiſo, & ſecundum malam pra-
cticam, vt dicit *Guazz. defenſ. 20. cap. 19.*
num. 12. antequam reus ponatur ad largam,
vt cum ſuis Aduocatis, & Procuratoribus
alloqui poſsit, Iudex ſimpliciter monet
reum, vt teſtes interroget, & quis tàm ſa-
piens, vt in re, tàm graui ſciat opportuna
conficere interrogatoria, & ego teſtari poſ-
ſum, quod quilibet reus, quem defendi
8 vſque adhuc, aut recuſauit interrogare
teſtes, aut inepte illos interrogauit, & fecit
ſe ridiculum tàm Fiſco, & Iudici, quàm
ſuis Aduocatis, & Procuratoribus.

Si replices, quod reus facto ſuo omiſerit
interrogationem, atque idcircò ſibi impu-
tari debeat. Reſpondetur, quod obiectum
poteſt procedere in reo prudenti, & ſagaci,
vt ſatis colligi poteſt *ex Farin. q. 72. nu. 146.*
9 immò cum per inſufficientiam intellectus,
& non voluntatis omittat interrogare, non
poteſt dici, quod facto ſuo omittat ideò nõ
tenetur ad vllam diligentiam repetitionis,
vt dicit *Vermigl. conſ. 257. num. 5. cum ibi al-*
legatis.

Nec releuat, quod reus habeat ſua reme-
dia pro cogendis teſtibus ad repetitionẽ ſci-
licet eodẽ iure, quo teſtis compellitur ad ſe
examinis ſubijciendũ, quia dicimus obie-
ctum procedere poſſe, quando reus potue-
rit, & ſciuerit teſtes interrogare, & volun-
tate, ac malitia omiſerit illos interrogare,
vt ſupra dixi. Ignorantia enim Rei ab hoc
onere excuſare debet eum ei per eam con-
ſeruetur ius prout ſibi competebat quia
10 ignorantia eſt quoddam nihil nullam di-
uerſam formalitatem inducens, vt dicit
Bald. in l. ſi quis num. 5. C. de appell. & ſic non
eſt factum, nec in facto conſiſtit.

Nec tandem obſtat, quod quando Fiſcus
confrontauit teſtes in faciem Rei, data illi
facultate eoſdem interrogandi Fiſcus non
indigeat amplius eorum repetitione, vt
fidem faciant in iudicio, ſed reus ad ſui
commodum opus habet illos ſuis cura,
& labore reconducere, & Fiſco ſatis eſt
illos indicare, mandatumq; in ſubſidium,
quo illos valeat cogere ad examen repeti-
tionis ſubeundum præſtare; quia repetitio
11 teſtium ex ſe non eſt commodum, & vti-
litas Rei, cum non fiat ad patefaciendam
eius innocentiam, ſed occaſionaliter cum
præbeat cauſam dandi interrogatoria, quæ
ad nihil aliud exhibentur, niſi vt vel teſtes
12 magis dilucidè certiorent ipſum reum de
iis, quæ depoſuerunt, vt dicit *Farin. conſ. 19.*
num. 4. & 5. vel prout inquit *Quintilianus lib.*
5. cap. 7. vt teſtes in aliquod reſponſum
incidant, poſt quod illi, vel fateri quæ volu-
mus neceſſe ſit, vel his, quæ iam dixerũt re-
pugnare, & fieri aſſerũt, vt repetita pro con-
frontatione priora ſequentibus applicando
ſæpè teſtes perducantur ad hoc, quod caſus
fieri ſolet, ac inuitis extorqueatur, quod
13 proſit: Vnde fit, quod probatio reſultans
ex dictis teſtium non dependeat à dicta
confrontatione, niſi in efficacia, vt ſæpiùs
diximus, prout ſcilicet confrontatio habet
vim legitimandi, ſicuti in ſimili dicitur de
14 pacto nudo, quod non recipit probatio-
nem à ſtipulatione, ſed efficaciam, vt ex di-
cto pacto, ſtipulatione veſtito, agi, & pars
conueniri poſſit. *Bald. in l. Dominus nu. 31. C.*
quod cum eo cum ergo probatio reſtium non
depẽdeat in ſuo eſſe probationis à cõfrõta-
tione, niſi modo ſupradicto, ſequitur, quod
cum teſtes non fuerint ſufficienter interro-
gati probatio reſultans ex eorum dictis Fi-
ſco non ſuffragetur cum deficeret ab iſta
efficacia, atq; idcircò eidem Fiſco incum-
bat onus illos reconducendi, vt hanc effi-
caciam adipiſcantur.

Si verò Fiſcus replicet dicendo, quod le-
gitimatio per confrontationem habita non
ſubſiſteret, niſi teſtes quidquid in informa-
tiuo depoſuerint in præſentia partis, & Iu-
dicis iterum deponerent, vt tradit *Caball.*
caſu 269. num. 16. & 17. Bertazz. conſ. 70.
num. 30. verſ. præterea, &c. Sequitur, quod
ſicut legitimatio ſubſiſtit abſque inter-
rogatoriis, ita & repetitio, & probatio. Re-
ſpondetur, quod legitimatio ſubſiſtit, ſed
dependentia, quam habet probatio à le-
15 gitimatione non eſt dependentia effectus
per reſpectum ad cauſam efficientem,
ita vt legitimatio, vti cauſa efficiens pro-
ducat in eſſe, & exiſtere probationem,
ſed eſt dependentia modi per reſpectum ad
principale diſpoſitum aptum ex ſe, &
natura ſua ad probandum, nam teſtes pro
curiæ informatione recepti naturaliter,
& per ſe probant, ſed non efficaciter, ſicut
pactum nudum naturaliter, & per ſe obli-
gat, ſed non efficaciter, illi ſcilicet ſine le-
gitimatione iſtud ſine ſtipulatione, vt dixi,
& hinc eſt, quod aliquando condemnantur
16 Rei ex proceſſu informatiuo, vt dicit *Socin.*
conſ. 162. lib. 2. verſ. & pro certo, & quod
malè faceret Iudex ſi non crederet teſti, qui
ſolum defectum ſolemnitatis iuris ciuilis
pateretur, dùm tenet, quod dicat veritatem
Decian. conſ. 51. num. 94. & 95. lib. 2. &
hæc dependentia non impedit, quin per
17 productionem interrogatoriorum remo-
uea-

uatur finis legitimationis iam factę conſiſtens in dicta efficacitate, quamuis legitimatio habita non amittatur, ſicq; modus ille impeditus remaneat, per ea, quæ tradit *Bald. in l. vnica num. 26. verſ. ergò, C. de confeſſis*, vnde ſequitur, quod cum dicta probatio non fuerit diligenter enucleata cum interrogatorijs nullam efficaciam habeat, & per conſequens ſi efficax non ſit Fiſco, nullo modo ſuffragetur, atq; idcircò ad ſui commodum ſpectare teſtium reconductionem, omnino dicimus, iuxta ea, quæ tradit *Guazz. dicta defenſ. 24. cap. 8. num. 10. ibi*:
18 exaduersò autem contra Fiſcum teneri nõ ſolum indicare teſtes, ſed eoſdem teſtes reconducere ad curiam in loco iudicij, *& infra eodem num.* & fuit Fiſco aſsignatus terminus ad quoſdam teſtes reconducendos, qui verè non potuit omnes reconducere, & de non reconductis, ſiue de eorum depoſitionibus non fuit habita conſideratio in meritis cauſæ, & in *Rota coram Peutingerio 11. Martij 1648. in vna Signina Iuriſpatronatus §. immemorabilis* dictum fuit, quod Promotor Fiſcalis ſibi imputare debet, ſi tanto tempore reconducere teſtes non curauit.

Et ad illud, quod dicitur Fiſco ſufficere indicare teſtes, ac etiam in ſubſidium mandatum præſtare dico, quod nullibi legi hanc cautelam, & ita dicto anno 1657. 3. Nouembris Sacra Conſulta reſcripſit, vt ex infraſcripta Epiſtola ad Gubernatorem Froſinoni.

Illuſtre, e Molto Reu. Sig. come Fratello.

19 *Li Teſtimonij, che deuono repeterſi nella cauſa di Lidano Toppa, & Antonio Sauelli da Sezze ſi contentarà V.S. di ordinare, che ſiano recondotti dal Fiſco, eſſendo così mente della Sacra Conſulta à cui darà poi ella auuiſo di ciò, che ſarà ſeguito, e Dio la proſperi. Roma li 3. Nouembre 1657.*

Di V.S. *Come Fratello*

G.Card. Roſpiglioſi.

Ceſare Raſponi Segretario.

& ita etiam ego pluries obtinui, & ſeruari vidi, atque ideò cum Paulo I. C. minimè
20 mutanda ſunt, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt: *l. minimè ff. de legibus*.

An ſit in arbitrio Iudicis teſtes, vel repetere, vel confrontare. Quæſt. CXLIII.

SVMMARIVM.

Teſtes tutius eſt confrontari cum reo, quam illos repeti. num. 1. & quare, ibidem.

In Iudicis poteſtate eſt, vel teſtes confrontare, vel illos repetere. num. 2.

Confrontatio dicitur arbitraria non diſpoticè, ſed diſcretiuè habita conſideratione ſi reus cum teſtibus directè ſe contrariet. num. 3. & 18.

Confrontatio fieri non ſolet, niſi quando adſit directa contrarietas inter reum, & teſtes. num. 4. & qualis. num. 6.

Verbum ſolet *non importat neceſſitatem, ſed diſcretionem. num. 5.*

Guazzinus *reprobat* Farin. *circa confrontationem faciendam, in quacumque contrarietate. num. 7.*

Arbitrium, quod habet Iudex in confrontandis teſtibus cum reo ſemper reſpicit ad vtilitatem cauſæ. num. 8.

Indicia quoad contrariandum inquiſito duo habent, vnum reſpectu ſui, alterum reſpectu inquiſiti, & quæ. num. 9.

Famæ indicium quamuis non contrarietur, directè tamen afficit reum negantem quoad inferendam torturam. num. 10.

Confrontatio duo habet vnum reſpiciens ad legitimationem alterum ad conuictionem Rei. num. 11.

Ratio ſuadet aduerti ad id quod principaliter prætenditur ſecundum intentionem Iudicis. num. 12.

Confrontatio nullo modo fieri debet pro habenda ſola, & nuda legitimatione. num. 13. & quare. ibid.

Arbitrium Iudicis confrontādi teſtes ſumi debet à cõtrarietate directa, non ab indirecta. num. 14.

Indicium famæ non importat contrarietatem directam, ſed ſubauditam, ſuper qua non poteſt fundari confrontatio. num. 15.

Contraria illa ſunt, quæ ad inuicem diſtinguuntur, vt oppoſita. num. 16.

Farin. & cæteri DD. *loquentes de arbitrio in facienda confrontatione intelligi debent de arbitrio iuris non Iudicis. num. 17.*

In arbitrio Iudicis eſt Reum indubitatis indicijs conuictum, vel punire, vel torqueri quod arbitrium non habet in alijs indicijs non indubitatis. num. 19.

Ex confrontatione magna ſequuntur fallaciæ, & damna. num. 20.

Confrontatio non debet permitti fieri à Notarijs, nec à ſubſtitutis fiſcalibus. num. 21.

1 Dicebatur pro affirmatiua, quod ſit in Iudicis arbitrio alterutrum, quemadmodum ei melius, ac tutius videtur ad veritatem indagandam adhibere; & quęuis confrontatio non ſit de ſubſtantia proceſſus, ita vt omiſſa illa proceſſus vitietur; attamen *Ambroſin. de modo forman. proceſſ. inform. lib. 2. cap. 9. num. 5. verſ. & ego, &c.* ſuadet, vt teſtes potius confrontentur cum reo præſente, quam repetantur in eius abſentia, & ratio illius eſt, quia confrontatio magis reum vrget, mentemq; iudicis vel

vel audax inficiatio, ſeu negatio rei, vel conſtans aſſertio teſtis, iſtruat, aperitq; niſi forſan Iudex à cõfrontatione abſtinendum eſſe duxerit propter aliquam iuſtam cauſã puta ſi foret confrontandus ſeruus cum Domino, vaſſallus cum Patrono, filius cum Patre, timidum cum potente: *Clarus quæſt. 46. ſub num. 14. Cartar. in praxi interrog. reor. lib. 3. cap. 1. num. 89.* nec debet omitti, quando reus negatiuus patitur ſe teſtium depoſitione conuinci, vt ex huiuſmodi confrontatione veritas melius eluceſcat animaduertendo quo vultu, qua animi trepidatione, ac geſtibus inquiſitus ſtet coram teſtibus eorum dicta in eius faciem confirmantibus, ſicq; facilius inducatur ad crimen fatendum: Ideò *Farin. de teſtibus q. 72.*
2 *nu. 139. in prin.* rectè cenſuit eſſe in poteſtate Iudicis teſtes examinatos pro Curię informatione, vel reo citato cum eius interrogatorijs repetere, vel ad eius faciem confrontare, prout ſibi melius videbitur: iiſdem verbis vſi ſunt *Lucatell. inſpect. 5. num. 136. verſ. cum ſit: Vermigl. conſ. 257. num. 1. Scannarol. de Viſitat. Carcerator. lib. 2. cap. 6. num. 1. poſt medium, verſ. cum in poteſtate.*

Pro negatiua vti veriori faciunt hæc infraſcripta, dicendo confrontationem eſſe arbitrariam non diſpoticè, nimirum, quod Iudex poſſit illa vti ſemper, & ad ſemper
3 ſine vlla lege, ac quandocumque voluerit, ſed diſcretiuè ſcilicet, dumtaxat in caſibus quibuſdam dicto arbitrio vti debeat, ſcilicet quando teſtes, & reus ad inuicem ſe contrariantur de directo per notabilem diſtinctionem *Scacciæ de indicijs in cap. 86. n. 53.* ibi: *vt verba eius referam, aut teſtes affrontandi ſunt teſtes de viſu, qui aliquid deponunt, quod de directo contrariatur ei, quod reus dicit in ſuo examine, aut non ſunt tales, ſi primo caſu dico, quod etſi Senatus Mediolani velit eam omninò fieri, tamẽ eſt de ſubſtãtia, & ſic hoc caſu videtur arbitraria, dũ dicit ſi velit,* ſi verò ſumus in ſecundo caſu, quod ſcilicet non ita deponunt, dico,
4 affrontationem non eſſe neceſſariam, nec ſolitam; nec arbitrariam; & facit etiam illud, quod ſentit *Carpzouius quæſt. 114. num. 76. lib. 3.* ibi: Hæcq; confrontatio tunc fieri ſolet, quando eorumdem depoſitio contraria eſt dicto, & confeſſioni Rei in examine factæ, ac licet de ſubſtantia proceſſus inquiſitorij confrontatio non ſit, nec omiſſa ipſum vitiet, attamen in practica confrontatio vſu recepta eſt, quando depoſitionibus teſtium inquiſiti ſe conuinci patitur, & clariùs *Guaz. defenſ. 20. cap. 19. in 1. num. his verbis* dicit: *ſed quia plerumque contingit pro complemento examinis Rei, vt deueniatur ad confrontationem, ideò videamus, quando*

confrontatio fieri debeat, quæ verba important diſcretum, & non diſpoſitum arbitrium, & ſubiungit *num. 4.* & ſolet fieri, quando teſtis deponit de viſu, vel de veritate de directo contra reum, & notaũ verbum *ſo-*
5 *let,* quo vtitur iſte Auctor, quod non importat neceſſitatem, ſed diſcretionem, vt optimè explicat *Franch. deciſ. 487. num. 4. Surd. deciſ. 177. num. 2.* ac pariter idem *Guaz. ibidem num. 6.* ſequitur dicendo, ſed non in omni contrarietate, ſed tantum in illa,
6 quæ eſſet in negotio principali, vel circumſtantijs ſubſtantialibus, & tendentibus ad delictum, & de directo teſtes contradicerent ipſi reo, quia in alia contrarietate confrontatio non eſt neceſſaria, nec ſolet fieri &c. licet *modernus Romanus quæſt. 72. ſub n. 140 & ſeq.* fieri in quacumque contrarietate,
7 etiam non tangente immediatè delictum, prout in fama, & ſimili. Ego autem teneo, quod fieri non debeat, niſi in negotio principali, vel in aliqua qualitate ſubſtantiali, vel quod forſan Iudex ea ſperat inducere reum ad delictum fatendum, vel credat poſſe eruere aliquod ſubſtantiale circa delictum, hæc ille.

Dices, quod arbitrium, quod habet Iu-
8 dex in confrontãdis teſtibus cum reo ſemper reſpicit ad vtilitatem cauſæ, ſiue ſit circa confrontandos teſtes de directo contrarios, ſiue ſit circa confrontandos alios teſtes, qui non ita contradicant, puta circa teſtes ſuper fama deponentes, & ideò Iudex ſemper nulla habita differentia poterit arbitrio ſuo teſtes omnes confrontare, & ad huius obiecti intelligentiam ſciendum eſt, quod indicia omnia duo habent in ſe,
9 vnum reſpectu ſui, alterum reſpectu inquiſiti, quoad illud, quod reſpicit indicium reſpectu ſui ipſius, certum eſt, quod fama non contrariatur directè ei, quod dicit inquiſitus, quia non dicit non eſſe famam de hoc, vel alio delicto ſibi impicto; ſed indirectè quatenus fama indicium coniecturale, quod indirectè tangit factum, vt dicit *Bald. in l. excuſantur num. 5. ff. de excuſatione tutor.* Quoad illud verò, quod reſpicit ipſum inquiſitum non poteſt non contrariari, nam licèt indicium de fama directè ex
10 ſui natura non contrarietur ei, quod dicit inquiſitus, attamen cum afficiat illum negantem, quoad inferendam ei torturam pro habenda veritate non poteſt dici, quod non contrarietur, vndè per confrontationẽ poteſt reus induci ad fatendum, quod ſi nõ fateretur tormentis ſubijci deberet, ſtantibus indicijs ad torturam ſufficientibus, & quia indicant inquiſitum eſſe delinquẽtẽ, quod ſemper ipſe reus negat, atque idcircò

aſti-

ſuſtineri poſſe videtur opinio *Farin.d.qu. 72. num.* 141. nimirum quòd generaliter quomodocumque teſtis aliquid deponat,quod inquiſitum afficiat, etiam quod ei ipſi non contradicat directè, ac etiam quod immediatè delictum non tangat, ſemper intrat ratio *in l. de vnoquoque ff. de re iud.* & ſubiungit ita ipſum ſemper ſeruaſſe, & ſeruatum vidiſſe à bonis Iudicibus.

Reſpondetur huic obiecto, quod confrontatio duo habet vnum reſpiciens ad legitimationem proceſſus, & hoc caſu deci-
11 ſio *Farinaccij* poteſt procedere quaſi tunc per electionem ipſius modi legitimãdi Iudex ſe aſtrinxerit ad dictum modum, quẽ elegit, arg. eorum, quæ tradit *Bald. in l.non ſolum §. qui alieno num. 3. in fine ff. de procur.& defen. Oſaſch.deciſ.* 164. *num.* 17. alterum reſpiciens ad conuinctionem inquiſiti,& hoc eſt illud, quod primo, & principaliter intendit Iudex, nimirum vt reus per teſtes confrontandos conuictum ſe agnoſcat de eius mendacio, & à pertinacia negandi recedat, & ita omnes practici Criminaliſtæ vno ore cantant,vt videre eſt apud *Clarum, Cartarium, Scacciam, & Guazzinum*, ac *ipſum Farinaccium*, & obſeruantia vſque adhuc nõ confrontandi in omnibus caſibus nos docuit, & hoc caſu opinio Farinaccij procedere nõ poteſt,& ratio ſuadet aduerti,ad id,
12 quod principaliter prætenditur ſecundum intentionem Iudicis: *Bald. in l. vnica §. quibus num. 37. C. de nouo codic. facien.* legitimatio enim eſt quædam ſequela confrontatio-
13 nis, ideò pro ſola, & nuda legitimatione nullo modo eſt facienda confrontatio,quia tunc careret fine, qui prætenditur à confrontatione, qui eſt ipſum reum conuincere, vt dicit *Cartarius in ſua praxi interrogandi reor. lib.*3.*cap.* 1. *num.* 83. & licèt indicia quodammodo dicantur contrariare dictis ipſius inquiſiti, non idcircò ex huiuſmodi indicijs ſumi debet arbitrium confrontãdi,
14 quia hoc arbitrium ſumeretur à contrarietate indirecta per modum ſubauditum, vt ſi inquiſitus negat fuiſſe in tali loco, & teſtes deponant eſſe famam illum fuiſſe in
15 dicto tali loco, tunc hæc contrarietas eſt ſubaudita nimirum quod ſtante hac fama poſſe credi inquiſitum in dicto tali loco adfuiſſe, immò cum fama ſit fallax poteſt dari, quod vtrumque ſit verum, nimirum quod inquiſitus non fuerit in tali loco, & quod ſit verum, quod adſit fama, quod ibi adfuerit, & ſic non poſſe ſuper hac contrarietate fundari confrontationem per ea,quę proportionabiliter ſumi poſſunt *ex Bald. in l. pacta nouiſſima num. 3. C. de pactis*, quia illa
16 ſunt contraria, quæ ad inuicem diſtinguũtur, vt oppoſita, vel realiter, vt verum, & falſum, vel formaliter, vt eſſe rudem, & eſſe in formam redactum, vel finaliter, vt approbatio, & reprobatio ſecundum ea, quæ docet *Bald. in l. iusiurandum num. 16. ff. de iure iurand.* de quorum contrarietate non ſunt indicia, de quibus loquimur.

Iterum dices *Farinaccium in dicta quæſt. 72. num.* 139. cenſuiſſe, quod ſit in poteſtate Iudicis teſtes examinatos pro Curiæ informatione, vel reo citato cum eius interrogatorijs repetere, vel ad eius faciem confrontare, prout ſibi melius videbitur. Reſpondetur, quod Farin. & alij, qui vtuntur eadem verborum frhaſi non debent in-
17 telligi,vt ſe referanr ſimpliciter ad arbitriũ Iudicis, ſed ad arbitrium iuris, & ad vtilitatem cauſæ, ſcilicet quando vrget neceſſitas cauſæ *Guaz. d. defenſ. 20. cap. 19. nec Afflict.per eumdem Farin.*allegatus videtur huic expoſitioni contradicere *in conſtit. humanitate lib. 2, num. 15. verſ. intelligo* ibi: *ſi Iudex teſtes, quos examinauit, parte non citata repetit in præſentia inculpati faciendo affrontationem cum eo, & illi teſtes affirmant, quæ dixerunt in præſentia inculpati negantis iſti teſtes non dicuntur recepti, parte non vocata, ſed & benè probant, quia habito effectu non curamus de modo, hæc ille*: Nam verba inculpati negantis cum miſterio poſuit, & nihil aliud connotant, niſi quod affrontatio non ſit facienda præterquam in
18 caſu, quo reus negat, & directo contrariatur depoſitionibus teſtium, vt ſupra dixi, & tunc Iudex conſiderare debet quid melius ſit pro cauſæ vtilitate, an confrontare, an verò repetere, ſicuti in ſimili dicitur de reo indicijs indubitatis conuicto, quem in
19 arbitrio Iudicis eſt, vel extra ordinem condemnare, vel tormentis ſubijcere: *Clarus quæſt. 20. verſ. ſcias tamen, Guaz. defenſ. 30 cap.41.nu.1. Scialoya Praxis torquen. reos cap.4. nnm. 19. Farin. quæſt. 86. num. 64. Bald. in l. fin. num.8.verſ. ſi autem adiungitur confeſſio C.de probation. & in l. milites num.5.verſ. aut indicia C. de quæſtion.* quod non poteſt, nec debet dicto arbitrio vti in alijs indicijs non indubitatis, vt dicit *Bald. in dicta l. milites num.* 5.

Nec ſuper hoc allegetur praxis Tribunalis D. Gubernatoris Vrbis, quia eſſet allegare magnum inconueniens ex negligẽtia forſan Aduocatorum, & Procuratorum admiſſum, quod idcircò non debet eſſe norma, & regula cæterorum Tribunalium ad introducẽdum huiuſmodi ſtylum ſicuti in ſimili de abuſu introducto per Iudices de partibus non publicandi proceſſum,niſi prius per reum declaratum fuerit teſtes pro ritè, & rectè examinatos, quem abu-

abuſum, vt dicit *Farinacc. quæſt.72. num.150.* non potuerunt Iudices Vrbis obſtantibus, & contradicentibus Aduocatis, & Procuratoribus Vrbis tunc temporis introducere: Vtinam etiam Aduocati, & Procuratores obſtitiſſent huic ſtylo confrontandi in Tribunali dicti D. Gubernatoris, & poſſum cũ *Fran. Benardini in Scholion. ad Ambroſin. lib. 2.*
20 *cap. quibus num.9.* dicere quod circa has confrontationes vidi fieri innumeras fallacias, & idem ipſe *Franciſcus* dicit tunc temporis habuiſſe infamem in criminatione robariæ de nocte qui induxit eius vxorem ad recognoſcendum quemdam vti de dicta robaria reum, & ego habui reum contra quem in cõfrontatione quædam meretriculæ teſtatæ fuerunt non fuiſſe eorum domi nocte quadam qua fuit patratum furtum, prout verè ibi adfuit; ac cognita eorum impoſtura per Vrbem fuſtigatæ fuerunt, & Reus tamquam innocens relaxatus, & hæc euenerunt tempore Gubernij Illuſtriſſ. D. Bonelli hodie digniſſimus Cardinalis creatus; atque idcircò diſcat Iudex eſſe cautum in adhibendo huiuſmodi modo legitimationis, nec permittat Notarijs, nec ſolis Subſti-
21 tutis Fiſcalibus cõfrontationem pertractare, quia multa præiudicia pauperi inquiſito euenire poſſunt, quæ multa ſunt, prout ex ſequenti quæſtione cognoſci poſſunt.

De præiudicijs ex confrontatione reſultantibus.
Quæſtio CXLIV.

SVMMARIVM.

Confrontatio eſt remedium extraordinarium ob quod deueniri non debet niſi vrgente neceſſitate. num.1.

In confrontatione prius deueniri debet ad lecturam examinis quam ad confrontationem cum reo. nu.2.

Confrontatio fit quando Rei ſunt in ſecretis carceribus, & quando non poſſunt alloqui ſuos defenſores. num.3.

Multa præiudicia reſultant ex confrontatione, & quæ à dicto num.3. vſque ad num.9.

CVM modus confrontandi ſit extraordinarius, & admitti, ac vti debeat cum ceſſet re-
1 medium ordinarium repetitionis nec ad illum deueniri ſolet niſi neceſſitate vrgente, & niſi ſeruato quodam ordine, quem tradit *Cartar. in eius praxi interrogan. reorum lib.3. cap.1. num.83.* ibi vt verba eius referam: *nam vbi reus non vult detegere veritatem, & proprium delictum, ſed in negatione perſiſtit, ſi per teſtes eſt conuictus, vel ſuper delicto ipſo, vel indicio ad illud Iudex, vel legere ei debet, vel per Notarium legi faciat teſtium dicta ſuppreſſis tamen illorum nominibus in crimine hæreſis in alijs verò criminibus non aliter teſtium ſuppreſſis nominibus, ita quod reus per teſtes ſe conuictum eſſe cognoſcat, & ſi adhuc in eius pertinacia perſtiterit poterit ac debebit teſtes ad faciem Rei confrontare, ideſt præſentialiter teſtes, & reum producere, & conciliare, vt acrius viſis teſtibus, & commemoratis ſingulis delicti circumſtantijs reus vrgeatur*, per *textum in l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni, ff. de adulter. hæc ille*; ex quibus videre eſt, quod prius præcedere debet lectura de-
2 poſitionum teſtium, & poſtea ſi reus in pertinacia perſiſtit deueniri debet ad confrontationem, & ratio eſſe poteſt, vt quam plura effugiantur præiudicia quæ reo inferri poſſunt: quorum primum eſt quod confrontatio fit quando rei ſunt in ſecretis car-
3 ceribus, & ſic quando non poſſunt alloqui eorum defenſores, & hæc eſt mala practica, ait *Guazz. defenſ.20. cap 19. num. 12.* & ratio eſt, quia hoc modo tolluntur defenſiones.

Secundum eſt, quod pro confrontandis teſtibus reus detinetur longo tempore in dictis ſecretis carceribus ob difficultatem,
4 quæ reſultat in reconducendis teſtibus pro facienda dicta confrontatione, vt annuit *Cartar. in praxi interrogan. reorum lib.3. cap.30. num.5. verſ. ne ergo reum, &c.*

5 Tertium eſt, quod numquam Rei, vel non interrogant teſtes, vel ſi interrogant faciunt interrogationes inſulſas ridiculas, & valdè breues, ac inſufficientiſſimas, vt dicit *Guazz. defenſ.20. cap.21. num.4.*

6 Quartum eſt, quod Reus cum teſtibus, vt plurimum alteratur, & ad iracundiam ſe excitat, & ob id Reus non poteſt remanere in perfecto ſenſu ad illos interrogandum; *Guazz. dicta defenſ.20. cap.21. num.5.*

7 Quintum eſt, quod vt plurimum cura adhibetur ne reus perfectè teſtes interroget quod eſt contra iuſtitiam, & bonos mores, ac contra cõſcientiam, *Guazz. dicta defenſ.20. cap.21. num.5. in fin.*

8 Sextum eſt, quod aliquando Iudices, ſeu eorum ſubſtituti Locumtenentes nolunt eſſe præſentes prout debent, ſed vt dicunt præſtant præſentiã in præiudicium animarum ſuarum, & tamen ſciunt confrontationem eſſe actum legitimũ faciendum, & perficiendam coram Iudice, & illo præſente, vt diſponit, *Reformatio Tribunalium Vrbis tit. de indic. crim. §. reorum recognitiones.*

9 Septimum eſt, quod Iudices ſe reddunt diffi-

difficiles, vt dicit *Guazz. dicta defenſ. 20. cap. 21 num. 6.* quod rei interrogent teſtes cum interrogatorijs ab eiſdem factis in ſcriptis, quod eſt denotare in Iudice adeſſe ignorantiam, & iniquitatem non mediocrem.

Ex quibus præiudicijs facilimè euenit, quod teſtes impunè confirment eorum falſitates, & impoſturas in faciem pauperum reorum in damnum, & ruinam animæ, & corporis, ac rerum eorum.

An confrontatio fieri poſſit poſt publicationem proceſſus.

Quæſtio CXLV.

SVMMARIVM.

Confrontatio fit ante publicaiionem proceſſus, & ſine partis citatione. num. 1.

Publicatio non fit niſi vt partes poſſint depoſitiones teſtium legere, & ſuper eis diſputare. num. 2. 5.

Cōfrontatio non vitiatur ſi fit poſt publicationem proceſſus. num. 3.

Sententia valet publicatis atteſtationibus. num. 4.

Teſtes qui nulliter depoſuerunt non obſtante publicatione poſſunt denuò recipi, licet pars didicerit teſtificata. num. 6.

Publicatio proceſſus ſiue ſit verbalis, ſiue ſit cum apertura atteſtationum non infert praiudicium confrontationi. num. 7. 8.

Publicatio proceſſus facta ante confrontationem non importat electionem legitimationis per repetitionem num. 9.

Publicatio quæ fit per confrontationem magis afficit. num. 10. Et quare. ibidem.

1 QVamuis *Farin. in qu. 66. num. 310.* ſentire videatur quod nō poſſit fieri ibi, vt eius verba referam: *Confrontatio admittitur, & fit ante publicationem, & ſine partis citatione*; quia præſentia Rei ſupplet citationem: attamen ſi fiat publicatio ante confrontationem non idcircò vitiatur confrontatio,
2 quoniam publicatio non ad alium finem, & effectum fieri dicitur niſi quia partes poſſint depoſitiones teſtium legere; & ſuper eius diſputare, *arg. l. de his ff. de tranſact.* vndè cum confrontatio nihil aliud ſit quā diſputatio ſupra dictis teſtium meritò non vide-
3 tur vitiari per ante factam publicationem per quam inquiſitus potuit melius teſtium didicere, & ſe ſecurius contra eos per interrogatoria munire manifeſtatur à fortiori;
4 nam ſicut valet ſententia lata publicatis atteſtationibus, *gloſſ. in cap. final. verb. Iudicis de hæretic. in 6.* ita eo magis valere debet confrontatio quamuis fuerit præmiſſa publicatio quæ non ad alium finem in confronta-
5 tione requiritur, niſi vt impugnari poſſint teſtium dicta, *dicta gloſ. Iudicis,* & dum non tollat hunc effectum non debemus curare de modo publicandi, qui modus cum ſit reiterabilis non tollitur ſi in vno actu nulliter facta ſit, quin in alio validè reiterari poſſit, nam quando actus eſt nullus non impeditur, quin denuò validè fieri poſſit, *l. qui per ſalutem, ff. de iure iurand.* & ideo dicit ibi *Bart.* quod teſtes qui nulliter depoſue-
6 runt non obſtante publicatione poſſunt denuò recipi licet partes teſtificata didicerint à qua doctrina ſumi poteſt, argumentum in caſu noſtro quod Iudex qui nulliter forſan proceſſit publicando teſtes antequam faceret confrontationem poteſt denuò publicationem facere in dicta confrontatione, & dictam publicationem reiterando validare, *Alex. conſ. 181. num. 3. lib. 7.* & ſic publicatio iſta vti indiſcreta, & per Iudicem accelerata non impedit, quin denuò fieri poſſit in actu confrontationis per quam dicitur fieri publicatio proceſſus, *Guazz. defenſ. 22. cap. 3. num. 10.*

Dices, quod ſupradicta procedere poſſunt quando publicatio conſiſteret in ſola, & mera verbali publicatione, & non in publi-
7 catione cum apertura atteſtationum, & ſic quando Iudex pronunciauerit dicta teſtium eſſe publicata, & aperta, quia tunc ſicut poſtea non poſſunt recipi nouæ teſtiū examinationes, vt docet *Alex. dicto conſ. 181. ſub num. 4. lib. 5.* ita videtur confrontationi præiudicium intuliſſe quaſi voluerit eligere alium modum legitimandi, nempè per repetitionem, *Bald. in l. etiam in adden. num. 5. ff. de minoribus.*

Reſpondetur, quod hoc idem procedit in
8 publicatione cum apertura atteſtationum, quia in criminalibus non concluditur, nec publicatio operatur concluſionem, ac proindè quatenus Iudex poſt concluſionem poteſt examinari pro informatione, vt dicit *Farin. quæſt. 75. nu. 266.* vndè ſequitur quod
9 publicatio ante confrontstionem non importat electionem legitimationis per repetionem fiendæ, ſed importat, vt atteſtationes redigi valeant in publicam formam, & quod illæ omnibus pateant, vt dicit *in l. geſta num. 7. C. de re iudicatā*; ſed non propterea per ſolam publicationem legitimatæ dicuntur, ac proindè per confrontationem legitimatæ reddi poſſunt cū parum interſit

quod

quod publicatio fiat per aperturam publicam teſtium, & iterum poſtea fiat eadem publicatio in actu confrontationis eidem inquiſito cum quo fit confrontatio, immò
10 eo magis afficit publicatio quæ fit per confrontationem, quia continet requiſitum neceſſarium à iure decretum, nimirũ quod fiat coram Iudice citato reo vti perſona iudicij, *Bald. in dicta l. geſta num. 2. & 7. C. de re iudicata.*

An litis conteſtatio facta cenſeatur ex ſola confrontatione, & depoſitionum lectione cum Reo.

Quæſt. CXLVI.

SVMMARIVM.

Litis conteſtatio non cenſetur facta per confrontationem. num. 1.

Litis conteſtatio, & confrontatio habent diuerſos fines & qui ſint iſti fines. num. 2.

Confeſſio Rei habet vim conteſtationis. num. 3.

Litis conteſtatio, & confrontatio differunt, quia per litis conteſtationem Iudex manifeſtat reo delictum, & per confrontationem teſtiũ Iudex conuincit illum de delicto. num. 4.

Teſtis vt faciat indicium debet examinari poſt litem conteſtatam. num. 5.

Reſponſio quæ dat Reus in confrontatione eſt potius reſponſio facta teſti quam Iudici quod non eſt ſic in litis conteſtatione. num. 6.

Confeſſio delicti habita in confrontatione non habet vim litis conteſtatæ. num. 7.

Cauſæ criminales vti ſummariæ non requirunt litis conteſtationem. num. 8. Declara. num. 9.

Litis conteſtatio duplex eſt vna expreſſa, altera tacita, & quæ. num. 10.

De cauſa delicti tunc incipitur tractare quando Reus ſuper eodem delicto conſtituitur. num. 11.

In cauſis ſummarijs non eſt neceſſaria expreſſa litis conteſtatio. num. 12.

In cauſis ſummarijs ciuilibus ille actus habetur pro litis conteſtatione, qui in ordinarijs ſolet fieri poſt litis conteſtationem. num. 13.

In criminalibus per interrogationem factam à Iudice ſuper delicto lis incepta cum reo dicitur. num. 14.

Cum Iudex deuenit ad confrontationem videtur habere reum pro contumacè in veritate dicenda ſuper delicto alias ſibi conteſtato. num. 15.

Confrontatio dici poteſt potius continuatio litis conteſtationis quam receptio nominis inquiſiti inter reos. num. 16.

Per litis conteſtationem videtur incipere iudicij conflictus. num. 17.

ISTA concluſio ſupponit quod reus non fuerit ſuper delicto examinatus antequam cũ eo teſtes cõfrontentur, ac proindè dubitatur, an per cõfrontationem ſuppletum ſit actum conteſtationis, & dici-
1 mus quod non propter vnius, & alterius actus diuerſum finem nam conteſtatio habet pro fine; vt inquiſitus recipiatur inter reos, *Guazz. defenſ. 20. cap. 7. nu. 9.* & confrontatio habet pro fine, vt depoſitiones teſtiũ
2 legitimè recipiantur, vt efficaces ſint contra Reum, & adhoc, vt contra Reum agi poſſit, vt ex ſupradictis quæſtionibus ſatis dixi: ſecundo conteſtatio immediatè reſpicit ipſum reum hoc eſt ſubſtantiatur per interrogationem Iudicis factam ipſi Reo, & reſponſionem expreſſam redditam ab ipſo reo, *l. 1. C. de litis conteſt. Bald. in cap. Vaſſallus num. 4. in fin. tit. ſi de feudo fuerit controuerſia*, & confrontatio immediatè reſpicit depoſitiones teſtium, & ſubſtantiatur per interrogationem factam ipſis teſtibus, & reſponſionem datam ab ipſiſmet teſtibus ſuper delicto contra Reum, vt dixi.

Dices, quod per confrontationem iterum conſtituitur reus ſuper delicto, & ipſe ad ea quæ ex ipſiſmet depoſitionibus audiuit, & benè intellexit, reſpondit, vel negatiuè, vel affirmatiuè, & aliquando etiam fatetur quod eſt proprium conteſtationis, *Clarus quæſt. 14. num. 13. Bald. in l. prius num. 27. C. de his qui accuſar. non poſſunt*; & quod confeſſio
3 habeat vim conteſtationis, docet *Bald. in l. cum non ſolum, §. neceſſitate num. 14. C. de bonis quæ liberis*; Reſpondetur, quod licet interrogatio quam facit Iudex reo in actu cõfrontationis, & reſponſio quam facit reus ipſi Iudici videatur cum litis conteſtatione habere quamdam ſymboleitatem; attamen differunt in fine, & in modo, in fine quia
4 litis conteſtatio nihil aliud intendit quã ipſi inquiſito manifeſtare ſe eſſe reum delicti ad inſtar cuiuſdam libelli, ſeu qualis petitionis, ac proindè quando reus à Iudice conſtituitur eius conſtitutum habetur pro litis conteſtatione, vt dicit *Caball. caſu 269. ſub n. 11.* at confrontatio vti conſequutiua nihil aliud intendit quam velle cõuincere ipſum Reum de delicto iam ſibi conteſtato, vt facilius ad veritatem dicendam ſe diſponat, vt docet practica huius actus, *Ambroſin. in eius tract. de modo formand. proceſſ. inform. lib. 2. cap. 9. n. 8.* In modo quia quando cum reo à Iudice lis cõteſtatur immediatè per ipſummet Iudicem eidem reo delictum prout

Digitized by Google

probatum exiſtit manifeſtatur, & ipſe reus
vel negat patraſſe dictum delictum, vel fa-
tetur: at vero quando fit confrontatio tunc
teſtes delictum iam ſibi manifeſtatum in
conteſtatione litis per lectionem examinis
teſtium, & dd. teſtium confirmatione
in faciem eiuſdem Rei comprobant, & red-
dunt ipſum reum mendacem, quæ lectio
examinum, & teſtium confirmatio ſeu
comprobatio non important conteſtatio-
nem, quia licet Iudex poſt lecturam exa-
minum, & teſtium confirmationem inter-
roget reum, quid modo reſpondeat; tamen
non interrogat per modum conteſtationis,
ſed per modum potius nouæ teſtium re-
ceptionis nam vt dicit *Brunus in tract. de in-
dic. & tortur. num....... verſ. item quæro &c.* ad-
hoc vt teſtes faciant indicium contra reum
5 debent examinari poſt litem conteſtatam
ſpecialiter. *l. ſi quis adulterium in princ. ff. de
adulterijs* ideò teſtes recepti ad ſimplicem in
formationem curiæ non probant, quia
ſunt recepti lite non conteſtata *Albert. de
hæretic. quæſt. 34. num. 27.* nam cum in conte-
ſtatione reus noluerit confiteri modo ſi-
nat ſe mendacem fieri, & haberi, vltra quod
reſponſio prædicta non videtur facta Iudici
6 ſed ipſi teſti in faciem eius confrontato, ac
proinde, vt plurimum reus reſpondit *io ho
inteſo quanto dice coſtui &c. e dico che lui e vn bu-
giardo e mente per la gola*, quod eſt contra
formam litis conteſtationis, vt eſt textus in
l. vnica vbi Bald. num. 1. C. de litis conteſtat. quo
circa non poſſunt ſimul ſtare, quod per
confrontationem conuincatur reus de mē-
dacio, & quod nunquam de delicto à Iu-
dice fuerit interrogatus, & quamuis ali-
quando in actu confrontationis habeatur
confeſſio, quæ dicitur habere vim litis cō-
7 teſtationis attamen non poteſt dici, quod
per confrontationem ſuppleatur defectus li
tis conteſtationis. nam priuilegium con-
feſſionis eſt nullitatem proceſſus conualida-
re, vt ſuo loco dicemus.

Sed ſi replices, quod hodie cauſæ crimi-
nales de conſuetudine ſummarie cogno-
8 ſcantur, & ſic veluti cauſæ ſummariæ non
requirunt litis conteſtationem, vt dicit
Scaccia de iudicijs cap. 103. nu. 9. lib. 1. ideo fru-
ſtra ponitur hæc quæſtio. Reſpondetur,
quod quæſtio iſta non eſt nec videtur fru-
9 ſtratoria, quia litis conteſtatio etiam in
ſummarijs ſi fuerit omiſſa vitiaret proceſ-
ſum, ſecundum ea quæ dicit *Bald. in l. ver-
ba ſuperflua C. de donatio:* & ideò ad huius re-
ſponſionis intelligentiam ſciendum eſt,
quod litis cōteſtatio duplex eſt vna ſolem-
10 nis, & expreſſa, quam de iure requirunt
omnes cauſæ, & tunc fit quando præce-
dente citatione Iudex poſtea mandat inqui-
ſiti nomen deſcribi inter reos. *l. Fiſcus §. an
vero ff. de iure Fiſci*, & eſt actus iudiciarius,
vt docet *Marant. in ſua praxi par. 6. tit. de litis
conteſtat.* altera non ſolemnis, & tacita, &
tunc fit quando partes incipiunt tractare
de cauſa *Oſaſch. deciſ. 1. num. 1. in fine Bald. in
l. non ſolum §. rat. num. 2. ff. de proc. & defenſ.* ſed
in cauſis criminalibus tunc de cauſa delicti
incipitur tractare, quando reus ſuper eodē
11 delicto examinatur, & conſtituitur à Iudi-
ce ideò per reſponſionem poſtea ſequutam
dicitur facta litis conteſtatio, ac inquiſiti
nomen receptum inter reos *Clarus quæſt. 14.
num. 13. Bald. in dicta l. prius num. 23. C. de hıs
qui accuſar. non poſſ.* Si ergo loquamur de pri-
ma vtique in ſummarijs cauſis non videtur
12 neceſſaria prout ſunt cauſæ criminales in
quibus reperitur alius actus litis conteſta-
tioni æquipolleus nimirum ille actus per
quam reus arguitur apud Iudicem de deli-
cto habetur pro deliquente ſicuti in ciuili-
bus ſummarijs ſolemniter non conteſtatur
13 lis, ſed ille actus, qui in ordinarijs ſolet
fieri poſt litis conteſtationem dum Iudex
incipit cognoſcere de meritis cauſæ habetur
loco conteſtationis litis *Bart. in Extrauag. ad
reprimendum verb. & figura nu. 11. & in l. nihil
20. in antiqua lectura C. de procur. it. Carleual. de
iudic. lib. 1. tit. 2. diſput. 2. nu. 8. cum ibi alleg.* qua
propter cum reus per interrogationem ſibi
factam à Iudice illum conſtituendo imme-
diate ſuper delicto quodammodo videatur
14 citatus tunc lis incipere cum eo, non vide-
tur dubitandum, vt docet *text. in Clem. cum
litem &c. & ibi gloſ. verb. ad partem, vt lite pen-
dente Farin. in fragmen. lit. C. num. 367.* at cum
Iudex deuenerit ad confrontationem certo
15 modo habere videtur reum pro contuma-
ce in veritate dicenda ſuper delicto ſibi a-
lias in conſtitutis conteſtato, & ſic con-
16 frontatio ſit potius continuatio litis iam
cum dicto reo conteſtatæ, quam receptio
nominis inquiſiti inter reos *l. amplius ff. rem
ratam haberi*, quæ continuatio minime fieri
poſſet dum nunquam fuerit incepta ſaltem
per tacitam litis conteſtationem per quam
17 videtur incipere conflictus iudicij, vt dicit
*Bald. in dicta l. prius num. 23. C. de his qui accu-
ſar. non poſſ.*

An in confrontatione legendæ ſint depoſitiones teſtium ſine vlla reticentia circumſtantiarum. & qualitatum.

Quæſt. CXLVII.

S V M M A R I V M.

Ad euitandam ſuggeſtionem non debent legi Reo teſtium depoſitiones. num.1.
In confrontatione debent legi teſtium depoſitiones. num.2.
Quando Iudex procedit à denegatis defenſionibus poteſt in legendo examina teſtium reticere aliquas particulares circumſtantias, & qualitates. num.3.
Lectura depoſitionum licet habeat vim ſuggeſtionis tamen tolleratur in actu confrontationis. num.4.
Suggeſtio dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo num.5.
Iudex poſt interrogationem generalem poteſt in ſpecie interrogare abſque vitio ſuggeſtionis. num.6.
In confrontatione oportet, quod Reus intelligat totum id quod teſtis adductus repetiturus eſt in eius faciẽ alias non procederet legitimatio. num.7.
Poſt datas defenſiones debet Reo tradi proceſſus integer, & non diminutus. num.8.
In Confrontatione ſocij criminis lectura debet eſſe ſicca. num.9.
Lectura examinis teſtium arbitrio Iudicis poteſt eſſe vel ſicca, vel plena. num.10.
Confeſſio per interrogationem ſuggeſtiuam habita ſiue in tortura ſiue extra ad condemnandum non eſt ſufficiens. num.11.
Declaratur textus in l.1.§. qui quæſtionem ff. de quæſtionibus. num.12.
In confrontatione habita pro ſimplici legitimatione proceſſus debent legi Reo ſingula delicti circumſtantiæ. num. 13. & quare ibidem.
Manifeſtatio circumſtantiarum delicti dupliciter fieri poteſt, & quomodo. num.14.

NON deſunt, qui dicunt quod in confrontatione reticeri debent aliquæ circumſtantiæ ſeu qualitates indicantes ſuo modo delictum; vel delinquentem, vt cognoſci poſſit an reus poſtea confeſſus dixerit nec ne veritatem alias de ſuggeſtione prædicta cõfeſſio argui poſſet, quod eſt omni iure prohibitum, *Add. ad Farin.conſ.83.verb. ſuggeſtiones*: vbi dicit, quod ad euitandam ſugge-
1 ſtionem non debet legi Reo teſtium depoſitiones, & idem *Farin. conſ.* 185. *num.*10. *in fine*; dicit quod ſuggeſtio eſt legere inquiſito depoſitionem ſocij criminis.

Sed contrarium eſt verius in caſu confrontationis, & Iudex alias faciendo ageret contra communem criminaliſtarum practicam de qua *per Ambroſin.tract. de modo form.*
2 *proceſſ. informat. lib.*2. *cap.*8. *ſub num.* 13. *verſ. tunc dominus &c. & cap.*9. *num.*8. *verſ. tunc dominus*, & ſubiungit *Farin. conſ.* 192. *num.* 12. quod Iudex non excuſatur ſi dicat feciſſe ad bonum finem, & effectum videlicet; vt ſuis loco, & tempore cognoſci poſſit de veritate circumſtantiarum, & qualitatum, quas contigerit reum fateri.

Ac proinde diſtinguendus eſt actus confrontationis ab actu procedendi ex infor-
3 matiuo denegata copia indiciorum, quia hoc ſecundo caſu bene faceret ſi reticendo aliquas circumſtantias, & qualitates non ei Iudex perfecte legeret teſtium depoſitiones *Farin.conſ.*226.*num.*45. *vbi citat Ambroſin. de proceſſu informat.lib.*2.*cap.*5. *num.*23. *& ſeqq. idem Farin.quæſt.*72.*num.*139.*verſ. verum quando Iudex.*

Ad ea vero, quæ dicuntur de ſuggeſtione non releuant, quia lectura depoſitionũ
4 licet habeat vim ſuggerendi attamen in caſu confrontationis huiuſmodi ſuggeſtio toleratur, & ſic notari debet; quod dupliciter conſiderari poteſt ſuggeſtio; vno modo quando temerarie fit prout quando fit in initio cauſæ, & nulla præcedente gene-
5 rali interrogatione: altero modo, quando fit mature, & poſt interrogatoria generalia, ac poſt ſufficienter probata indicia; quæ licitum eſt Iudici inquiſito legere ad magis illum conuincendum, & inducendum ad veritatem fatendam *Farin. quæſt.*83. *num.*97. *Scaccia de Iudicijs cap.*86.*nu.*38. *Burſat.conſ.*201. *num.*82. vbi dicit; quod Iudex poſt interro-
6 gatoria generalia poteſt reum in ſpecie interrogare, & illi qualitates, & circumſtantias omnes patefacere abſque vitio ſuggeſtionis in confrontatione autem oportet, quod reus intelligat totum id quod teſtis
7 adductus in eius faciem repetiturus eſt alias non procederet legitimatio, quæ eſt forma quædam quæ totum id in quo cadit debet comprehendere: ſuadet hoc etiam traditio, quæ fit de proceſſu publicato eidem inquiſito cui fuerunt datæ, & intimatæ defenſiones nam hoc caſu tradi debent copiæ indi-
8 ciorum, & conſtitutorum ac proceſſus integre, & non diminute, vt voluit *Farinac. conſ.*84. *per totum, & quæſt.* 39. quod ſi dubitaretur de ſuggeſtione vtique huiuſmodi traditio prohibenda eſſet, & ita quotidie practicatur.

Dices cum *Farin. in conſ.*183. *num*9.10.11. quod etiam quando prætenditur procedi contra reum denegatis defenſionibus ad ef-

fectum illum torquendi, hoc caſu, etiam
confrontatio ſocij criminis fieri debet ſic-
9 ca hoc eſt ſine expreſſione circumſtantiarũ
& qualitatum delicti, *& citat ſe ipſum in*
quæſt. 72. num. 139. verſ. verum quando Iudex
Ambroſin. d. tract. lib. 2. cap. 5. num. 21. ſed ſic eſt,
quod non deuenitur ad confrontationem
cum reo niſi prius cum eo fuerit lis conte-
ſtata, & per conſequens niſi prius genera-
liter, & ſpecialiter fuerit reus conſtitutus
ſuper delicto, & eius circumſtantijs ergo
dari non videtur differentia inter confron-
tationem cum reo animo illum torquendi,
& confrontationem habendam cum eodẽ
reo ſine dicto animo nam ſemper in con-
frontatione neceſſarium eſt, quod reus in-
telligat omnia, quæ adductus teſtis in eius
faciem repetiturus eſt tam ore proprio,
quam per lectionem eius depoſitionis. Re-
ſpondetur, quod hæc concluſio non eſt per
neceſſe ſemper ſeruanda, ſed videtur relin-
quenda Iudicis arbitrio, qui poteſt indicia
10 legi facere, vel ſicco, vel pinguiori modo
prout ſibi ex prudenti iuſtitia videbitur ne-
ceſſarium, oportet enim, quod prius præ-
ceſſerit interrogatio generalis *Farin. qu. 43.*
num. 132. & quæſt. 83. num. 90. & deinde de-
ſcendat ad ſpecialem, ſecundum quod in-
dicia ſunt probata, & manifeſta, vt idem
Farin. notat. in dicta quæſt. 82. num. 97. & tandem
lectura omnium indiciorum; vnum tamen
aduertendum eſt, quod regula illa vulgaris
quod confeſſio per interrogationem ſugge-
11 ſtiuam facta ſiue in tortura ſiue extra ad
condemnandum non eſt ſufficiens *per tex-*
tum in l. 1. §. qui quæſtionem ff. de quæſtion. ibi qui
quæſtionem habiturus eſt non debet ſpecialiter in-
terrogari; quia hoc magis ſuggerentis, quam re-
quirentis videatur intelligi debet, vel quando
nulla præceſſerit generalis interrogatio, vel
12 quando Iudex eſt de proximo torturam il-
laturus, vel quando ipſe reus eſt pendens
in ipſa tortura nam his caſibus nullo modo
ſpecialiter reus venit interrogandus, ſed ge-
neraliter videlicet quis fecerit delictum per
ea quæ proportionabiliter deſumi poſſunt
ex Vermigl. conſ. 80. num. 3. & ſeq. at vero quã-
do procedit ad confrontationem pro legiti-
13 matione proceſſus, quod fit etiam quando
Iudex intendat procedere denegatis defen-
ſionibus tunc debet ſingulas delicti circũ-
ſtantias ei notificare, vt acrius viſis teſtibus
& commemoratis ſingulis delicti circum-
ſtantijs reus vrgeretur ad veritatem faten-
dam *Cantar. in practica interrogan. reorum lib. 3.*
cap. 1. num. 83. Et ſi dicas quando Iudex pro-
cedit denegatis defenſionibus videtur de
proximo illaturus torturam, idcircò non
debet ſingillatim omnes circumſtantias de-
licti patefacere per ea, quæ ſupradixi. Re-
ſpondetur, quod circumſtantiarum delicti
14 manifeſtatio dupliciter fieri poteſt vno
modo ad effectum, vt ſciat reus ſe eſſe cõ-
uictum, vel de delicto, vel de indicijs ad
illud, & ſic per huiuſmodi propalationem
vrgeatur ad confeſſionem, & hoc fieri po-
teſt tam in confrontatione per reſpectum
ad defenſiones reo dandas, quam in con-
frontatione per reſpectum ad denegandas
defenſiones cum videre aut cogitare non
poſſim rationem diuerſitatis; altero modo
modo ad effectum terrendi ipſum reum, vt
puta quando Iudex monet Reum torturæ
alligatum, vt dicat ſi patrauerit tale homi-
cidium, vel aliud particulare delictum iux-
ta caſũ *Vermigl. in d. conſ. 80. n. 3.* tunc nullo
modo huiuſmodi manifeſtatio fieri poteſt
cum contineat expreſſum vitium ſugge-
ſtionis, & confeſſio poſtea inde emanata
nulla eſt, eo quia potius metu tormento-
rum, & ſuggeſtione, quam ex conſcientia
patrati criminis facta dici poteſt *Farin. q. 83.*
num. 81. Vermigl. d. conſ. 80. num. 3.

An delinquenti reperto in flagranti te-ſtes confrontari oporteat.

Quæſt. CXLVIII.

SVMMARIVM.

Reus in flagranti conuincitur etiam per biruarios, vel per alios, qui illum ceperunt. num. 1. declara. 3.
Biruarij non ſunt idonei teſtes immo à teſtimonio di-cendo repelluntur. num. 2.
Legitimatio non eſt neceſſaria, quando Reus fuit à Iu-dice, & Notario ac familia repertus in flagranti cri-mine. num. 4.
Fures, qui abſque eo quod furari viſi ſint tamen cap-ti ſunt in fuga cum clamoribus dicũtur capti in fla-granti. num. 5.
In notorio delicto non eſt opus legitimatione. num. 6. declara. num. 9.
Notorie delinquere plus eſt quam confiteri. num. 7.
Propter delicti notorietatem Iudex poteſt iura tranſ-gredi. num. 8.
Notorium facti ſemper manentis non indiget probatio-ne, & ſic nec confrontatione. num. 10.

AD huius concluſionis
intelligentiam ſcien-
dum eſt quod adhoc,
vt reus dicatur in fla-
1 granti repertus neceſ-
ſe eſt; vt reus per te-
ſtes ſaltem officiales,
& biruarios ſeu alios,
qui illum ceperunt
conſtet, quod fuerit repertus in ipſo delicti
actu puta homicidij; & niſi de hac qualita-
te conſtet non poteſt dici reus in flagranti
crimine captus, vt docet *Farin. qu. 21. n. 148.
in verſ. aduerſe verbo, & ad hoc &c.* quæ qui-
dem Farinaceij concluſio mihi non ſatisfa-
cit propter fidem, quam vult adhiberi bi-
ruarijs, & alijs officialibus quibus notoriũ
eſt non præſtari fidem, vt taliter contra
captum procedi poſſit: Biruarij enim non
ſolum idonei teſtes non reputantur immò
2 etiam à teſtimonio dicendo repelluntur, vt
idem *Farin. tenet in conſ. 120. num. 1. & qu. 39.
num. 2. & 3.* quod procedit etiam ſi actu alij
teſtes adeſſe non potuerint immo plus ſi
Biruarij depoſuerint de pertinentibus ad
eorum officium, vt puta inueniſſe aliquem
cum armis, quod eſt reperire in flagranti
eis non creditur ad faciendum indicium ad
torturam, & pręcipue ſi de graui pæna age-
retur, vt idem *Farin. dicit conſ. 100. num. 8. &
quæſt. 108. num. 150.* quomodo ergo eis aſſe-
rentibus reperiſſe aliquem in flagranti cre-
dendum ſit ideò melius cum *Scaccia de indi-
cijs cap. 71. num. 4. fol. mihi 211. verſ. aut igi-
tur eſt perſona &c.* dicimus quod adhoc, vt
3 quis inflagranti repertus dicatur Iudex ipſe
cum Notario, & familia illum reperiat, &
ideò, vt concluſio noſtra intelligatur di-
ſtinguimus aut delinquens fuit repertus in
ipſo actu delinquendi à Iudice, & Notario
& familia, & tunc non videtur opus alia
4 legitimatione prout idem procedit in no-
torio delinquente ex identitate rationis *Fa-
rin. dicta quæſt. 21. nu. 154. in fine*, vt mox di-
cam aut delinquens fuit repertus ab offi-
cialibus, & tunc omnino ſi ille negat opor-
tet, quod teſtes ei confrontentur, vt vide-
tur tenere *Farin. auctoritate Foller. in d. qu. 21.
num. 148. 150. in verſ. aduerte Clarus quæſt. 8.
num. 3.* quod & idem procedit in reo, qui
non in crimine, ſed poſt crimen capitur in
5 fuga cum clamoribus prout ſæpe contin-
git in furibus, qui abſque, eo quod furari
viſi ſint poſſunt etiam dici capti in flagrã-
ti *Farin. dicta quæſt. 21 num. 152.*

Veruntamen, quia ſupra mentionem
fecimus de notorio dubitari poteſt an in
6 notorio ſit neceſſaria confrontatio ſeu alia
legitimatio, & dicimus quod cum legiti-
matio ſit quædam iuris ciuilis ſolemnitas,
& in notorijs quælibet ſolemnitas reiciatur
in tantum, quod nec probatio, vel depo-
ſitio teſtium aut alius proceſſus requiratur,
vt notat *Gomez variarum reſolut. tit. de delictis
cap. 1. num. 48.* ſubiungendo, quod ſtatim Iu-
dex delinquentem punire poteſt prout ſin-
gulariter determinat *gloſ. ord. in cap. Reus om-
nipotens §. quando autem 2. quæſt. 1. & facit tex-
tus in cap. tua nos de cohabit. Clericorum &c.* cu-
ius verba ſunt hæc *Nos igitur conſultationi tuæ
taliter reſpondemus, quod ſi crimen eorum ita pu-
blicum eſt, vt meritò debeat appellari notorium in
eo caſu nec teſtes nec accuſator opus ſunt*: ergo
quanto minus adhiberi debeat confronta-
tio cum non adeſſent teſtes, qui confron-
tari debeant *arg. textus in cap. ad noſtram col. 2
de iure iurand. ibi manifeſta accuſatione non indi-
gent nec in eis ordo iudiciarius obſeruandus*.

7 Nam notorie delinquere plus eſt quam
confiteri delictum, vt dicit *Bald. in l. execu-
torum nu. 46. C. de execution. rei iudic.* & ſicut,
quando quis eſt confeſſus delictum non re-
quiritur alia legitimatio proceſſus ita idem
procedit, quando delictum eſt notorium
8 propter cuius notorietatem Iudex poteſt
iura tranſgredi in modo procedendi *Bald.
in l. iſtius fuctium num. 4. ff. de his qui not. in-
fam.*

Sed vt ſupradicta concluſio procedat di-
ſtinguimus de notorio nam aut notorium
9 eſt facti ſemper permanentis ſeu præſentis,
quod eſt illud, quod hominum occulis
abſque alio medio quotidie exhibetur aut
eſt facti pręteriti, quod DD. appellant facti
tranſeuntis ſi de primo notorio concluſio
10 intelligatur prout intelligi debet vtique
non requiritur, quod teſtes confrontentur
aut alia legitimatio adhibeatur, quia ſicut
hoc non indiget probatione, vt dicit *Bald.
in l. ſi vero §. qui pro rei num. 1. ff. qui ſatiſd. cog.*
ita non indiget legitimatione, quæ adhi-
betur propter probationem; ſi de ſecun-
do dicimus requiri legitimationem, eo
quia in illo requiritur probatio alias nihi
eſt reliqua vide in quæſtione 194.

An in confrontatione teſtium, quæ fit pro recognitione banniti dari debeat facultas interrogandi.

Quæſt. CXLIX.

S V M M A R I V M.

Proceſſus recognitionis banniti eſt nouus proceſſus ideò in eo requiruntur nouæ probationes. num. 1.
Probationes receptæ ad probandum delictum non ſunt ſufficientes ad probandam perſonam banniti. numer. 2.
Ea quæ diſtinguntur fine tamquam ſeparata operantur qualibet de per ſe. num. 3.
In iudicijs ſeruandus eſt ordo, vt quæ præmittenda veniunt præmittantur. num. 4.
Secundum ordinem iuris prius ſecrete recipiuntur teſtes. num. 5.
Legitimatio propter ordinem non ſeruatum non videtur attendenda. num. 6.
In recognitione banniti ſunt examinandi teſtes in faciem eiuſdem banniti. num. 7. declara. num. 12.
Tria requiruntur in praxi fabrificandi proceſſum criminalem. & quæ. num. 8.
Litis conteſtatio fit in criminalibus quando Reus conſtituitur. num. 9.
Teſtes examinati ante litis conteſtationem dicuntur in propriè examinati. num. 10.
Medium non poteſt eſſe ante principium, ſed ab eo oriri debet, num. 11.
Declaratur auctoritas Cartarij in cap. ſecundo n. 35. de capto Bannito. num. 13.
Modus examinandi teſtes in faciem banniti recognoſcendi nulla præmiſſa informatione eſt confuſus, & intricatus. num. 14.
In recognitione banniti danda eſt facultas Reo interrogandi teſtes. num. 15.
Super recognitione perſonæ banniti non eſt neceſſaria ſententia diffinitiua. num. 16.
In recognitione banniti danda eſt facultas interrogandi teſtes. num. 17.

EST ſciendum, quod cùm actus recognitionis banniti ſit quædam proceſſus legitimatio non quia ipſa recognitio ſit actus neceſſarius legitimationis, ſed quia vt plurimum poſt habitam recognitionem legitimantur dicta teſtium recepta ſuper banniti recognitione, & ſuper iſta legitimatione criminaliſtæ faciunt quandã diſtinctionem circa examina teſtium, & dicunt, quod quando teſtes confrontandi cũ bannito ad habendam illius perſonæ recognitionem ſint illimet teſtes, qui in proceſſu facto ſuper delicto principali teſtati fuerunt verbi gratia vidiſſe, vel audiuiſſe Seium fuiſſe occiſum à Caio tunc ſine alia noua depoſitione, poſſunt cum reo confrõtari ſi vero fuerint teſtes extranei à proceſſu tunc oportere dicunt, quod prius pro informatione audiantur, & poſtea cum reo præmiſſa conteſtatione confrontentur. & ratio illorũ eſt quoad primum, quia cũ teſtes alias depoſuerſit de delicto nõ eſt opus, quod denuo eorũ dicta ab iiſdẽ repetantur pro curiæ informatione, ſufficit enim quod in conſpectu banniti recognoſcant eorum depoſitiones, & ratificent illas in faciem dicti banniti, quæ quidem practica non eſt tuta, tum quia cum proceſſus recognitionis ſit nouus proceſſus, vt ait *Ambroſin. in*
1 *eius tract. de modo forman. proceſſ. inform. cap. 1. num. 1. lib. 6.* nouæ etiam requiruntur probationes tum etiam, quia probationes receptæ in primo proceſſu fuerunt receptæ ad alium finem nempe ad probandum delictũ
2 merito non poſſunt ſufficere ad recognitionem perſonę banniti ſuper qua nunquã fuerunt interrogati, & ea quæ diſtinguntur fine tamquam ſeparata operantur qualibet
3 de per ſe *Bald. in l. cum teſtatorem nu. 8. verſ. ſed Iac. Burt. C. de condition. inſer.* ac proinde teſtes, qui vnico contextu confrontantur pro recognitione perſonæ banniti, & examinantur in faciem eiuſdem non poſſunt vllo modo dici rite, & rectè recepti, & examinati, quia cum in iudicijs ſeruandus ſit ordo, vt quæ præmittenda veniunt
4 præmittantur ne præpoſterentur *gloſ. fin. in cap. 2. de accuſat.* ſequitur, quod ordine non ſeruato reuocandum ſit quidquid inde ſequutum ſit *Bald. in l. 1. num. 5. C. de exec. rei iudic.* patet quia ſecundum ordinem iuris prius ſecrete pro informatione teſtes re-
5 cipiuntur *iuxta praxim Farin. quæſt. 74. num. 44. & quæſt. 89. num. 93.* deinde conſtituitur reus ac poſtea eidem conteſtantur teſtium depoſitiones ac tandem ad legitimationem deuenitur, at vero quando vnico contextu fiunt hæc omnia, deficit huiuſmodi ordo, qui cum ſit ſubſtantialis prætermitti non poteſt ſine vitio confuſionis, & præpoſterationis, vnde cum ad faciem rei immediate adducti interrogati etiam examinati fuerint teſtes nulla præmiſſa informatione, vti-
6 que propter ordinem non ſeruatum huiuſmodi legitimatio non videtur attendenda.

Dices quod in recognitione banniti teſtes ſunt examinandi in faciem ipſius ban-
7 niti iuxta ea quæ tradit *Cartar. de capto bannito cap. 2. num. 39.* ergo ſi permittitur in proceſ-

ceſſus recognitionis banniti, quod teſtes
examinentur in faciem illius, quanto magis
permitti debet in cæteris proceſſibus cum
cæteri proceſſus non maiori diligentia fa-
bricandi ſunt, quam proceſſus recognitio-
nis. Reſpondetur, quod doctrina iſtius
Doctoris ſano modo intelligenda eſt, ac
8 proindè tria ſciendum eſt de iure requiri,
& in praxi criminali etiam ſeruata, primũ
quod prius eidem reo conteſtentur teſtium
depoſitiones pro informatione ſuſceptæ,
cui conteſtationi, vt ſit valida præcedere
debent indicia, vt dicit *Farin. quæſt. 1. n. 45.*
nec dicerentur præcedere, niſi fuerint prius
9 in informatiuo cumulata; & tunc hæc litis
conteſtatio fit, quando reus conſtituitur,
vt dicit idem *Farin. quæſt. 10. ſub num. 55. verſ. ſi verò reus*, &c. & non conſtituitur reus
niſi in informatiuo, vt ex ſe patet. Secun-
dum quod tunc examinantur teſtes, poſt-
quam fuerint cum reo conteſtata lis, & an-
te litis conteſtationem teſtes non dicun-
10 tur examinati, niſi impropriè, ſed au-
diti pro inſtructione Iudicis, & Curiæ
informatione, at verò quando legitiman-
tur, tunc cenſentur receptæ probationes,
veluti reſpicientes media cauſæ, *§. ſi verum initium. Auth. de litis conteſt.* conſtat au-
tem, quod non ſolum naturali, ſed etiam
ciuili ratione, quod medium non poteſt
11 eſſe ante principium, ſed ab eo oriri debet,
ideò præpoſterum eſt omiſſo principio litis
conteſtationis inchoare à medio probatio-
num, *facit cap. exhibita de iudic. Bald. in l. ſed & ſi quis num. 2. C. de teſtibus*. Vnde cum
prædictus Auctor dixerit, quod in faciem
ipſius banniti examinandi ſint teſtes intel-
12 ligi debet de examine, quod fit ad legiti-
mationem proceſſus poſt litem conteſta-
tam in informatiuo habitam, ac proindè
idem Author in num. 34. prudenter præmiſit
verba hæc habeat (ſcilicet Fiſcus probatio-
nes & teſtes, quibus ipſo bannitus, & ca-
ptus recognoſcatur pro illo, qui in banno,
& ſententia nominatur, & deſcriptus eſt,
ſcilicet in informatiuo antè ſuſceptos ad
ſui inſtructionem, prout in cæteris proceſ-
ſibus informatiuis ſuſcipiuntur, quibus pro-
bationibus in informatiuo receptis, poſtea
de illis cum reo fit litis conteſtatio, & de-
indè in faciem Rei banniti dictæ probatio-
nes repetuntur, vt per legitimationem ef-
ficaces ad agendum euadant, & hoc eſt exa-
minare in medio cauſæ, & ad faciem ban-
13 niti, de quo dixit *prædictus Auth. d. num. 35.*
vel aliter intelligendus eſt, & ita etiam do-
cuit *Bart. in l. inter ſtipulantem §. ſi ſtichum num. 1. in fine ff. de verb. oblig.* Tertium, quod
quando à Iudice recipiuntur informatio-
nes ſuper aliquo facto recipiuntur duntta-
xat ad probationes communiendas, non ad
actionem promouendã, at quando ad faciẽ
Rei dictæ probationes repetuntur, & teſtes
examinantur, tunc non recipiuntur, vt pro-
bent, ſed vt reum propter ſe ipſum conuin-
cant de mendacio, & ſint habiles ad actio-
nem promouendam propter iuris Ciuilis
aſſiſtentiam; quemadmodum, exempli
gratia, ſi quis habeat apocham contra ali-
quem in crumena dicitur habere probatio-
nem, non efficacem ad agendum niſi illam
citato aduerſario producat in actis, per quã
productionem illa apocha non recipit pro-
bationem, cum illam in ſe habeat, ſed re-
cipit robur ad afficiendum aduerſarium, vt
ſoluat ita pari modo prius Fiſcus debet ha-
bere probationes ex informatiuo ſecretè
habitas; & cum reo conteſtatas, & poſtea
illos in faciem Rei repetere, quod eſt quo-
dam recipere probationes in medio cauſæ
& teſtes examinare citato reo, vt illum
afficiant.

Quapropter modum iſto ſic confusè, &
14 intricatè examinandi carere oportet ordi-
ne iuris, nempè quod primò probationes
ſecretè recipiantur, ſecundò, quod teſtium
depoſitiones cum reo conteſtentur, tertiò
quod legitimentur, quæ tria nullo modo
obſeruata videntur, dum prædictus ordo
non fuerit ſeruatus; *Bruni tract. de indiciis, & tort. col. 2. verſ. quarto per text. in l. ſi quis uxor. terium ff. de adulteriis*.

Et hinc eſt, quod ſeruato ſupradicto or-
dine bannitus non fraudatur, prout ſæpè
15 fraudari vidi de facultate interrogandi te-
ſtes, qui illum recognoſcunt, nam proceſ-
ſus recognitionis perſonæ bannitæ eſt pro-
ceſſus minus præiudicialis, ſed ſic eſt, quod
in illo actu præiudiciali citari debet, & non
ad alium finem, niſi vt bannitus ſe defen-
dat, quia inter illos effectus citationis vnus
eſt, vt reus ſe præparet ad defenſiones: *Bald. in l. cum fratrem num. 9. C. de his, quibus vt indig.* ergo etiam debet dari facultas interro-
gandi, cum interrogatio ſit ſpecies defen-
ſionis, vt dixi, immò cum finis interrogan-
di teſtes ad reperiendos illos in aliqua va-
riatione, vel falſitate: *cap. præſentium de teſtibus, & inteſtis. libi 6. vbi gloſſ. in verbo interrogatoria* dat formam interrogãdi teſtes ſuper
recognitione inquiſiti *Marant. de ordine iud. quæſt. 73. num. 2. Granatius ad Veſtrium cap. vltimo lib. 5. num. 16.* ergo nullo modo debet
defraudari dicta facultate.

Dices quod ſuper dicta recognitione nõ
debet ferri ſententia diffinitiua, ſed dumta-
xat declaratiua, idcircò non videtur neceſ-
ſarium dari interrogatoria, qnia officium
Iu-

Iudicis eſt in hoc ſolo, vt citatis teſtibus, & reo recognoſcendo, de cuius læſione agitur ipſi teſtes iurati deponant, & reum recognoſcant inter plures, nec eſt neceſſe, quod teſtificentur de delicto, nec de eo, quod in proceſſu fabricato contra dictum bannitũ continetur: *argum.* eorum, quæ diſponuntur *in l. ſed etſi quis ex ſignatoribus, & in l. cum ab initio ff. quemadm. teſtam. aperiantur*. Reſpondetur, quod licèt non debeat ſuper di-
16 cta recognitione formari ſententia diffinitiua condemnationis cum iam bannitus condemnatus ſit, tamen nõ poteſt eſſe ſine ſentẽtia interloquutoria nẽpè declaratoria ipſum bannitum fuiſſe recognitum, & cũ teſtes recipiantur ad recognitionem perſonæ, & ſic ad illius perſonæ probationem, & teſtes habeant dicere cauſam cur ipſum recognoſcant, idcirco neceſſaria videntur interrogatoria; immò debet eis legi ſententia ad effectum, vt deponant an bannitus ſit idem in dicta ſententia nominatus, prout determinauit Sacra Conſulta die 23. ſeptembris 1634. vt ex infraſcripta Epiſtola Gubernatori Anconæ.

Illuſtre, e molto Reu. Sig. come fratello.

Si e veduto nella Sagra Conſulta il Sommario del Proceſſo, che VS. hà traſmeſſo ſopra la ricognitione della perſona di Angelo di Gio: Franceſco capitalmente Bandito per l'homicidio di Diambra dèl Monte Santo Vito, con la ſentenza, e quel di più, che hà inuiato, e queſti miei Signori Eminentiſſimi hanno riſoluto, che ſi traſmetti il Sommario del proceſſo informatiuo, aſſieme con gli atti, e che ſi faccia leggere la ſentenza ſudetta à teſtimonij eſaminati ſopra detta recognitione ad effetto, che deponghino, ſe il detto Angelo ſia il medemo, che è nominato nella ſentenza, & il Luogotenente vi faccia il decreto ſolito; e le deſidero ſalute. Roma 23. Settembre 1634.

Di VS. *Come Fratello*

Il Cardinal Barberino.

Ancona Gouernatore.

Ad contrarium vero reſpondetur quod
17 recognitio duplex eſt, vna quæ fit de re propria, & tunc non ſunt neceſſaria interrogatoria, altera, quæ fit de re aliena à perſona aliena, & tunc poſſunt dari interrogatoria, eò quia teſtes poſſunt falli, & per interrogatoria eorum fallaciam aperiri.

An legitimatio facta per confrontationem, ſiue etiam per repetitionem de proceſſu ſuper vulnere mortali afficiat reum ſuperueniente morte ex dicto vulnere.

Quæſtio CL.

SVMMARIVM.

Quando ius ſupponit ex cauſa de præterito fingitur retro. num. 1. Declara num. 10.

Mors retrotrahitur ad diem vulneris. num. 2. Declara. num. 11.

Diuerſum eſt fabricare proceſſum, immò illum legitimare ſuper vulnere, & fabricare, ac legitimare ſuper homicidio. num. 3.

Iudicium non procedit contra hæredem, antequam adeat. num. 4.

Legitimatio non ſequitur de homine vulnerato, licèt ſperetur mori. num. 5.

Citatio habita ſuper vulnere non arctat ſuper homicidio. num. 6.

Pronunciari poteſt ex proceſſu vulneris inſerta cauſa mortis. num. 7. Declara. num. 8.

Quando Proceſſus continet probationem alterius ſpeciei debet ſequi abſolutio. num. 9.

Legitimatio ſupponit ordinem iuris, & qualem. num. 12.

Expectari debet exitus vulnerati antequam contra reum procedi poſſit. num. 13.

Morte ſequuta vulnerati, confunditur vulnus cum homicidio. num. 14.

Conclusio ſupradicta ſupponit, quod teſtes fuerint, vel per confrontationem, vel per repetitionem, aut etiam per declarationem legitimati antequam vulneratus obierit; idcircò quæritur an ex inſtantia legitimata ſuper vulnere procedi poſſit ſuper morte poſtea ex dicto vulnere ſequuta.

Et pro affirmatiua videtur facere illud axioma, quod quando ius ſuperueniat ex
1 cauſa de præterito fingatur retro *l. qui ſtichũ 5. ff. de confeſſis Bald. in l. ſi retro §. qui antè n. 3. ff. de Pign. action.* idcircò ex eadem inſtantia legitimata ſuper vulnere mortali, poteſt procedi ſuper morte, veluti ſuper iure ſuperuento ex cauſa vulneris de præterito,
2 quia mors retrotrahitur ad diem vulneris *per textum in l. ita vulneratus, vbi Bald. ff. ad l. Aquil.* ac proindè ex proceſſu vulneris le-

legitimato poteſt ſubſequi condemnatio
delicti homicidij, quando ſit facta mentio,
quod vulnus fuerit mortale: *Bal. in conſ. 430*
ſub num. 1. lib. 5.

Pro negatiua verò, vti veriori dicimus,
quod diuerſum eſt fabricare proceſſum,
3 immò legitimare illum ſuper vulnere le-
thali, & legitimare ſuper homicidio ſequu-
to ex dicto vulnere, tum quia ſicut iudi-
cium non poteſt formari ſub obligatione
futura, vt eſt *text. in l. non quemadmodum ff. de*
iudicijs, ſed debet eſſe de præſenti, ita nec
proceſſus ſuper homicidio futuro: eſſet
enim ſuperuacaneus *l. litigantes §. fin. ff. de*
receptis arbitris, & facit exemplum de hære-
de, qui conuenitur à creditoribus, ante-
4 quam adeat, contra quem non procedit
iudicium, licèt ſperetur, quod adiret, & ſic
exceptio hæreditatis nondum aditæ impe-
dit proceſſum; & ratio eſt, quia interim
hæres non eſt obligatus, nec ſolutioni, nec
iudicio ſubeundo: *Bald. in d. l. non quemad-*
modum nu. 2. ff. de Iudicijs, quod idem ex qua-
dam proportione procedere videtur circà
delinquentem, qui conuenitur antequam
5 homicidium ſequatur; non enim procedit
legitimatio, licèt ſperetur hominem vul-
neratum mori, & ratio eſt: quia reus inte-
rim non cenſetur obligatus de homicidio,
tum quia aliud iudicium inſtituitur ſuper
vulnere, aliud ſuper homicidio ex dicto
vulnere; idcircò diuerſus etiam proceſſus
deſideratur, & per conſequens vnam, &
alteram legitimationem diuerſam requi-
rant, & ratio eſt, quia legitimatio fieri nō
poteſt ſine citatione, vndè citatio habita
6 ſuper vulnere non arctat ſuper homicidio
ex dicto vulnere ſubſequuto, ac proindè
mutata ſubſtantia Iudicij non procedit cō-
demnatio vnius in alteram pœnam diuer-
ſorum delictorum *l. vltima ff. ad exhibendum.*
Bald. dicto conſil. 430. ſub dicto num. 1. circa
finem.

Dices, quod licèt proceſſus ſuper vulne-
re mortali fabricatus non ſit eiuſdem ge-
neris, & forma cum proceſſu homicidij:
attamen pronunciari poteſt ex proceſſu
7 vulneris inſerta cauſa mortis in dicta pro-
nunciatione *in l. ſi vulnerato ff. ad l. Aquil.*
Bald. in l. non quemadmodum num. 3. verſ. con-
trarium ff. de Iudicijs. Reſpondetur, quod
huiuſmodi pronunciatio non ex proceſſu
legitimato ſuper vulnere, ſed ex proceſſu
8 vulneris legitimato poſt ſequutum homi-
cidium procederet, idcircò cum miſterio
dicit, quod pronunciari poteſt ex proceſſu
vulneris inſerta cauſa mortis. Hinc vo-
luit *Bald. in l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his,*
qui not. infam. num. 11. quod quando pro-
9 ceſſus continet probationem alterius ſpe-
ciei debet ſequi abſolutio, quaſi indebitè
fabricatus, vndè cum legitimatio habita
ſuper vulnere fuerit habita ſuper delicto
alterius ſpeciei ab homicidio, idcircò non
poteſt deſeruire ad punitionem homicidij.

Et ad illud, quod dicitur de iure ſuper-
ueniēte ex cauſa de præterito fingitur retro
ac idcircò ex eadem inſtantia vulneris pro-
cedi poſſe ſuper homicidio, veluti ſuper
iure ſuperuento ex cauſa vulneris dicimus,
10 quod hæc propoſitio dupliciter intelligi
poteſt vno modo, quando fuerit actum
de occiſo per errorem, antequam vulnera-
tus fuerit mortuus, & tunc ſequi poteſt
condemnatio ſi poſtea moriatur, vt in di-
ctis iuribus in l. is, qui ſtichum ff. de pign. actio.
altero modo quando proceſſus, & inſtan-
tia fuerit integra, hoc eſt non fuerit legiti-
mata, & hoc etiam caſu poteſt ſequi con-
demnatio ſuper homicidio, morte ſubſe-
quuta; ideò aduertit *Bald. in l. ſi ita vulne-*
ratus num. 1. verſ. ego credo ff. ad l. Aquil. quod
proceſſus poſſit inchoari, ſcilicet ſuper vul-
nere, ſed non dicit, quod poſſit perfici non
expectato exitu vulnerati, quapropter cum
legitimatio ſit quædam perfectio; proceſ-
ſus legitimatus ſuper mortali vulnere non
afficiat reum ſubſequuta morte, ſed requi-
ritur noua legitimatio, & cum dicitur,
11 quod mors retrotrahatur ad diem vulne-
ris intelligitur ad diē proceſſus ſuper vul-
nere ſimpliciter pro informatione inchoa-
ti, ſed non perfecti per legitimationem,
nam legitimatio ſupponit ordinem iuris,
12 nimirum quod prius fuerit cum reo con-
teſtatum homicidium, & ſuper eo poſtea
legitimatus proceſſus, quod minimè dici
poteſt ſeruatum, quando fuerit legitima-
tus ſuper vulnere tantum, ac proindè in
Tribunalibus omnibus praxis rationabilis
inoleuit expectandi exitum vulnerati ſu-
13 ſpendendo proceſſum ſuper vulnere,
quatenus fuerit inchoatus ſuper illo,
quià tunc ſi ſequuta fuerit mors, vul-
nus confunditur cum homicidio, & ſuper
14 illo lis conteſtatur: *l. illud quaſitum §. ſi idem*
vbi *Bald. ff. ad l. Aquil.* ſi verò ſanet de ſolo
vulnere pœnam reus reportat.

An

An cum Reus fuerit confeſſus furtum, ſi poſtea ſuper valore fuerint recepti teſtes, ſeu periti debeant iſti teſtes, ſeu periti confrontari, ſeu repeti.

Quæſt. CLI.

SVMMARIVM.

Ex qualitate, & quantitate rei derubatæ aliquando augetur pæna. num. 1.

Teſtes, ſeu periti recepti pro æſtimando valore rei derubata non ſunt legitimandi, & quare. num. 2. *num.* 6. *&* 9.

Forenſis delinquens in alieno territorio punitur pæna Statuti dicti Territorij. num. 3. *& quare? nu.* 4.

Sufficit quod delinquens ſciat ſe delinquere, quamuis ignoret grauitatem pænæ Statuti, vt puniri poſſit dicti Statuti pæna. num. 5.

Valor rei derubatæ poteſt probari iuramento derubati. num. 7. *Declara. num.* 9.

Teſtes ſuper valore rei debent legitimari quando reus non eſt confeſſus. num. 10.

Confeſſio pari paſſu ambulat cum ſententia. nu. 11.

AD huius concluſionis euidentiam ſciendum eſt, quod aliquando reus cõfitetur ſimpliciter furtum commiſiſſe, cuius pretium, ſeu valorem ignorat, aliquando fatetur addendo pretium, & valorem rei derubatæ, veluti expertus de dictæ rei valore, hoc ſecundo caſu crederem non eſſe opus, quod teſtes, ſeu periti examinentur, niſi forſan ad iuſtificationem dictæ ſuæ confeſſionis, & hoc caſu non debent repeti, nec alio modo legitimati, vt alias dixi. In primo autem caſu cum debeant teſtes, vel periti examinari, poteſt dubitari ſi veniant legitimandi, & ratio du-
1 bitationis eſt, quia ex qualitate, & quantitate præmiſſa valoris rei derubatæ aliquando augetur pœna, & per conſequens pro legitimatione iudicandum videtur *Cyn. in l. tranſigere num.* 17. *C. de tranſact.*

Sed contrarium verius credo, nimirum quod huiuſmodi teſtes, ſeu periti non ſint repetendi, nec confrontandi, ſeu alio modo legitimandi, & ratio eſt, quia reus per
2 confeſſionem de re à ſe derubata implicitè ſe obligauit ad pœnam ſubeundam pro dicto furto comminatam, ſiue ſciat, ſiue ignoret valorum, ſeu pretium rei derubatæ, quoniam delinquendo, & poſtea confitendo videtur ſe aſtrinxiſſe legi loquenti de dicta pœna, vt per *Bald. in l. ſi duo num.* 2. *ff. de acquir. hæred.* confirmatur ex inſtantia de forenſi, qui in alieno Territorio deliquit, ignorans pœnas dicti Territorij pro dicto
3 delicto comminatas; nam ſi fuerit de dicto delicto confeſſus, implicitè videtur ſe ſubieciſſe pœnis dicti Statuti, quamuis à iure communi omni maiori modo exorbitantibus, dummodo de dicto iure communi, vel naturali delictum illud fuerit punibile, vt dicit *Gabriel Caſatus conſ.* 59. *num.* 27. *diuerſ. lib.* 2. *in magnis: Bald. in l. aperire ff. ad*
4 *Syllan.* & ratio eſt, quia delinquens videtur in culpa ſciens ſe patrare delictum dictis iuribus prohibitum, & punibile; quo caſu non attenditur eius ignorantia circa genus pœnæ *d. Caſatus in d. conſ. num.* 26. Ita pari modo dicendum eſt in caſu noſtrę concluſionis; ſufficit enim, quod delinquens ſciat
5 ſe delinquere delicto furti punibile, quamuis ignoret grauitatem pœnæ auctæ propter pretium, & valorem rei, quia per confeſſionem videtur cõſentire in dictam pœnam *l. vulgaris §. ſi quis eſt vbi gloſ. ff. de pactis*, & ſic non eſt opus, quod prædicti teſtes, ſeu periti ſuper dicto valore, & pretio recepti confrontentur, ſeu repetantur: ſeu alio modo legitimentur, quia potius ad ve-
6 rificationem confeſſionis; quàm ad reum afficiendum videntur adhibiti, & ſic cum pretium, & valor rei derubatæ quatenus conſiſtat in ſola æſtimatione non ſit diſtinctum ab ipſa re,, imò ſit ipſa res: *l. ſi & pretium ff. de petitione hæreditatis* nonniſi per modum verificationis ſuper eo valore teſtes, ſeu periti recepti videntur, & per conſequens nòn indigere alia legitimatione, &
7 hinc eſt, quod valor rei derubatæ etiam poteſt iuramento derubati probari: *Farinac. quæſt.* 24. *num.* 215. *Carpzzou. quæſt.* 78. *nu.* 59. *&* 60. *& eſt textus in l. ſi quando C. vnde vi verſ. ſi non potuerit, & in cap. fin. de his, qui vi, metuve cauſ. verſ. cum nonniſi, &c.* quod tamen procedit quando damnum paſſus habeat
8 notitiam rerum ſecus, ſi illas ignorat, vt quia ſit hæres ſpoliati: *Natta conſ.* 238. *nu.* 11. ex quo infero, quod vbi valor rei derubatæ fuerit probatus per Dominum, non videtur neceſſaria legitimatio proceſſus ſuper valore fabricati, & præcipuè quando fur fuerit confeſſus, ita pari modo non vi-
9 detur neceſſarium, quod huiuſmodi teſtes cum reo confeſſo confrontentur, vel repetantur, vel alio modo legitimentur, cum per confeſſionem prædictæ depoſitiones fuerint legitimatæ, ac cum Fiſco quoad pœnam reus videatur contraxiſſe; *Bald. in l. ſi-*

l. ſicut maior num. 5. C. de repul. vel abſtinen. hæred.

10 Quid autem ſi reus non fuerit confeſſus, reſpondetur, quod tunc non videtur dubitandum, quin teſtes ſuper valore, & pretio recepti debeant legitimari, & ratio differentiæ eſt, quia cum Fiſcus intendat procedere contra reum ad formam legis punientis huiuſmodi delictum oportet, quod teſtes ſupradictam formam deponentes habeant efficaciam, quæ nonniſi per legitimationem haberi poteſt, quod non eſt ita, quando reus eſt confeſſus cum per ſuã confeſſionem quaſi deſtinatus pœnæ, videatur, vt *per Bald. in l. ea, quæ num. 25. C. de condit. indebit*: eò quia confeſſio pari paſſu ambulat cum ſententia: *Bald. in l. quid ergo*
11 *§. ex compromiſſo num. 2. ff. de his, qui not. infam.* at verò quando non eſt confeſſus oportet, quod teſtes legitimentur, vt reus conueniri poſſit, quia teſtes prædicti funguntur officio probandi nõ ſimpliciter verificandi, prout faciunt, quando adeſt Rei confeſſio, quæ eſt mera delicti probatio, vt dicit *Bald. in l. certi conditio num. 9. ff. ſi certum petat.* idcircò non indiget Fiſcus alia probatione; cum confeſſio ſit maior alijs probationibus, ſed opus eſt, vt dictam confeſſionem verificet.

An detur caſus, in quo ſit neceſſaria confrontatio.

Quæſtio CLII.

SVMMARIVM.

Confrontatio licèt in alijs caſibus ſit arbitraria in ſocio criminis eſt neceſſaria. num 1.

Socius criminis poteſt cogi ad ſe confrontandum. num. 2.

Socius criminis debet torqueri in faciem alterius ſocij. num. 3.

Socius criminis torquetur in caput abſentium. nu. 4. Declara. num. 5.

Socius criminis, antequam cum ſocio confrontetur, debet prius ratificare ſuam confeſſionem in tortura. num. 6.

Confrontatio ſocij criminis conſiſtit in lectura examinis, quæ debet eſſe ſicca. num. 7.

Reus confeſſus delictum, & negans offenſum debet illi inter plures oſtendi, vt recognoſcat, & cum illo confrontari. num. 8 & ad hoc poteſt cogi. num. 9. Declara. num. 10.

QVOD confrontatio non ſit arbitraria, ſupra diximus, modò videñ an detur caſus, in quo neceſſa-
1 riò ſit facienda; & dicimus dari in multis caſibus, & primo dari in ſocio criminis, qui ita neceſſariò confrontari oportet, quod ſi recuſat poteſt cogi, vt inquit *Pegna*
2 *in director. inquiſit par. 3. comment.* 129. quem ſequitur *Lucatell. inſpect. 5. num. 234. per tex. in cap. ſuper ea, & cap. peruenit de teſtibus cogen.* argum. a teſtibus ad reum, qui in illo caſu vti teſtis adhibetur contra eius ſocium, aliàs pœnitùs rueret illius depoſitio: *Clar. quæſt. 45. verſ. cæterum*, & in tantum hoc eſt verum, quod non ſolum debet confrõ-
3 tari ſed etiam in faciem alterius ſocij torqueri: nec ſufficeret, quod aliàs in abſentia fuerit tortus, vt dicit *Farin. conſ. 55. num. 4. in fine Rolan. conſ. 16. num. 17. & cõſ. 73. n. 22. & ſeq. lib. 1. Hieron. de Monte quæſt. 16. num. 22. Maſcard. de probat. concl. 158. num. 3. & concl. 462. num. 28. & concl. 757. num. 34.*

Dices, quod inoleuit quædam practica, per quam ad conualidandum dictum ſocij
4 criminis contra ſocios contumaces, & abſentes deuenitur ad torturam, vt dicitur in caput abſentiũ, de qua *Cartar. in ſua praxi lib. 4. cap. 2. num. 14. Ambroſin. de proceſſ. inform. lib. 2. cap. 9, num. 12. & ſeqq.* ideò videtur attendenda etiam tortura non illata in faciem ſocij criminis. Reſpondetur, quod quando infertur tortura pro validan-
5 da depoſitione, ſeu dicto ſocij criminis illa debet inferri, vel in faciem dicti ſocij præſentis, vel ſi abeſt saltẽ ipſo citato, *Boer. deciſ. 319. poſt num. 4. Clar. quæſt. 21. verſ. quæro numquid in fine, Vulpell. conſ. 30. numer. 7. & conſil. 83. nu. 8. quos allegat Farin. conſ. 79. num. 13. in fine*, & *Guazz. in defenſ. 24. cap. 9. num. 9.* dicit, quod practica ſupradicta ſibi non placet, nec eſt bona, nec iuridica cum per illã abſens ſine citatione non debet grauari, & eſt fruſtratoria, niſi ſequatur ſententia contumacialis, per quam proceſſus poſtea legitimatur, vt infra dicam quæſt. ſeq.

Aduertendum, quod antequam Iudex deueniat ad confrontationem Rei cum ſo-
6 cio criminis debet prius reus ſuam confeſſionem ſi illam emiſerit in tortura ratificare extra locum tormentorum, vt tradunt *Ambroſ. de modo forman. proceſſ. inform. lib. 2. Burſatt. conſ. 201. num. 55. lib. 2. Marſ. in pract. §. diligenter num. 153. Farin. quæſt. 43. num.* 138. & huiuſmodi confrontatio, hoc
7 eſt actus, qui conſiſtit in lectura examinis facienda in confrontatione debet eſſe ſicca, videlicet non debet recenſeri omnes qualitates,

tates, & circumſtantiæ delicti ad hoc, vt ſi ſocius contingat torqueri, vel examinari non reddatur inſtructus ad confitendum, vt dignoſci poſſit fatendo, an dicat veritatem facti, necne *Farin. quæſt. 72. num. 139. verſ. verum quando, Lucatell. dicta inſpect. numer. 230.*

Secundo dari caſus in Reo, qui confeſſus fuit delictum, ſed negauit offenſum,
8 tunc vt illum recognoſceret; oportet, quod inter plures ille ei oſtendatur, & cum illo confrontetur, *vt poſt Clarum quæſt. 45. verſ. ſed in propoſito* dicit *Cartar. de interrog. reos lib. 3. cap. 1. num. 88. Lucatell. vbi ſupra num. 235.*
9 quod ſi reus recuſat confrontari, poteſt torqueri, vt ſe diſponat ad dictam confrontationem ad effectum, vt ab eo recognoſcatur offenſus nominatus.

Et aduertendum, quod in hoc caſu, in quo eſt neceſſaria confrontatio, oportet, quod Iudex fuerit certus, quod reus
10 poſſit recognoſcere nominatum ab eo, & quod ex circumſtantijs, & ſignis enunciatis per reum nominatus ſit ille, de quo quæritur *Lucatell. de quæſtion. iudicial. inſpect. 5. num. 136. verſ. interim pro regula.*

An ſocius criminis tortus in caput abſentis ſi abſens poſtea compareat, vel carceretur iterum debeat confrontari, & torqueri ad faciem eius.

Quæſt. CLIII.

SVMMARIVM.

Abſens per contumaciam ad ſui damnum habetur pro præſente. num. 1.

Socius tortus in caput abſētis non eſt opus, quod denuò torqueatur, ſi poſtea abſens compareat. num. 2. Declara. num. 3.

Abſente condemnato per ſententiam, ſi poſtea comparuit, non eſt opus, vt denuò ſocius cum tortura confrontetur. num. 4. Secus ſi dumtaxat fuerit bannitus, & non condemnatus per ſententiam, vel contumacia fuerit nulla. num. 5. & 6.

Confrontatio ſocij criminis torturati in caput abſentium non eſt opus, vt denuò torqueatur ſi procedatur virtute poteſtatis extraordinariæ. num. 7.

ET pro ratione dubitandi videtur dicendum, quod cum ab-
1 ſens per contumaciam habeatur pro præsēte ad ſui damnum: *Bald. in auth. qua in prouincia C. vbi de crimin. agi oportet Marſil. de bannitis in verb. iuris ordine, &c. num.* 150. idcircò ſi poſtea compareat, vel carceretur, non eſt opus
2 vt denuò ei ſocius cum tortura confrontetur: *Farin. conſ. 85. numer.* 25. quia lex habuit illum pro præſente.

Sed ad huius concluſionis euidentiam ſciendum eſt. quod reus abſens dupliciter
3 conſiderari poteſt, vno modo quatenus vltra abſentiam fuerit etiam in contumacia condemnatus; altero modo quatenus fuerit ſimpliciter abſens, ſi reus conſideratur primo modo, tunc ſi reus fuerit captus, vel
4 ſponte comparuerit ſocius iam in ſui caput quæſtionatus non debet denuò in eius faciem confrontari, nec torturari, niſi contumacia fuerit nulla, quia tunc ſeruatur practica. *Ambroſi. in tract. de proceſſ. informat. lib. 2. cap. 9. num. 12. & 13.* ſi verò conſide-
5 ratur abſens, ſecundo modo tunc quia huiuſmodi tortura non fuerit illata, citato reo nihil operatur, vt notat *Farin. conſil. 55. num. 4. in fine*: ibi nec ſufficeret: quod aliàs in ſua abſentia tortus fuiſſet, & hoc idem ſentit *Scialoya in praxi torquendi reos cap. 10. num. 27. & Guazz. defenſ. 24. cap. 9. num. 9.* admonet aduocatos hoc ſibi deſeruire ad irritandum dictum ſocij criminis, qui fuit tortus ad afficiendum complices abſentes ſecundum quorumdam practicam, quam ipſe vidit aliquando obſeruari; ſed eius iudicio non eſt bona: nec iuridica, vt ſupra dixi in proxima quæſtione, cum per illam abſens ſine citatione grauari non poteſt, ſed remanet fruſtratoria: niſi ſequatur ſententia, per quam poſtea proceſſus legiti-
6 matur, & ſubiungit *num.* 14. quod in tantum requiritur ſententia, vt nec etiam ſufficiat, ſi ſolum eſſet poſitus in banno, & ſic factus ſimpliciter contumax: *Caualcan. de brachio reg. par. 5. num. 200. verſ. quid ſit reus, &c.* confirmatur *per Sanfelicium deciſ. 37 num. 2.* ibi abſentibus verò nominatis torqueri citatis nominatis, & dicit ita obſeruatum fuiſſe *die 17. Martij 1625. in cauſa Baptiſtæ, ſeu Titiæ Tizzani, &* interpoſitum decretum, quod repetatur cum tormentis citatis nominatis, & ita fuit exequutum, &
7 ſubiungit limitādo, quòd huiuſmodi repetitio non erit neceſſaria, quādo proceditur vir-

virtute poteſtatis extraordinariæ, vt dicit *Crandes in tract. de bello exulum in ſpecial. 90.* & in aliis caſibus poſitis per *Foller. in practic. in verb. & ſi confitebuntur in tertia parte n. 41. 42.* & ex his videtur reſponſum dubitationi ſupra deductæ.

An Iudex impedire poſſit Reum, ne teſtes confrontatos interroget cum interrogatorijs.

Quæſtio CLIV.

SVMMARIVM.

Interrogatoria ſunt in duplici differentia intentionalia ſcilicet, & coherentia, & quæ num. 1.

Interrogatoria intentionalia non ſunt permittenda fieri. num. 2. Et quare num. 3.

Teſtis debet deponere pro vtraque parte etiam ſuper eo quod pertinet ad Rei intentionem. num. 4. Declara. num. 5.

Interrogatoria coherentia poſſunt dari à Reo tam in voce, quam in ſcriptis. num. 6.

Iudice recuſante, quod Reus in confrontatione interroget teſtem cum interrogatorijs in ſcriptis debet poſtea concedi repetitio. numer. 7. Et quare ibidem.

INterrogatoria in duplici ſunt differentia, alia enim ſunt intentionalia, alia coherentia examini teſtium: prima ſunt illa quæ non ſolum intendunt capere teſtes, ſed etiam quod probent pro inquiſito extra illud, quod teſtes depoſuerunt; coherentia autem ſunt illa quæ vertuntur circa teſtium dicta circa quæ intenditur cum interrogatorijs inuoluere teſtes, vt de fide minuātur; quoad prima interrogatoria certum eſt, quod non ſunt permittenda, vt teſtes cum illis interrogētur etiā in ſcriptis nam interrogatoria quæ non pertinent ad teſtium dicta etiam quod concernant defenſionem, ac intentionem, ſeu exceptionem interrogantis non ſunt admittenda, ſed reſecanda ne reus, ſeu interrogans conſequantur indirectè id, quod nō poſſunt directè videlicet, vt examinentur teſtes in ſua exceptione, & intentione ſine interrogatorijs aduerſarij, ſeu accuſatoris, vel Fiſci, *Scaccia de indicijs cap. 8. num. 878. lib. 2. Farin. de teſtibus quæſt. 73. num. 38. & 72.*

1 (margin, beside "enim ſunt intentionalia")
2 (margin, beside "tum eſt, quod non ſunt permittenda")
3 (margin, beside "exceptione, & intentione")

Dices, quod ſicut Iudex poteſt immò debet teſtes interrogare de omnibus à quibus veritas erui poteſt, & teſtis debet deponere pro vtraque parte, etiā ſuper eo quod pertinet ad Rei intētionem, *Theſaur. dec. 161. nu. 2. & 3.* ita non videtur inconueniens, quod huiuſmodi interrogatoria dari poſſint à reo: Reſpondetur, quod obiectum procedere poteſt vbi pars non opponet, nec curat interrogatoria reſecari, ſed vbi opponitur nullo modo admittenda ſunt faciunt ea quæ tradit *Tuſcus in verb. interrogatoria concluſ. 318. num. 2.*

4 (margin, beside "nere pro vtraque parte")
5 (margin, beside "cedere poteſt vbi pars non opponet")

Quo verò ad interrogatoria coherentia vtique in voce, & in ſcriptis dari poſſunt à Reo cui teſtes confrontantur, vt notabiliter dicit *Guaz. defenſ. 20. cap. 21. nu. 9.* immò dicit ſi Iudex recuſaret confrontationem facere cum dd. interrogatorijs in ſcriptis datis debet cōcedi poſſe fieri repetitionem teſtium cum clarè appareat Iudicem noluiſſe illos ſufficienter interrogare.

6 (margin, beside "Reo cui teſtes confrontantur")
7 (margin, beside "cum dd. interrogatorijs")

An teſtes confrontati cum tortura ſi veniant repetendi debeant denuò torqueri.

Quæſtio CLV.

SVMMARIVM.

Teſtes alias torturati ſi eſſent repetendi non debent denuò torqueri. num. 1.

Macula ſemel purgata per torturam non eſt amplius purganda per aliam repetitam torturam. num. 2. & num. 4.

Tortura immediatè illata teſti poſt confrontationem, vt fides illius excitetur non debet repeti. num. 3.

Vnus ſociorum criminis confrontandus cum pluribus alijs ſocijs debet ſeparatim cum ſingulis confrontari, & torqueri. num. 5. Declara. num. 6.

ALiquando teſtes torquentur, vel ad delendam maculam, vt reum afficiant, vel ad videñ in quo dicto perſiſtant ob illorum variationem modo quæritur ſi aliqui ex dictis teſtibus fuerint in cōfrontatione torturati, vt reum afficiant an denuò torqueri debeant ſi repeti oporteat, &
1 dicimus quod tortura non debet repeti. & ratio eſt quia huiuſmodi tortura non infertur pro confirmatione depoſitionis, ſed vt teſtis magis euadat idoneus, maximè quādo infertur ad maculam delendam quæ eſt quædam priuatio debiti honoris, & digni-

tatis quæ homini bonæ in dolis debetur, vt dicit *Bald. in l. cunctos populos n. 42. C. de Summ. Trin.* reſultans ex infamia quæ eſt quædam pœna afflictiua famæ, vt dicit idem *Bald. in l. & ſi libidine nu. 2. C. de adulterijs* opinionem teſtis apud graues, & honeſtas perſonas aggrauans, vt notat *Natta conſil. 418. num. 25.* quæ non poteſt auferri niſi per aliquam aliam pœnam exteriorem, ideò cum prædicta
2 macula fuerit ablata per vnam torturam non eſt opus, vt denuò torqueatur.

Dices cum *Ambroſino cap. 3. num. 17. lib. 3.* quod repetitio fieri debet cum omnibus requiſitis, quibus teſtes repetendi nunquam fuiſſent examinati: & ideò ſi eſſent teſtes quorum dictis non eſſet adhibenda fides, niſi cum tortura non ſufficeret, quod prius fuiſſent examinati in tormentis, & quod denuò iuraſſent, ſed etiam opus eſſet, vt iterum poſt iuramentum ponerentur in tormentis, vt in dicto eorum perſeuerarent.

Reſpondetur, quod Auctor iſte loquutus fuit de illa repetitione quæ immediatè fieri debet poſt ſuſceptam delicti informationem quo caſu illa tortura non habetur in
3 conſideratione, non autem de illa repetitione quæ immediatè fieri opportet poſt confrontationem, quo caſu cum tortura fuerit adhibita, vt fides teſtibus præſtanda ſit non videtur neceſſarium, vt eadem fides per torturam denuò excitetur, quia iam operata fuit effectum ſuum, nimirum idoneitatem teſtium; idcircò in repetitione non indigent, vt amplius idonei fiant, ſed dumtaxat ſufficit, vt nouo iuramento repetantur, quæ repetitio dum fit ad inſtantiam
4 inquiſiti, ſufficit quod teſtes ſuper eorum examinibus audiantur cum iiſdem inquiſiti interrogatorijs, quia quoad Fiſcum teſtes effecti ſunt idonei, & hæc videntur probari per *Lucatell. in ſuis lucubrationibus inſpectio quinta num. 260.* vbi dicit quod quando plures ſunt rei criminis, & teſtis torquendus eſt ad purgandā maculam prouenientem ex inhabilitate ratione infamiæ, vel criminis poteſt vnica vice in caput omnium tortura inferri abſque alia confrontatione, non autem ſingulariter in faciem ſingulorum, quia teſtis ſemel tortus amplius torqueri non debet, *Farinacc. conſ. 83. nu. 5. Boſſ. tit. de mand. ad homicid. num. 31. & ſeqq. Burſat. conſil. 216. ſub numer. 113.* benè verum eſt, quod poſtea extra torturam ſer. ſer. debent repeti citatis reis principalibus, *Guaz. defenſ. 24. cap. 9. nu. 9.*

Quando autem ex pluribus ſocijs criminis vnus faſſus fuit de ſe, & de conſocijs eſt
5 torquendus in faciem aliorum, & tunc cum vnoquoque eſt facienda confrontatio ſeparatim, & qualibet vice eſt torquendus in tortura, quando contra ſingulos deponeret de diuerſis actibus puta contra vnum de
6 mandato contra alium de auxilio cooperatiuo, & ſic de ſingulis; Cæterum vbi de vnico actu ſolo, ſeu pluribus contra omnes indiſtinctè, prout idem *Lucatellus* difuſe ſcribit vbi ſupra *num. 261. fol. 178.*

An ſtylus confrontandi in curia Gubernatoris procedat quoque contra minores.

Quæſtio CLVI.

SVMMARIVM.

Minor non eſt comprahenſus ſub conſuetudine pœnali. num. 1.

Minor non eſt compræhenſus ſub ſtylo Tribunalis Gubernatoris. num. 2.

Minor indiget alterius auxilio cum careat perfecto cōſilio. num. 3.

Minor olim non poterat conueniri, nec etiam eſſe in iudicio minuſque recipi eius confeſſio abſque Curatore. num. 4.

Iudicis præſentia ſupplet defectum Curatoris in criminalibus contra minorem. num. 5.

Minor 14. annorum habetur pro maiori in criminalibus quoad proceſſum non autem quoad pœnam. num. 6.

Minores in interrogandis, & repetendis teſtibus non habentur pro ſagacibus licet repetitio, & interrogatio ſint de proceſſu. num. 7.

Minor in his quæ pendent ab artificio iuris habetur pro maiori. num. 8. Declara. ibidem.

Minor in his quæ conſiſtunt in hominis ſimplicitate non habetur pro maiori. num. 9.

Minor racuſans interrogare teſtes in confrontatione haberi debet pro ſimplici. num. 10. Et quare. ibidem.

Iudex licet ſuppleat ſimplicitatem minoris tamen non ſupplet prudentiam hominis. num. 11.

Iudicis officium eſt ſupplere defenſiones minoris. num. 12.

ET videtur negatiuè, reſpondendum nam ſicut
1 minor non compræhenditur ſub conſuetudine pœnali, vt latè tradit *Farinacc. quæſt. 92. n. 142.* & præcipuè *nu. 146.* ita compræhendi non debet ſub ſtylo dictæ Cu-
2 riæ veluti à iure exorbitantiſſimo tamquam priuatiuo defenſionum nam ratione ſimplicitatis quæ præcipuè conſideratur in minore,

re, vt dicit *Bald. in rub. C. de verum permutat. num. 8. in fin.* non habetur vti vir prudens,
& ſagax, ideò indiget alterius conſilio cum
3 careat proprio; maximè in ijs, quæ verſantur circa interrogatoria fienda quorum
ars difficilima eſt, vt alias dixi, & non
niſi doctis, & ſagacibus relinquenda eſt;
Immò ſicut olim per *textum in l. clarum, C. de*
4 *author. præſtanda* minor non poterat conueniri, nec etiam eſſe in iudicio minuſque recipi eius confeſſio abſque Curatore, vt docet *Roland. conſ. 31. num. 1. lib. 1.* ita hodie in
re tam præiudiciali, prout eſt priuare minorem beneficio repetitionis teſtium non
poteſt ſine Aduocatis prohiberi, ne teſtes
contra eum confrontatos cum interrogatorijs repetere poſſit.

Dices, quod de conſuetudine prædicti
minores in criminalibus non ſolum conſti-
5 tuuntur, ſed etiam torquentur abſque Curatore, eo quia præſentia Iudicis ſupplet
defectum Curatoris, prout oſtendit *Cartar. in prax. interrog. Reos lib. 1. cap. 3. num. 5.* & de
huiuſmodi obſeruantia, teſtatus fuit *Boſſ. in tit. de confeſſ. nu. 64. Angel. de malef. in verb. comparuerunt, & confitemur num. 8.* quia in delictis
6 minor dummodò ſit maior 14. annorum,
quoad proceſſum non quoad pœnam habetur pro maiore, vt latè tradit *Scap. de iure non ſcripto lib. 5. cap. 47. num. 25.*

Reſpondetur, quod licet teſtes interrogare, & illos repetere cum interrogatorijs
ſit de proceſſu non idcircò minor pro ma-
7 iori in his haberi debet, nam ſciendum eſt,
quod quædam conſiſtunt in iuris arte; nimirum quod aliquo iuris artificio habeatur
8 minor pro maiori, videlicet quandò iurat
nam iuramentum repræſentat quem maiorem, *Mancinus de iuramento part. 4. Effectu 37. num. 1.* idcircò non eſt mirum, quod confeſſio minoris non requirat præſentiam Curatoris; quia cum iurauerit dicere veritatem præſumitur, ac ſi fuerit maior, & puram veritatem dicere voluerit, & præcipuè
quando in Iudicis præſentia fuerit cõfeſſus
9 quædam verò conſiſtant in hominis ſimplicitate, vt donare ſine cauſa nam qui donat ſine cauſa non poteſt efficaciter conueniri, *l. ſecunda, §. circa qua, ff. de exceptione doli*,
vndè cum minor renunciauerit interrogare teſtes confrontatos videtur ex quadam
10 ſui ſimplicitate ſine cauſa renunciaſſe, ſeu
quaſi donaſſe hoc ius Fiſco; idcircò non
poteſt efficaciter conueniri cum ſibi non
præiudicauerit in beneficio repetitionis, &
Iudex monendo illum quod interroget teſtes ſibi confrontatos; eo quia huiuſmodi
teſtes de ſtylo Tribunalis poſtea amplius
non repetuntur illi non præiudicat, quia
huiuſmodi ſtylus cum ſit contra ius non
debet obſeruari in minoribus ſtante, quod
habeant conſilium naturaliter imperfectũ;
& ſic nec per ſtylum; nec per Iudicis præſentiam arte aliqua ſuppleri poteſt, *Bald. in l. 1. num. 4. C. ex quibus cauſis infam. inroget.* Sed
dato, & non conceſſo, quod Iudicis præ-
11 ſentia ſuppleat, ac ſtyli obſeruantia illum
faciat maiorem tamen fingere non poteſt
illum hominem prudentem, aut ſagacem
ita vt cum poſſit prudenter interrogare pari prudentia recuſare valeat, & ſic prohiberi
poſſit poſtea, vt repetat; Immò cum teſtium repetitio ſit quædam defenſio, Iudicis
12 officium erit illam supplere, *l. ſi non defendatur, ff. de pœnis, l. 1. in fin. ff. de quæſtion.* quod
eſt legibus conſonum, & iuri publico, &
officio ſuo congruum, *Bald. in l. 1. nu. 1. C. vt quæ deſunt Aduocatis, &c.*

An Reus qui in confrontatione recuſat interrogare poſſit contra ſtylum Tribunalis Gub. Vrbis petere copias proceſſus, vt eius Aduocati poſſint interrogatoria conficere.

Quæſt. CLVII.

SVMMARIVM.

In confrontatione duo conſideranda ſunt nempè legitimatio quæ ſpectat ad Fiſcum, & interrogatio quæ ſpectat ad Reum, & ad Iudicem illam promouere. num. 1.

Interrogatio per ſtylum impediri non poteſt cum ſapiat defenſionem. num. 2.

Reus in confrontatione monitus, vt interroget teſtes, & reſpondeat velle illos interrogare, ideò petit copias indiciorum ad effectum conficiendi interrogatoria debet admitti hæc reſponſio. num. 3. Et quare. ibidem.

Stylus Tribunal. Gubern. de non repetendis teſtibus confrontatis in duobus tantum caſibus locum habet nimirum, quando teſtes fuerunt legitimè interrogati, & quando Reus recuſauit expreſsè interrogare. num. 4.

Copia indiciorum debet concedi non obſtante contraria conſuetudine. num. 5.

Copiæ indiciorum prius concedi debent ad effectum cõficiendi interrogatoria, & interim proceſſus legitimari non debet. num. 6.

Stylus Tribun. Guber. vti exorbitans à iure ſtrictè interpretari debet. num. 7.

Interrogatoria non poſſunt fieri ex improuiſo, ſed cum grano ſalis ab habente bonam legum ſupellectilem. num. 8.

AD huius quæſtionis intelli-
gentiam ſciendum eſt, quod
in confrontatione quæ de
ſtylo Tribunalis Guber. fieri
ſolet duo cõſiderari debent;
vnum quod ſpectat ad Fiſcũ
quod eſt ille actus legitimandi per confron-
1 tationem, & actus iſte poſt quam fuerit le-
gitimè completus iuxta ſtylum prædictum
amplius nõ poteſt per alium actũ legitima-
tionis reiterari: Alterum quod ſpectat ad
Iudicem, nimirum quod teſtes, ac reum
interrogat, eique reo facultatem interro-
gandi teſtes præſtat.
Quoad primum, vt dixi prohibitum eſt
reo amplius repetere ſi finit ſine vlla pro-
teſtatione confrontationem perficere.
Quoad ſecundum cum ſit actus boni viri,
cuius eſt reorum defenſiones promouere
non videtur per prædictum ſtylum impe-
diri ne reus per proteſtationem ſe cautellet
circa interrogatoria danda, & hoc reſpectu
2 Iudex in eademmet confrontatione requi-
rit reum an velit teſtes interrogare præmiſ-
ſa admonitione; quod de ſtylo Tribunalis
teſtes confrontati amplius non repetuntur
3 quo fit, vt admitti debeat reſponſio eiuſ-
dem Rei eo modo quo ipſe emittit, ac pro-
indè ſi reſponſio emiſſa ſit, quod intendit
illos interrogare; ac idcircò petit ſibi dari
competentem terminum ad conſulendos
ſuos defenſores ad effectum conficiendi in-
terrogatoria prout ſibi à iure permittitur,
ac propterea inſtat ſibi copias indiciorum
tradi nõ poteſt ei vllo modo denegari, quia
hoc non ſpectat ad Fiſcum, veluti aduer-
ſarium impedire cum non reſpiciat ad ſty-
lum prædictum, qui in duobus tantum ca-
4 ſibus locum habet, nimirum quando te-
ſtes fuerint confrontati, & ſufficienter, ac
legitimè interrogati, & quando expreſſè
ſine vlla proteſtatione fuerit recuſatum
illos interrogare, ſed in caſu noſtræ con-
cluſionis, teſtes non ſolum non fuerunt in-
terrogati, ſed nec etiam fuit recuſatum illos
interrogare; immò expreſsè reſeruatum de
illis interrogandis; idcircò ſtylus iſte non
valet impedire ſecundum ea quæ tradit
Guazz. defenſ. 20. cap. 21. numer. 6. circa finem,
Farinacc. quaeſt. 72. num. 145. & ſeqq. & ideò,
vt huiuſmodi ſtylus afficiat etiam in caſu
noſtro opus eſt verificare quod fuerit ſer-
uatum etiam in caſu quo reus fuerit prote-
ſtatus eo modo quo ſupra, & ſic in con-
ſuetudinem tranſierit, *Farinacc. conſil. 217.*
num. 11. & ſeq. Gratian. diſceptat. 684. num. 52.
& ſeq. Rota deciſ. 227. num. 17. part. 7. recentior.
& deciſ. 227. num. 17. part. 7. recent. & deciſ. 215.
numer. 4. ad ſecundum volumen Conſil. Farinacc.
præſertim cum ſit contra ius, & diſpoſitio-
nem *textus in cap. qualiter, & quando il ſecondo,*
§. debes igitur de accuſat. Iubens dari copias huiuſ-
modi, &c. quia tũc probari debet ita adamuſ-
ſim fuiſſe obſeruatum referunt *Farinacc. con-*
ſil. 156. num. 23. & dicto conſ. 217. nu. 12. & 13.
Marcheſ. de commiſſ. nullit. ſanat. part. 3. nu. 67.
fol. 67. Rota deciſ. 993. n. 3. part. 1. non obſtan-
te quod *Guazz.* & cæteri allegati non expri-
mant quod ſint concedendæ copiæ, ſed
quod poſſit reus dumtaxat dare interroga-
toria in ſcriptis, quia hoc fieri debet per ne-
5 ceſſe prout copias concedi debere non ob-
ſtante contraria conſuetudine, firmat *textus*
in dicto §. debet igitur, Farinacc. dicto conſil. 156.
num. 23. 47. Et optima comprobatur ratio-
ne, quia confrontatio ſupplet dumtaxat
defectum citationis, perinde ac ſi repetitio
parte citata facta foret, non autem quod
interrogatoria in ſcriptis dare non poſſint,
Ambroſinus de proceſſ. informat. lib. 2. capit. 9.
nu. 34. Guazz. defenſ. 20. cap. 21. nu. 1. Ideoque
cum in confrontatione militet eadem ra-
tio deducta in repetitione certum de iure fit
6 quod prius concedi debent copiæ ad effectũ
conficiendi interrogatoria, & interim pro-
ceſſus legitimari non debet, & reiecto ſty-
lo de partibus ita ſeruari in Curia compro-
bat *Guaz. defenſ. 24. cap. 6. nu. 6. & 12.* iuncta
defenſ. 25. cap. 1. numer. 1. & 11. adeò vt con-
frontatio, ſeu repetitio fieri nequeat præ-
uia lectura depoſitionis pro informatione
curiæ receptæ niſi prius teſtes repetantur
ſuper interrogatoriis ipſius Rei, vt docet
Guaz. dicta defenſ. 25. cap. 3. num. 11. Caball. ca-
ſu 269. num. 191. Quæ tanto facilius admitti
7 debent, quia ſtylus iſte tamquam exorbi-
tans à iure communi, & odioſus ſtrictè in-
terpretari, non autem extendi debet ad
caſum noſtræ quæſtionis, & multò minus
niſi verificetur quod etiam in hac circum-
ſtantia, vt ſupra deducta, ſtylus fuerit vni-
formis, vt explicat *Farinacc. dicto conſil. 217.*
num. 11. & 13. Rota poſt ſecundum volum. conſil.
eiuſdem deciſ. 42. num. 3. conſiderando præ-
ſertim quod interrogare teſtes eſt ſpecies
defenſionis, & interrogatoria huiuſmodi
8 fieri non poſſunt ex improuiſo, ſed cum
grano ſalis ab habente bonam legum ſupel-
lectilem, vt ratiocinat *Farinacc. de teſtibus*
quaeſt. 72. numer. 146. Poſth. de manutenen. tit. de
interrog. obſeruat. 91. num. 14.

An in delictis hæreſis fieri poſſit teſtium confrontatio.

Quæſt. CLVIII.

SVMMARIVM.

In cauſa hæreſis publicari non poſſunt nomina teſtium. num. 1. declara. num. 8.

Confrontatio eſt præſentialiter teſtium cum reo facta productio, & conciliatio. num. 2.

Confrontatio in cauſa hæreſis aliquando permittitur num. 3. & quando. num. 4. 9. 17.

Confrontatio in cauſa hæreſis fit, vt Reus rubore atque verecundia affectus veritatem fateatur. numer. 5.

In cauſa hæreſis procedi poteſt nulla facta legitimatione proceſſus. num. 6.

Legitimatio proceſſus neceſſario non requirit, vt Reus interroget teſtes, ſed ſufficit, quod fuerit citatus. num. 7.

Ad conuincendum Reum de hæreſi nominandi ſunt aliquando complices cum quibus deliquerit. numer. 10.

An ſocij criminis in cauſa hæreſis torquendi ſint in faciem alterius ſocij. num. 11. vbi pro, & contra. num. 12. conciliatio opinionum. num. 13.

Teſtes mere inhabiles in cauſa hæreſis non torquentur in confrontatione. num. 14. & quare ibidem.

Teſtes inhabiles, ſed qualificati qualitate complicitatis aliquali tortura afficiuntur in confrontatione. num. 15.

Tortura inferrenda ſocio criminis poteſt inferri in abſentia alterius ſocij, ſed illo citato. num. 16.

ET ratio dubitandi eſt,
quia ſi teſtium nomi-
na publicari reo non
debent non obſtante
1 diſpoſitione *cap. fin. de*
hæretic. in 6. propter
graue periculum inde
reſultans intantum,
quod ſi reus hoc pete-
ret nec illi vllo modo concedendum eſt.
iuxta breue Apoſtolicum Pij IV. conceſſum Inqui-
ſitori Auinionen. de anno 1561. *die prima Nouem-*
bris impreſſum penes directorium inquiſitorum,
quanto minus confrontatio teſtium per-
mitti debet in qua non ſolum nomen, ſed
etiam perſona demoſtratur cognoſcen-
da.

Nihilominus ſciendum eſt, quod cum
2 confrontatio ſit præſentialiter teſtium cum
reo facta productio, atq; conciliatio non erit
abſurdum aliquando illam permitti facien-
dam, vt acrius viſis teſtibus, & comme-
3 moratis ſingulis commiſſi delicti circum-
ſtantijs reus vrgeatur *per textum in l. ſi poſtu-*
lauerit §. quæſtioni ibi quæſtioni intereſſe iubetur
reus reaue, & patroni eorum, & qui crimen. de-
tulerit: vndè *Nicolaus Eymericius in ſuo dire-*
ctorio tertia partis tit. Cautela inquiſitorum con-
tra hæreticorum cauillationes, & fraudes num. 101
ait *tertia cautela inquiſitoris eſt, vt ſi videat hæ-*
reticum ſiue delatum nolle detegere errorem ſuum,
4 *& ſtare in negatiua, & ſcit ipſum per teſtes con-*
uictum, quod inquiſitor legat, vel legi faciat ſibi
dicta teſtium ſuppreſſis nominibus taliter, quod co-
gnoſcat ſe conuinctum per teſtes, & non intelligat,
qui ſunt deponentes vbi periculum deponentibus
poſſit imminere: alias explicare poteſt, & facie ad
faciem affrontare, vt ſic rubore, & verecundia
veritatem fateatur; & præſertim ſi ante induxerit
ipſum hæreticum ſeu delatum ad fatendum in caſu
quo coram eo veniant deponentes.

Verum quia ex ſupradictis licet permit-
tatur affrontatio teſtium cum reo tamen
dubitari contingit, quod prædicta confron-
5 tatio non fit, vt proceſſus legitimetur ſed
vt dicta teſtium concilientur cum rei dicto
vt idem rubore atque verecundia affectus
tandem veritatem fateatur Nihilominus,
6 quamuis in delicto hæreſis non ſit neceſſa-
ria proceſſus legitimatio cum in eo poſſit
procedi nulla facta teſtium repetitione, &
reo non citato *cap. fin. de hæretic. in 6. late per*
Gabr. commun. opin. lib. 2. in tit. de citat. concluſ. 1.
num. 328. attamen cum ipſa confrontatio
habeat vim citationis, vt ſæpius dixi non
poteſt non habere vim legitimandi proceſ-
ſum merito dici non poteſt, quod proceſ-
ſus per ſupradictam confrontationem non
fuerit facta legitimatio.

Dices, quod cum huiuſmodi confronta-
tio ex ſupradictis conſiſtat in ſola teſtium
cũ Reo conciliatione videtur fruſtari reus
circa facultatem interrogandi teſtes idcircò
huiuſmodi confrontatio non videtur habe-
re vim legitimandi proceſſum, vt alias di-
ctum eſt. Reſpondetur, quod legitimatio
7 proceſſus neceſſariò non requirit, vt reus
interroget teſtes, ſed ſufficit, vt reus cita-
tus ſit prout per præſentiam ſui ſuppleta
videtur huiuſmodi citatio ideò quamuis
reus non interroget teſtes dummodo pati-
tur ſecum teſtes confrontari proceſſus di-
citur legitimatus ideò *Pegna ad prædictum*
Eymericum vbi ſupra commentario 23. ſub dicto
n. 101. in verſ. ſed hæc dicit quod in dicto cap. fin.
§. ceſſante de hæretic. in 6. diſponitur, quod
8 *ceſſante periculo teſtium nomina reo publicari poſ-*
ſunt immò, & ipſos teſtes confrontare,
& ſubiungit rationem nimirum, *vt Reus ſe*

Digitized by Google

plenius defendere poſſit at vero cum defenſio etiam in confrontatione fieri poſſit ex interrogatione facienda teſtibus per Reum, quæ licet facta non ſit non idcircò fruſtratur legitimatio ſufficit enim, quod reus potuerit illos interrogare quamuis ex formula deſcripta in practica Sancti Officij alias Arſenale ſatis colligitur in ea adhiberi omnia, quæ deſiderantur in confrontatione pro proceſſus legitimatione nimirum iuramentum mutua recognitio Rei, & teſtium, vel ſocij criminis relatio ſubſtantialis depoſitionum lectura illarum, & reſpōſio eiuſdem Rei ad ea, quæ contra ſe teſtis repetijt in qua formula non apparet, quod Reo detur facultas interrogandi teſtes veluti non neceſſaria ad legitimationem.

Bene verum eſt, quod non ſemper poteſt hæc confrontatio fieri, ſed dumtaxat in a-
9 liquibus caſibus nimirū vbi magna ad fuerit cauſa atque etiam ſi reus in negatiua perſeuerarit, dummodo omne periculum procul abſit teſtibus affuturum, vel quando teſtes fuerint cōplices eiuſdem criminis
10 cum reo nam ſicut ad conuincendum reū negantem nominandi ſunt ei complices cum quibus deliquerit ita poterunt ei confrontari, quo caſu non tantum vti teſtes, ſed & vti complices tunc confrontari dicerentur.

Sed queres an hoc caſu torquendi ſunt huiuſmodi complices dum in faciem alte-
11 rius ſocij confrontantur, & licet ſint qui putant participi criminis nullam fidem habendam eſſe niſi tormentis teſtimonium eius fuerit confirmatum *5.quæſt.5. cap.penult. Fulgoſ. conſ.171. Marſ. conſ.109.* tamen magis placere videtur opinio *Iacobi Simācæ de catho. inſtit. tit. de teſtibus 64.num. 38.* aſſerentis ſocium criminis abſque tormentis indicium facere maius aut minus ſecundum perſonæ qualitatem, & criminum, & aliarum rerum circumſtantias, & rationem adducit nempe, quia ex libero homine pro teſtimonio non vacillante quæſtionem habere non oportere *Et cum Simanca tranſit Roias de hæret. aſſerti 7.num.155. Gomez.var.reſol.lib.5. cap.12. num.16. Scaccia de iudic. lib.1. cap.82.num.2. & Diana tract.6. reſol.10. & 11.* vbi ait ſic practicari in Hiſpania quāuis nō
12 deſunt, qui adherentes opinioni affirmatiuæ dicunt, quod ſocij criminis debent, vt afficiant torqueri, & horum numero ſunt *Genuenſis in praxi Archiepiſ. cap.68. numer. 11. Martinus del Rio lib.5.ſect.3. Sanctarellus de hæres.cap. 38. dub. vn. num. 1. atque etiam Carena par.3.tit.10. de indic. & tortura num.38.*

Sed Nouiſſime inſurgit *Salelles tract. de materia Tribunal. fidei lib.4. cap.1. Regula 341*
13 *num.110.* qui ſupradictas contrarias opiniones refert, & illas ſtudet conciliare dicendo cum *Pegna 3.par.director quæſt.46.comment. 113.* arbitrio prudentis Iudicis vtramque partem, vel negantem, vel affirmantem poſſe, & debere quandoque in praxi ſeruari, & pro ſui motiuo probando adducit diſtinctionem teſtium nimirum, quod alij ſint mere inhabiles, & hi nullo modo ve-
14 niant torquendi, & rationem aſſignat, quia huiuſmodi teſtes inhabiles ſi non admitterentur ad teſtificandum ſeu denunciādum ſine tortura facile auerterentur à teſtimonio ferendo, vel denunciando, indetrimentum fidei alij non mere inhabiles, ſed qualificati qualitate complicitatis in crimi-
15 ne, & hi Genuenſi ſupra citato teſte aliquali tortura afficiuntur, & adducit exemplum de Inquiſitore Melitæ à quo addita fuit confrontatio teſtis ſocij cum alio ſocio in ipſamet tortura.

Demum quæres an prædictam torturam neceſſarium ſit inferri ſocio criminis in faciem alterius ſocij; an vero poſſit etiam inferri extra illius faciem puta vnus ſocius eſt hic in vrbe, alter eſt Peruſij, & crederem
16 poſſe hoc caſu etiam inferri extra faciem alterius ſocij dummodo fuerit citatus, & ratio eſt, vt dicit *Guazz. defenſ.24.cap.9.nu.9.* quia cum ſocius torqueatur pro validitate ſuarum depoſitionum contra alium ſociū oportet, quod citetur de cuius intereſſe agitur quoniam ſi fuerit pręſens deberet ea inferri ipſo preſente quę præſentia haberetur loco citationis; ſi vero fuerit abſens debet pręuia citatione alterius ſocij illa inferri ita *Guazz. ſupra d.num. 9. & ſupra dixi quæſt. 152. & 153.*

Poteſt etiam confrontatio fieri in cauſa hæreſis quando dubitatur aliquo modo de
17 falſitate nec aliud remedium adſit, quo veritas innoteſcere poſſit niſi media confrontatione tunc inquiſitor poteſt cogere teſtes ad ſe confrontandos ne innocens pereat *Scaccia de indicijs lib.1.cap.88.num.19.* qui monet, quod in tali caſu debet procedi cum magna cautela, & conſulto Epiſcopo ſi inquiſitor cum Epiſcopo de cauſa cognoſcere debeat ita refert *Salelles vbi ſupra*.

An

An teſtes confrontati pro recognitione banniti denuo debeant confrontari, ſi Bannitus fuerit admiſſus ad nouas defenſiones.

Quæſt. CLIX.

SVMMARIVM.

Proceſſus recognitionis Banniti eſt quid diuerſum à proceſſu ſuper delicto. num. 1.

Confrontatio teſtium pro recognitione banniti non impedit fieri confrontationem pro delicto. num. 2. *& quare ibidem.*

Diuerſum eſt eſſe condemnatum, & eſſe condemnandum. num. 3.

Admiſſio ad nouas defenſiones non tollit effectum contumaciæ, ſed ſolum ſuſpendit ſententiam. num. 4.

Admiſſio ad nouas defenſiones dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num. 5.

Contumacia quando non eſt nulla Reus admiſſus ad nouas defenſiones debet probare ſuam innocentiam. num. 6.

Signatura ſolet reſcribere in admittendo ad nouas defenſiones cũ clauſula ſine præiudicio indiciorum ex contumacia reſultantium. num. 7.

Ex ſola contumacia, & banno poteſt bannitus admiſſus ad nouas defenſiones torturæ ſubijci. num. 8.

Contumacia remiſſa, vel nulla poſſunt teſtes confrontari, vel alio modo legitimari. num. 9.

Recognitionis proceſſus contra bannitum factus cum ſit quid diuerſũ à proceſſu ſuper
1 delicto fabricato oportet dicere, quod teſtes confrontati in recognitione perſonæ Bãniti non afficiant illũmet Reum in proceſſu admiſſionis ad nouas defenſiones abſque alia confrontatione
2 propter diuerſum finem ad quem tendunt nimirum ad exequendam pænam in perſonam iam condemnatam, & ad comminandam pænam in perſonam iterum condemnandam; & ſic cum non ſint inducta ad vnam finalem intentionem non poſſunt operari vnum, & idem prout operantur, ea quæ ad eumdem finem inducta ſunt. *l. legata inutilia ff. de adimen. legat. l. qui hominem §. fin. C. de pactis*; idcircò confrontatio teſtium facta pro recognitione perſonæ bannitæ cũ non habeat alium finem quam indicare perſonam ad effectum exequendi pænam in illam iam per ſententiam declaratam non poteſt operari alium diuerſum effectũ, vt illamet perſona cuius bannum fuit reſolutum per admiſſionem ad nouas defenſiones poſſit iterum condemnari cum diuerſum ſit eſſe bannitum, & ſic condemnatum, & eſſe baniendum, & ſic condem-
3 nandum ſicut diuerſum eſt ſoluere, & fideiubere *Oſaſch. deciſ.* 18. *num.* 5. *in fine.*

Dices, quod admiſſio ad nouas defenſiones non tollit effectum contumaciæ, ſed
4 ſolum ſuſpendit ſententiam quouſque videatur quid in ſuis defenſionibus reus deducat *Farin. conſ.* 22. *num.* 3. *Caball. caſu* 110. *num.* 16. quo circa ſicut teſtes non repetiti contra contumacem admiſſum ad nouas probant nec fieri debet alia de illis repetitio *Farin. quæſt.* 72. *num.* 10. *Clarus quæſt.* 45. *ſub numer.* 13. *verſ. in hoc autem propoſito* ita non eſt opus, quod denuo confrontentur. Reſpondetur, quod dupliciter poteſt conſiderari
5 admiſſio ad nouas defenſiones vno modo, quando contumacia non eſt nulla, & hoc caſu admiſſus ad nouas defenſiones intelligitur admiſſus ad oſtendendam ſuam inno-
6 centiam non autem ad faciendas alias defenſiones, vt dicit *Bald. in l. ita demum C. de procurat. in fin. Farin. quæſt.* 11. *num.* 100. *& ſeqq.* immò non poteſt ſe defendendo ſimpliciter negare delictum, & ſic hoc caſu ſicut non eſt opus examinari teſtes ita nec illos confrontari ſeu repeti aut alio modo legitimari, quia teſtes adhuc ei nocent *Farin. qu.* 51. *ſub num.* 105. *Ciriacus Controuerſ.* 150. *num.* 89. ac proinde Signatura ſolere reſcribi in ad-
7 mittendo bannitum ad nouas defenſiones cum clauſula ſine præiudicio indiciorum ex contumacia reſultantium *Farinac. conſ.* 22 *ſub num.* 2. quo fit ex ſola contumacia, &
8 banno poſſe bannitum admiſſum ad nouas defenſiones ſine alia teſtium confrontatione torturæ ſubijci *Farin. quæſt.* 11. *nu.* 90. *verſ. ſublimita*. Altero modo quando, vel contumacia fuerit remiſſa, vt notat *Farin. in d. conſ.* 22. *num.* 3. & ſic quando Princeps ex benignitate reſtituit bannitus in primis terminis non obſtante condemnatione, vt dicit *Ciriacus controuerſ.* 140. *num.* 90. vel quando contumacia fuerit nulla, quia ſicut te-
9 ſtes in ſuis depoſitionibus z dacti ſunt ad ſtatum informatiui proceſſus ita oportet, quod legitimentur *Merlin. Pignatell. diſcep.* 42. *num.* 10. *Farin. conſ.* 205. *num.* 22. *& quæſt.* 11. *num.* 105. *in fine &c.* & cum legitimari oporteat, vtique, & teſtes confrontari poſſunt non obſtante, quod fuerint confrontati in banniti perſonæ recognitione, quæ non operatur effectum legitimationis proceſſus ſuper delicto fabricati, ſed dumtaxat operatur legitimationem proceſſus recognitionis perſonæ bannitæ.

De

De formula recognoſcendi Bannitum. Quæſt. CLX.

Die Menſis Anni.

Conſtitutus perſonaliter coram D. N. Locumtenentem meque &c. In Carceribus Nouis.

Quidam homo iuſtæ Staturæ, ætatis ſuæ annorum quadraginta circiter vt ex aſpectu dignoſci poteſt cum Ceſarea, & Capillis Caſtaneis, Baffis, moſchetta, & pilis in dicto Mento pariter Caſtaneis Indutus infraſcrittis veſtimentis videlicet *Berettino roſſo di lana con fettuccia vna nera, & l'altra roſſa Sarga di tela colore verde ſmontato, vn' altra Sarga ſimile ſotto all' altra, Calſoni di mezza lana colore berettino, calſette di lana bianca, ſcarpe di vacchetta reuolte, & camiſcia di tela bianca,* qui delato ſibi Iuramento veritatis dicendæ prout tactis &c. Iurauit premiſſa prius per D. proteſtatione, quod per quamcumque Interrogationem d. C. fieñ., & per quamcũque reſponſionem ab ipſo dandam non intendit aliquod præiudicium inferre infraſcriptæ ſententiæ, dictamque proteſtationē haberi pro repetita in principio, medio & fine, & non alias &c. de quo &c. fuit Id. C. per D.

Interrogatus de nomine cognomine Patria Parentibus Conſanguineis affinibus, & exercitio.

Reſpondit. *Io me chiamo Antonio mio Padre che è morto, ſe chiamaua Pompeo Pompei, & coſi io me chiamo Antonio Pompei, mia Madre che parimente è morta ſi chiamaua Frãceſca la mia Patria è Valentana io hò moglie che ſe chiama Angela Sella dalla quale hò hauuta vna figliola femmina, che ſi chiama Bernardina, & hò vn fratello per cãto di Madre, che ſi chiama Alentero che attende all' arte di Campagna, & hò doi Nepoti figlioli d'vn altro fratello che ſi chiamaua Franceſco, & altri parenti, & l'eſercitio mio è l'arte di Campagna cioè zappare, vangare, & fare altro per coltiuare la Terra.*

Interrogatus, vt dicat in quo loco captus fuit, & de quo tempore, & quatenus, &c.

Reſpondit. *Io ſon ſtato pigliato queſta matina nella Vigna del Signor Pietro Petrucci poſta fuora di Porta Maggiore che non sò il vocabolo del loco doue ſtà detta Vigna.*

Interrogatus, vt dicat quid ageret in dicta Vinea, & quamdiu ſit quod ibidem reperitur.

Reſpondit. *Io ſtauo nella detta Vigna, che vangauo quando ſono ſtato pigliato, che ſono doi anni continui che vi ſtò à lauorare.*

Interrogatus an in eius Patria Terræ Valentanæ reperiatur aliquis alius, qui nominetur, & cognominetur prout Ipſe C. habueritque Parentes nuncupatos, & nominatos prout I.C.

Reſpondit. *Io non sò che nella Terra di Valentana mia Patria ve ſia neſſun' altro che habbia il nome, & cognome che hò io, che habbia hauuto il Padre, & Madre chiamati conforme ſi chiamauano li miei.*

Interrogatus an vnquam I.C. fuerit proceſſatus, Inquiſitus, carceratus, & condemnatus, & ſi ſic dicat in quo loco, pro qua cauſa, & quatenus &c.

Reſpondit. *Io non sò d'eſſer ſtato proceſſato, Inquiſito carcerato, ne condannato per cauſa alcuna.*

Et lecta per me de mandato D. &c. Sententia Contumaciali per D. Gubernatorē Valentanæ ſub die 7. menſis Iulij anni 1662. lata contra Antonium Pompei de Valentana in dicta ſententia nominatum in pænā vitæ, & confiſcationis omnium, & ſingulorũ bonorum pro homicidio ſecuto, & patrato cum archibuſciata in perſonam vnius ex biruarijs Baroncelli Curiæ Valentanæ ex cauſa de qua in dicta Sententia, illaque per eſtenſum eidem lecta, & vulgarizzata, & per ipſum bene audita, & intellecta, vt aſſeruit fuit Id. C. per D.

Interrogatus an ſit illemet Antonius Pōpei de Valentana in corpore, & ſubſtantia contentus, & eſpreſſus, & de quo fit mentio in dicta Sententia ſibi modo lecta, & vulgarizzata, vt aſſeruit &c. quatenus &c.

Reſpondit. *Io hò inteſo beniſſimo queſta ſentenza, che V. S. m'ha fatta leggere, & vulgarizzata nella quale ſi troua condannato in pena della vita, & confiſcatione de beni dal Signor Gouernatore di Valentana Antonio di Pompeo Pompei da detto loco per homicidio con Archibugiata commeſſo in perſona d'vn Sbirro del Barigello di detto loco per la cauſa che ſe dice in eſſa ſentenza, & dico che io ſone in corpo, & ſoſtanza, quel medeſimo Antonio di Pompeo da Valentana del quale ſi fà mentione, & è nominato nella ſopradetta ſentenza lettami, & volgarizzatami, che queſto non lo poſſo negare, mà però io non hò commeſſo il mancamento, & delitto che ſi contiene in detta ſentenza.*

Et ſibi dicto per D. quod modo non interrogatur an commiſerit delictum de quo in dicta ſententia, ſed ſolummodo an ſit illemet Antonius Pompei de Valentana re, corpore & ſubſtantia contentus, & expreſſus in dicta Sententia.

Reſpondit. *Io torno à dire à V. S. che ſono*

in corpo, & ſoſtanza quel Antonio Pompei da Valentana nominato, e che ſi fà mentione di detta ſentenza lettami, & volgarizzatami, che queſto non poſſo negarlo, mà io non hò fatto l'homicidio che ſi dice in detta ſentenza, ne in compagnia d'altri, ne ſolo, & non hò ſparato mai archibugiata contro Sbirri del Gouernatore di Valentana ne altri.

Tunc D. Sedens &c. acceptatis &c. pronunciauit recognitionē perſonę I.C. fore, & eſſe benè, & legitimè factam ſententiamque prædictam ſuis loco, & corpore prout opus fuerit eſſe executioni demandandā, aſſignauitque d.C. terminum trium dierum plus, & minus arbitrio &c. ad dicendū cauſam quare prædicta ſententia exequi non debeat, & ad largam &c.

De Formula confrontandi perſonam Rei Conſtituti, & Teſtes pro Curia examinati.

Quæſt. CLXI.

Die Menſis Anni.

Conſtitutus perſonaliter coram per Illuſtri & Excellentiſſimo D. N. Locumtenente meque &c. in Carceribus nouis &c.

PEtrus Moſcatellus filius q. Sebaſtiani de Leoniſſa, qui delato ſibi Iuramēto veritatis dicen. prout tactis Iurauit fuit per D.

Interrogatus, & monitus an ſe diſpoſuerit fateri veritatem ſuper his de quibus fuit alias Interrogatus.

Reſpondit. *Io non poſſo dire altro.*

Tunc ad conuicendū Ipſum C. de mendacio ad ipſumque diſponendū ad veritatē fatendam pro legitimatione proceſſū, & ad omnem aliū meliorem finem, & effectuu pro habenda tamē prius recognitione Idētitats perſonæ ipſius C. mandauit ad locum examinis accerſij duos alios Ipſi C. magis cōſimiles ad poſſibile prout fuerit accerſiti.

Io: Andreas Venduti &
Carolus Dominici Pellegrini

Et in ordine poſiti cum d. C. qui ſupra facultatem ſibi per D. traditā medium locum elegit inter accerſitos mādauit ad eorum faciem adduci.

Marcum Perſij de Amatrice de quo ſupra in Proceſſu.

Quo Add. delato ſibi Iuramento veritatis diceñ. prout tactis &c. Iurauit fuit Adductus per D.

Interrogatus, vt de prędictis iſtis tribus hominibus ſic in ordine poſitis dicat an inter illos recognoſcat adeſſe aliquem illorū per Ipſum deſcriptū in eius examine, & quatenus &c.

Reſpondit. *Di queſti tre homini che vedo, che ſono in queſta ſtanza reconoſco eſſerci vno di quelli doi homini da me deſcritti nel mio examine, che me conſignorno vltimamente il Cauallo, & per prima me ne haueuano venduto vn altro che è quello che ſtà nel mezzo.*

Indicans, & poſtea mouens ſe de loco ad locum, & manu tangens perſonam ipſius C. dicens Interrogatus, *queſto è vno di quelli doi, & per tale lo reconoſco.*

Qua recognitione habita, & per D. acceptata, accerſitos licentiauit, & proſequendo examen inter Adductum, & C. ad effectum de quibus ſupra renouatoque ambobus Iuramēto veritatis dicen. prout tactis &c. Iurarunt fuit per D.

Int. adductus an ea quæ dixit & depoſuit in ſuis examinibus pro veritate dixerit, & depoſuerit; & pro veritate paratus ſit ea omnia confirmare, & ratificare ad faciem preſentis C. & quatenus.

Reſpondit. *Tutto quello, che io hò detto nelli miei examini l'hò detto per verità; & per verità hora ſon pronto ratificarlo, & confirmarlo in faccia di queſto homo, qui preſente da me reconoſciuto.*

Interrogatus idem adductus, vt modo in ſubſtantia ſummatim, & ſuccinte referat ea quæ aſſerit alias dixiſſe pro veritate in eius depoſitionibus.

Reſpondit. *Io hò detto per verità in ſoſtanza che &c.*

Et lectis ſibi per me &c. di mādato D. &c. depoſitionibus ipſius A. de quibus ſupra in Proceſſu &c. ommiſſis &c. ad claram &c. & per ambos &c. vt aſſeruerunt &c. fuit per D. Addictus.

Interrogatus an ea quæ modo ſibi legi audiuit ſint illamet per ipsū pro veritate depoſita, & tanquā talia nunc ratificet, & cōfirmet ad faciem C.

Reſpondit. *Io hò inteſo beniſſimo quanto V.S. m'hà fatto legere, & reconoſco eſſere li miei examini fatti da me per verità, & per verità adeſſo ratifico, confermo in tutto, & per tutto in faccia, di queſto homo, qui preſente da me riconoſciuto.*

Preſentem d. C. & prædictam omnia audiente intelligente, & dicente.

Hò veduto ancor io che queſto homo che mi è venuto in faccia che dice eſſer Cauallaro, & dice che io gl'habbia venduto vn Cauallo, & vn altro per vendergli, & con quel di più che dice nel ſuo examine letto, & da me bene inteſo io dico & reſpondo che lui non dice la verità.

Repetēte Ad. & dicente *Io dico d'hauer detta la verità.*

Et

Digitized by Google

Et data per D. facultate intertogandi Adductum cum proteſtatione, & monitiorum, quod Teſtes Confrontati de ſtylo Tribunalis Almæ Vrbis Gubernatoris amplius non repetuntur, Idemque

Reſpondit. *Non gli voglio dimandare niente.*

Qua declaratione habita illaque per D. acceptata, acceptatiſque, &c. Adductum licentiauit, & C. reponi ad locum ſuum mandauit, animo tamen &c.

Si ſocius criminis confrontandus ſit maiori ſolemnitate vtendum eſt, vt tradit *Ambroſin. in eius tract. de modo format. proceſſ. inform. lib. 2. cap. 9. num.* 10. Etenim adducto ſocio criminis in faciem alterius ſocij conſtituti, & facta ad inuicem perſonarum, & nominum recognitione, latoque eis iuramento vt notat *Vulpel. conſ. 76. num.* 14. ac ipſoq; interrogato, vt ſupra, lectoq; ſibi eius examine, tandem quia ſine tortura non afficeret, alterum ſocium tunc interrogatur, an ea, quæ dixit pro veritate dixit, & paratus ſit ad præſens eadem ratificare etiam in tormentis, ſi opus fuerit in faciem eiuſdem conſtituti, illoquè reſpondente, quod ſic tunc D. ſedens, &c. ad tollendam omnem dubietatem, quæ circa peſonam, & dicta ipſius N. adducti conſiderari poſſit, ex quo facit ſe ſocium criminis, & ad tollendam omnem maculam, ſi quæ ex dicta cauſa in eius perſona exorta fuiſſet, & ad tantò magis afficiendũ ipſum N: conſtitutum alioſq; nominatos, & ad omnem alium meliorem finem & effectũ mandauit dictum N. adductũ in præſentia, & conſpectu ipſius cõſtituti in caput ipſius & aliorum nominatorum duci ad locum torturæ, ibique ſpoliari ligari, & funi applicari.

Qui ſic ſpoliatus ligatus, & funi applicatus antequam in altum eleuaretur; fuit per D. benignis verbis hortatus, & monitus quod Deũ opt. max. timeat, & veritatẽ puram, & ſimplicem fateatur, quæ ſola ab ipſo requiritur, caueatque omninò ne aliquam perſonam indebitè inculpet, quia in hoc ſæculo, & in alio de hoc teneretur reddere rationem, & quatenus etiam veritatem dixerit, non dubitet modo illam cõfirmare aduertens non minus delinquere eos, qui indebitè aliquem inculpant, quam qui veritatem in iudicio ſtudioſè occultare procurant.

Reſpondit. *Io hò detto la verità, e ſe non fuſſe il vero, non l'hauerei detto perche non vorrei far giuramento falſo, e dannar l'anima mia, che ben vedo in che termine hora mi ritrono.*

Tunc D. ad effectum prædictum tantum & non alias aliter, nec alio modo mandauit ipſum N. adductũ in altum eleuari præſente dicto N. conſtituto vidente, & omnia prout aſſeruit intelligente.

Qui ſic eleuatus cœpit dicere: *ohimè, ohimè, ò Santa Maria di Loreto, Io hò detto la verità, io hò detto la verità.*

Interrogatus, vt dicat an ea, quæ depoſuit contra N. hic præſentem, & alios ab eo nominatos vera ſint, & pro veritate dixerit, modoquè illa eadem approbet, & ratificet.

Reſpondit. *Signor sì, che tutto quello, che io hò detto contra N. qui preſente l'hò detto per la verità, e lo confermo anco adeſſo qui sù la corda, io hò detto il vero, ohimè, calatemi, calatemi.*

Et dicente, vt referat in ſubſtantia, &c.

Reſpondit. *Io hò detto in ſoſtanza, &c.* præſente d. N. conſtituto, & dicente, *Io dico, che coſtui è vn bugiardo, & vn gran triſto,* & voluens ſe erga dictum N. in tortura manentem adiungendo dixit: *Ah Pietro, non doueresti incolparmi à torto, non ti dannare l'anima tua, tu ſai bene, che io non ci ſon ſtato.*

Cui idem N. replicauit: *Io non danno altrimente l'anima mia, tutto quello, che hò detto è vero, e ſe io haueſſi potuto far di meno non ti nominare l'haurei fatto; oh Signor Giudice fatemi calare, poiche hò detto la verità.*

Tunc D. cum vterque perſiſteret in ſuo dicto mandauit ipſum adductum leuiter de tortura deponi disligari, brachia reaptari, reueſtiri, & ad locum ſuum reponi, cum ſtetiſſet ſic eleuatus per ſpacium vigeſimæ partis vnius horæ, qua hæc omnia ſcribi potuerunt, & ſucceſſiuè d. N. conſtitutum reponi ad locũ ſuum, animo, &c.

De Legitimatione Proceſſus per declarationem.

De ipſa Declaratione. Quæſt. CLXII.

SVMMARIVM.

Declaratio non ſolum ad fauorem Fiſci, ſed etiam ad fauorem rei tendit. num. 1.

Declaratio fit de mandato Iudicis. num. 2.

Declaratio fit duobus modis, & qui. num. 3.

Index in publicatione proceſſus mandat teſtes haberi pro declaratis. num. 4.

Decernitur declaratio teſtium, ne teſtes à loco iudicij diſcedant in præiudicium Fiſci. num. 5.

Declaratio fit per Reum, aut per Procuratorem ad hoc ſpecialiter deputatũ. num. 6.

In declaratione ſufficit dicere, quod habet teſtes pro repetitos abſque alijs verbis ritè, & rectè. nu. 7.

Rei

Rei nunquam coguntur habere teſtes pro repetitos n.8.
Citatur reus ad declarandum teſtes pro ritè, & rectè examinatos. num. 9.

DEclarationis proceſſus, ſeu
legitimationis proceſſus per
1 declarationem permittitur
non ſolum ad fauorem Fi-
ſci, ſed etiam ad fauorem
Rei, nam, vt reus euitet
expenſas commiſſariorum, & ne diù mo-
raretur in carceribus ſtudet, vt habeantur
pro repetiti, & tunc de mandato Iudicis
2 fit actus declarationis, & ſtante iſto actu
eorum virtute proceditur, ac ſi parte cita-
ta eſſent recepti, & hæc eſt practica iuridi-
ca approbando atteſtationes teſtium pro le-
gitimè factas *Balliſ. tract. var. lib. 1. quæſt. 9.*
nu. 2. l. fin. Bald. & Iaſon. n. 16. C. de teſtibus. Pur-
purat. conſ. 233. num. 62. in fin. Guaz. defenſ. 24.
cap. 6. num. 2. in fine. & actus iſte declarationis
duobus modis fieri poteſt, vno modo ante-
3 quam copiæ indiciorum inquiſito tradan-
tur, altero modo poſt traditas copias indi-
ciorum, primo modo quotidiè practicatur
extra Vrbem, & in Statu Eccleſiaſtico, ſe-
cundò modo practicatur in Vrbe; quoad
primum modum cum ſit frequentiſſimus
in ſtatu Eccleſiaſtico, vt dixi, ſciendum eſt,
quod expleto proceſſu informatiuo, aut
habito pro completo; Tunc Iudex ſedens,
&c. acceptatis, &c. examen dimittit, & mã-
4 dat ipſum reum poni ad largam, cum ter-
mino trium dierum ad faciendas ſuas defẽ-
ſiones, & decernit copiam proceſſus, habi-
tis tamen prius teſtibus pro ritè, & rectè
receptis, & legitimè examinatis, ſaluis ex-
ceptionibus, & repetitione, &c. ac ſine præ-
iudicio vlterius proceſſus, & examinis om-
ni meliori modo, &c. *Ambroſin. tract. de mo-*
do forman. proceſſus lib. 3. cap. 1. num. 19. vbi
num. 29. & 30. dixit, quod Iudex decernit
copiam indiciorum cum dicta clauſula,
habitis prius teſtibus, &c. vt ceſſet omnis ſu-
5 ſpicio fraudis, ne ſcilicèt antequam repere-
rentur teſtes illi à loco diſcedant, vel diſce-
dere cogantur in præiudicium Fiſci: *Foller.*
in practic. crimin. in verb, detur copia Capitulo-
rum num. 5. Guaz. defenſ. 24. cap. 6. nu. 3. ha-
bitis ergò teſtibus pro ritè, & rectè exami-
natis ceſſat hæc ſuſpicio, & ita ſi reus vult
cum effectu copiam habere debet apud
acta, vel eius Procurator ad hoc ſpecialiter
6 deputatus habere teſtes pro ritè, & rectè
examinatos præter abſentes, & mortuos, &
ſaluis ſibi exceptionibus contra perſonas;
& dicta teſtium, & repetitione, quatenus
repetere poſtea illos voluerit *Cartar. in ſua*
praxi interrogand. reor. lib. 3. cap. 3. num. 61. 62.
& ſeq. & aduertẽ quod ſufficit declarare
pro repetitis abſq; alijs duobus verbis ritè,
& rectè, quia illud verbum *repetitis* debet
intelligi cum effectu *Guaz. defenſ. 24. cap. 6.*
num. 3. circa finem.
7 Quoad ſecundum modum, qui in Vrbe
practicatur, ſciendum pariter eſt, quod
8 nunquam coguntur Rei habere teſtes pro
Curiæ informatione examinatos pro ritè,
& rectè examinatis, ſi illos noluerit habere,
ideò completo proceſſu reus ponitur ad
largam cum termino ſupradicto, & datur
ei copia proceſſus informatiui, aliter non
legitimatis teſtiũ dictis, & depoſitionibus,
vt tradit *Ambroſ. dicto tract. & lib. & cap. n. 43.*
vbi *num. 41.* ſubdit rationem; quia teſtes
Curiæ, vt plurimum ſunt forenſes, ac de
longinquis partibus, qui de facili haberi nõ
poſſunt, vt repetantur, vel vt confronten-
tur, & ideò ſi reus haberet illos pro ritè, &
rectè examinatos, non poſſet poſtea habere
eos, ſi vellet eoſdem repetere ſuper ſuis in-
terrogatorijs, & irreparabile ſibi damnum
pararet, quia ex his teſtibus ſic declaratis
pro ritè, & rectè examinatis poſſet ſequi
condemnatio cum proceſſus tunc eſſet le-
gitimatus per huiuſmodi declarationem,
nec infringi poſſet *Vulpel. conſ. 29. num. 21.*
Baiard. ad Clarum quæſt. 48. num. 7. Guaz. def. 24.
cap. 6. num. 4.
Quapropter ſequitur dicendo, quod ob-
tinuit ſtylus, vt poſt traditas, reo ad largam
poſito, copias, inſtante Fiſco, citatur idem
9 reus ad declarandum an velit habere teſtes
pro Curiæ informatione examatos pro ri-
rè, & rectè examinatos, vt notat *Guaz. de-*
fenſ. 24. cap. 6. num. 12.

Quid ſit declaratio quoad effectum legitimandi proceſſum.

Quæſt. CLXIII.

SVMMARIVM.

Declaratio eſt teſtium examinum per ipſummet reum ſpontanea approbatio. num. 1.
Approbatio per reum facta in declaratione non eſt depoſitionum, ſed examinum teſtium. num. 2.
Declaratio fit cum clauſula ſaluis exceptionibus *contra perſonas, & dicta. num. 3.*
Declaratio debet eſſe ſpontanea. num. 4.
Iudex non poteſt præſentem non citatum compellere, vt reſpondeat inquiſitioni. num. 5.
Approbare eſt rectè, & probè confirmatum præbere.
Proceſſus falſi Iudicis non poteſt ratificari. num. 7.

Et

1 ET dicitur non eſſe aliud, quam teſtium examinũ per ipſummet reum ſpõtanea facta approbatio.

Dixi examinum teſtiũ, non depoſitionum, quia
2 iſta approbatio reſpicit modum ciuilem à lege requiſitum pro cõficiendo iuſtè dicto examine, ex quo poſtea reſultat depoſitio; nimirum vt præcedat citatio, & interueniat iuramentum teſtibus deferendum, & ſic reſpicit quamdã ſolemnitatem, quæ per dictam declarationem ſuppleri videtur, ita vt facta dicta declaratione reus amplius non citatur, ſed pro citato ſe habere fatetur, nec teſtes vllatenus iurant, ſed pro ritè, & rectè iuratos illos habet non enim per dictam declarationem approbat depoſitiones, hoc eſt dicta teſtium, nec eorum perſonas, immò il-
3 las excipit præhabita clauſula ſolita apponi, ſcilicet *ſaluis exceptionibus contra perſonas*, & dicta, vt ſupra dixi.

Dixi ſpontanea; non enim coactè, ſed
4 ſpontè hæc declaratio fieri oportet *l. fin. vbi Bald. & Iaſ. num.* 16. *C. de Teſtibus. Purpurat. conſ.* 238. *in fin. lib.* 2. & ratio eſt, quia dependet à libera voluntate inquiſiti, cum ſit ad ſui commodum, hoc eſt vt citius expediri poſſit, tum quia ſic diſponitur in *Reformation. Trib. Vrbis tit. de Iudicibus crim. Vrbis* §. *neque cogantur; &c.* tum etiam quia ſic de iure ciuili diſpoſitum videtur per ea, quæ tradit *Bald. in l. cum frataem num.* 9. *C. de his, qui vt indignis*: vbi dicit, quod Iudex non
5 poteſt præſentem non citatum compellere, vt reſpondeat inquiſitioni, ita data paritate, non poteſt compellere reum, vt declaret teſtes pro ritè, & rectè examinatis: *Guaz. defenſ.* 25. *cap,* 1. *num.* 1.

Dixi approbatio, nam approbare, vt vulgus loquitur eſt rectè, & probè conſuma-
6 tum præbere dicit *Budeus in pandectis ad l. Iul. repetundar.* quod videtur alludere huic noſtræ declarationi, quæ perficicitur licèt nõ neceſſario, vt ſupra dixi, cum verbis, *ritè, & rectè*, quamuis Iudex ſic eam decernet, & aduerten, quod proceſſus falſi Iudicis non
7 poteſt ratificari, cum nec rectè, nec ritè, aut probè factus ab eo dici poſſit, quia, vt notat *Bald. in l. mancipia num.* 3. *C. de reb. alien. vel non alien.* Iudex non gerit negotium proprium, ſed Fiſci, ideò non poteſt per reum ratificari.

An per declarationẽ renunciatum ſit citationi requiſitę in legitimatione.

Quæſt. CLXIV.

SVMMARIVM.

Per declarationem renunciatum cenſetur citationi requiſitæ in legitimatione. num. 1.

Citatio alia verbalis, alia realis, & realis duplex, & quæ. num. 2.

Citatio non præſumitur cum ſit quid facti. num. 3.

In iis, quæ poſſunt perfici per præſentiam; non eſt neceſſaria citatio. num. 4.

Citatio habet etiam officium ſolemnizandi, quod officium poteſt suppleri per declarationem.

1 ET dicen, quod renunciatum cenſeatur, vt aliàs dixi. Dicès, quod cũ verũ ſit, quod neceſſario requiratur citatio pro perficienda legitimatione, non poteſt vllo modo per declarationem illi renunciare, cum citatio faueat defenſioni inquiſiti, immò videtur de forma proceſſus legitimationis. Reſpondetur quod cum citatio duplex ſit, vna verbalis, quę
2 fieri ſolet per ſchedulam, altera realis, quæ multipliciter perficitur, nimirum vel per apprehenſionem perſonæ, vel per actualẽ præſentiam eiuſdem; prima ſpectat ad manus iniectionem, ſeu carcerationem; ſecunda poteſt applicari caſui noſtro, nam cum reus præſentialiter ſe præbeat coram iudice, & declaret habere teſtes pro ritè, & rectè examinatis, tunc per hoc æquipollens ſupplet citationem, ità vt examen teſtium ex defectu citationis non infringatur: *Guaz. defenſ.* 24. *cap.* 6. *num.* 4. *cum ibi allegatis*: vn-
3 de fit, quod licet citatio non præſumatur, cum ſit quid facti iuxta *text. in l. in bello* §. *facta ff. de captiu. & poſtlin. reuerſ.* tamen hæc præſumptio nõ procedit quando is, qui citari debuerat reperitur præſens in iudicio: *Menocch. de præſumpt. præſump.* 22. *num.* 1. *lib.* etſi in his quæ poſſunt perfici per præſentiam non eſt neceſſaria citatio. quia actus præſentiæ eſt actus æquipollens citationi à iure approbatus; Vltra quod citatio, ha-
5 bet etiam officium ſolemnizandi, quod officium poteſt ſuppleri per declarationẽ; nam reus declarando purgat defectum ſolemnitatis, *vt tradit Bald. in l. cum proponas C. ſi maior factus alien. fact. ſine decreto ratum habuerit.*

An

An Reus facta declaratione poſſit poſtea illam reuocare, & quando. Quæſt. CLXV.

SVMMARIVM.

Reuocans declarationem tenetur allegare cauſam pænitentiæ num. 1.

Declaratio verſatur circa id, quod eſt publici iuris, in quo non habet locum regula, quod ſemel placuit &c. num. 2.

Declaratio poteſt reuocari, quando res eſt integra. num. 3. *intellige, prout in. num.* 4.

Qui cogi poteſt confiteri, cogi poteſt perſeuerare. num. 5.

Declarans non poteſt cogi perſeuerare in declaratione. num. 6.

Per declarationem non quæritur ius Fiſco perfectè. num. 7. *&* 10. *Declara. num.* 14.

Per declarationem adhuc non dicitur concluſum in cauſa. num. 8.

Poſt didicita teſtificata, ſicut Fiſcus poteſt alias probationes inſtituere, ita reus poteſt alias defenſiones facere. num. 9.

Sententia, & concluſio æquiparantur. num. 11.

In cauſis criminalibus numquam concluditur. nu. 12.

Cum publicatur proceſſus ſemper publicatur cum clauſula ſine præiudicio vlterioris proceſſus. *num.* 13.

Fiſcus poteſt repetere teſtes iam declaratos. nu. 15.

*Inter reum, & Fiſcum non contrahitur niſi poſt latã ſententiam. num.*16.

Declaratio licet habeat promiſſionem de non reuocando, tamen iſta promiſſio non obligat. num. 17.

Iuramentum in declaratione præſtitum eſt approbatorium modi legitimationis. num. 18.

ET videtur diceñ, quod non poſſit illam reuocare propter vulgarem regulam, quod ſemel placuit amplius diſplicere nõ poteſt *cap. quod ſemel de reg. iur. in* 6. vltra quod videtur per dictam declarationem fuiſſe acquiſitum ius Fiſco, ac proindè in præiudicium Fiſci, qui acceptauit huiuſmodi declarationem non vi-
1 detur poſſe reuocari, & quatenus reuocare intendat, tenetur allegare cauſam pœnitentiæ, & ſic reuocationis *Caualcan. de teſtibus par.* 5. *num.* 212. *circa finem Guaz. defenſ.* 24. *cap.* 6. *num.* 10. Sed contrarium videtur verius; nimirum quod poſſit reuocari, quia hæc declaratio verſatur circa id, quod
2 eſt publici iuris, in quo non habet locum prædicta regula, quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt: *l. ſi non venerit, vbi omnes DD. ff. de iuriſd. omnium Iud.* ac proindè poteſt reus illam reuocare iuxta ea, quæ tradit *Gabriel conſ.* 178. *num.* 19. *lib.* 1. quē ſequitur *Hond. conſ.* 101. *n.* 33. *Ambroſin. tract. de modo forman. proceſſ. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 39.

Dices quod ſupradicta concluſio non eſt ſimpliciter vera, quia DD. qui admittunt
3 hanc concluſionem, quod declaratio poſſit reuocari ſe declarant procedere, quando res adhuc ſit integra, nimirum, quando reo adhuc non fuerint traditæ copiæ indiciorum, vt dicit *Honded. d. conſ.* 101. *num.* 33. *ante verſ. ſecundo quia Sanfelicius deciſ.* 259. *n.* 1. *lib.* 2. Reſpondetur quod dato etiam, quod poſt traditas copias indiciorum prædicta declaratio reuocetur: nihilominus huiuſ-
4 modi reuocatio ſubſtineri poteſt, nec vllũ præiudicium affert Fiſco, quia ſicut non poteſt reus cogi ad declarandum, cum declaratio ſit ſpontanea approbatio, vt ſupra dixi, ita cogi non poteſt, vt perſeueret in ea: arg. eorum, quæ tradit *Bald. in l. ſi quis in ea num.* 3. *verſ. quandoque C. de Cuſtod. & exhib. reorũ,* vbi dicit, quod qui poteſt cogi cõfite-
5 ri poteſt cogi perſeuerare in cõfeſſione vnde arguendo à contrario dicimus, quod qui non poteſt cogi confiteri ſi fuerit confeſſus non poteſt cogi, vt perſeuerat, ac proindè dari poteſt reuocatio, & ſic applicãdo caſui noſtro dicimus, quod qui non poteſt
6 cogi declarare, ſi declarauit nõ poteſt cogi perſeuerare præcipuè cũ deterius factũ nõ fuerit ius Fiſci per ea, quæ tradit *Far. cõſ.* 60. *num.* 60. quod ius non videtur deterius fieri niſi poſt datum finem probationibus nimirum poſt concluſum in cauſa.

Non obſtat quod fuerit Fiſco ius quæſitum, nimirum ius non amplius teſtes repetendi, ſeu legitimandi proceſſum idcircò in præiudicium dicti iuris non poteſt amplius reuocari, tum quia hoc ius non fuit perfectè Fiſco quæſitum, cum adhuc
7 remaneat inquiſito facultas repeti faciendi teſtes non obſtante dicta declaratione; vt notum eſt, & in practica quotidiè ſeruatur, atque etiam poſt didicita teſtificata poteſt inſtare, vt repetantur cum ſuis interrogatorijs, quæ inſtantia eſt quædam reuocatio dictæ declarationis, eò quia propter dictam inſtantiam ſi teſtes quamuis declarati non repetantur, non probant: *Decius in l. is, apud quem num.* 43. *C. de edendo Guaz. defenſ.* 25. *cap.* 1. *num.* 12. *in fine ſequendo dictum Decium in d. l. is, apud quem.* tum
8 quia adhuc non dicitur concluſum in cauſa hoc eſt Iudex non benè ſcit, quam ſententiam ferre debeat *cap. paſtoralis de except.* & ſic non fuit datus finis probationibus: *Iaſ. in l. admonendi num.* 50. *verſ. quod autem ff. de iure iurando*, quia etiam poſt didicita teſti-

ſtificata; ſi Fiſcus poteſt alias probationes inſtituere, ita reus poteſt alias defenſiones
9 facere, & ratio eſt, quia ſicut Fiſcus per ſolam, & ſimplicem confeſſionem Rei non fit creditor, nec acquirit hypothecam in bonis Rei, *vt docet Bald. in l. ſi nondum, & in l. aduerſus. num. 4. C. de furtis, & in l. reſcriptum num. 2. ff. de pactis*, ita per declarationem
10 non videtur vllum ius Fiſco acquiſitum, niſi poſtquam fuerit concluſum in cauſa per ſententiam, quia ſententia, & conclu-
11 ſio in cauſa æquiparantur, vt dicit *Farinac. quæſt. 75. nu.* 267. concluſio enim, ſeu concludere in cauſa eſt finem ponere probationibus, & quamprimum ad ſententiam deuenire. *Menoch. de arbitris lib. 1. quæſt. 35. num.* 1. vnde dum non fuerit datus finis probationibus, vt deueniri poſſit ad ſententiam, Fiſcus nullum ius acquiſiuit, quin reus poſſit reuocare dictam declarationem, per ea, quæ tradit *Bald. in l. edita ratio numer.* 107. *C. de edendo, arguendo à contrario ſen-*
12 *ſu*; immò cum in cauſis criminalibus numquam concludatur, vt dicit *Bart. in l. diui Fratres ff. de pœnis, & l. 1. §. ſi quis vltro ff. de quæſtion. Capycius deciſ. 81. num. 4. & 5. Marſil. conſ. 16. num. 32. Bart. tit. de pub. proceſſi. num. 3. Muſcatell. tit. de cognit. delicti de iniurys, & famoſis libell. num.* 36. in tantum, quod numquam publicatur veluti quod nō fue-
13 rit datus finis probationibus, ſed quatenus publicetur ſemper publicatur cum proteſtatione, & clauſula *ſine præiudicio* vlterioris proceſſus, ac examinis, vt docet *Ambroſ. dicto ſuo tract. de modo inform. cap. 1. num. 19. lib. 3.* meritò ſemper & quandocumq; poteſt dictam declationem reuocare cum ſpectet ad defenſionem, cuius fauore non concluditur *l. vnius §. cogniturum de quæſtionibus*.

Et ſi replices, quod prædicta declaratio conualidat examen teſtium, quæ conualidatio habet vim concluſionis in cauſa, quia non fit huiuſmodi declaratio, niſi quando Fiſcus nullam aliam habet faciendam probationem, & per conſequens in hac parte Fiſcus acquiſiuit ius. Reſpondetur, quod Fiſcus acquirit ius reuocabiliter, ita
14 vt ſi reus reuocet dictam declarationem Fiſcus amittit dictum ius, & ratio eſt, quia ſicut eſt in libertate Fiſci velle vti dictis teſtibus ſic declaratis, & ſic ſi Fiſcus voluerit illos repetere, non obſtante dicta declara-
15 tione credo non poſſe impediri *per textum in l. 1. §. fin. & in l. vnius §. cogniturum ff. de quæſt. Muſcatell. de cognit. ſeu probat. delicti tit. de iniurys num.* 36. ita erit in libertate Rei teſtes declaratos reuocare, quia inter Fiſcum,
16 & reum non contrahitur, nec quaſi contrahitur, vt dicit *Bald. in l. vnica num.* 13. niſi poſt latam ſententiam, cuius authoritate poſtea litigatur *C. de delict. defunct.* quod ſi quaſi cōtraheretur, oriretur vltro, citroq; inter eos obligatio de ſtando dictę declarationi, & ſic numquam eſſet locus pœnitentiæ: ad illud verò, quod dicit *Caualcan.* de allegatione cauſæ pœnitentiæ non eſt attendendum, quia omnes DD. ſupra allegati admittunt poſſe pœnitere abſque allegatione cauſæ. Et ſi dicatur, quod reus declarando videatur renunciare omni alio beneficio legitimationis, ergo videtur ſe obligare ad non reuocandam declarationē factam, quia qui ſe obligat, non poteſt poſtea recedere à dicta obligatione.

Reſpondetur, quod prædicta declaratio quamuis videatur continere quamdam renunciationem, nihilominus cū reduci poſſit ad ſimplicē renunciationē non habentē promiſſionem annexam de non reuocando
17 dictam declarationem non obligat quia ſi obligaret haberet ānexum quoddam pactū de non reuocando dictam declarationem, quod minimè habet, nec habere poteſt.

Dices in iſta declaratione interuenit iuramentum confirmatorium idcircò ſaltem propter iuramentum videtur orta obligatio de illam non reuocando, & non petendo repetitionem, cum iuramentum de iure Canonico ſit ſeruandum *cap. cum contingat de iure iuran. cap. licet eodem tit. in* 6. Reſpondetur, & ad huius obiecti intelligentiam ſciendum eſt, quod in declaratione duo conſiderantur vnum circa modum, quo teſtes fuerint examinati, nimirum, quod fuerint examinati ſine partis citatione, alterum circa id, quod teſtes depoſuerunt in eorum examinibus, ideò cum iuramentū in declaratione præſtitum non cadat ſuper eo, quod teſtes depoſuerunt non poteſt di-
18 ci confirmatorium, ſed dumtaxat approbatorium modi, quo teſtes fuerunt examinati, ſed non iurant nolle alium modum legitimandi poſtulare, ideo hoc iuramentum non inducit obligationem de non reuocādo dictam declarationem.

An Reo recuſanti declarare ſit publicandus proceſſus, & in qua parte. Quæſt. CLXVI.

SVMMARIVM.

Reo recuſanti declarare eſt publicanda ſola querela, ſeu denunciatio. num. 1. Et quare. num. 2. Contrarium. num. 4.

Ob-

Obſeruantia, ſeu ſtylus præiudicialis iuribus Fiſci non eſt attendendus. num. 4.

Reprobatur Scaccia. num. 5.

In Vrbe non viget declarari teſtes niſi poſt datas copias proceſſus inquiſito. num. 6.

HANC quæſtionem habui de facto coram Iudice quodam, qui nimis pertinaciter defendebat non eſſe publicandum proceſſum niſi reus prius declarauerit teſtes pro ritè, & rectè examinatos, &
1 quatenus publicari deberet non niſi in querela, ſeu denunciatione publicandus eſſet quaſi illæloco artieulorum, dandæ adhoc, vt ſuper illis poſſet reus conficere interrogatoria, & allegabat *Scacciam de iudicijs in c. 100. nu. 11. in fine, verſ. ſed in Statu Eccleſiaſtico*, & *cap. 86. num. 54. in fine*.

Ratio fundamentalis eius opinionis erat,
2 quia licet reus recuſauerit declarare teſtes pro curiæ informatione receptos pro ritè, & rectè examinatos facta tamen non dicitur publicatio neque legitimatio proceſſus, & ante cuius publicationem teſtiumque repetitionem citato Reo non datur copia indiciorum, ſed debet prius teſtes legitimè citato reo repeti, *Clar. quæſt. 49. nu. 7. verſ. item ſcias quod numquam publicantur proceſſ.* & ibi *Adden. num. 32. & pluribus ſeqq.* vbi de obſeruantia omnium Curiarum, *Scaccia de iudicijs*
3 *dicto cap. 100. nu. 11. verſ. ſi loquimur*; vbi dicit hanc practicam vidiſſe obſeruari in Vrbe, & in toto Statu Eccleſiaſtico, *Ambroſin. de formand. proceſſ. informat. lib. 3. cap. 1. num. 29. & 30.*

Neque præmiſſis aiebat ille in aliquo aduerſatur *Reformatio Trib. Vrb. tit. de Indic. crimin. §. & in quocumque crimine. &c.* quia illam loqui dicebat quando iam publicato proceſſu, & teſtes habitis pro repetitis de tortura reo inferenda agatur.

Neque obſtat replicabat idem Iudex ſi dicatur quod in aliquibus Tribunalibus curiæ ſeruetur contrarium, quia talis obſeruantia, ſeu ſtylus vti præiudicialis iuribus Fiſci, vt conſiderat *Ambroſin. loco ſupra citato*,
4 non eſt attendendus niſi data ſcientia, & patientia Principis vltra quod de tali ſtylo legitimè introducto, & præſcripto non conſtat hæc ille.

Huic diſcurſui hæc infraſcripta oppoſui, dicendo quod copia integra proceſſus, vel originale integrum in nihilo mutilatum dandum eſt reo abſque eo quod reus prius declaret teſtes pro ritè, & rectè examinatos cum ſit trita, & clara concluſio nec in Vrbe, nec inter practicos habet contradictorem, & approbata eſt à *Cartario in ſua praxi lib. 3. cap. 3. nu. 67. & ſeqq. Farinacc. quæſt. 66. nu. 310.* & *quæſt. 72. nu. 150. & ſeqq.* & videtur etiam procedere de iure communi canonico per *cap. qualiter, & quando il ſecondo, § debet de accuſat.* quod ius, vt dicit *Cartar.* ſeruari debet in Statu Eccleſiaſtico; & ita ſeruatur in Vrbe.

Neque facit quidquam *Scaccia de iudicijs, in dicto cap. 100. numer. 11. verſ. ſi loquimur*,
5 tum quia ibi loquitur de Reo recuſante ſe examinari antequam diſcutiatur an contra eum præceſſerit diffamatio, nec ne; vt dicit *Cartar. in dicta praxi lib. 3. capit. 2. numer. 22.* & optimè comprobatur ex eodem *Scaccia* ibi, vt eius verba referam *is inquam, Franciſcus Iannenſis* dum interrogaretur opponebat *de cap. qualiter, & quando*, quod non tenebatur reſpondere niſi prius diſcuteretur an contra eum præcederet diffamatio, verum non obſtante allegato, *cap. fuit denegatis copijs*, petitis, & coactus reſpondere, tum quia *Farinacc. dicta quæſt. 72. numer. 150. verſ. quamuis*, dicit *Scacciam* contra veritatem auſum fuiſſe hoc teſtari; & ſubdit quod licet *Cartar.* dicat hanc practicam habendi teſtes pro ritè, & rectè examinatos vigere
6 in Statu Eccleſiaſtico; tamen in Vrbe non vigere in qua reorum Aduocatis contradicentibus numquã Iudices potuerunt illam introducere, prout etiam idem *Cartar.* aduertit *in dicto cap. 3. num. 67.* & pro his omnibus facit, *Guaz. defenſ. 25. cap. 1. num. 1.* & ita obtinui.

An ablatiuus abſolutus habitis teſtibus pro ritè, & rectè examinatis importet neceſſariam conditionem prius adimplendam.

Quæſt. CLXVII.

SVMMARIVM.

In Statu Eccleſiaſtico ſolet decerni copias proceſſus cum clauſula habitis prius teſtibus pro rite, & recte examinatis. num. 1. Et quare. num. 2.

Ablatiuus abſolutus ſecundum ſubiectam materiam variè accipitur. num. 3.

Clauſula habitis, &c. in materia declarationis non importat conditionem. num. 4. Et quare. num. 5. & num. 9.

Teſtes mortui, & abſentes non declarantur. num. 6. Et quare. ibidem.

Clauſula habitis, &c. ſupponit pro Reo, qui declarare voluerit. num.6.
Clauſula habitis tollit defenſiones. num.7.
Aduocatus inuigilare debet ne reus declaret teſtes. num.8. Et quare. ibidem.
Reus recipiens copias proceſſus abſque eo quod declaret non idcircò cenſetur declaraſſe. num.10.

AD huius quæſiti intelligentiam ſciendum eſt, quod ne reus diutius in ſecretis carceribus retineatur ſo-
1 let Iudex, ſaltem in Statu Eccleſiaſtico decernere copiam proceſſus cum dicta clauſula habitis prius teſtibus pro ritè, & rectè examinatis, & vt docet *Cartar. in dicta eius praxi lib.3.cap.3. nu.56.* & *Ambroſin. in tract. de proceſſ. informat. cap.1. num.19. lib.3.* & reddunt rationem ne per inquiſitum fraus fiat, vt teſtes antequam
2 repetantur de loco diſcedant, & repeti non poſſint habitis ergo teſtibus prius pro ritè, & rectè examinatis ceſſat hæc ſuſpicio, *Foller. in verb. datur copia capitulorum num.5.* quia tunc proceſſus euadit legitimatus, & cum dicto proceſſu ſic legitimato poteſt contra inquiſitum iuridice procedi; idcircò clauſula illa habitis teſtibus, &c. dicunt conditionèm importare neceſſariam prius adimplēdum antequam detur reo inquiſito copia indiciorum, *l. à teſtatore, ff. de cond. & demonſ. Cartar. pract. interrogat. lib.1. cap.3. n.63.* Sed, vt veritatē fatear ratio ſupradicta mi-
3 hi non placet, quia ablatiui abſoluti varie ex rebus ipſis propter materiā ſubiectam accipiuntur, *Alcia. in l.240. ff. de verb. ſignif.* & licet ſæpius in cōditionem reſoluantur tamen in caſu noſtro nō eſt ſic nam ſi d. ablatiuus haberet vim neceſſariæ conditionis implendæ ſequeretur quod poſtquam reus habuerit teſtes pro ritè, & rectè examinatos, ſeu repetitos numquam reuocari poſſet, quia ex quo quis ſemel declarauit non admittitur variatio, vt eſt *gloſ. ſingul. in l. quidquid aſtringenda, ff. de verb. oblig. Alex. conſ.55. nu.17. lib.5.* quod tamen cōtrarium ſupra probauimus, vndè dicendum puto quod dictus ablatiuus
4 ponatur non ſimpliciter, vt conditionem neceſſariam faciat, ſed vt per dictum ablatiuum ſignificetur declaratio, & commodi repræſentatio, & ſic non denotet conditionem, *l. illa inſtitutio, §. fin. ff. de condit. inſtit. l. in ratione, §. quo loco, ff. ad Falcid. Bald. in tract. de pactis num.39.* immò potius, vt vim ſuppoſitionis terminorum indicet prout diſtinguendo, tradit idem *Bald. in leg.1. numer.1. C. quando non petentium partes,* ablatiuus enim
5 ille abſolutus habitis, &c. ſupponit primo pro caſu in quo non ceſſaret fraus quæ eſt ratio cur Iudex decernit dictam declarationem nam ſi ceſſaret dicta fraus pro qua dictus ablatiuus ſupponit vtique reſolueretur dictus ablatiuus prout ceſſare videtur in teſtibus abſentibus, & mortuis,
6 ac proindè illi non declarantur, vt notat *Cartar. dicta eius praxi lib.3. cap.3. numer.63.* ibi, & ideò quoad abſentes quia ſuſpicio ceſſat fraudis quæ fieri poſſet ne teſtes à curia repetantur ſi ad recedendum ſubornarentur, & quo ad mortuos, quia omninò ceſſat timor ſuburnationis cum mortui ſuburnari non poſſint, ideò Iudices decernendo copiam indiciorum cum dicta clauſula habitis teſtibus pro ritè, & rectè examinatis ſolent addere præter abſentes, & mortuos, quoniam tunc ceſſat ratio quare copia indiciorum denegetur non legitimato prius proceſſu hæc ille, *& num.64.*

Supponit ſecundò pro reo qui ſicut non
6 poteſt cogi ad declarandum ita prædictus ablatiuus ſupponit quatenus reus declarare voluerit, & non alias iuxta ea quæ colliguntur ex *Alexan. conſ.55. num.4. lib.5.* & ex *Guazz. defenſ.24. cap.6. numer.5.* ibi, vt eius verba *referam*, & ſi rei noluerint talem declarationem facere Iudex debet legitimare proceſſum, & ſic, vel teſtes repetere reo citato, vel illos cōfrontare vbi notand. verba, *& ſi Rei noluerint,* quæ connotant facultatem reorū dictam declarationem faciendi, & propterea ſubiungit idem *Guazz. ibid. num.6.* dicendo, & ob id decretum Iudicis cum dicta clauſula dummodo habeat reus
7 teſtes pro ritè, & rectè examinatos non tenet cum tollat defenſiones, *Cartar in dicta eius praxi lib.3. cap.3. nu.67. & ſeqq.* & ibidem *Guaz. in defenſ.25. cap.1. nu.1.* confirmat ſupradicta, dicendo quoniam vbi non viget conſuetudo quod reus declaret teſtes pro informatione curiæ examinatos pro ritè, & rectè repetitos, ac etiam vbi viget talis conſuetudo ſi reus nollet facere talem declarationem non poteſt compelli ad illam faciendam, ſed inſtare poteſt, vt repetantur, vt euenit in illa cauſa graui Illuſtriſſimi D. Comitis Herculis de Pepulis hæc *Guazz.* ac propterea admonet idem *Guazz. in dicta defenſ.25. cap.1. num.1. in fine*, quod Aduo-
8 catus inquiſiti multum inuigilare debet ne fiat talis declaratio ſi per eam præiudicium irreparabile reo inferretur non obſtante allegata cōſuetudine cum non poſſit inueniri legitimus modus cogendi reū ad illam faciendam, & ſic cōcludēdo arbitror ablatiuus poſitus ſit in dicto decreto quod potius in vim ſuppoſitionis terminorum quam
9 in vim conditionis neceſſariò adimplendæ,
prout

prout eſt de natura conditionis, vt tradit *Bart. in l. quibus, §. Termilius, ff. de condit. & demonſtrat. Bald. in conſ. 261. ſeu 219. lib. 2.* & hoc adeò eſt verum; quod etiam ſi reus, ſeu inquiſitus recepiſſet copias proceſſus abſque eo quod declaraſſet, non idcircò cenſetur
10 declaraſſe ex dicta receptione, eò quia requiritur expreſſa declaratio, *l. 100. §. fin. ff. de verb. oblig. l. ſi ita expreſſim, ff. de condit. & demonſtrat. Guazz. defenſ. 24. cap. 6. num. 8. cum ibi allegat.*

An facta dicta declaratione ſine clauſula, *ſaluo iure repetendi, &c.* Reus ſibi præiudicium aliquod intulerit.

Quæſt. CLXVIII.

SVMMARIVM.

Declaratio facta ſine clauſula. ſaluo iure repetendi, &c. *infert præiudicium Reo. num. 1. Declara. num. 2.*

Clauſula, ſaluo iure, &c. *in declaratione non facta non præiudicat Reo. num. 3.*

Declaratio non tollit repetitionem, nec facultatem interrogandi teſtes. num. 4.

Declaratio per ſe ſimpliciter facta tacitè reſeruat repetitionem. num. 5.

Declaratio eſt actus extraordinarius æquipollens actui ordinario repetitionis. num. 6.

Quæ requiruntur in actu ordinario repetitionis. nu. 7.

In declaratione non ſuppletur defectum interrogationis, ideò tacita reſeruata videtur. num. 8.

Vbi de vita hominis agitur reus quandocumque ſuas probationes facere poteſt. num. 9.

Clauſula, ſaluo iure repetendi *cum interrogatorijs eſt modificatiua, & reſtrictiua actus. num. 10.*

Clauſula ad habendum, &c. *de ſui natura importat liberam alienandi licentiam. num. 11.*

Declaratio nihil aliud eſt, quam approbatio examinis teſtium. num. 12.

Ob non factam reſeruationem in materia declarationis non cenſetur renunciatum defenſioni reſultanti ex interrogatione teſtibus facienda. num. 13.

Per declarationem ſuppleta videtur tacita repetitio non expreſſa. num. 14.

Interrogatoria non dantur per Reum. num. 15. Declara. num. 16.

Per verba ego declaro teſtes pro ritè, &c. *legitimatur proceſſus. num. 17.*

Differt quod verba enuncientur negatiuè, vel affirmatiuè. num. 18.

Negare dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num. 19.

ET videtur affirmatiuè reſpondendum per ea
1 quę dicit *Cartar. in dicta eius praxi lib. 3. cap. 30. num. . . ibi, Alias enim niſi reſeruatio hæc fieret non poſſet poſtea contra hos teſtes opponere, & eorum dicta impugnare*; & ſubiungit: Nam habendo teſtes pro ritè, & rectè examinatis perindè eſt, ac ſi citatus fuiſſet ad videñ eorum iuramenta, & quando Reus ita citatur cautus eſſe debet, vt proteſtetur contra ipſorum teſtium perſonas, & dicta ne conſentire videatur, vt voluit *Salycet. in l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus*, & poſt eum *Foller. in verb. concedatur repulſa n. 18 Marant. in ſpecul. part. 6. in 13. actu nu. 2. Guazz. defenſ. 20. cap. 8. numer. 3.* & *Farinacc. quæſt. 71. num. 152. in fine*; refert quod hic in curia aliquando in quadam cauſa non potuit obtinere repetitionem, eo quia reus ſimpliciter declarauit teſtes pro ritè, & rectè examinatos ſine dicta clauſula *ſaluo iure, &c.*

Fateor quod ad benè eſſe fieri poſſit dicta
2 proteſtatio cum dicta clauſula, *ſaluo iure repetendi*; & dandi interrogatoria ad effugiendas, vt dicit *Guazz.* omnes fiſcales diſputationes, quia vt ipſe ſubiungit DD. volunt reſtringere iſtam opinionem, quando quis declarauit, & re integra, & ante datas copias indiciorum reuocat dictam declarationem, & tunc poſſit habere ius repetendi teſtes ſuper interrogatorijs, ſecus ſi illam ſimpliciter fecerit poſt datas copias ſine illa reſeruatione: Attamen vt meam dicam opi-
3 nionem, dico quod ſiue re integra, ſiue poſt datas copias indiciorũ ſemper reo ſic ſimpliciter declarando tacitè ſibi reſeruatum eſt ius repetendi, & dandi interrogatoria ex infraſcriptis.

Nam in Vrbe hoc non habet difficultatem propter diſpoſitionem reformationis Tribunalium Vrbis, hoc diſponentem; idcircò ſuper hoc non inſiſto, ſed difficultas eſt in Statu Eccleſiaſtico in quo vſus inoleuit hãc fieri declarationem antequam copiæ indiciorum tradantur, & propterea dicendum eſt, quod non obſtante, quod reus qui declarauerit non fuerit ſibi reſeruata facultas teſtes repetendi, & interrogandi; nihilominus ei concedi debet; primò,
4 quia huiuſmodi declaratio non tollit facultatem teſtes interrogandi; Antecedens probatur ex ratione cur fiat talis declaratio, & eſt ne per inquiſitum fraus fiat Fiſco; nimirum ne teſtes antequam repetantur de loco diſcedere curent, vt repeti non poſſint quo fit, vt declaratio non tollat repetitionem,

Digitized by Google

quando teſtes non diſcedant; immò ſit de-
claratio, vt repetitio non impediatur, & ſic
declaratio per ſe ſimpliciter facta tacitè re-
5 ſeruat repetitionem, ergo, & interrogatio-
nem, *Honded. conſ.*101. *ſub num.*30. *lib.*1, *Si-
manch. in tract. de fide cath. tit.*64.*de teſtib. c.*25.
Nec dicatur quod per dictam declaratio-
nem reus repetitioni renunciauerit, vt per
Caball. caſu 269. *num.*20. *verſ. ſi tamen*, quia
6 cum declaratio ſit actus extraordinarius
æquipollens actui ordinario repetitionis;
idcircò æquipollere debet in omnibus, &
per omnia, quæ requiruntur in dicto actu
ordinario repetitionis nam æquipollentia
eſt ſimilium æqualitas, *l. ſi mater*, vbi *Bald.
C. de inſtitut. & ſubſtit. Bald. in l. omnes populi
num.*65. *ff.de inſtit. & iure*; nimirum primò
7 ſicut in actu ordinario repetitionis requiri-
tur citatio ad videñ iurare teſtes,& dandum
interrogatoria in extraordinario dicta cita-
tio ſuppletur per præſentiam, quam reus
præſtat per ſe ipſum in declarando; ſecun-
dò in prædicto actu ordinario repetitionis
requiritur quod teſtes iterum nouo exami-
ne repetantur hoc in actu extraordinario
ſuppletur per dictam declarationem; tertiò
requiritur quod teſtes aut repetantur cum
interrogatorijs à Reo datis, aut reus illis re-
nunciet, quod non videtur ſuppletum per
dictam declarationem,quia ſola, & ſimplex
declaratio non ſupplet defectum interroga-
8 tionis cum in dicta declaratione non exer-
ceatur vllus actus æquipollens prædictæ in-
terrogationi, nec vllum æquipollens eius
renunciationi; idcircò tacitè reſeruatum
ſibi videtur.

Secundò, quia certum eſt, quod repeti-
tio cum interrogatorijs eſt, vt ſepius dixi,
quædam defenſio Rei, & æquum,ac ratio-
nabile eſt inquit *Baiard.ad Clar.quaſt.*49.*n.*42.
quod vbi de vita hominis tractatur Reus
9 quandocunque ſuas probationes, & defen-
ſiones facere poſſit, & ſubiungit idem *Ba-
iard. dicta quaſtione num.*43. dicendo miror *de
Foller.* dum dicit; quod quando inquiſitus
citatur ad videñ iurare teſtes, vel quod co-
ram eo examinantur debet eſſe cautus, &
proteſtare contra perſonas teſtium, & eo-
rum dicta ne videatur conſentire,quia con-
ſentire non poteſt, &c. Et ego (inquit ille)
numquam vidi,nec forſan ipſe quod Rei in
confrontatione quæ fit cum teſtibus talem
proteſtationem faciant, & eſſent in maxi-
mè periculo vitæ ſi omittendo dictam
proteſtationem viderentur conſentire de-
poſitionibus contra eos factis quæ prote-
ſtatio omitti poſſet ignorantia eorum, vel
procuratorum,& ideò dici non poteſt dicta
reſeruatio, ſeu proteſtatio ſit neceſſaria,

ſed quod potius ſit ad benè eſſe quam de
neceſſitate hæc ille. Clauſulam enim iſta,
10 *ſaluo iure repetendi cum interrogatorijs*, cum ſit
modificatiua,& reſtrictiua actus præceden-
tis declarationis operatur, quod declaratio
facta habeatur pro non facta quando Reus
voluerit teſtes repetere,& ad hunc effectum
produxerit interrogatoria, nam tunc legi-
timatio proceſſus per dictam declaratio-
nem facta vti præiudicialis propter dictam
clauſulam, *ſaluo iure,&c.* nullo modo afficit
Reum, niſi teſtes repetantur, & declaratur
exemplo inueſtituræ conceſſæ alicui cum
11 clauſula *ad habendum retinendum poſſidendum*,
& quicquid placuerit faciendum quæ clau-
ſula de ſui natura importat liberam, & di-
ſpoticam licentiã alienandi, tamen ſi adda-
tur, altera clauſula *ſaluo iure tertij*,tunc dicta
clauſula, *ita modificatur*, vt per alienatio-
nem poſtea ſequutam nõ ſit factum vllum
præiudicium tertio, qui voluerit poſtea re-
uocare dictam alienationem, quæ ante re-
uocationem ſubſiſtere videtur, ita pari mo-
do legitimatio proceſſus per declaratio-
nem ſubſiſtinetur,donec reus illam reuocet
per productionem interrogatoriorum, &
inſtantiam factam repetitionis virtute dictæ
facultatis ſibi reſeruatæ; propter dictam
clauſulam, *ſaluo, &c.* præmiſſam.

Tertiò, quia declaratio nihil aliud eſt, vt
12 dixi, quam approbatio examinis teſtium
per Iudicem recepti ad fundandam Fiſci
intentionem, vt notat *Cartar. dicta eius praxi
lib.*3. *cap.*3. *numer.*58. idcircò declarationis
forma eſt iuxta decretum, quod per Iudi-
cem interponitur; nimirum quod reus de-
claret teſtes pro ritè, & rectè examinatos;
non autem pro ritè, & rectè interrogatos;
idcircò etiam ſi reus expreſsè ſibi non re-
ſeruauerit facultatem repetẽdi dictos teſtes
cum interrogatoriis tacitè cenſetur ſibi re-
ſeruatum, quia dicta declaratio nihil aliud
operatur quam approbare modum per Fi-
ſcum adhibitũ ad fundandam ſuam inten-
tionem, ac propterea poſt dictam declara-
tionem reus audiri debet in ſuis defenſioni-
bus quæ ſibi competunt de iure quoad in-
terrogationem teſtiũ, *l.ſi quidem.C.de except.
l.exceptionem, ff. de probat. Cartar. dicto loco, &
13 dicto num.*58. ſuæ defenſioni ob dictam non
reſeruatam facultatem renunciatum nulla-
tenus videtur.

Nec dicatur, quod per dictam declara-
tionem videatur ſuppleta dicta repetitio,
quia iſta ſuppletio verſatur circa tacitam
repetitionem cum Reus declarando taci-
tè videtur illorum repetitionem admitte-
re; nimirum, ac ſi parte citata examinati
fuerint, *Capyc. deciſ.*74. *Vulpell. conſ.*68. *nu.*7.
Ba-

Digitized by Google

Baiard. ad Clarum queſt. 45. num. 25. non au-
14 tem quæ fieri non poteſt, niſi per Iudicem lectis teſtificatis, & illis didicitis opportuna poſſit conficere interrogatoria, quæ nullo modo fieri poſſunt, niſi habita notitia illorum, quæ teſtes depoſuerunt, & in hoc etiam hic modus æquipollens deuiat à vero, & ordinario modo repetendi, ac proindè per dictam declarationem etiam non reſeruata facultate repetendi cum interrogatoriis non cenſetur reo præiudicatum, quin ſemper, & quandocumque, dummodò non ſit concluſum in cauſa, poſſint illi repeti cum interrogatoriis.

Dices cum *Claro quæſt. 23. num. . . . verſ.*
15 *item quæro*, quem refert *Ambroſ. d. lib. 3. cap. 1. num. 49.* interrogatoria per reum non dari, & ita ſeruari de ſtylo. Reſpondetur, quòd contrarium omninò ſeruatur, & hoc per Fiſcum approbatur, quoniam quando reus declarat nolle habere teſtes pro ritè, & re-
16 ctè examinatos citatur idem reus ad videñ illos repeti, & ad dandum interrogatoria, quatenus dare intendat aliàs videñ. repeti ſine, ſi ergo per reum non dantur interrogatoria, cur illum monere, vt illa exhibeat vtique diceñ. eſt falſum eſſe, quod dicit *Clarus*, niſi dicas, quod *Clarus* loquatur de practica Mediolani, vt notat *Scholion. ad Ambroſin. in cap. 2. lib. 3. num. . . .* Sed obiter dubitari poteſt an per hęc verba ego declaro teſtes pro ritè, & rectè examinatos inducta ſit legitimatio, & ratio dubitandi eſt, quia cum declarare, & non declarare debeant eiſdem regulis induci, vndè ſi dico non declaro teſtes pro ritè, & rectè examinatos nõ videor renunciare legitimationi, quaſi adhuc non videor deliberari ſuper dicta declaratione, ergo ſi dico declaro non videor legitimare.

Sed in contrarium eſt veritas, quia per
17 hæc verba ego declaro denotatur, quod voluntas acceſſit ad actum declarandi, ac proindè debent aliquid aliud, quam verba non declaro operari, cum ſint emiſſa principaliter propter ſe, idcirco declarationem gerunt, atque diſponunt.

Ad rationem verò dubitandi reſponde-
18 tur, quia aliud eſt, quod verba enuncientur negatiuè, aliud, quod verba proferantur affirmatiuè, nam affirmare eſt ens, negare autem dupliciter conſiderari poteſt
19 vno modo pro recuſatione, alio modo pro medio ſtatu, qui pertinet ad deliberationem, nam qui deliberat nondum agit, & ſic nõ declarat actum, ſed eſt in potentia declarandi, & non declarandi, prout deindè applicauerit animum ad declarationem faciendam, eſt ergo deliberatio medium inter duo extrema, quæ ſunt ipſa actualis declaratio declarandi, cum ergò verba negatiua non declaro ſint ambigua, eorum declaratio pertinet ad proferentem, qui ſi ſe non declaret, verba prædicta, tanquam incerta, nihil operantur; quod non procedit, quando affirmatiuè profero dicta verba, ego declaro.

An neceſſarium ſit quod Reus, qui debet declarare habeat ſcientiam eorũ, quæ teſtes depoſuerunt. Quæſt. CLXIX.

SVMMARIVM.

Qui ratum habet ſcire omnia in indiuiduo debet, quæ rata habet. num. 1.

Declaratio eſt quædam ratihabitio eorum, quæ facta ſunt in proceſſu. num. 2.

Ratihabitio ſupponit, quod negotium ſit factum pro ratificante; quod eſt ſecus in declaratione. num. 3.

Declaratio trahit ſe ad tempus rei declaratæ. nu. 4.

Ratificatio eadem die, qua fit dicitur facta, & non retrotrahitur ad tempus rei geſtæ. num. 5.

Declaratio non reſpicit immediatè ad dicta teſtium, ſed ad ſolemnitatem. num. 6.

Declarans non eſt neceſſarium, quod habeat notitiam de dictis teſtium. num. 7. & 9.

Reus nunquam conſtitutus non tenetur declarare. num. 8.

In Vrbe reus numquam declarat, niſi prius data ei fuerit copia indiciorum. num. 10.

REgulare eſt, quod qui ratum habere debet ſcire omnia in
1 indiuiduo, quæ rata habẽda sũt oportet vt dicit *Laderch. conſ. 15. num. 10. verſ. nec mirum. Oldrad. conſ. 329. Gratian. diſcept. 162. num. 2.* ſed ſic eſt, quod declaratio eſt quædam ratiha-
2 bitio, ſeu comprobatio eorum, quæ facta ſunt in proceſſu contra inquiſitum, vt videtur dicere *Guazz. defenſ. 24. cap. 6. num. 2. in fine*: ergo neceſſarium eſt, quod reus habeat ſcientiam omnium eorum in indiuiduo, quæ contra eum in proceſſu ſcripta ſunt: *Guazz. dicta defenſ. 24. cap. 6. num. 13. verſ. & certè non video, &c.*

Sed ad huius concluſionis euidentiam ſciendum eſt, quod licèt declaratio dici
3 poſſit ratihabitio tamen differt ab ea, tum quia ratihabitio ſupponit, quod negotium ſit factum pro ratificante, ideò in eo requiritur, quod habeat ſcientiam omnium co-

eorum,quæ ratificat. Declarans verò non ſupponit factum pro ſe, ſed pro alio, & ſic pro Fiſco: idcircò non requiritur tantam ſcientiam in eo, ac proindè decla-
4 ratio trahit ſe ad tempus rei declaratę. *l. hæredes palam §. ſed ſi notam ff. de teſtamentis, l. Aurelius §. teſtamento ff. de libert. leg.* ſed ratificatio eadem die, qua fit dicitur facta,
5 & non retrotrahitur ad tempus rei geſtæ, tum quia declaratio, quam facit reus habendo teſtes pro ritè, & rectè examinatos non reſpicit immediatè ad dicta, & depoſi-
6 tiones teſtium continētes facti narrationē, ſed dumtaxat ad ea, quę de iure complere debent examen illorum, vt legitima reddātur, nimirum ad citationem: *Cartar. in ſua praxi interrogan. reorum cap. 3. num. 71. lib. 3.* vt inquiſitus præſens ſit examini faciendo de teſtibus à Iudice, & ad interrogationem per Iudicem prædictis teſtibus faciendam, ac reſponſionem per teſtes dandam, quæ omnia per reum impediri non poſſunt, idcircò non videtur neceſſarium, quod in
7 actu declarationis habeat notitiā de eorum dictis, & depoſitionibus; quoniam declaratio cadit ſuper illo actu, quē facit Iudex, ſeu Notarius de mandato Iudicis conſiſtēte in puro actu interrogandi, & reſpondēdi, citato ipſo reo, non autem in interrogatis à Iudice, & reſponſis à teſtibus datis: Vndè diſtinguendo dicimus, quod aut reus numquam conſtitutus, ſeu examinatus fuit
8 & tunc ille nullo modo tenetur declarare, niſi ei dicta teſtium fuerint prius conteſtata, vel per lecturam, vel per verbalem conteſtationem, quæ habet vim notificandi eidem reo ipſa teſtium dicta, niſi ex certa ſcientia renunciauerit ignorantiæ contentæ in teſtium depoſitionibus: *Bald. in l. qui iure num. 2. ff. de militari teſtament.* quia tūc valeret declaratio abſque eo, quod ſciret cōtenta in depoſitionibus dictorum teſtiū, aut reus conſtitutus fuit, & Iudex ei conteſtauit dicta teſtium, & tunc non eſt ne-
9 ceſſarium, quod in actu declarationis habeat ſcientiam de continentibus in dictis teſtium, quia iam reus in cōteſtatione de illis ei facta habuit notitiā, & ſic hoc modò declaratio fieri nō debet abſq; eo quod reus ſciat; & notitiam habeat de teſtium dictis, & hæc procedere videntur in illis regionibus, in quibus antequam publicentur teſtes Rei inquiſiti habent illos pro ritè, &
10 rectè examinatos, in Vrbe autem inquiſiti numquam declarant, niſi prius ſibi fuerit data cupia indiciorum, quibus habitis, & per reum, ſeu per eius Aduocatum benè perſcrutatis inſtante Fiſco citatur idem reus ad declarandum an velit habere teſtes pro curiæ informatione examinatos pro ritè, & rectè examinatos; quod ſi ille dixerit, quod illos nō vult habere pro ritè, & rectè examinatos, tūc vlterius citatur ad videndū illos repeti, & ad dandum interrogatoria quatenus dare intendat alias videndū repeti ſine; vt notat *Guazz. defenſ. 24. cap. 6. num. 12.* & ſic teſtes poſtea comparentes repetūtur, *Ambroſ. d. lib. 3. cap. 1. num. 43. & ſeqq.* & ſic habes, quod neceſſarium eſt quod reus habeat aliquam notitiam, de his, quæ teſtes contra eum depoſuerunt, ſaltem, vt dixi per conteſtationem ſibi factam, vt notare videtur *Cartar. de integran. reis lib. tertio, cap. 1. num. 12.*

An reus cogi poſſit declarare teſtes pro ritè, & rectè examinatos.
Quęſt. CLXX.

SVMMARIVM.

Reus non poteſt cogi declarare teſtes pro ritè; & rectè examinatos. num. 1.
Conſuetudo declarandi antequam tradantur copiæ indiciorum ſapit præiudicium dum extorquet conſenſum. num. 2.
Libertas in actibus indifferentibus nunquam per conſuetudinem conſtringi poteſt. num. 3.
Stylus, ſeu conſuetudo, aut ſtatutum non poſſunt introducere, quod teſtes examinari poſſint, non citata parte. num. 4.
Conſuetudo, quæ aſtringit declarare teſtes non eſt rationabilis, & quare. num. 5.
Iudex caret poteſtate cogendi reum ad declarandum. num. 6.
Fauor inquiſiti eſt, vt prius citetur & ſui fauori, non poteſt cogi, vt renunciet. num. 7.
Quod ſolitum eſt fieri ſi non fiat iniuſtè fit. num. 8. Declara. ibidem.
Declaratio ſemper importat aliquod præiudicium. num. 9.
Aduocati ſunt beccarij ſuorum Clientuum dum pro ſatisfaciendo Iudicibus permittunt illos declarare teſtes. num. 10.

QVamuis quæſtio hæc coincidat cum quæſtione, de qua ſupra diſputaui de ſignificatione ablatiui abſoluti habitis teſtibus pro ritè, & rectè examinatis, nihilominùs cum in hac multa dicenda ſint, quæ in illa non fuerūt dicta, hanc potius pro additione, quam pro noua quæſtione ponere decreui; dicimus enim, quod licet ſit conſuetudo in ſtatu

Ec-

Eccleſiaſticó præterquàm in Vrbe, quod
non aliter Iudex publicari mandat proceſ-
ſum, niſi habitis teſtibus pro informatione
Curiæ pro ritè,& rectè examinatis,vt dicit
*Cartar.in ſua praxi lib. 3. cap.3.nu.56.*ratio ſit,
vt dixi ne per inquiſitum fraus fiat nempè
quod teſtes antequam repetantur de loco
diſcedant, vt poſtea repeti non poſſint,quo
circa facta dicta declaratione ceſſat huiuſ-
modi ſuſpicio, & hoc idem repetit in *n.60.*
& num. 62. teſtatur de huiuſmodi praxis in
Statu Eccleſiaſtico, immò ſubiungit *n. 64.*
quod notarius dare non poteſt copiã indi-
ciorum,niſi præcedat ſupradicta declaratio,
quia ablatiuus abſolutus habitis,&c.qui ſo-
let poni in decreto publicationis, vt ipſi di-
cũt importat, conditionẽ tamen cũ huiuſ-
modi praxis non videatur ſapere aliquam
formam eſſentialem ad dictam proceſſus
publicationem, ideò non importat neceſſi-
tatem præciſam ita declarandi dicimus er-
go quod ſi aliquis reus nollit dictam decla-
1 tionem facere nullo modo cogi poteſt: *Fa-*
rin. quæſt. 72. num. 157. & ratio eſt, quia
prædicta declaratio non ſupplet, niſi defe-
ctum citationis,, quæ cum ſapiat defenſio-
nem reus non poteſt cogi, vt renunciet, vt
dicit *Burſatt. conſ. 311.num.3. & ſubdit num.6.*
dicendo his reis petentibus copiam indi-
ciorum dari, & tradi debet abſolutè ante-
quam ad aliquem actum præiudicialem
Iudex deueniat.

Non obſtat quod in Statu Eccleſiaſtico
vigeat huiuſmodi conſuetudo declarandi
teſtes pro ritè, & rectè examinatos, quia
2 cum huiuſmodi conſuetudo ſapiat præiu-
dicium, dum extorquet conſenſum, qui
cum debeat eſſe liber *cap.ſuper de cond.appoſ.*
nullo modo per conſuetudinem ad eum
3 præſtandum cogi poteſt; libertas enim in
actibus indifferentibus numquam per con-
ſuetudinem conſtringi poteſt, & præcipuè
in iјs, quæ ſonant in defenſionem Rei: Ci-
tatio enim ad videñ iurare teſtes, quæ ſup-
pletur per dictam declarationem de habẽ-
do teſtes pro ritè, & rectè examinatos, niſi
à volente haberi debet, nec conſuetudo a-
ſtringere poteſt ad illi renunciandum,vndè
4 ſicut ſtylus, ſtatutum, atque conſuetudo
non poteſt introducere, quod teſtes exami-
nari poſſint parte non citata, vt volunt
Marſ.conſil. 8. num.27. Perſonal.tract.de ind.&
tort. num. 19. verſ. & hac quoque ratione, &c.
dicendo quod hæc potius eſſet corruptela,
quàm conſuetudo, ita pariter conſuetudo
5 quæ aſtringit ad declarañ teſtes pro ritè, &
rectè examinatos non eſt rationabilis, quia
toleret per viam hanc citationis ſolemni-
tatem, cui reus minimè renunciare cogi
poteſt per ea,quæ proportionabiliter tradit
Farin. quæſt. 72. num. 72. & 73.

Nec releuat ratio aſſignata, nimirum
hoc fieri ne per inquiſitum fraus fiat, quia
huic inconuenienti ſatis prouiſum eſſet,
quando Iudex publicato proceſſu, & citato
reo ad videñ repeti teſtes, & aſſignato ei
competenti termino ad conficienda inter-
rogatoria,reus inquiſitus haberet in prom-
ptu prædicta interrogatoria, vel ſi non ha-
beat ſtante eius contumacia teſtes repe-
tuntur.

Neque etiam quicquam operatur, quod
Iudex decernat copias indiciorum ſub cõ-
ditione habitis prius teſtibus pro ritè, &
rectè examinatis, quia ad hoc, vt decretũ
iſtud habeat virtutem cogendi ad ſic de-
clarandum debet procedere ab eo, qui ha-
beat huiuſmodi poteſtatem: *argum. l. ſi fi-*
deicomiſſum §. cum eſſet ff. de legat. 3. ſed ſic eſt
6 quod Iudex in hoc caret hac cogendi po-
teſtate ergo &c. & quod Iudex careat hac
poteſtate patet, quia ſicut non poteſt tol-
lere defenſiones ſic non poteſt cogi ad de-
clarandum cum hoc eſſet tollere dictas de-
fenſiones, vt ſupra dixi: *Burſat. dicto con-*
ſil. 311. num. 7. in fine idcircò iſta clauſula
nõ importat neceſſitatem præciſam adim-
plendi; ſed intelligitur quatenus ab inqui-
ſito teſtes pro ritè, & rectè examinatis
haberi voluerint, & ſic ſi prædictum abla-
tiuum importaret conditionem, prout nõ
importat, vt ſupra dixi nullam aliam im-
portaret, quam illam, quæ in libera pote-
ſtate inquiſiti fuerit, & non cogeret inqui-
ſitum ad ſic declarandum, quia fauor in-
7 quiſiti eſt, vt prius citetur,& ſui fauori cõ-
pelli non poteſt, vt renunciet.

Dices, quod quando aliquid eſt ſolitum
8 fieri, ſi non fit, iniuſtè fit, ſed ſic eſt, quod
ſolitum eſt dictam declarationem fieri, er-
go ſi non fit ab inquiſito iniuſtè fit. Re-
ſpondetur,quod in materia indifferenti be-
nè importat neceſſitatem ſecus in materia
differenti, prout eſt dicta decleratio, quæ
9 ſemper importat præiudicium aliquod:
Bald. in l. 1. num. 12. C.quomodo, & quando.

Et hinc eſt, quod *Proſper Petra in add. ad*
Grammat. deciſ. 28. num. 7. ſe inuehit contra
Aduocatos appellandò beccarios ſuorum
10 clientuum, qui vt ſatisfaciant Iudicibus
permittunt illos declarare teſtes pro ritè,
& rectè examinatos, & ratio eſt, quia, vt
ſupra dixi Iudex ad hanc declarationem
faciendam reum compellere non poteſt,
vt ex *Reformat. Pauli V. in tit. de Iudicibus cri-*
minalibus Vrbis, neque cogantur.

An

An declaratio teſtium pro ritè, & rectè examinatũ fieri poteſt per Procuratorem.

Queſtio. CLXXI.

SVMMARIVM.

Nuncius ibi eſt, vbi præſens loquitur pro perſona abſentis. num. 1.

Declaratio fieri poteſt per Procuratorem. num. 2.

Per receptionem copiarum proceſſus non eſt inducta declaratio. num. 3.

Mandatum ad declarandum debet eſſe ſpeciale, nec ſufficit generale. num. 4.

Mandatum ad declarandum factum coram incompetẽte Iudice ſufficit ſi tempore declarationis ſit competens. num. 5.

Differt Nuncius à Procuratore, quia Procurator ſubſtantiat factum in ſe Nuncius in alio. num. 6.

Epiſtola non obligat. num. 7.

In mandato generali ad declarandum veniunt clauſulæ præter mortuos, & abſentes, *& ſaluo* iure repetendi. *num.* 8.

Clauſulæ præter mortuos, &c. *ſunt reo vtiles. num.* 9.

Procurator conſtitutus ad contrahendum, poteſt poncre pactum præiudiciale ipſi conſtituenti. num. 10.

Clauſula præter mortuos *de conſuetudine apponi ſolent in declaratione. num.* 11.

Notarius rogatus ſimpliciter intelligitur etiam rogatus vt ponat clauſulas ſolitas. num. 12.

PRO negatiua videtur facere ea, quæ dicuntur de Nuncio, per quẽ nullo modo fieri poteſt legitimatio, & ratio eſt, quia ibi eſt Nuncius, vbi præ-
1 ſens loquitur perſona abſentis, & è conuerſo Dominus abſens loquitur, vt præſens, quia ergo præſentia repugnat actui, qui requirit copulam verborum meritò non valet legitimatio per ea, quæ proportionabiliter ſumi poſſunt *ex Bald. in l. excepta nu.* 28. *C. per quas perſonas nobis acquir. in l. ſi literas C. mandati numer.* 4. ſi ergo non valet legitimatio facta per Nuncium, neque valere debet ſi fuerit facta per Procuratorem, Procurator non minus loquitur in perſona Domini abſentis, quam facit Nuncius, & ſi abſentia repugnat actui, qui requirit copulam verborum, pariter ſufficere non videtur legitimatio per Procuratorem propter dictam repugnantiam verborum.

2 Sed affirmatiua videtur verior, quam ſequitur *Guazz. defenſ.* 24. *cap.* 6. *num.* 1. *&* 7. *& Ambroſin. tract. de modo forman. proceſſ. inform. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 22. vbi iuxta praxim Status Eccleſiaſtici admonet non tradi cõpias indiciorum, niſi reus, vel ſpecialis ad hoc deputatus Procurator prius declarauerit teſtes, pro ritè, & rectè examinatos, & ſubiungit non ſufficere, quod reus, vel Procurator tacitè declarauerit, vt verbi gratia,
3 quando facto Decreto de dandis reo copiis prius habitis teſtibus pro ritè, & rectè examinatis, illaſq; copias cum prædicto decreto receperit, quia licèt Iudex cum prædicta clauſula copias decreuerit, nihilominus cum reus præciſè non declarauerit, vel eius Procurator non dicitur declaraſſe: *Vulpel. conſ.* 12. *num.* 18. *conſ.* 32. *num.* 6. requi-
4 ritur enim mandatum procuræ ad illos teſtes declarandos, quia cum ſit res ardua, eò quia declaratur animus ipſius Rei in re, vbi agitur de vita honore, atque etiam de toto eſſe: oportet idcircò, quod mandatum ſit ſpeciale, & ſpecificum, nec ſufficit mandatum generale cum libera, vt dicit *Surd. deciſ.* 89. *num.* 20. vbi citat *Bart. in l. ſtipulationem §.* 1. *verſ. item dico ff. de verb. ſignif. Alex. conſ.* 78. *num.* 11. *lib.* 5.

Quid verò ſi fuerit factum mandatum procuræ ad declarandum teſtes coram Iu-
5 dice, qui tempore mandati non erat competens, ſi antequam declaret factus fuit competens an declaratio ſuſtineret, & dicendum eſt, quod ſic quia conſiderandum eſt tempus declarationis, non tempus conſtitutionis, vt ex *Alex. in l. ſi rem meam nu.* 4. *ff. de verb. oblig.*

Non obſtat modo obiectum factum de Nuncio, quia valdè differt aliquid fieri per
6 Nuncium, & aliquid per Procuratorem: *Fagnanus in cap. cum dilectus num.* 1. *& ſeq. de Relig. Dom., &c.* quia Procurator ſubſtantiat factum in ſe licèt agat procuratorio nomine, ſed Nuncius nihil in ſe concipit, ſed portat in ore ſuo verbum Domini: *Bal. in l. multum num.* 10. *&* 17. *C. ſi quis alteri, vel*
7 *ſibi*: & hoc facit ad inſtar Epiſtolæ, quæ nõ obligat: *Bald. in l. ait prætor §. item ſi ff. de negot. geſtis.*

Numquid Procurator non habens in mandatis, niſi vt ſimpliciter declaret poſſit
8 addere clauſulas *præter mortuos, & abſentes, & ſaluo iure repetendi*, & videtur dicendum, quod poſſit, tum quia huiuſmodi clauſulę de ſtylo, & conſuetudine apponi ſolent, idcirco in generali mandato ad declarandum veniunt, tum quia huiuſmodi clau-
9 ſulæ ſunt reo vtiles, idcirco illas pro reo apponere poteſt ſecundum ea, quæ dicunt *Bart.*

Bart. & DD. in l. procurator cum libera ff. de procurat. & Bald. in l. procurator C. eodem tum etiã quia ſicut procurator ſimpliciter conſtitutus ad contrahendum, vel aliud facien-
10 dum poteſt in contractu ponere pactum præiudiciale ipſi conſtituenti pro vt eſt renunciatio beneficij de fideiuſſoribus, *vt in auth. præſente C. de fideiuſſ. vt dicunt Bartol. & Angel. in l. bene à num........C. de quadrag. præſcriptio*, quatenus ita ſeruetur de conſuetudine apponendi ita quanto magis poſſet apponere in caſu noſtro clauſulas vtilies, & redundantes ad commodum ipſius conſtituentis, dum illæ de conſuetudine apponi
11 ſolent tum tandem quia ſicut Notarius, qui ſimpliciter fuit rogatus intelligitur etiam rogatus vt ponat clauſulas de conſue-
12 tudine apponi ſolitas *vt eſt textus in l. fin. in fine vbi gloſ. ſingul. quã multum notat Bald. C. de fideiuſſ.* ita quanto magis procurator poterit conſentire, vt ſupradictæ clauſulæ tam pro reo vtiles apponantur.

An per vnam ſolam declarationem fiat vna, vel plures legitimationes.

Quæſt. CLXXII.

SVMMARIVM.

Per vnam ſolam declarationem fiunt plures legitimationes. num. 1. & 3.

Dictio ſicut ſimilitudinem importat. num. 2.

ET dicen: quod per vnam ſolam declarationem fiant
1 plures legitimationes propter plures teſtium depoſitiones ad quarũ corroborationem venit dicta declaratio, & ſic tot ſunt legitimationes quot ſunt teſtium examina *arg. textus in l. pluribus ff. de verb. oblig.*

Dices, quod non niſi per quamdam ſimilitudinem vna depoſitio fuerit legitimata ad ſimilitudinem alterius nam verbi gratia depoſitio Titij eſt legitimata ſicut depoſitio Seij per vnã ſolam declarationem illa
2 enim dictio ſicut ſimilitudinem importat *l. ſi quis obrepſerit ff. de falſis*, & quod eſt ſimile vere non eſt idem *l. quia patre & ibi Bart. ff. de confirm. tutor.*

Reſpondetur, quod quando reus declarat per quamdam pluralem loquutionem loquitur nimirum declarat habere teſtes pro ritè & rectè eſaminatos quo fit, quod iſta pluralis loquutio comprehendat omnes teſtium depoſitiones idcirco non poteſt dici quod vna fuerit legitimatio ſimilitudinarie niſi per noſtrum modum loquendi, quem vt plurimum per dictam dictionem demoſtramus per quam aliquando ſignificamus omnimodam, & perfectam, ac totalem iuris identitatẽ vndè ſequitur, quod vna declaratio vere conficiat plures legiti-
3 mationes iuxta numerum teſtium examinatorum, ſicut vna abſolutio plures tollit excommunicationes *gloſ. anathemate in fine in cau. Engeltrudam 3. quæſt. 4. per arg. textus in l. pluribus ff. de accep.*

Ad quem ſpectet probare mortem ſeu abſentiam teſtium in materia declarationis.

Quæſt. CLXXIII.

SVMMARIVM.

Ad Fiſcum ſpectat probare mortem, vel abſentiã teſtium. num. 1. declara. num. 2,

Reus fit actor in exceptione, quam probare debe. num. 3.

Mors probatur ab eo qui in ea ſe fundat. num. 4.

Vnuſquiſque tenetur probare intentionem ſuam. num. 5.

Vnuſquiſque præſumitur viuere vſque ad 100. *annos num. 6. declara. num. 7. 10.*

Præſumptio iuris duplex eſt & quæ. num. 7.

Vſufructus ciuitati relictus eſtinguitur ſpatio 100. *annorum, & quare. num. 8.*

Gloſæ authoritas tanti facienda eſt vt eam communi opinioni anteponenda eſt. num. 9.

Ad probandam mortem non eſt ſufficiens illam ſimpliciter allegare, ſed oportet illam probabiliter deducere. num. 10.

REus cum in actu declarationis teſtium pro ritè & rectè examinator ab eo factæ ſoleat proteſtari prædictam declarationem facere pro ſolis teſtibus præſentibus & viuẽtibus idcircò dubitari contingir ſi caſus eueniat diſputandi quis debeat mortem ſeu abſentiam teſtium probare *Lucatellus in ſuis quæſtion. inſpectio 5. n. 34.*
1 dicit quod ad Fiſcum ſpectat probare, ſed vel fallitur, vel male typis hæc concluſio de mandata eſt quia in fine dicti numeri allegat pro dicta concluſione *deciſ. Ricij la 210.*

in

*in fine lib.*1.in qua totum contrarium deter-
minat nempe, quod ad reum ſpectet huiuſ-
2 modi probatio, & cum concluſio *Lucatelli*
intelligi debeat ſecundum DD. quos alle-
gat idcircò dicimus , quod male typis de-
mandata ſit nam euidentes ſunt rationes
contra dictam concluſionem , quia cum
reus excipiat de morte , vel abſentia teſtiũ
ſe facit actorem in iſta exceptione idircò
3 ad ipſum ſpectat probare dictã exceptionẽ
vti fundamentum ſuæ intenrionis. *l. in ex-
ceptionibus ff. de probat. cum alijs quos cumulat.
Maſcard. de probat. concluſ.* 91. *l. eum qui ff. de
neg.geſt.l. actor.C. de prob.*quia mors probatur
4 ab eo qui in ea ſe fundat *Bald. in l. Tabulorũ
§. ſi dubitetur ſub num.3.ff.quemad.teſta. aper.*

Sed dices, quod potius ad Fiſcum quam
ad reum ſpectet huiuſmodi probatio quia
cura Fiſci eſt ne proceſſus pereat , & eſt de
eius intentione , vt viuant idcircò ad eum
ſpectat probare, quod teſtes viuant, quia
vnuſquiſque diligens eſſe debet in proban-
do intentionem ſuam *l.actor. l.fin. C. de prob.
l.2.ff. eodem l. qui accuſator. C. de edendo*.

5 Reſpondetur, quod cum Fiſcus habeat
proceſſum pro ſe legitimatum per declara-
tionem licet fuerit legitimatus cum dicta
reſeruatione nihilominus ſtante quod di-
cta pręſerueratio ſit de intentioneRei ad ip-
ſum,& non ad Fiſcũ pertinet probare mor-
te m, vel abſentiam teſtium allegans enim
mortem alicuius neceſſe habet , vt illam
probet *Bart. in l. ſi quidem nu. 1. verſ. quantum
eſt C. ſoluto matrim. Bald. in l. Tabularum §. ſi
dubitetur ſub num.2.ff. quemadmodum teſtam.ape-
riant*; nam Fiſcus habet fundatam intentio-
nem in præſumptione iuris eo quia vnuſ-
6 quiſque præſumitur viuere vſque ad 100.
annos *gloſ. in l. ſed & ſi de ſua ff. de acquir. hæ-
red.Bart. in l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium in
ſecunda lectura num.25.ff. de edendo*.

Et ſi replices , quod ſupradicta propoſi-
tio non ſit vera de iure, quia nulla lege ca-
uetur, quod homo præſumatur viuere vſ-
que ad 100. annos nam potius dici debet
ſuſpicio quædam, quã præſumptio & sũp-
ta videtur ex illo *Eccleſiaſtici* 18. *num.* 8. ibi
*numerus dierum hominis , vt multum centum
anni*, & tunc dicitur præſumptio iuris quã-
do à lege nominatim fit *Menoch. de præſump.
præſumptio* 49.*num*.........*lib*.6. ſed ſic eſt quod
de hac præſumptione nulla lex loquitur
ideò dici non poteſt præſumptio iuris vn-
de. dicit *Decius in l. emacipari C. de collatio*
quod licet ſit poſſibile hominem viuere
vſque ad 100.ann. tamen non eſt veriſimi-
le, & ideò quælibet alia ſuſpicio hanc præ-
ſumptionem tollit,vt poſt *Bart. notat Alciat.
de præſumpt.2.part.præſump.*44.

Reſpondetur, quod duplex eſt præſump-
7 tio iuris vna ſimplex, & definitur, quod ſit
ſimilitudo quædam ſufficiens ad rem du-
biam de qua creduntur credenda , & dici-
tur ſtatus præſumens, ſed non pronuncians
vt dicit *Bald. in l. ea quidem num.4. & 5. C. de
accuſat. & inſcript. & in l. iura conſtitui num. 1.
ff. de legibus*; altera non ſimpliciter ſimplex
ſed cum aliquo alio adito , & definitur,
quod ſit ſtatus à iure promulgatus ex indu-
bia coniectura præſumens , & iudicans id
eſt mandans pro veritate ſeruari *Bald. in iu-
ribus ſupra alleg.* & hæc appellatur præſump-
tio iuris,& de iure vndè ſi propoſitio,quod
quis præſumatur viuere vſque ad 100. an-
nos accipiatur pro ſimplici iuris præſump-
tione ac proinde dicendum eſt quod cum
gloſa , & DD. determinationem illam au-
ctorizzent cum fundamento in iure non
videtur negari poſſe quin ſit iuris præſum-
ptio nam *textus in l. an vſusfructus ff. de vſu-
fructu* diſponit , quod vſumfructus ciuita-
8 ti relictus extinguatur ſpatio 100. annorũ,
& ſubiungit rationem , quia is finis vitæ
longæui hominis eſt ſimilis & *textus in leg.
vltima §. & nobis C. de ſacr.ſanc.Eccleſ.* ibi ve-
rum reſpondent præmulti non affirmare
Caium hominem viuere ætatem , ſed quod
vltra non viuit cum hæc ſit ætas hòminis
longæui vndè *cum gloſ. in l. ſed & ſi ff.de acqu.
hæred. & cæteri DD.* qui hoc axioma protu-
lerunt ſi non faciunt præſumptionem iuris
& de iure ſaltem faciunt ſimplicem iuris
præſumptionem, & hoc ſufficit pro Fiſco
nam *Iac.But. in l.1. C. qui pro ſua iuriſd.* tanti
facit gloſſæ auctoritatem, quod eadem cõ-
9 muni opinioni anteponendam ſtatuit,quod
& *Baldus pariter comprobat in l. hæreditas C. de
poſſ.* ſi vero ſpectetur præſumptio iuris, &
de iure tunc dicendum eſt axioma illud
nihil operari pro Fiſco , quia nulla lex ſta-
tuit expreſſe, quod homo præſumatur vi-
uere vſque ad 100. annos , quod ſi adeſſet
ceſſaret dubitatio quæ ex præſumptione
iuris reſultat nec ad *gloſſam* reſpiciendum
eſſet , vt *Bald. recte docuit in l. ancillæ C. de
furtis*.

Quapropter cum dicimus habere præ-
ſumptionem pro ſe, quod homo viuat ſeu
10 viuere poſſit vſque ad 100. annos habet
probabilem coniecturam ſufficientem ad
transferendum onus probandi contrarium
in Reum nec ei ſufficiens eſt mortem te-
ſtium ſimpliciter allegare, ſed oportet ali-
qua probabili coniectura illam in actis de-
ducere facile enim recedi poteſt à ſupradi-
cta præſumptione, quod homo viuere cre-
datur vſque ad 100. annos, vt volunt *Angel.
in l. ſed & ſi de ſua in fine ff. de acquir. & omitt.*

hæred.

Digitized by Google

hæred.Iaſ.in l.vltim.in fine C.de ſacr.ſanct.Eccleſ. Fælinus in cap. quoniam frequenter §. pono num.... vt lite non conteſtata ; quando vel per vnum teſtem, vel per pub. vocem & famam, & alijs modis de quibus *Menoch.in tract. de adipiſcen.poſſeſſ. remedio 4. num.672.& ſeqq.* mors teſtium probata ſit, & faciunt ea quæ dicit *Bald.in dicta l.Tabularum §.ſi dubitetur ff. quemadmodum teſtam. aperiantur*, vbi dicit quod ſufficiat probatio ſemiplena, & præſumptiua etiam per vnum teſtem.

An per verba declarauit velle habere teſtes pro ritè & rectè examinatos inducta ſit legitimatio.

Quæſt. CLXXIV.

SVMMARIVM.

Verba volo vendere codicem important diſpoſitionem. num.1. declara. num.19.

Verba volo aſcendere arborem non diſponunt cum cõſiſtant in ſolo animo. num.2.

Verbum volo coniunctum cum infinitiuo non ſignificat aliquid perfectum. num.3.

Verbum enunciatiue probatum non inducit conſiſtentiam voluntatis. num.4.

Pluribus modis declaratio concipi poteſt. num. 5. & quibus modis ibidem.

Verbum ſignificans tempus infinitum nihil ponit in eſſe. num.6.

Verbum volo eligere non inducit electionem. num. 7.

Verba prout habet in declaratione appoſita diſponunt. num.8.

Verba declaro velle habere teſtes non diſponunt. nu.9. declara ibidem.

Verba enunciatiua prolata ad confirmationem actus qui geritur inducunt diſpoſitionem. num.10. declara. num.11.

Verba præteriti temporis diſponunt de præſenti. numer.12.

Verba prout habuit *diſponunt de præſenti licet ſint de præterito prolata. num.13.*

Verbum futuri temporis aſſumit ſignificationem præteriti dependentis à confirmatione futura. num.14.

Declarare teſtes &c. eſt quid facti ſecundum tempus, quo fit. num.15.

Dictum teſtis retrotrahitur ad iuramenti tempus quoad ſolemnitatem, non quoad demonſtrationem. numer.16.

Ea quæ continent certi temporis demonſtrationem retro non fingunt quoad tempus. num.17.

Verba volo Caium eſſe hæredem, diſponunt. num.18.

Quando Iudex decernit publicationem proceſſus cum clauſula habitis &c. & Reus declarat velle habere teſtes &c. videtur ſe conformari menti Iudicis. num.20.

Verba volo te ducere in Vxorem diſponunt ita vt vere contractum ſit matrimonium. num.21.

Actus declarationis eſt actus fauorabilis ſolummodo Fiſco. num.22.

Verba declaro, ſeu volo declarare interpretantur ſum declarans, ſeu ſum volens declarare. num.23.

Ex verborum prolatione cognoſcitur quid reſideat in mente proferentis. num.24.

Decretum Iudicis cum clauſula habitis &c. non importat neceſſariam conditionem. num.25.

Verbum declaro coniunctum cum infinito non diſponit, ſed denunciat. num.26.

Iuramentum non inducit diſpoſitionem. num.27.

Reus poteſt æquiuocare ad ſui fauorem. num.28.

Actus declarationis non tendit, niſi ad commodum Fiſci, Ideò Reus clarè reſpondere debet, vt inducat legitimationem. num.29.

VIDI ſuper hac quæſtione valde dubitari, & pro affirmatiua videtur proportionabiliter facere *gloſ. in verbo inuendentis circa finem ad text. in l. 13. de contrahen. emptione* quę diſponit, quod ſi conci-
piatur ſermo hoc modo volo tibi vendere
1 codicem meum pro decem ſi vis emere, &
tu reſpondeas immediatè vellem emere,
contractus ſit perfectus, & aſſignat rationẽ
quia in dependentibus ex ſola voluntate,
verbum volo hinc inde prolatum rem per-
fectam in illo inſtanti ſignificat *arg. textus in*
§.fin. Inſtit. de ſing.rub. per fideicom.relict.l.etiam
hoc modo ff. de legat.1. ſecus in ijs, quæ non
perficiuntur ſolo animo; vt ſi dico volo
2 aſcendere arborem; nam non ſequitur er-
go aſcendo, quia opus eſt actu extrinſeco
aſcenſionis.

Sed ſic eſt quod quando reus citatus ad declarandum teſtes &c. & incontinenti dicat declaro velle habere dictos teſtes pro examinatos videtur exprimere actum dependentem ex ſola voluntate ideò dicta verba inducunt perfectam legitimationẽ.

Pro negatiua vero ſciendum eſt, quod
quando verbum volo iungitur cum infini-
3 tiuo ſignificante alium actum futurum nõ
ſignificat aliquid perfectum v.g. ſi dico vo-
lo eligere per iſtam expreſſionem verborũ
non ita diſponitur, vt actu ſequatur electio
cũ non diſponat de pręſenti, ſed enũciat fu-
turam electionem *Bald. in l. cunctos populos*
4 *nu.23.verſ.2.caſu C.de ſum. Trin. Alex.conſ.190.*
num.32.lib.6. verbum enim enunciatiue
prolatum non inducit conſiſtentiam vo-
luntatis, ſed in alium actum tranſit, vt di-

cit *Bald. in l. 3. num. 9. C. de falſa cauſa adiecta*
leg. ita pari modo cum reus dicit declaro
velle habere teſtes &c. non ſequitur quod
illos habuit pro ritè & rectè examinatos,
ſed enunciat alium actum faciendum de
futuro.

Sed ad huius quæſtionis euidentiam ad-
uertendum eſt quod pluribus modis præ-
5 dicta legitimatio per declarationem conci-
pi poteſt aut Reus loquitur per ſolum ver-
bum volo habere teſtes aut per ſolum ver-
bum declaro teſtes &c. vel per verba decla-
ro velle habere teſtes, vel declaro habere
teſtes primo modo cũ non determinet actũ
voluntatis non inducit legitimationem nã
licet verbum volo præſentis temporis ſit
tamen de præſenti non ineſt ei alterum
verbum habere, quod de futuro videtur
diſponere ſecundum ea quæ tradit *Bald. in*
l. ea quæ num. 4. C. quomodo, & quando ſe-
cundò modo cum determinet voluntatem
de præſenti induci videtur legitimatio non
minus quam ille qui dicit volo legatum
tertiò modo cum verbum declaro determi-
netur per actum alterius verbi ſignificantis
6 infinitum temporis nihil ponit in eſſe de
præſenti, vt dicit idem *Bald. in l. vnica n. 11.*
C. de confeſſis, & ſic non inducit legitima-
tionem quemadmodum non inducit ele-
7 ctionem quando quis dicit volo eligere ita
pariter quando quis dicit declaro velle ha-
bere teſtes &c. & non addit alia verba de-
terminantia de præſenti veluti non adiun-
git verba prout habet non dicitur comple-
8 re legitimationem *Alex. conſ. 190. nu. 32. lib. 6.*
Caball. caſu 269. num. 21. vbi dicit, quod ſi
reus dixerit pro celeri expeditione cauſæ ſe
eſſe paratũ habere teſtes pro legitime exa-
minatos non inducat legitimationem, quia
ſunt verba, quæ habent vim oblationis ni-
mirum reus ſe offert habiturum teſtes &c.
vt per *Gabriel. conſ. 178. num. 14. verſ. demum*
lib. 1. quem ſequitur Honded. conſ. 161. num. 33.
verſ. 1. quia lib. 1. Farin. quæſt. 72. num. 155. verſ.
ſublimita quinto.

Dices, quod ſicut quando quis dicit *de-*
claro velle habere legatum ſeu hæreditatem vi-
detur de præſenti acceptare legatum ſeu hæ-
reditatem ita pari modo in caſu noſtro vi-
detur reus diſponere quando dicit declaro
velle habere teſtes &c. Reſpondetur diſtin-
guendo aut hæc *verba declaro velle habere te-*
9 *ſtes &c.* non determinantur per actum ex-
trinſecum ſibi, & tunc inducunt diſpoſitio-
nem nam qui dicit *declaro velle habere legatũ*
ſeu hæreditatem non eſt opus, quod determi-
net eius voluntatẽ per aliũ actũ eſtrinſecum
ſufficit enim animus, & dicat *volo habere le-*
gatum ſeu hæreditatem l. ſi ita legatum §. illi ſi vo-
let ff. de legat. 1. nam tunc efficitur legatarius
ſeu hæres aut determinatur per alium actũ
alterius verbi non determinantis de præ-
ſenti, & tunc non diſponit, eo quia expe-
ctat alium actum de futuro faciendum &
ſic cum dicat declaro velle habere non de-
terminat hic & nunc, ſed enunciat de futu-
ro, & per conſequens deſideratur alius a-
ctus de præſenti faciendus.

Dices verba enunciatiua prolata ad con-
firmationem actus, qui geritur inducunt
10 diſpoſitionem *l. qui volebat vbi Bald. ff. de hæ-*
red. inſtituend. ſed ſic eſt quod quando pro-
feruntur verba declaro velle habere teſtes
&c. enunciantur ad confirmationem actus
legitimationis de quo tunc de præſenti agi-
tur idcirco diſponunt. Reſpondetur, quod
tunc verba enunciatiua prolata ad confir-
mationem inducunt diſpoſitionem, quan-
do ſunt apta ad confirmandum actum, qui
geritur ſecus ſi non ſunt apta nam *verba de-*
claro velle habere teſtes vti importantia actum
de futuro faciendum valent ac ſi dixiſſet
ſum declarans velle habere &c. quæ pro-
poſitum non voluntatem de præſenti ſigni-
ficant *prout eſt caſus Caball. 269. nu. 21.* prout
requirit declaratio, vel ſaltem quod ſint
de præterito coniuncta cum præſenti nam
12 verba præteriti temporis diſponunt de præ-
ſenti in eo quod tunc erat in fieri v. g. ſi di-
cat Notarius, quod Reus declarat velle ha-
bere teſtes &c. pro vt habuit &c. verba iſta
prout habuit diſponunt de præſenti licet
13 ſint de præterito prolata facit *textus in dicta*
l. qui volebat ideò exhæredaui quoniam contentam
te eſſe volui ex quibus verbis videtur non ex-
hæredaſſe cum exhæredare tempus præſens
deſiderat, & tamen in dicto textu determi-
natur de præterito nempe, quod filiam ex-
hæredauit eo quia eam dotauit, & conten-
tam de dote eſſe voluit ita pari modo cum
Reus dixerit *declaro velle habere teſtes &c.* ad-
dendo verbum præteritum *prout habuit* cen-
ſentur de præſenti declaraſſe, & ſic legiti-
maſſe proceſſum eo quia contentum ſe fa-
cit de modo quo teſtes fuerunt examinati
ac ſi fuerint ipſo citato examinati.

Et ſi replicando dicas eſto quod dicta
verba *declaro velle habere* importent tempus
futurum tamen cum cadant ſuper eo quod
eſt de præterito nempe ſuper examinibus
iam receptis ſapiunt diſpoſitionem nam
14 verbum futuri temporis aſſumit ſignifica-
tionem præteriti dependentis à confirma-
tione futura *Bald. in l. Plotiana ff. de iure co-*
dicill. Reſpondetur, quod obiectum proce-
dit quando illud quod eſt de præterito non
poſſit ſuper eo diſponi niſi per cõfirmatio-
nem ſeu approbationem ſecus vero quan-

do

do ſuper eo diſponi poteſt alio diuerſo modo nam ſuper examinibus teſtium de præterito factis non ſolum per declarationem, ſed etiam per repetitionem diſponi poteſt idcircò verba *declaro velle habere* veluti importantia de futuro non diſponunt legitimationem ſuper præteritis examinibus cum illud præteritum in materia legitimationis requirat actum de præſenti factum vel per declarationem, vel per repetitionem Igitur dum reus declarat velle habere teſtes &c. debent coniecturari voluntatem proferentis non fuiſſe ad inducendã legitimationem, & ratio eſt quia declarare
15 teſtes &c. eſt quid facti ſecundum tempus quo fit, & factum non poteſt conſiderari niſi quoad tempus, quod demonſtrat ſecundum ea quæ tradit *Bald. in l. quædam non num.3. ff. de iure codicill.* alias fingeretur factũ circa illud, quod fingi non debet *l.1.§. ſi vir vxori ff. de acquir. poſſ.*

Dices, quod non eſt nouum, quod de præſenti, vel de futuro fingatur de præterito nam dictum teſtis, quod eſt quid facti de præſenti trahitur retro ad iuramentum iam de præterito præſtitum. Reſpondetur,
16 quod dictum teſtis retrotrahitur ad iuramenti tempus quoad ſolemnitatem non autem quoad demonſtrationem: vnde quando reus dicit *declaro teſtes &c.* verba iſta trahũtur retro ad examina teſtium quoad ſolemnitatem nempe finguntur tempore informationis recepta fuiſſe quoad iuramentum, & citationem ſed actus, qui de præſenti demonſtratur nihil operatur de præterito, ſed manet in circumſtantia temporis, quo fit declaratio, & ſic ſi declaratio fuerit ſignificata de futuro facienda nihil operaretur de præterito, quia ea quæ
17 continent certi temporis demonſtrationẽ retro non fingunt, quoad tempus *Bald. in dicta l. quædam num.3. in fine ff. de iure codiciller.*

Quartò tandem modo cum dicatur *declaro habere teſtes &c.* tunc credo ſequi legitimationem quia illud infinitum habere informat verbum declaro ſuper præſenti non ſuper futuro actu legitimationis ſicuti à ſimili ſi quis dicat volo Caium eſſe hære-
18 dem dicitur teſtator diſponere, & non enunciare, vt docet *Menoch. in caſu 496. n.15 & 16.* propter rationem ſupradictam verbum enim habere videtur ſignificare executionem, & ſic diſpoſitionem.

Ad contrarium pro affirmatiua dicimus quod licet Fiſcus citet Reum ad declarandum teſtes &c. & reus incontinenti ſeu in
19 termino citationis declaret per verbum volo ſeu declaro velle habere teſtes &c. tũc faciat actum dependentem à ſua voluntate ac proinde videatur inducta legitimatio tamen ſi conſideramus extrema iſtius actus non poteſt conſiderari in eis aliqua legitimatio, nam ſi inſpicimus extremum à quo nempe citatio ad declarandum videtur cõtinere diſpoſitionem dum illa requirit ab inquiſito legitimationem per declarationẽ ſi verò ſpectatur extremum ad quod nimirum citatum tunc cum non acceptet dictã declarationem niſi cum verbis indicantibus actum futurum non videtur ex parte citati inducta de præſenti legitimatio.

Sed dices quod eſto, quod ita ſit quando Fiſcus citat ſaltem quando Iudex decernit publicationem proceſſus cum illa clauſula habitis prius teſtibus pro ritè & rectè examinatis ſaltem inquam hoc caſu videretur inducta legitimatio ſi inquiſitus declaraſſet *velle habere teſtes &c.* ſine repetitione verborum *prout habuit*, quia tunc videtur ſe conformari menti, & intentioni eiuſdem Iu-
20 dicis dum prædicta declaratio ſic explicata emanauit in adimplementum præcedentis decreti atque idcircò uerba illa important diſpoſitionem *Iaſ. in l. ſerui electionem nu. 21. & 24. ff. de legat. 1. Peregrin. Tract. varij lib. 5. nu.6. verſ.3.* Verbum enim *declaro* licet coniunctum ſit cum verbis *velle habere* tamen denotat executionem *Peregrin.* vbi ſupra, qui exemplificat in verbo *volo* tamen, quia huiuſmodi declaratio eſt iuramento vallata quo caſu verbum declaro ſicut verbum volo executionem important, vt bene notat de verbo *volo Seraſin. de priuilegio iuram. priuileg.23. num.23.* atque etiam quia decretũ illud vel etiam citatio ad declarandum veluti quædam interrogatio ad quam poſtea ſubſequitur reſponſio ſtipulata ac iuramento vallata non poſſunt nõ importare diſpoſitionẽ patet, quia ſicut verba volo te ducere in vxorem prolata ad interrogationem
21 diſponunt ita vt vere contractum ſit matrimonium, vt volunt *Butrius in cap. ex litteris il 1. de ſponſalibus Fulgoſ. in l. in ementis C. de contrahenda emptio. Menoch. dicto caſu 496. num. 30. & 32.* ita verba *declaro velle habere teſtes &c.* prolata ex vi dicti decreti vel citationis diſponere cenſentur.

Reſpondetur, quod cum actus declarationis ſit actus fauorabilis ſolummodo Fi-
22 ſco non eſt mirum, quod diſpoſitiue ſuper dicto actu interpellet Reũ, qui ſi nõ reſpondet cum verbis prout habet nullo modo diſponere videtur ita expreſſe tenet *Scialoija in praxi torquen. Reos cap.6. num.39. Danza tit. de teſtium repetiti cap.3. num. 2.* nam verbum *declaro ſeu verbum volo habere teſtes* ſine repetitione alterius verbi *prout habet, vel habuit*
23 interpræatur *ſum declarans* ſeu ſum *volens*

quod participium non diſponit vt idem *Menoch. interpretatus fuit dicto caſu 496. nu. 19.* & eſt ac ſi dixiſſem ſum paratus velle declarare in futurum per aliu̅m actū de præſenti per ea quæ ſcribunt *Gabriel. conſ. 178. num. 17. lib. 1. Ambroſin. in ſuo tract. de proceſſ. inform. lib. 3. cap. 1. nu. 37. Guazz. defenſ. 24. cap. 6. num. 8. & 9. Farin. quæſt. 72. num. 155. Honded. conſ. 101. nu. 33. lib. 1.* & licet verum ſit, quod ex verborum prolatione cognoſcatur, quid
24 reſideat in mente proferentis, & id quod reſidet in animo ſit ipſa diſpoſitio tamen quando reus dicit *declaro velle habere teſtes &c.* non oſtendit per iſta verba in eius animo reſidere velle de pręſenti proceſſum legitimare, ſed oſtendit animum paratum ad declarandum, vt de verbo volo confiteri docet proportionabiliter *Bald. in l. vnica numer. 11. C. de confeſſis.*

Non obſtat, quod prædictus modus declarandi emanauerit ad mētem decreti Iudicis, vel citationis, quia vt alias dixi de-
25 cretum illud non importat neceſſariam conditionem per Reum adimplendam, ſed ſtat ſuppoſitiue, vt ibi dixi.

Nec pariter obſtat, quod verbum *declaro* ſit coniunctum cum infinitiuo velle habere teſtes &c. quia cum verbum iſtud *de-*
26 *claro* ſe determinet ad infinitum per actum alium exequendum non diſponit, ſed enūciat ſecundum ea, quæ de verbo *volo* dicit *Menoch. in dicto caſu 496. num. 12. & 13.* nec iuramentum inducit diſpoſitionem, quia
27 iuramentum induitur natura, & forma actus ſuper quo interponitur.

Non obſtat, quod per dicta verba *declaro velle habere teſtes* quaſi prolata ad mentem Iudicis, vel Fiſci videatur Reus legitimaſſe proceſſum, quia cum non agatur de fatendo, vel negando delictum, ſed de reddendo efficacē proceſſum potuit Reus ſuper hoc
28 æquiuocare ad ſui fauorem.

Nec obſtat inſtantia matrimonii, quia cū ille actus perficiatur ſolo conſenſu quolibet modo demonſtratur nec eſt mirum, quod perficiatur per illa verba: vltra, quod cum actus matrimonij tendat ad cōmodum vtriuſque contrahentis non eſt mirum, quod ſuper eo cum dictis verbis diſponatur at in caſu noſtro actus declarā-
29 di non tendit niſi ad commodū Fiſci ideò requiritur, quod reus reſpondeat clarè, & ſpecifice declaret. *l. 103. §. fin. ff. de verb. oblig. l. ſi ita expreſſim ff. de condit. & demonſtr. Alex. conſ. 55. num. 4. lib. 5.*

An Procurator non habens ſpeciale mandatum ad declarandum teſtes pro ritè, & rectè examinatos ſi reo pręſente declaret legitimet proceſsū.

Quæſt. CLXXV.

SVMMARIVM.

Aſſerens accuſare de voluntate alicuius ibi præſentis, & volentis non videtur accuſare procuratorio nomine. num. 1. declara. num. 10.

Præſentia non ſupplet mandati virtutem. num. 2. declara. num. 9.

Qui contradicendo poteſt actum impedire, & non impediuit conſentire videtur. num. 3.

Qui agit in iudicio nomine alicuius ibi præſentis, & non contradicentis videtur agere de voluntate, & conſenſu illius. num. 4.

Præſentia loco mandati habetur. quare. num. 5.

Declaratio nullum, vel parum præiudicium parat, quod ſi pararet poteſt per repetitionem reparari. num. 6.

Declarationi facta à procuratore ſine mandato, ſed præſente inquiſito conſentire videtur Reus per receptionem copiarum proceſſus. num. 7.

Declaratio eſt quædam ratificatio quæ per præſentiam ſuppleri poteſt, quia voluntas loco mandati eſt. num. 8.

PRima facie videtur dicendum, quod non ſit valida declaratio & faciunt ea quæ tradit *Bart. in l. poſt dotem numer. 14. ff. ſoluto matrim.* vbi dicit quod ſi accuſo aliquem de publico crimine, &
1 dico me accuſare de voluntate Sempronij præſentis, & volentis non videtur accuſare procuratorio nomine, & hanc opinionem ſequutus fuit *Iaſon. in dicto l. poſt dotem nu. 70. & Paul. de Caſtro num. 2. Foller. in praxi verbo audiantur exceptiones &c. num. 50.* præſentia
2 enim non ſupplet mandati virtutem *Bald. in l. qui procuratorem in additiou. nu. 1. ff. de procur. & defenſor.* ideò pari modo nec in declaratione ad legitimationem proceſſus inducendam præſentia ſupplere poteſt mandatū neceſſario requiſitum.

Sed contrarium videtur verius, quia cū reus contradicendo poterat actum impedi-
3 re, & non impediuit merito conſentire viſus eſt *textus in l. ſæpe verſ. ſcientibus in verb.*

ver-

verſatum, *ff. de re iudic. gloſ. in l. fideiuſſor. §. pater in verba manifeſtum ad fin. ff. de pignor. Innocent. in cap. ex parte decani de reſcriptis*; vbi tenet, quod ſi aliquis agit in iudicio nomine meo
4 ſine vllo mandato me præſente, & non cõtradicente videtur agere de voluntate, & conſenſu meo, & ratio eſſe poteſt, quia quando actus poteſt in abſentia cum mandato expediri, ſi actus ille fiat ſine mandato, ſed præſente illo cuius actus fieri debet illa
5 præſentia loco mandati habetur cum videatur habere ratum, quidquid nomine ſui geritur, vel geſtum ſit, *Bald. in l. licet nu. 2. ff. de iudicijs*; ita qui declarat teſtes, &c. præſente inquiſito, & non contradicente videtur declarare de voluntate inquiſiti, & hoc eo magis procedit, quia declaratio nullum, vel parum parat præiudicium, & quando adeſſet præiudicium illud eſſet modicum quo caſu non videtur diſentire, *l. quam Tu-*
6 *beronis, §. ſunt quidam, ff. de peculio, l. Sabinus, ff. communi diuidundo*, & eſſet reparabile per repetitionem quæ ſemper cenſetur reſeruata, vt ſupra dixi.

Quod eo magis procedere videtur, nem-
7 pe quia prædictæ declarationi conſenſiſſe videatur ſi reus poſtea copias proceſſus ſibi concedi inſteterit nam hic actus videretur adhibitus ad prædictæ declarationis confirmationem, iuxta ea quæ tradit *Iaſ. in l. quia dotis num. 90. & 91. ff. ſoluto matrim.*

8 Vndè cum declaratio ſit quædam ratificatio vtique per præſentiam ſuppleri poteſt voluntas enim loco mandati eſt, *l. qui patitur, ff. mandati, Bart. in l. poſt dotem, ff. ſoluto matrim. Bald. ibidem num. 5.* & dum diximus,
9 quod præſentia non ſuppleat mandati virtutem limita non procedere in iudiciis, vt dicit *Bald. in l. qui procuratorem num. 2. ff. de procurat. & defenſoribus in addit.*

Ad obiectũ de accuſatione facta à tertio
10 præſente illo, qui accuſare debebat; dicimus quod præſentia in illo non ſupplet mandatum, quia nemò de iure poteſt accuſare procuratorio nomine, *l. crimen, ff. de pub. iudicijs, l. 2. C. qui accu. non poſſ.*

An informatiuus proceſſus ab ipſomet Iudice ſcriptus poſſit legitimari per declarationem.

Quæſt. CLXXVI.

SVMMARIVM.

Olim Iudex qui cognoſcebat de cauſa poterat ipſe idem ſcribere acta. num. 1.

Iudex habet diuerſum officium à Tabellione. num. 2.

Iudex Notarius poteſt ſcribere acta ſua in ciuilibus. num. 3.

Scriptura à Iudice ſcripta priuatæ ſcripturæ ſunt. n. 4.

Iudex non poteſt ſcribere acta legitimationis. num. 5.

Iudex recipiendo informationes dat intelligere; quod non vult exercere in illo actu contentioſam iuriſdictionem. num. 6.

Proceſſus informatiuus potius accedit ad iuriſdictionem voluntariam quam ad contentioſam. num. 7.

Notarius volens ad ſui commodum conſtituere Procuratorem poteſt ipſemet conficere inſtrumentum, & prædictum inſtrumentum probat mandatum. nu. 8.

Declaratio atque etiam repetitio ſupplent probationes quæ fieri debent poſt litis conteſtationem. num. 9.

Materia vincitur à forma. num. 10.

Legitimatio proceſſus non eſt forma Phyſica, ſed Ciuilis. num. 11.

Proceſſus nouus conſtituitur ſiue per repetitionem, ſiue per declarationem fiat. num. 12.

Clericus conſtitui poteſt coram Epiſcopo ex actis factis coram Laico Iudice. num. 13.

Proceſſus ſcriptus à Iudice eſt nullus nullitate officij non iuriſdictionis, eo quia Iudex non poteſt gerere duo officia. num. 14.

Nullitas proceſſus ſcripti à Iudice reſtauratur per declarationem, ſeu repetitionẽ habitam à Notario ſcribente. num. 15. Declara. num. 17.

Probatio teſtis reintegratur ex duobus nempe ex iuramento, & dicto. num. 16.

Notarius non habet facultatem deferendi iuramentum. num. 18.

Epiſcopus ad ſui inſtructionem tenetur ſequi acta coram Iudice Sæculari facta. num. 19.

Teſtes examinati à Laico contra Clericum à ſe non cognitum ſunt validè examinati. num. 20.

Iuramentum, & dicta teſtium dupliciter conſiderari poſſunt, & quomodo. num. 21.

Nullitas proceſſus fabricati à Iudice Sæculari non ſanatur per declarationem factam coram Eccleſiaſtico. num. 22. Declara. num. 23.

Depoſitiones teſtium declaratæ ſi non valent vti declaratæ valent, vt in pactum redactæ. ſicut dicitur de ſententia nulla. num. 24.

HAEC concluſio requirit, vt aliqua ad illius intelligentiam præmittamus, & primò ſciendum eſt, vt per *Innocent. in cap. cum à nobis de*
1 *teſtibus*, quod olim Iudex qui cognoſcebat de cauſa poterat ipſe idem ſcribere acta, & illi credebatur etiam ſine ſubſcriptione teſtium, & ratio erat quia ſi credebatur ſoli Notario, ſeu Tabellioni, vt in *l. in donationibus, C. de donat. l. ſi quis decurio, C. de Falſis, & §. ſi verò ne quam, Auth. de fide inſtrumentorum*; multo magis Iudici: ſecundò, quod hodie contrarium ſeruatur per textum in *cap. quoniam contra de pro-*

 bat.

bat. eo quia Iudex habet diuerſum officium
2 à Tabellione nam Tabellio ad ſcribendum habet officium publicum Iudex verò licet habeat etiam ipſe officium publicum in iudicando,non tamen habet in ſcribendo acta vt ibidem *Innocent.in dicto cap.cum à nobis n.2.* Tertiò, quod ſi Iudex fuerit notarius tunc
3 poteſt ſcribere acta ſua, ſed in Ciuilibus cauſis,& in ijs quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis non in contentioſis, vel non leuibus poteſt vtroque officium exercere, *Bald. in dicto cap. cum à nobis num.6. verſ. Ego dico de teſtibus*,facit argumentum *textus in l.iubemus*, *§.his Tabellionibus, C.de Sacroſanct. Eccleſ.*

Quartò, quod prædictæ ſcripturæ, ſic à Iudice ſcriptæ, & alia forenſa acta priua-
4 tæ ſcripturæ ſunt, & ideò per ſe tantum non faciunt fidem, etiam ſi fuerint ſcriptæ cum ſubſcriptione teſtium, vt dicit idem *Innoc.in dicto cap.cum à nobis ſub num.2. verſ.nos dicimus: de teſtibus.*

Quibus animaduerſionibus præmiſſis videtur dicendũ quod ſi ipſemet Iudex vellet
5 acta legitimationis ſcribere nullo modo poſſet,& nulliter procederet, quod ſi adhiberet Notarium, vt ſcriberet dicta acta legitimationis redderentur acta valida, & legitima, licet pro ſui informatione per Iudicem fuerint ſcripta,& ad huius rei euidentiã notanda eſt differentia quæ intercedit inter proceſſum informatiuum,& legitimatiuũ nam proceſſus informatiuus; quatenus informatiuus eſt actus extraiudicialis, qui nullum præiudicium infert veluti nõ receptus in forma, & figura iudicij; eo quia Iudex
6 ſecretè ſumit informationes,& teſtium examina, & dat intelligere, quod noluerit exercere contentioſam iuriſdictionem, *Farinacc. quæſt.72. num. 134.* ideò veluti actus forenſis, ideſt actus fori non Iudicii dici poteſt,quod potius accedat ad iuriſdictionẽ voluntariam quam ad contentioſam, iuxta ea quæ tradit *Bald. in l.ſupplicare nu.2. verſ.de ſecundo, ff.vt lite pendente*; & vti talis non impeditur, ne à Iudice ipſo ſcribatur, ut notat *Decius in conſ.42. num.5. Nouar. de grauamin. Vaſſall. grauam.87. num.2. lib.2.* & quamuis prædictus proceſſus informatiuus ſic à Iudice ſcriptus contineat offenſiuũ;nihilominus præiudiciale dici non poteſt uſquequo non fuerit legitimatus; & adhoc facit *Theorica Bart. proportionabiliter applicata in l.2.nu.1. ff.de ſtipulatione ſeruorum*, ubi ponit caſum,
7 quod ſi Notarius uolens ad ſui cõmodum cõſtituere Procuratorem poteſt per ipſum inſtrumentum conficere, & prædictum inſtrumentum probat mandatum, quod ſi uoluerit illud poſtea legitimare per ſtipulationem tunc per ipſum facere non poteſt, ita parimodo quando Iudex per ſe ipſum ſcribit informatiuum probat delictum quo ad ſui inſtructoinnem, at verò quando intendit illum legitimare, ut afficiat reum non poteſt per ſe ipſum ſcribere; quia tunc ageret actum iudicialem,& præiudicialem, & hoc modo intelligenda uenit hæc concluſio quod Iudex non poſſit per ſe ipſum ſcribere acta iudicialia, & præiudicialia, & ratio eſt, quia ante legitimationem non adſunt probationes, & ſi adſunt non ſunt efficaces, & legitimæ quæ recipi non poſſunt niſi poſt litis conteſtationem, vt notat *Scaccia de iudiciis cap.34. num.39. & 40. & eſt cõmunis DD. Theorica*, ac proindè poſtquam reus fuerit conſtitutus, ac illi conteſtatum delictum repetuntur teſtes, aut declarantur pro ritè, & rectè examinati quæ repetitio,
9 ſeu declaratio ſupplent probationes. quæ fieri debent poſt litis conteſtationem.

Dices, quod proceſſus informatiuus per Iudicem conſcriptus eſt nullus,& tanquam ſcriprura priuata haberi debet; idcircò niſi denuò teſtes coram Notario ſcribente, & Iudice dictante examinentur legitimatio ſubſequens veluti forma accedens ad materiam non aptè diſpoſitam non operatur
10 iuris effectum, ratio eſt quia materia vincitur a forma, *Bald. in l.fin. C.de ſeru. fugitiu. Iaſ. in l.1. col.5. num. . . ff.de verb. oblig.*

Reſpondetur,quod legitimatio proceſſus
11 non eſt forma phyſica, ſed ciuilis reſultans ex examine teſtium citata parte adhibito, vndè cum repetitio ſit nouum teſtium examen illam ſupplet huiuſmodi defectum, & amplius non habetur in conſideratione proceſſus informatiuus, ſed tollitur ipſo iure, quia legitimatiuus eſt validior informatiuo ſecundum ea quæ proportionabiliter, tradit *Bald. in l.ſi vnus, §. pactus ne peteret. ff.de pactis in principio*; & nouus per repetitionem
12 conſtituitur, quod idem procedit ſi legitimatio fieret per declarationem, quæ æquipollet repetitioni, & adhoc facit illud quod dicit in fortiori caſu, *M.Ant. Genuen. in praxi Archiepiſcopali cap.5. num.1.* vbi dicit, quod quando Clericus remittitur à Curia Sæcu-
13 lari vna cum actis ad curiam Epiſcopalem conſtituitur reus ex actis factis coram Iudice Laico, & ſi vult habere dictos teſtes pro repetitos proceditur ad vlteriora ita in caſu noſtræ concluſionis dicendum eſt, quia quamuis proceſſus informatiuus fue-
14 rit ſcriptus a ſolo Iudice, & ſic fuerit nullus tamen cum iſta nullitas non reſultet à iuriſdictione, prout reſultat illa, ſed ſit nullitas officij tantum eo, quia vnus non poteſt gerere duo officia, vt dicit *Aretin. in cap.ex litteris num.13.de probat. Ruin. conſ.149. num.11.*

*num.*11. 12. & 13. *lib.*1. Idcircò non repugnat quod poſtea ſuppleatur per repetitio-
15 nem, vel declarationem receptam coram Notario ſcribente, quia proceſſus re integra deuenit ad caſum à quo incipere poterat, & ſic per quandam reiterationem examinum videtur reſtaurata nullitas, immò reædificatus proceſſus ſecundum ea quæ traduntur *in l. quæ per ſalutem*, vbi *Iaſ. & Bald. ff. de iure iurand.*

Dices, quod ſaltem per declarationem non videretur ſuppletus defectus nullitatis, eo quia probatio teſtis reintegratur ex duo-
16 bus nimirum ex iuramento, & dicto *Bald. in l. Antiſtitis num.3. ff. de acquiren. hæredit.* ſed ſic eſt quod per declarationem, nec iuramentum, nec dictum teſtis, ſeu teſtium renouentur ergo per declarationem non reintegratur probatio, & per conſequens non videtur reſoluta nullitas informatiui, & hinc eſt, quod *Guazzin. defenſ.1. cap.7. ſub nu.1.* dicit quod quando fuit Locumtenens criminalis A.C. noluit admittere, vt teſtes nulliter examinati haberentur pro ritè, & rectè examinati, ſed voluit, vt formiter repeterentur prout repetiti fuerunt mediante remiſſoria ad partes tranſmiſſa.

Reſpondetur, quod caſus Guazzini deficiebat in Iudicis iuriſdictione non in offi-
17 cio, & ſic poterat dubitare, quod declaratio non fuiſſet ſufficiens ad reintegrandam probationem, immò potius dicen: eſt quod fuit diligẽs cautela eiuſdem Guazzini, non autem neceſſitas cauſæ, quia etiam ſuſtineri potuiſſet ipſa ſola declaratio ſecundum ſupradicta per M. Anton. Genuenſem, vt in caſu noſtræ cõcluſionis, non adeſt defectus iuriſdictionis, ſed offici:, quia examen teſtium quoad iuriſdictionem non erat nullum cum iuramentum teſtibus præſtitum proueniat ab eo, qui illud poterat deferre, nempè à Iudice, *Bald. in l. bonæ fidei num.29. C. de reb. creditis ſi certum petat.*

18 Notarius verò non habet facultatẽ illud deferendi niſi præſente, & mandante Iudice, vt dicit *Afflict. deciſ.245. num.* 8. idcircò per declarationem per quam declarans ſe referebat ad iuramentum, & dicta teſtium validè quoad iuriſdictionem recepta potuit reintrgrari, probatio teſtium idem dicit *Bald. in auth. Clericus num. . . C. de Epiſcopis,*
19 *& Cler.* quod Epiſcopus teneatur ſequi acta coram Iudice Sæculari facta ad inſtructionem tantum, non autem quoad punitionem Clerici, & illum ſequitur *Lanfranch. deciſ.*399. & ita ſeruari in practica teſtatus fuit, *Suarez in eius praxi ſecundo tom, præludio ſecundo nu.*12. quam quidem concluſionem idem *Bald.* videtur declarare in *l. eos, §. ſuper bis, C. de appellat.* ſcilicet dummodo, Iudex Laicus tempore informationis ignorauerit inquiſitum fuiſſe Clericum, & ratio eſſe poteſt, quia teſtes examinati per Iudicem
20 Sæcularem contra Clericum à ſe non cognitum ſunt validè examinati; præcipuè ſi teſtes eſſent Laici in quos Iudex Sæcularis habebat iuriſdictionem; vndè quando poſtea coram Epiſcopo repetuntur, ſeu declarantur afficiunt prædictum Clericum, non quia examinati fuerint à Laico Iudice, ſed quia per repetitionem, ſeu declarationem dicuntur denuò examinati coram Iudice competenti, iuxta doctrinam. *Ruin conſil.7. num.6. lib.6. Baiard. ad Clarum quæſt.36. nu.*53.

Et ſi replices, quod ſaltem legitimatio per declarationem nõ reintegrat proceſſum fabricatum à Laico Iudice contra Clericũ, quia iuramentum, & dicta teſtium fuerunt ad alium finem adhibita; nempè ad finem inſtruendi Iudicem Sæcularem, ac proindè declaratio non poteſt illam probationem reintegrare, ſed denuò debet incohari proceſſus, vt dicunt *Ruin. & Baiard.* vbi ſupra:

Reſpondetur, quod iuramentum, & dicta
21 teſtium dupliciter conſiderari poſſunt vno modo quoad ipſoſmet teſtes adhibitos ad veritatem deponendam, & ſic quoad ipſos iuramentum, & dicta eorum reſpiciunt ſolam veritatem pro fine eorum depoſitionum, non autem quod finis dd. iuramenti, & dictorum ſit inſtruere Iudicem, quia hoc teſtes per ſe, & primo non intendunt, ac proindè iurant de veritate dicenda, *Bald. in §. porrò ſi Dominus n.*10. *quæ fuit prima cauſa, &c.* alio modo quoad ipſum Iudicem qui vltra veritatem intendit etiam informationem facti, vt in ſtructum ſe reddat de illo; idcircò quãdo Iudex vult teſtes audire citat illos ad informandum, *Ambroſin. de modo forman. proceſſ. inform. lib.*1. *num.* 10. & 11. Vndè ſi primo modo conſiderantur iuramenta, & dicta teſtium vtique poſſunt recipere legitimationem per declarationem. quæ dumtaxat reſpicit ad examen pro veritate ſuſceptum, ac ſi fuiſſet ritè, & rectè receptum, & reus per dictam declarationem non reſpicit ad Iudicem recipientem, ſed teſtes coram Iudice veritatem deponentes ſi ſecundo modo conſiderantur iuramentum, & dicta vtique declaratio nõ præſtat vllam legitimationem, quia proceſſus informatiuus qui habet finem inſtruendi Iudicem coram quo compillatur non influit in animum alterius Iudicis dictam inſtructionem ſed denuò debẽt teſtes audiri ſicut audiuntur per repetitionem eorum examinis; quæ repetitio ſufficit, quod ſit facta ad effectum legitimandi proceſſus, vt cenſeantur nouiter auditi.

Di-

Dices, quod dato, quod ſupradicta procedant in repetitione in declaratione autem procedere non videntur, quia per declarationem ſuppletur tantummodo defectus citationis; ideò ſi teſtes fuiſſent examinati à Iudice incompetenti, vel non habente iu-
22 riſdictionem, & ſic nulliter dicta nullitas cenſeretur ſanata per ſuperuenientem declarationem, *Gabr. concluſ. 3. num. 1. & ſeqq. tit. de ſtatutis, Menoch. conſ. 345. num. 38. Farin. conſ. 192. num. 26.* & faciunt ea quæ à fortiori dicit *Bald. in l. 1. nu. 6. C. qui pro ſua iuriſdictio:* vbi dicit quod ſuperueniens iuriſdictio non firmat retrofactum à Iudice incompetenti; quia id quod eſt ipſo iure nullum non poteſt confirmari ſecundum ea, quæ tradit *Guazzin. defenſ. 24. cap. 4. nu. 2.* Reſpondetur; quod cum huiuſmodi declaratio ſupponat, quod reus per antea fuerit conſtitutus hoc
23 eſt examinatus à Iudice competenti ſuper delicto, ac etiam fuerit cum eo conteſtata teſtium dicta ſequitur quid declaratio poſtea ſubſequens ſuppleat prædictum defectum citationis, & Iudex dictam conteſtationem videtur approbaſſe prędicta teſtium dicta, aut ſaltem prædictam declarationem quæ ſi non afficit, hoc eſt ſi non legitimat depoſitiones vti actus de iure ciuili adhibi-
24 tus afficit ſaltem vti pactũ quoddam inter Reum, & Fiſcum initum, *l. fin.* vbi *Bald. & Iaſ. num. 16. C. de teſtibus, Purpurat. conſ. 238. num. 62. in fine, Cartar. de interrogan. reus lib. 3. cap. 3. num. 62. Guazzin. defenſ. 24. cap. 8. num. 2. in fine*; & hoc modo depoſitiones habentur pro legitimè factæ ſicuti quando partes cõſentiunt, quod ſententia nulla valeat, ac ſi ritè, & rectè lata fuerit huiuſmodi ſententia ſi non afficit vti ſententia afficit ſaltem in vim pacti, *l. 2. C. comm. vtriuſque Iudicis*; ita pari modo de declaratione dicendum eſt.

An reus qui renunciauit ſimpliciter repetitioni, dicendo nolo repetere cenſeatur declarare teſtes pro ritè, & rectè examinatos.

Quæſtio CLXXVII.

SVMMARIVM.

Reus renunciando repetitioni non videtur declarare teſtes pro ritè, & rectè examinatos. num. 1.

Modus legitimandi proceſſum per repetitionem eſt diuerſus non contrarius à modo per declarationem. num. 2.

Negatiua particularis licet faciat intelligere particularem affirmatiuam, tamen hoc procedit quando ſunt contraria inter ſe. num. 3.

Contrariorum eſt eadem diſciplina quando ſibi directè contrariantur non quando diuerſificantur. num. 4.

Reus ſimpliciter renunciando repetitioni non videtur habere animum declarandi. num. 5. Et quare, ibidem.

Actus declarandi debet eſſe coniunctus voluntati declarandi non abſtractus ab illo. num. 6.

Aliud eſt habere teſtes pro repetitos aliud eſt renunciari repetitioni eorundem teſtium. numer. 7. Et quare: ibidem.

Argumentum à contrario ſenſu non procedit in legitimatione proceſſus. num. 8.

Datur medium inter renunciationem repetitionis, & habere teſtes pro repetitos. num. 9.

Legitimatio requirit expreſſam formam verborum non ſubintellectam. num. 10.

In iis quæ requirunt certum hominis factum non ſufficit conſiderari animum. num. 11.

Lex habet pro intentione emiſſionem verbi, quando verbum denotat ipſam intentionem. num. 12.

Qui renunciat videtur confiteri ſe non habere ius, & non poteſt contra ſuam confeſſionem venire. nu. 13.

Non eſt par ratio quod quis renunciet ſimpliciter iuri ſibi competenti, & quod renunciet repetitioni. num. 14.

AD huius concluſionis intelligentiam ſciendũ eſt; primò quod teſtiũ repetitio eſt onus quod ſpectat ad Fiſcum; vt proceſſus legitimetur, vt aliàs dixi; ſecundò, ad reum ſpectat exhibere interrogatoria pro interrogandis teſtibus repetendis ſi illa dare intendit alias Fiſcus poteſt ſine illis eos repetere; tertiò; quod repetitio teſtiũ eſt vnus de modis legitimãdi proceſsũ, & inter alios pręcipuus, & ordinarius: vnde ſecundum iſta tria no-
1 tabilia reus renunciando repetitioni non uidetur declaraſſe teſtes pro ritè, & rectè examinatos non quoad primum, quia renunciaret iuri non ſuo, tum quia iuri in odium eiuſdem Rei introducto renũciaret, quod minimè fieri poteſt ſecundum *Bald. in l. paciſci num. 2. ff. de pactis*, non quoad ſecundum, quia dato, quod ſuſtineatur dicta renunciatio procederet dumtaxat, quoad interrogatoria danda, nempè renunciaret dare interrogatoria; non quoad tertium, quia quatenus etiam iſta renunciatio ſubſiſteret non excluderet, quod nõ deberet alio ex modis; imò modo ipſo ſimplicis repetitionis proceſſus legitimari cum propter dictam renunciationem proceſſus non remaneret legitimatus per declarationem.

Nam

Nam modus legitimandi proceſſum per
2 repetitionem eſt diuerſus non contrarius à modo legitimandi per declarationem, vt alias dixi, ideò non ſequitur quod excluſo modo repetitionis cenſeatur incluſus modus declarationis ſecundum naturam contrariorum, *Rota deciſ. 1. de teſtibus in nouis n. 11. l. illud. ff. de acquir. hæred.* Vltra quod huiuſmodi renunciatio eſt quædam negatio, eo quia reus negat velle teſtes repeti; idcircò non admittit affirmatiuam declarationis;
3 nam negatiuà particularis licet faciat intelligere particularem affirmatiuam hoc procedit quando affirmatiua eſt negatiuæ particulari contraria, *Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris; Bald. in l. 1. num. 16. C. quomodo, & quando*; ſed ſic eſt, quod affirmatiua declarationis non eſt contraria negatiuæ repetitionis; idcircò illam non dat intelligere hoc eſt non includit illam, vt teſtes habeantur pro declarati propter non habitam repetitionem, non enim per notitiā negatæ repeti-
4 tionis habetur notitia affirmatæ declarationis contrariorum enim eadem eſt diſciplina quando ſibi directè contrariantur non quādo ſe ipſa diuerſificantur quod non eſt ſic in caſu noſtro, quia repetitio, & declaratio non ſunt ſibi directè contraria licet ſint diuerſa; ideò reus renunciando repetitioni
5 non videtur habere animum, & voluntatem declarandi, nec actu declarat, & ratio eſt, quia huiuſmodi declaratio non pendet ex animo tantum, ſed ex actu exteriori requiſitus pro forma declarationis ſecundum ea quæ tradit de ratificatione, *Bald. in l. mancipia num. 1. C. de rebus Eccleſ. non alien.* vndè ſi animus ex facti qualitate colligitur, & præ-
6 ſumitur; ideò debet actus declarandi eſſe coniunctus voluntati declarandi, nō autem abſtractus ab illa prout videtur abſtractus, dùm illam manifeſtat per alium actum, nempè renunciationis repetitionis, *argumen. textus in leg. pro hærede, ff. de acquir. hæred.*

Dices, quod ſaltem videatur declaratus animus de habendo teſtes pro legitimè repetitos dum eidem repetitioni renunciat arguēdo à modis legitimandi videatur per dictam renunciationem includere declarationem: Nam cum tres ſint modi legitimandi proceſſus, nempè per repetitionem per confrontationem, & per declarationem, ſequitur quod dum renunciat repetitioni intendat acceptare declarationem cum legitimationi per confrontationem prouenienti à motu Iudicis, qui cum à reo receperit dictam renunciationem repetitionis cenſetur pariter renunciaſſe veluti non pertinenti ad actum ordinariæ legitimationis cum ſit remedium extraordinarium, & ſic ad ſolam declarationem animus eiuſdem rei fuerit addictus, & per conſequens per dictam renunciationem repetitionis videtur declaraſſe teſtes pro ritè, & rectè examinatos: Reſpondetur, quod non ſequitur quod huiuſmodi renunciatio poſitiuè habeat teſtes pro repetitos, quia aliud eſt ha-
7 bere teſtes pro repetitos, & aliud eſt renunciare repetitioni teſtium ex vno enim neceſſario non infertur alterum, tamquam à contrario ſenſu, tum quia ex vi dicti argumenti non niſi coniecturaliter videretur reus habuiſſe pro repetitis ſecundū ea quæ dicit *Bald. de argumento à cōtrario ſenſu in l. apud antiquos num. 3. C. de Inſtis, & in l. omnes populi num. 94. ff. de iuſtitia, & iure,* quod minimè concedi debet in legitimatione proceſſus,
8 quæ verè, & non coniecturaliter fieri debet: tum quia argumentum à contrario ſenſu non poteſt ſumi quando dari poteſt medium, *l. 1. ff. de officio eius, &c. Nicolaus Balon. in ſuis declarationibus fol. mihi 586. num. 7.* ſed ſic eſt, quod inter renunciationem repetitionis, & habere teſtes pro repetitos da-
9 ri poteſt medium; nempè non declarare, dum reus poteſt habere animum non declarandi teſtes; idcircò non poteſt ſumi argumentum à contrario ſenſu, tum etiam quia renunciatio nuda, & ſimplex facta de repetitione nō eſt actus per ſe tendens ad legitimandum proceſſum prout ſi reus declararet teſtes pro repetitos, vt dicit *Guazz. defenſ. 24. cap. 6. num. 3.* nam per dictam renunciationem repetitionis, videtur adhuc pendere actus legitimandi, & ſic non poteſt ſequi vllus affectus legitimationis, quæ re-
10 quiritur expreſſam formam verborum, nec ſufficit quod intellecta videatur.

Si replices, quod renunciatio repetitionis non poteſt conſiderari, niſi vt ſit facta animo declarandi; ideò importat declarationem: quia quod fit ad vnum effectum, vel vna contemplatione non poteſt in contrarium contemplari: Reſpondetur, quod obiectum iſtud non procedit in ijs, quæ re-
11 quirunt verum hominis factum, *Bald. in l. ſi non datum num. 11. 12. C. de Inſtitut.* prout requiritur in declaratione, quæ vt facta dicatur requiritur eiuſdem Rei factū, nempè iuramentum, & verbalem declarationem actu expreſſam.

Et ſi dicatur, quod hoc caſu huiuſmodi renunciatio licet ſecundum intentionem hominis non videatur continere declarationem; ſaltem ex intentione legis videatur facta ſicut ſi quis dicat eligo, non autem ex intentione, vt quis ſit electus non cre-
12 ditur illi, quia lex habet pro intentione emiſſionem verbi, & ſic ſufficit intentio le-

legis: *Bald. in l. & in Epiſtola numer. 7. C. de fideicom.* quia reſpondetur, quod ſupradicta concluſio procedit, quando verba denotant actum ipſum faciendum, non autem quando illum non denotat, vt in caſu noſtro.

Dices etiam, quod ſicut qui renunciat videtur confiteri ſe non habere ius, & ſic
13 non poteſt poſtea contra ſuam confeſſionem venire: *arg. l. 3. C. de fide inſtrumentor. Bald. in l. tranſigere num. 15. C. de tranſaction.* ita qui renunciat repetitioni videtur declarare teſtes,&c. ideò non poteſt poſtea contra dictam renunciationem venire. Reſpondetur, quod non eſt par ratio, quod
14 quis renunciet ſimpliciter iuri ſibi competenti,& quod renunciet repetitioni,quia qui renunciat repetitioni videtur conſentire, quod Fiſcus non repetat, ſed non quod aliquo alio modo legitimet,neq; idcircò videtur declarare,cum ex dicta renũciatione nõ reſultet immediatè declaratio, prout reſultat cõfeſſio ex ſimplici renũciatione iuris ideò aduertant Iudices non permittere huiuſmodi repetitionis renũciationem,quia per huiuſmodi renũciationẽ non euadit legitimatus proceſſus, & in hoc valdè peccant pace bonorũ multi Inquiſitores S. Officij,ſeu eorum Vicarij, & Officiales, quorum proceſſus non ſemel perlegi.

Quomodo verba declarationis à Notario ſcribi debeant.

Quæſtio CLXXVIII.

SVMMARIVM.

Actus declarationis fieri debet ab ipſo reo, non autem per aſſertionem Notarij ne dubitetur de eius validitate. num. 1.

Notarius dum ſcribit declarationem debet exprimere ipſamet verba, quibus reus facit declarationem. num. 2.

Notarius non habet niſi duos ſenſus, ſcilicet auditus, & viſus. num. 3.

Notarius malè agit ſcribẽdo ea, quæ ſibi dictat Iudex, ab eo non audita ex verbis teſtium. num. 4.

Aliquando poteſt dubitari an rectè Notarius ſcribat, quod talis N. declarauit teſtes pro ritè, & rectè examinatos, & ratio dubitandi eſt, quia Notarius non poteſt ſcribere, niſi quę audiuit,vel quę vidit, vndè ſi ſcribat, quod talis declarauit non exprimendo, quibus verbis declara-
1 uit poteſt dubitari de teſtimonio, actus enim declarationis fieri debet ab ipſo reo, non autem per aſſertionem Notarij, alias dubitari poteſt, quod ita ſit idcircò dum Notarius ſe rogat de dicta declaratione debet exprimere ipſamet verba declarãtis nempè, dicendo talis N. coram me, &
2 teſtibus medio iuramento, &c. dixit ego declaro teſtes, &c. Notarius enim non debet ſe rogare, niſi de iis; quæ audiuit,& de modo, quo illa audiuit à reo declarari,aliàs poneret mentem declarantis, quam non vidit, quod eſt contra veram Notarii artẽ, atque practicam iuxtà ea, quæ tradit *Bald. in l. ſi non eſt num. 4. C. de conditione furtiua* idcircò idem *Bald.* ſe inuehit contra Notarios aliter ſcribentes, quam ipſi audierunt, & quam ipſi viderunt: Notarius autem
3 non habet niſi duos ſenſus, auditus ſcilicet, & viſus, idcircò non poteſt ſcribere, niſi ea, quæ audiuit, & modum, quo illa audiuit, & de hoc habemus *duos textus in §. non autem Auth. de Tabellion. in verbo habeant, vnde ſciant, & in §. ſi verò abſunt Auth. de hæred. & Fal. in verbo vidiſſe, quæ tunc agebantur*, & ita declarat *Bald. in rub. C de fide inſtru. Iaſ. in l. ſciendum num. 29. verſ. eodem modo ff. de verbor. oblig.* ideò inquit *Bald.* malè agere Notariũ
4 ſcribendo ea, quæ ſibi dictat Iudex ab eo non audita ex verbis teſtium: *l. nullum n. 4. C. de teſtibus. Guazz. defenſ. 20. cap. 14. num. 2. verſ. Notarius non vidit*: ſed in his ſeruanda videtur conſuetudo, & ſtylus Tribunaliũ.

An declaratio impediri per Fiſcum poſſit, vt potius fiat repetitio.

Quęſtio CLXXIX.

SVMMARIVM.

Ad Fiſcum ſpecialiter competit legitimare proceſſum. num. 1.

Modus legitimandi ſpectat ad reum. num. 2.

Eccleſia non poteſt vaſſallo opponere de non implemento pro parte ſua,quando ex defectu implementi Eccleſia damnum non ſuſtinet. num. 3.

Iudex nõ poteſt impedire reum ne declaret propter ſpẽ Fiſci acquirendi in repetitione ad ſui fauorem, vel additionem, vel diminutionem teſtificatorum. num. 4. Declara. ibidem.

Reus poteſt renunciare, quod teſtes non interrogentur ſuper interrogatorijs ab eo datis. num. 5. & quare. ibidem.

Ali-

ALiquãdo vidi in cõtrouerſiã pônere, an potius repetitio, quã declaratio fieri deberet, nam pro parte Fiſci, ſeu inſtigatoris dicebatur complere iuribus Fiſci, vt potius repetitio, quam declaratio fieret, quia ex repetitione, vel poſſunt magis, ac magis depoſitiones teſtium ab ipſis in ijs, quæ dubia ſunt declarari, vel poſſunt alia addi, vel minui, quæ iura Fiſci validiora efficerentur. Pro parte verò inquiſiti dicebatur ſibi complere declarationem fieri tum ob maiorem, ac celerem expeditionem cauſæ, tum ob commodum reportandum, quia forſan teſtes in repetitione poſſent illum magis grauare, & ſic ſibi compleat pro tunc teſtes declarare, & impedire ne repetantur.

Verum ad huius concluſionis euidentiã ſciendum eſt, quod legitimatio proceſſus duo habet ſpecialia, nempè primum, quod eſt ipſamet legitimatio, & ſecundum quod ſunt ipſi modi, quibus legitimatio perfici-
1 tur, quo ad primũ ſpeciale dicimus ad Fiſcum ſpectare complendum, nec à reo inquiſito impediri poteſt, quin ab illo perficiatur: *Farin. quæſt. 66. num. 306. & 310.* & hoc primum ſpeciale non ligatur ſub regula citationis ad declarandum, vt dicit *Guaz. defenſ. 25. cap. 1. num. 3.* quia ad officium Iudicis ſpectat, vt dicit idem *Guaz. dicta defenſ. & cap. num. 29. in verſ. Hieroſolymita* Si verò conſideratur quoad ſecundum ſpeciale, nempè quoad modos inducendi legiti-
2 mationem, tunc non ad Fiſcum, ſed ad inquiſitum ſpectare electionem dicimus, & ratio eſt, quia ad hunc modum legitimandi in hoc ſecundo ſpeciali non poteſt non præcedere citatio, quia per citationem, monetur reus ad eligendum modum legitimandi proceſſum, qui modus concernit merum fauorem inquiſiti idcircò ad eius electionem remittitur *arg. textus in l. Titio centum in principio ff. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ. 127. num. . verſ. nec dicatur, quod attento lib. 7. Decius conſ. 452. num. .* ad quod facere videtur id, quod dicit *Bald. in conſ. 127 lib. 1.* in ſui ratione, vbi dicit, quod Ec-
3 cleſia non poteſt vaſſallo opponere, Tu non impleuiſti pro parte tua, quando ex defectu implementi Eccleſia damnum non ſuſtinet, & ſua non intereſt, ita Fiſcus non poteſt reo obijcere de adimplemento legitimationis potius per repetitionem, quàm per declarationem, dum per legitimationẽ, per declarationem complendam nullum damnum, & intereſſe ſentiat.

Dices, quod pro parte Fiſci ſua intereſt teſtes repeti, quia occaſione repetitionis teſtes interrogantur an velint aliquid addere, vel minuere ad ea, quæ alias depoſuerunt, & virtute iſtius interrogationis poſſent teſtes addere, vel minuere aliqua ad fauorem Fiſci, quæ non adderentur, vel
4 minuerentur, ſi teſtes declarentur, idcircò Fiſcus ſaltem in hac parte damnum ſentiret. Reſpondetur, quod aut Iudex certò ſcit iſtam diminutionem, vel additionem per teſtes faciendam, & tunc debet denuò teſtes in examine audire, & quid præiudicij contra reũ deponant illud idẽ cum reo conteſtare debet, aut nullam notitiam habet, & tunc non debet impedire reum, ne declaret, quia ea, quæ ſunt poſſibilia ad eſſe, vel non eſſe non impediunt actum maximè, ſi cum difficultate poſſunt non adeſſe, vel adeſſe *l. Iul. ff. qui, & à quibus mar. l. ſi quis ab alio ff. de re iudic.*

Quid ſi pro parte inquiſiti exhibita fuerint interrogatoria ad effectum cum illis repetendi teſtes an ex illorum exhibitione videatur Fiſco ius acquiſitum, vt fiat repe-
5 titio; reſpondetur, quod ſi reus re integra renũciauit prædictis interrogatorijs Fiſcus non poteſt impedire huiuſmodi renunciationem, & ratio eſt, tum quia interrogatoria non exhibentur modo iuridico nempè citato Fiſco tum quia interrogatoria non ſunt poſitiones, quibus reus videatur confiteri quidquid in eis continetur, ſed eſt mera, & extraiudicialis exhibitio ad ſibi medijs illis meliùs certificandum de depoſitis à teſtibus, vt dicit *Farin. conſ. 192. n. 5.* ac proinde poteſt reus illa quandocumque re integra reuocare.

An dictum vulnerati declarari poſsit, vt legitimetur.

Quæſtio CLXXX.

SVMMARIVM.

Aſſertio vulnerati cum adminiculis facit indicium ad torturam. num. 1.

Aſſertio vulnerati debet legitimari. num. 2. Declarat. num. 4.

Aſſertio vulnerati facit leue, & vile indicium. nu. 3.

Spiritus efficaciæ poteſt tribui actui dupliciter, & quomodo. num. 5.

Diſ-

DIfficultas huius cõcluſionis in hoc conſiſtit, quòd cũ aſſertio vulnerati concurrentibus
1 adminiculis faciat indicium ad torturam, vt dicit de communi, & veriori opinione, quę non habet contradictorem *Farin. quæſt.* 46. *num.* 35. *&* 52. ſequitur dubitari, an eius dictum poſſit declarari, aut ſaltem aſſertio vulnerati debeat legitimari per repetitionem, aut alio modo dicta eius aſſertio legitimari debeat, & pro affirmatiua, quod veniat legitimanda,
2 aut per declarationem, aut per repetitionem, aut per confrontationem, & ſuper his modis non facio vim; videtur facere id, quod dicunt *Bald. in l. mater nu.* 1. *C. de calumniatoribus, & Farin. conſ.* 5. *num.* 103. dicunt enim quod aſſertio vulnerati faciat leue, & vile indicium, quod adiuncta cum alio in-
3 dicio leui ſufficiens eſt non ſolum ad torturam, ſed etiam ad tranſmittendam inquiſitionem, igitur cum ad torturam deueniri non poſſit, niſi legitimatis probationibus meritò cum aſſertio vulnerati cõnumeretur inter probationes, oportet, quod legitimetur aliàs daretur, quodammodo ſemilegitimatio proceſſus, quæ vllo modo dari non poteſt.

Sed contrarium videtur dicendum, & ad huius contrarii euidentiam ſciendum
4 eſt, quod cum legitimatio importet efficaciam, ad quam poſtea conſequitur actio, quæ ſimpliciter ex accuſatione non procedit, nihilominus cum accuſatio habeat ſua legitima requiſita, quæ cum adhibita ſit, faciunt efficacem dictam accuſationem, vt *per text. in l. libellorum §. quod ſi ibi legitimè ordinati ff. de accuſat. & in l. ca quidem ibi citra ſolemnia C. eodem. Iaſon in §. omnia num.* 115. *Inſtit. de accuſat.* qui inter cætera ſolemnia ponit narrationem facti nomen, & perſonam delinquentis, contra quam procedi debet, aut ſaltem per ſigna deſcribenda eſt *l. ad recognoſcendam C. de ingenuis, & manumiſſis: Farin. conſ.* 55. *num.* 95. quocirca cum huiuſmodi facti narratio, & accuſati nominis expreſſio habeat ſe, vt materiam accuſationis ideò non indiget alia formalitate diuerſa ab ipſa formalitate accuſationis.

Sed ſcias, quod ſpiritus efficaciæ poteſt tribui actui dupliciter vno modo vti cauſę
5 materiali tantum, & hoc modo iſte actus non parit actionem per ſe, quia ſola cauſa materialis non producit effectum, ſed dũtaxat præbet occaſionem inquirendi de delicto aſſerto; altero modo poteſt attribui efficacia alicui facto, quatenus per ipſum factum repræſententur omnes cauſæ, quæ requiruntur ad actionem pariendam, vnde ſi aſſertio accuſati conſideratur, vt ſimplex accuſatio, veluti cauſa materialis non produceret ſpiritum efficaciæ, id eſt actionem, at verò ſi conſideratur cum adminiculis repræſentans factum quodammodo iuſtificatum, vtique ipſa aſſertio redditur efficax ad agendum contra reum, & ſic non eſt neceſſe, vt huiſmodi aſſertio legitimetur, dũ iuſtificetur per adminicula alias legitimata, & hæc ſufficiunt, vt aſſertio vulnerati efficax ſit ad agendum contra delinquentẽ abſq; eo, quod declaretur pro ritè, & rectè habita per ea, quæ tradit *Peguer. deciſ.* 17. *n.* 5.

An declaratio ſuppleat defectum maculę, veluti in ſocio criminis, vel in alijs infamibus teſtibus.

Quęſtio CLXXXI.

SVMMARIVM.

Tortura pro purganda macula eſt remedium iuris ciuilis. num. 1.

Tortura pro delẽda macula infertur in faciem Rei, & ſic præuia citatione. num. 2.

In teſte infami duo conſiderari debent, & quæ. nu. 3.

Sicut citatio non ſupplet purgationem maculæ, ita nec declaratio. num. 4.

Antiquitus ſuſpectus de crimine purgabatur pœna, aqua frigida, vel feruentis. num. 5.

Reus declarando dicens habere pro purgata macula ſocij non eſt opus, quod amplius purgetur per torturam. num. 6.

Infames de conſenſu partium poſſunt recipi ad teſtimonium. num. 7.

Infames recipiuntur de conſenſu partium ad probationem ipſi Iudici faciendam. num. 8. *& quare ibidem.*

HAEC concluſio intelligenda eſt an inquam facta declaratione per reum neceſſarium ſit inferre torturam teſti infami, vel periurio, aut ſocio criminis contra conſocium confeſſo ad purgandam maculam, & ratio dubitandi eſt, quia tortura inferen-
1 da pro purganda macula eſt remedium, & ſolemnitas iuris ciuilis poſitiui, ſicut & citatio ad videñ. examinari teſtes, vnde ſicut per declarationem ſuppletur hæc citatio, ita per eamdem declarationem ſuppleri videtur

detur illa ſolemnitas illationis torturæ pro delenda macula patet; quia prædicta tor-
2 tura non debet inferri, niſi citato reo, ac proinde in faciem rei infertur: *Guazz. defenſ. 39. cap. 13. numer. 11. Clarus quæſt. 45. verſ. cæterum ſi reus num. 4. Caball. caſu 43. num. 11. Farin. quæſt. 43. num. 137. & 139.* idcircò videtur hæc ſolemnitas ſuppleta per declarationem, per quam ſuppletur citatio, & eſt, ac ſi teſtis fuerit tortus ad delendum eius maculam infamiæ, vel periurij; & reus, declarando habere teſtes pro ritè, & rectè examinatos videtur ſupplere etiam torturam inferendam teſti infami, qui alias non eſſet ritè, & rectè examinatus, niſi fuerit tortus pro macula delenda, atque idcircò per dictam declarationem videtur ſupplere hanc torturam.

Sed contrariũ videtur verius, & pro intel-
3 ligentia ſciendum eſt quod in teſte infami duo conſiderantur, vnum, quod eſt illud examen, quod reſpicit ad veritatem habendam de delicto, & eius depoſitione, cum iſtud examen debeat eſſe iuridicum, idest, habitum citata parte non ſuppletur per reum, niſi declarando examen illud pro iuridicè factum, ideſt ac ſi fuiſſet habitum ipſomet citato; alterum, quod conſiſtit in perſona ipſius teſtis, nempè in illo, quod reſpicit ad bonam, vel malam famã teſtis, qui per notam quamdam, quæ probrum dicitur; ideſt exprobratione, & non fide dignum reſultans ex infamia, criminis dicitur; exprobratio enim per metaphoram dicitur ignominia, vt dicit *Decian. tract. crim. tit. de Probro cap. 16. lib. 1.* quæ ex ſcelere ſequi ſolet, ideò cum iſtud probrum non poſſit ſuppleri per citationẽ,
4 ad videñ. examinari teſtes, ita non poteſt ſuppleri per declarationem, per quam ſolũmodo ſuppletur dicta citatio vltra quod cum macula prædicta non contrahatur, niſi per aliquem actum delicti, vt dicit *Gram. conſ. 34. ſub numer. 6.* ſcilicet per infamiam facti, vt docet *Alex. conſ. 152. num. 6. lib. 5.* & ſit quædam priuatio honoris, & famæ teſti debiti, ſeu debitæ, vt dicit *Baldus in l. cunctos populos num. 42. in fine C. de Summa Trinitate* reſultans ex infamia, quæ eſt pœna afflictiua famæ, vt dicit idem *Bald. in l. & ſi libidine num. 2. C. de adulterijs* opinionem teſtis pœnes graues, & honeſtas perſonas aggrauans, vt dicit *Natta conſ. 478. num. 25.* idcircò macula prædicta non poteſt deleri, niſi per aliquem cruciatum exteriorem, & non per ſolam declarationem exemplo antiquorum, qui ſuſpectos de crimine ad illos purgandos, vel pœnæ aquę
5 frigidæ, vel feruentis cruciandos ſubijciebant *cap. ex tuis de purgat. canon.* vel pœnæ candentis, vel igniti ferri incurrebant *cap. fin. de purgat. cap. Mennam 2. q. 5.* & ſicut huiuſmodi cruciatus ad oſtendendam propter illorum ſufferentiam, innocentiam, inferebãtur ita ad oſtendendum teſtem infamem eſſe veridicum in eius depoſitionibus, in-
1 fertur huiuſmodi tortura, & ſic ſuppleri non poteſt per ſimplicem declarationem, quæ nullam pœnam, vel cruciatum continet.

Quid ſi reus vltra declarationem dicat
6 etiam quod habeat pro purgata macula infamiæ etiam ſine tortura, numquid dictum ſocij criminis hoc caſu afficeret ſine tortura ſocium, & affirmatiuè reſpondendum eſt, nam ſicut de conſenſu partiũ
7 teſtes infames poſſunt ad teſtimonium recipi; & hoc in practica non habet difficultatem, vt dicit *Farin. quæſt. 56. num. 92.* qui allegat *Iaſ. in l. cunctos populos num. 67. verſ. 3. Fallin. in 1. lectura C. de Sum. Trin. Campeg. de teſtibus reg. 26. num. 10.* ita etiam de conſenſu partium iſti iidem teſtes poſſunt ad teſtimonium recipi ſine tortura, quæ infligitur teſti infami, vt purgata macula infamiæ per torturę cruciatum reum afficiat & ſic non erit opus iſtius purgationis, quando reus expreſsè conſentit: inhabiles enim hoc caſu admittuntur, & admiſſos probare nihil eſt, quod impediat, poſtquam partes, de quarum præiudicio agitur, ita volunt, vt per *gloſſ. in §. licet in fine in verbo ſupplicijs in Auth. de teſtibus Farin. quæſt. 62. num. 177.*

Dices, quod teſtis infamis ratione proprij delicti non adhibetur, vt fidem faciat parti, ſed Iudici, vt notat Bald. *in l. cum mulier num. 25. verſ. circa teſtem ff. ſoluto matrim.* idcircò cum ex dicto ipſius infamis Iudex non accipiat fidem cum talibus credẽ-
8 dum non ſit, *Bald. vbi ſupra,* & citat *argum. textus in l. quos prohibet ff. de poſtulan.* meritò ſaltem, vt Iudici fidem faciat torquendus venit, quamuis reus declaret illum admitti abſque tortura. Reſpondetur, quod fides, quam facit teſtis Iudici, non eſt ad probationem, ſed ad informationem, propter quã non requiritur in teſte infami aliqua tortura, & ſic cum probatio delicti immediatè afficiat reũ, poteſt idem reus approbare dictum teſtis infamis abſq; eo, quod illi infertur tortura, & licet teſtis infamis nõ faciat fidem Iudici intelligitur, quoad plenam probationem, *vt toto titulo de fide instrumentorum,* non autem quoad Iudiciũ contra reum, quo caſu requiritur tortura, vt notat *Farin. quæſt. 43. num. 134. & quæſt. 62. num. 377. & ſeq.* cum alias infames non debeant

beant admitti in teſtes, vt tradit *Caball. caſu 84. num. 11. cum alijs ibi allegatis*, & ſic quo ad illud, quod ſpectat ad reum poteſt per eumdem reum remitti, & habere, ac ſi fuerit tortus ad ſui faciem pro comprobatione ſui dicti.

An declaratio ſub conditione facta nimirum ſi teſtes probent pro reo ſubſiſtat.

Quæſt. CLXXXII.

SVMMARIVM.

Declaratio emiſſa ſub conditione ſi teſtes probent pro Reo declarante valet, & tenet. num. 1. declara. num. 2.

Conditio duplex eſt vna de præſenti altera de futuro, & quæ. num. 3.

Declaratio conditionalis cum ſit de præterito, & illicò conditio probari poteſt non ſuſpendit. numer. 4.

Conditio de præſenti, vel de præterito non poteſt adhiberi in actibus legitimis. num. 5.

Actus legitimi nempe exmancipatio acceptilatio hæreditatis aditio ſerui optio datio tutoris nullam conditionem recipiunt. num. 6.

Reus conditionaliter declarando rem imperfectam ſignificat, & ponit iura Fiſci in incerto. num. 7.

Ex arbitrio Iudicis pendet, quod aliquid ſit probatum nec ne. num. 8.

Declarans ſub conditione ſi teſtes fuerint apte examinati valide declarat. num. 9.

Declaratio pure facta ſemper cenſetur facta quatenus reus non inſtet pro repetitione. num. 10.

Reus mandans teſtes declarare ſi pro eo probent huiuſmodi mandatum valet. numer. 11. & quare ibidem.

Mandatum de adeundo ſi hæreditas ſit ſoluendo valet. num. 12.

Reus declarans quatenus Fiſcus repetere recuſauit nõ ſuſpendit legitimationem. num. 13.

HÆC concluſio habet duo in ſe vnum, quod tendit ad legitimationem ſi teſtes probent pro declarante alterum quod tendit ad reſolutionem legitimationis caſu quo teſtes pro declarante non probent hæc itidem concluſio facceret pro cautela reorum ſtatus Eccleſiaſtici qui ſolent ex vi decreti in publicatione proceſſus adhibiti declarare teſtes pro ritè & rectè examinatos adhuc non viſis inditijs vndè opportunè quæri poteſt an reus poſſit emittere ſupradictam protestationẽ in declaratione ſi & quatenus teſtes probent pro ſe.

Et dicedũ videtur, quod valeat, & ſubſi-
1 ſtat huiuſmodi declaratio nam ſicut valet ſententia lata ſub iſta eadem conditione nempè ſi Iudex dicat te condemno ſi ſit probatum, vt voluit *Bart. in l. alt. Prætor §. ſi Iudex num. 4. ff. de re iudicata*, quem communiter alii DD. ibi ſequuntur *Iaſ. in §. curare num. 4. Iurit. de actio. Pelin. in cap. teſtimonium num. 18. de teſtibus Decius in cap. ſuper eo num. 23. de appellat.* ita & eo magis ſubſiſtere debet huiuſmodi proteſtatio.

Dices, quod cum legitimatio per declarationem ſit actus legitimus, & vti actus
2 legitimus non poteſt recipere hanc conditionem *per textum in l. actus legitimi ff. de regulis iuris cap. actus eod. tit. lib. 6.* eo quia vti actus legitimus nõ poteſt ſtare in ſuſpenſo propter dictam conditionem. Reſpondetur, quod conditio duplex eſt vna de præſenti, vel præterito, quæ illico verificari poteſt & dicitur conditio impropria, & intrinſe-
3 ca, & declaratio ſic facta ſuſtinetur. Altera de futuro, quæ facit actum ſuſpendere, & eſt illa, quæ ſexpectat euentum extra, & dicitur propria, ſed extrinſeca conditio, vt declarat *Oſaſcb. deciſ. 145. num. 1. Accurſius in Rub. ff. de condit. & demonſtr. Bart. in l. 1. ff. eodem*, & declaratio ſic facta non tenet.
4 Si replices, quod etiam conditio intrinſeca de præſenti, vel de præterito nõ poſſit adhiberi in actibus legitimis nam vbi actus
5 legitimi pro forma recipiunt, vt fiant pure non poſſunt exprimi cum conditione etiam intrinſeca, vt notat *Decius in dicta l. actus legitimi num. 13. ff. de reg. iuris* ita parimodo cum declaratio ſit actus legitimus non poteſt exprimi ſub illa conditione etiã intrinſeca quæ licet non ſuſpendat in futurum tamen in ſui apparentia eſt conditio quæ primò aſpectu non habet certitudinem, quia opus eſt inquirere, & inueſtigare de veritate prædictę conditionis nimirum ſi teſtes probent pro declarante nec ne & dum inquiritur dicitur ſtare in ſuſpenſo Reſpondetur, quod obiectũ habent locum in actibus legitimis enumeratis *in dicta l. actus legitimi* nẽpè in emancipatione accep-
6 tilatione hæreditatis aditione ſerui optione datione tutoris, qui actus etiam conditionem intrinſecam non recipiunt, ſed omni mode pure fieri debent vnde cum declaratio non ſit de illis actibus merito nõ ſubiacet determinationi illius legis ſicut etiam ſen-

ſententia, quæ licet ſit actus legitimus attamen cum non ſit de illis enumeratis *in d. textu poteſt ſub dicta intrinſeca conditione proferri*.

6 Sed mihi ſupradicta non ſatisfaciunt, eo quia legitimatio proceſſus per ſe, & intrinſece non reſpicit ad probationem, ſed ad actum examinandi teſtes habitum per Iudicem pro ſui informatione ac proinde huiuſmodi conditio inepte videtur poſita in huiuſmodi proteſtatione declarationis *arg. textus in l. pen. ff. de conditio. inſtitutio.* ibi vt *hoc prius inſpiciendum ſit vt homo, qui conditionem talem impoſuit non compos mentis eſſet*, & quamuis huiuſmodi actus declarationis nō ſit de enumeratis *in dicta l. actus legitimi* attamen ne iuribus Fiſci præiudicetur oportet, quod legitimatio proceſſus ſit certa & pure concludens nec ſit opus per Fiſcū aliud inueſtigare pro illius certitudine, & veritate nam, vt de ſententia dicitur quod ea mente Iudex pronunciat, vt ſecundum eam diſcedere à tota controuerſia velit *lege dicere ſententiam ff. de arbitris* ad Iudicis enim officium lites dirimere pertinet *inquit Iulian in l. quidam exiſtimarent ff. ſi certum petat.* ita parimodo cum reus conditionaliter declarando rem imperfectam ſignificare intendit, eo quia incertitudinem contineat, &

7 ponit iura Fiſci ſine cauſa in incerto, quod minime in actu declarationis fieri debet cū legitimatio non importet cauſę ventilationem neque illius deciſionem, ſed approbationem examinum teſtium nam, vt aliquid ſit probatum, vel non ex arbitrio Iu-

8 dicis dependet vt *in l. 3. verſ. tu magis ff. de teſtibus, & in cap. cauſam quæ de re iudicat. Decius conſ.* 510. & 647. & 650. ideò arbitrium illud non debet à parte arctari tempore incongruo ideſt antequam cauſa ex legitimis depoſitionibus ventiletur per ea quæ proportionabiliter dicit *Bald. in l. quidam referunt num. 2. ff. de iure codicillorum*, vbi dicit quod prius ſunt legitimandę perſonæ, quā diſputetur de meritis cauſæ ita data paritate dicendū eſt in caſu noſtro: contraria vero procedunt quando ex diſpoſitione legis vel ſtatuti ſolemnitas requireretur in celebrando actu ſecus ſi ex voluntate partium fuiſſet adhibita *Gratian. diſcept. 168. num. 8.*

Fateor tamen, quod ſi declarans diceret declaro teſtes pro rite & recte eſaminatis ſi fuerunt apte examinati huiuſmodi cō-

9 ditio vti vere intrinſeca, & de præſenti ſuſtineri poteſt cum nullam incertitudinem paret nec Fiſco præiudicium inferat ad quē ſpectat apte examinare etiam quando non in figura iudicij ſcilicet in informatiuo teſtes inducit ad examinandum *Bald. in l. ſi filio num. 3. vbi dicit ibi aſſe textum ff. de in iuſto rupto*.

Dices, quod ita demum declaratio pure facta ſuſtinetur in quantum reus non iſtat pro repetione, &. ſic declaratio etiam pure facta ſine vlla conditione ſemper cenſetur

10 facta quatenus reus non petat repeti teſtes, & ſic ſemper ſub cōditione videtur facta. Reſpondetur, quod huiuſmodi conditio eſt ſub intellecta, & ſic tacita conditio, quæ non reſpicit ad ſubſtantiam declarationis, ſed ad eius executionem, & de natura actus declarationis ſubintelligitur immò declarans ſibi reſeruat facultas teſtes repetendi, & quatenus etiam ſibi non reſeruaſſet intelligitur ex ſui natura ſibi reſeruaſſe, vt alias dixi.

Et ſi replices, quod ſi reus mandat alicui

11 vt declaret teſtes ſi pro eo probent huiuſmodi mandatum ſubſiſtit ergo & declaratio. Reſpondetur, quod conditio ſupradicta eſt conditio mandati non declarationis ac proinde valet nam per huiuſmodi conditionem dat formam quomodo mandatū exequi debeat *l. muto §. ſub conditione ff. de tutell. Bart. in l. 1. verſ. 2. ff. de condit. & demoſtrat. & in l. item quia ff. de pactis & in l. ita demum ff. de arbitris*, vt in ſimili dicitur de mandato de adeundo ſub cōditione ſi hæ-

12 reditas ſit ſoluendo, quod cum iſta conditio reſpiciat ad mandatum non ad aditionem poteſt dicta conditio ſubſiſtere quamuis aditio non recipiat dictam conditionem *Bald. in l. eum qui §. filius famil. ſub nu. 1. & 2. ff. de acquir. hæred.*

Idem credimus procedere ſi reus declaret ſub conditione quatenus Fiſcus repe-

13 tere recuſauerit, quia huiuſmodi conditio nō ſuſpendit nec imponit diligentiam inueſtigandi nec per exiſtentiam repetitionis poſitæ ſub conditione augetur effectus legitimationis *l. aretuſa ff. de ſtatu hominum Bald. in l. cum hæres num. 2. ff. de acquir. hæred,*

An declarare teſtes pro rite & rectè examinatos ſit reo præiudiciale.

Quæſt. CLXXXIII.

SVMMARIVM.

Declarare teſtes pro ritè & rectè examinatos non eſt reo præiudiciale. num. 1. declara. num. 2.

Præiudicium irrogare, & emolumentum afferre differunt inter ſe. num. 3.

Declaratio non eſt apta emolumentum Reo dare. numer.4.

Declaratio quatenus legitimat non eſt præiudicialis. num.5.

Declatatio facta cum clauſula præter mortuos, & abſentes eſt præiudicialis reſpectu probationis. nu.6.

ET dicendum quod non quia nullum ius illi tollit neceſſarium eſt enim proceſſum informatiuum legitimari, quę legitimatio non præcludit viam inquiſito proponendi ſuas exceptiones, & iura idcircò illi non nocet *l. ſæpe ff. de re iudicata ibi in verbo alijs non præiudicare, & in verbo nihil nocet* quaſi idem ſit præiudicare, & nocere.

Dices, quod eo ipſo quod reus declaret teſtes pro ritè & rectè examinatos ſtatim poteſt ad conflictum quæſtionis adduci, quod eſt in præiudicium ferri ideò declaratio nō poteſt non eſſe præiudicialis eo quia probationes, quæ antea illum non afficiebant poſt
2 declarationem afficiunt vndè præiudicium non numquam inter probationes refertur *l. penult. ff. qui ſint ſui vel alieni iuris l. ſi quid §. meminiſſe ff. de lib. agnoſcen. l.4. ff. de pub. iudicijs* quaſi actio quæ Fiſco prius non competebat per declarationem facit, vt illi competat, & ideò declaratio ſicut nullum emolumentum adfert conſequens eſt vt præiudicium inferat; opponuntur enim inter
3 ſe iſtæ propoſitiones præiudicium irrogare, & emolumētū nō afferre *l.2. C. quibus res iud.* Reſpondetur, quod declaratio teſtium pro ritè & rectè examinatorum non priuat Reū emolumento cum nihil emolumenti apta
4 eſt dare & ſi quid emolumenti habet vnum eſt vt citius cauſa expediri poſſit per declationem quam per alios modos legitimandi proceſſum vndè cum dicimus neceſſariam eſſe declarationem intelligimus nō quo ad ipſam declarationem, ſed quo ad legitimationem quæ vtique neceſſaria eſt & ſi illa non fuerit adhibita proceſſus non ſuſtineretur, ſed melius dicas, quod declaratio dupliciter conſiderari poteſt vno modo, quo
5 ad actum legitimandi, & hoc modo non eſt præiudicialis, quia pari virtute legitimat declaratio, qua legitimant cæteri modi; altero modo quo ad teſtes, qui per actū declarationis euadunt legitimati nec dignoſci poteſt, qui ſint mortui, vel qui ſint abſentes quocirca, vt ſupradixi quæſt. 73. ad reum ſpectaret (ſi caſus contingat) probare, vel mortem, vel abſentiam illorum, &
6 in his terminis declaratio eſt præiudicialis, quia teſtes, vt plurimum ſunt foren ſes, qui ſi repeti deberent non poſſent haberi, & ſic reus ſibi irreparabile præiudicium inferret per ea quæ dixi *in quæſt. 167. num.8. & q. 170. num.10. Guazz. defenſ.25. cap.1 num.1. in fine & defenſ.24. cap.6. num.11.* circa finem non obſtante *clauſula præter mortuos, & abſentes* ad cuius euentum probandum difficillima pro reo redderetur: quo circa ego numquam permiſi, vt teſtes declararentur, ſed inſteti vt ſaltem aliquando etiam ſine interrogatorijs repeterentur, vt facilius pro bono Rei dignoſcerentur legitimati à nō legitimatis.

De formula declarandi teſtes pro ritè & rectè examinatos.

ADuertendum, vt dixi quod in Statu Eccleſiaſtico poſtquam fuerit completus proceſſus informatiuus ac completis conſtitutis cum Reo habitis Iudex decernit copias indiciorum cumulatorum atque aſſignat terminus ad ſe defendendum, vt mox dicam.

Tunc D. ſedens &c. acceptatis &c. examen dimiſit, & mandauit ipſum conſtitutum poni ad largam cum termino trium dierum ad facienads ſuas defenſiones, & copiam proceſſus decreuit, habitis tamen priùs teſtibus pro ritè, & rectè receptis, & legitimè examinatis ſaluis exceptionibus, & repetitione &c. ac ſine præiudicio vlterioris proceſſus, & examinis ōni meliori modo de quo decreto, & eius explicatione ſatis bene exponitur ab *Ambroſino in d. eius tractat. de modo forman. proceſſus informat. lib.3. cap.1. numer 19.*

In vrbe autem numquam rei coguntur declarare teſtes &c. ſi noluerint: immò ipſi ponuntur ad largam cum termino faciendi ſuas defenſiones, & datur eis copia proceſſus informatiui aliter non legitimatis dictis & depoſitionibus, vt inſpiciant, & cū eorum Aduocatis de ipſo proceſſu legitimando tractent. Quapropter adeſt ſtylus, vt poſt traditas reo copias inſtante Fiſco citetur idem reus ad declarandum an velit habere teſtes pro curiæ informatione examinatos pro rite & rectè examinatis.

Qui reus ſi voluerit illos declarare vocatur Notarius, qui de prędicta declaratione ſe rogat in hunc qui ſequitur modum.

Perſonaliter conſtitutus N. in Carceribus Nouis carceratus, qui ſponte &c. omni &c. medio iuramento tactis &c. declarauit, & declarat velle habere prout habet teſtes contra ipſum ad inſtantiam Fiſci examinatos pro rite & rectè examinatis ſaluis tamen exceptionibus tam contra eorum dicta quam perſonas, & præter mortuos, & abſentes ac ſaluo iure repetendi quatenus &c. & ità &c. non ſolum &c. ſed omni &c. præſentibus N. N. teſtibus &c.

De legitimatione per veram confeſſionem.

De ipſa confeſſione.

Quæſt. CLXXXIV.

SVMMARIVM.

Confeſſio eſt proceſſus informatiui verificatio. num.1.
Confeſſio eſt quædam adæquatio facti ad probationem per teſtes in informatiuo habitam. num.2.
Confeſſio erronea non legitimat proceſſum. num. 3.
Confeſſio fieri debet coram Iudice illam acceptante. num.4.
Reus non poteſt interrogari niſi ex proceſſu reſultet motiuum illum interrogandi. num.5.
Confeſſio nulla ex defectu inditiorum non conualidat proceſſum. num. 6.

ET quia confeſſio triplicem habet reſpectum
alterum ad proceſſum per confeſſionem legitimatum
alterum ad delictum per confeſſionem probatum
alterũ delinquentem per cõfeſſionem obligatum ad pœnam, & nos non niſi de
confeſſione per reſpectum ad proceſſum legitimatum per dictam confeſſionem loquuturi
ſumus ideò eius diffinitionem ſeu deſcriptionem ſecundum eiuſdem reſpectũ
1 premittemus, & ſic dicimus confeſſionem
eſſe proceſſus informatiui verificationem.

Dixi confeſſionem eſſe verificationem
hoc eſt comprobationem proceſſus informatiui *arg. l.1. ff. de off. procur. ibi comprobari, quæ acta ſunt*, & dici poteſt quod ſit quædã
2 adæquatio facti ad probationem per teſtes
in informatiuo habitam ſicut in ſimili de
veritate dicitur, quod ſit adæquatio rei ad
intellectum, vt notat *Alex. conſ. 56. num. 1. lib.4.* & patet quod ſi confeſſio ſit erronea
nimirum, quod res aliter ſe habeat, quam
3 confeſſio contineat non legitimatur proceſſus
per dictam erroneam confeſſionem
l. de ætate §.fin.ff. de interrog. action. l. cum de indebito §.1. ff. de probat. l. ſi poſt diuiſionem C. de iuris & facti igno. Paris conſ. 89. lib. 1. & hinc
eſt quod aliquando ſoli, & nudæ confeſſioni
non ſtatur *Marſil. conſ. 84. num. 22. & 23.* &
ideò aliquando requirit verificationem,
vel ex ipſo proceſſu, vel ex alijs extra proceſſum
per teſtes deponendis, & hinc eſt
4 quod confeſſio fieri debet coram Iudice illam
acceptante confeſſio enim eſt, idem
quod ſimul faſſio, quæ deriuatur à verbo
faris, vel fare fatur, ex dictione con illi
iuncta quæ denotat ſimultatem loquutionis
l.1.§.1. de pactis l. conſenſu in prin. ff. de action. & oblig. Alex. conſ. 20. num.1. lib.4. nimirum
Iudice interrogante, & reo fatendo reſpondente,
vt inquit *Cyn. in l. vnica in 6. q. C. de confeſſis. Salicet. in l. Iubemus C. de libere cauſa.*

Dixi proceſſus informatiui ideſt eorum
in proceſſu informatiuo contentorum a
quibus Iudex ſummere debet motiuum in-
5 terrogandi reum ſuper delicto quoniam ſi
ex proceſſu non reſultarent indicia, & probationes
non poſſet reum interrogare *Farin. quæſt. 81. num. 15. & conſ. 110. num. 12. Marſ. conſ. 130. num. 35.* & hinc eſt quod confeſſio
ſine indicijs præcedentibus nihil eſt, & licet
ſpontanea confeſſio validet proceſſum nullum
ex defectu inordinationis tamen illam
nullitatem, quæ reſultet ex defectu
6 indiciorum non conualidat maximè quando
Iudex prius examinaſſet reum quam
recepiſſet indicia contra eum, quia ſine indicijs
nemo eſt interrogandus nec interrogatus
tenetur reſpondere ſecundum, ea
quæ dicit *Boſſ. in tit. de examine reorum num. 6. Clarus quæſt. 45. verſ. ſed pone Cartar. in praxi interrog. reorum cap. 2. nu. 8. Farin. conſ. 130. lib. 2. num. 12. & 13. Buccar. differen. 15. num. 2.*

An poſt habitam confeſſionem proceſſus indigeat aliqua alia legitimatione.

Quæſt. CLXXXV.

SVMMARIVM.

Poſt confeſſionem habitam proceſſus non indiget alia legitimatione niſi ad bene eſſe. num. 1. & quare. num. 2.
Confeſſus poteſt opponere de nullitate proceſſus. numer. 3. declara. num. 4.
Nullitas proceſſus duplex eſt vna, quæ reſpicit ad iuſtitiam altera, quæ reſpicit ad ordinatoria. numer. 4.
Confeſſio ſupplet nullitatem ordinatoriorum proceſſus. num. 5.
In his quæ pertinent ad ordinatoria iudicij indicatur ad fauorem Fiſci contra reum confeſſum. num. 6.
Ordinatoria ſunt in duplici differentia, & quæ. numer. 7.

Libellus ſi ſit ineptus , vel non concludens non poteſt ex eo reus condemnari . num.8.
Statutum , quod contumax habeatur pro confeſſo intelligitur dummodo præcedat inquiſitio valida . num.9.
Defectus ordinatoriorum iudicij non inualidat confeſſionem . num.10.
Reus confeſſus etiam perempta inſtantia poteſt condemnari . num.11.
Confeſſus non poteſt opponere de ineptitudine proceſſus . numer.13.
Notorium requirit ſolemnitatem libelli . num. 14.
Defectus corporis delicti accuſationis , & indiciorum infringunt confeſſionem . num.15.
Confeſſio emanata coram Iudice incompetente quando valeat . num.16.
Iuriſdictio limitata non eſt prorogabilis . num. 17.
Per confeſſionem etiam ſpontaneam proceſſus nullus ex defectu iuriſdictionis non conualidatur . num.18 declara . num.19.

NON dicimus , quod
indigeat ex neceſſita-
1 te , ſed ad bene eſſe
quia nõ videtur quæ
repugnantia ſit habe-
re confeſſionem , &
tenere poſtea teſtiũ
repetitionem ſeu aliũ
modum legitimatio-
nis *Guazz. defenſ. 24. cap.6. num. 14. in fine &*
dicit ita opinatus fuit *Baiard. ad Clarum q.45.*
num.42. vbi dicit , ſed melius eſt (iudicio
eius) quod teſtes habeantur pro repetitis ;
2 nam ſi confeſſio rei ex aliquo capite annul-
laretur teſtes non repetiti nihil probarent ,
quod Fiſco eſſet damnoſum cuius intereſt
plures habere probationes , & fundamenta
legitima, Iudices igitur, ſubiungit ille: in de-
creto clauſulam apponunt , vel teſtes repe-
ti faciant ante dationem termini ad facien-
das defenſiones ſi caute procedere volunt .

Dices , quod etiam ſi confeſſio non an-
nullaretur , & non fuerit facta repetitio ve-
luti non proueniens à proceſſu illegitimo ,
& ſic nullo ſemper ſeruata ei videtur hæc
exceptio nullitatis , vt dicit *Viuius opin.* 51.
num.2. ibi , & quamuis confeſſus appellare
nequeat tamen confeſſus ipſe poſſet dubio
3 procul apponere de nullitate proceſſus *ita*
Angel. in l. ſi vacantia col. 10. *verſ. de vno artic.*
C. de bonis vacant.lib.10. cum alijs ab eodem Viu.
allegat.

Reſpondetur , quod nullitas proceſſus
duplex eſt vna quæ reſpicit ad iuſtitiã cau-
ſæ; altera , quæ pertinet ad ordinatoria ſi
conſideramus obiectum *Viu.* quo ad nulli-
4 tatem prouenientem ex iuſtitia cauſæ ni-
mirum , quod audiatur , qui audiri non de-
beat , vt dicit *Bald. in l. non dubium num.* 30.
C. de legibus, vel quod querela ſeu accuſatio
nõ ſit legitime inſtructa , & ſic vt *per Farin.*
*conſil.*55. *n.*1. *& quæſt.* 31. *num.* 75. vel quod
proceſſus fuerit fabricatus ab incompetenti
Iudice , vt idem *Farin. notat. in conſ.76.num.*1
tunc bene procedit opinio *Viu.* quia pro-
ceſſus non debet fieri fruſtra , vt dicit *Bald.*
in l. ius iuram.n.48. ff. de iure iuran. & ſic con-
feſſus poteſt de nullitate dicti proceſſus ex-
cipere *Angel.conſ.*178.*& conſ.*297. quæ nulli-
tas dicitur prouenire ex intrinſeco defectu
& eſt tantæ potentiæ , quod etiam influit
in dictam confeſſionem redẽdo illam nul-
lam *Cartar. de capto bannito cap. fin. num.* 217.
num.18. ſi vero conſideramus obiectum
quoad nullitatem prouenientem ex ordina-
torijs proceſſus , quæ cum ſint tantum de
5 intentione , & non de ſubſtantia proceſſus,
vt dicit idem *Bald. in l. cunctos populos nu.* 93.
C. de Sum.Trin. non excipiuntur per confeſ-
ſum , vt ſupra dixi cum per confeſſionem
reus illa ſuppleuit veritate facti fatẽdo *iux-*
ta ea quæ tradit Bald. in l.1. nu.3. C. de teſtamen.
vbi dicit , quod præſupoſita veritate, quod
teſtamentum ſit ſolemne ita pari modo
præſupoſita veritate delicti per confeſſio-
nem habita proceſſus dicitur ſolemnis , &
6 ſic legitimatus ac proindè in his , quæ per-
tinent ad ordinatoria dicti proceſſus iudica-
ri debet ad fauorem Fiſci contra reum cõ-
feſſum, & in his quæ pertinent ad iuſtitiam
veluti tendentia ad deciſionẽ cauſæ iudica-
ri debet, pro reo confeſſo per ea quæ tradit
Bald. in l. inter ſtipulationem §. ſi Stichum nu. 6.
ff. de verb.oblig.

Verum , quia diximus quod confeſſio
validet proceſſum nullum ex defectu ordi-
natoriorum ideò pro maiori ſupra dictorũ
intelligentia ſciendum eſt quod ordinato-
6 ria ſunt in duplici differentia , vt ſupra dixi
alia ſunt ordinatoria proceſſus quoad ip-
ſius materiam ordinandam pro eiuſdem
proceſſus fabricatione , vt aptus ſit ad reci-
piendam legitimationem; alia ſunt ordina-
toria proceſſus quoad iudicium inſtituen-
dum pro terminanda cauſa: ſi proceſſus cõ-
ſideratur quoad prima ordinatoria , quæ
cum conſiſtãt in ſubſtantialibus ad illius fa-
bricationem , vt ſunt accuſatio ſeu inquiſi-
tio Iudicis iuriſdictio delicti probatio tunc
confeſſio ſuperueniens non iactis ſupra di-
ctis fundamentis non validet dictum pro-
ceſſum eo, quia eadem confeſſio pariter ſit
nulla *Farin. quæſt.*81.*nu.*24. *in fine Bald. in l.*2.
§. quod ſi actorum verſ. alterius notat.C. de iura-
8 *ment. calumniæ vbi dicit quod ſi libellus* ſit inep-
tus , vel non concludens non poterit ex eo
reus condemnari: confirmatur hæc conclu-
ſio

ſio ex hijs ; quæ not. *Marſil. in eius praxi cri-
min. in §. poſtquam num.16.* vbi tradit tenen-
dum eſſe menti perpetuo vnum ſingulare
verbum, & multum quotidianum videli-
cet, quod ſtante ſtatuto, quod contumax
habeatur pro confeſſo tale ſtatutum debet
9 intelligi dummodo præcedat libellus ſeu
inquiſitio valida ita pari modo dicen. eſt de
confeſſione vera cum in hoc equiparantur
nam qui ex forma ſtatuti habetur pro con-
feſſo perinde eſt ac ſi vere iniuditio cõfeſſus
eſſet *ita Bart. & Bald. in l. quoniam ff. de his qui
not. infam. Roland. conſ. 31. num. 7. lib. 1.*

Si vero conſideratur proceſſus quoad ſe-
cunda ordinatoria tunc confeſſio validat
proceſſum quamuis huiuſmodi ordinato-
ria fuerint defectuoſa, qui defectus vti ex-
trinſecus non influit in confeſſionem quin
illa legitimat proceſſum, quia ad eius va-
liditatem non requiritur ordo iudiciorum,
vt eſt textus *in cap. Piſanis de reſtitutione ſpolia-
rum*, & pro hoc facit, quod notat *Bald. in l.
properandum in fine princip. C. de iudicijs* vbi,
11 quod ſi reus confitetur etiam perempta
inſtantia poſſit condemnari *dec. Franch. 653.
Bart. in l. confeſſus ff. de cuſtodia reorum Marſ.
conſ. 46. num. 13. & 18.* & ratio eſt quia con-
feſſio non requirit telam iudiciariam, vt
voluit *Bald. in dicta l. properandum*, quem ſe-
quitur *Angelus in tract. de maleficijs in verb. cõ-
poſuerunt verſ. quaro an confeſſus Farin. quaſt. 81
num. 66.* & hinc notandũ, quod defectus iſto-
rum ordinatoriorum eſt defectus, vt dixi
extrinſecus, qui licet ob illorum non ſer-
uatum ordinem generet nullitatem tamen
non annullat confeſſionem *Abb. in d. cap. Pi-
ſanis vlt. notab.* niſi defectus concerneret ip-
ſam confeſſionem puta quando fuerit habi-
bita à perſona non habili ad confitendum
Maſcard. de Probat. concluſ. 357. num. 8. 12. vel
qualitas facti repugnat confeſſioni, vt no-
tat *Stiaticus in ſua praxi cap. 19. num. 49. & 52.*

Dices cum *dicto Angelo in d. verbo compa-
ruerunt num. 4.* vbi querit an confeſſus poſſit
12 opponere de ineptitudine proceſſus, & di-
cit, quod non, quia confeſſio purgat om-
nem vitium proceſſus, & cum confeſſio
inducat notorium idcircò in eo non ob-
ſeruatur ordo *textus eſt in cap. ad noſtram de
iure iurand. ibi nec in eis ordo iudiciarius obſeruan-
dus*. Reſpondetur diſtinguendo aut inepti-
tudo proceſſus conſiſtit in iis quibus reus
13 poterat renunciare, & tunc dicta ineptitu-
do non vitiat confeſſionem aut eſt inepti-
tudo cui reus non poteſt renunciare, & tunc
confeſſio non tenet, quia tunc propter in-
eptitudinem habetur ac ſi proceſſus non
fuiſſet factus, & ſic confeſſio, quæ eſt de
proceſſu eſſet ac ſi non emanaſſet, vt nota-
biliter diſtingit *Auguſt. ad Angelum in dicto ver-
bo comparent inquiſiti* vbi reſpondet contra-
rijs.

Non obſtat, quod confeſſio faciat noto-
rium, quia notorietas etiam requirit ſo-
14 lemnitatem libelli, & quamuis non atten-
datur aliquando ineptitudo libelli intelligi-
gitur tamen de ineptitudine extrinſeca, &
nõ de ſubſtantiali, vt notat idẽ *Auguſti* ibi, &
quotidie praticatur nimirum, quod non
obſtat, quod nulla fuerit facta repetitio
teſtium nec citatio ad videndũ iurare teſtes
quibus reus renunciare poteſt *Baiard. ad
Clarum quaſt. 49. num. 38.* & ratio eſt quia cõ-
feſſio Rei ſponte facta ſupplet hos termi-
nos nam contra confeſſum non requiritur
ordo, vt dicit *Bald. in l. ictus Inſtium num. 7.
ff. de his, qui not. infam.* Verum ſi non adeſt
15 corpus delicti ſeu accuſatio, vel indicia
quæ ſunt de ordine ſubſtantiali proceſſus
ad effectum conſtituendi reum confeſſio
non ſuſtineretur, quia his terminis reus non
poteſt renunciare cum ſint de neceſſitate
proceſſus, & ſunt etiam partes defenſionis
inquiſiti quibus nullo modo renunciare
poteſt iuxta ea quæ tradit *Baiard. ad quaſt. 49
num. 62.*

Tandum, quia iuriſdictio eſt principale
fundamentum fabricandi proceſſum ad ef-
fectum vt ordinate procedi poſſit ad reum
conſtituendum dubitari poteſt an confeſſio
conualidet proceſſum ex defectu iuriſdi-
ctionis factum, & dicen. quod non quia ſi
verum eſt quod iuriſdictio in criminalibus
prorogari non poſſit, vt voluit *Foller. in
pract. in verb. & ſi confitebuntur par. 1. num. 1.
Dorian tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 13. nu. 2. verſ.
16 ego teneo &c.* neque coram eo confeſſio e-
mitti poteſt, & emiſſa nihil operatur qua-
tenus vero prorogari poſſit, vt volunt *Clar.
quaſt. 42. num. 2. Farin. quaſt. 7. num. 4. verſ. ſubli-
mita 4.* tunc ſi conſtat, quod reus confeſſus
ſcienter conſenſerit in Iudicem incompe-
tentem tenet confeſſo, quod tamen intel-
ligendum eſt quando Iudex eſſet alias in di-
cta cauſa competens vnde ſi ſit omninò in-
competens prout eſt Iudex ſecularis quoad
clericos tunc ſi clericus ſcienter prorogaſſet
iuriſdictionem, & coram eodem Iudice
fuiſſet confeſſus tunc nullo modo confeſſio
illum afficeret, quia iuriſdictio limitata nõ
17 eſt prorogabilis, *vt per ſurdum deriſ. 88. n. 3.*
neque faceret inditium contra confitentem
Guazz. defenſ. 1. cap. 7. num. 21.

Dices ſecundum *Marſil. ſing. 20. & Anto.
Gomez. tit. de delictis cap. 22. num. 8. verſ. non ob-
ſtat Baiard. ad Clarum quaſt. 65. num. 9. in fin.*
18 quod non poſſit per confeſſionem etiam
ſpontaneam proceſſus nullus ex defectu iu-
ris-

Digitized by Google

riſdictionis conualidari. Reſpondetur,
quod hæc concluſio dupliciter conſide-
rari poteſt vno modo, quoad partes, a-
lio modo, quoad Iudicem competen-
19 tem, ſi conſideramus quoad partes
tūc ſuppoſita validitate prorogationis pro-
ceſſus per confeſſionem validatur, ſi verò
conſideratur quoad Iudicem competentē,
tunc quo ad illum proceſſus nō validatur,
niſi ſubſecuta eius ratificatione: *Guazz. d. defenſ. 1. cap. 7. num. 5.*

An Confeſſio emanata coram Notario examinante reum de mandato Iudicis legitimet proceſſum.

Quæſtio CLXXXVI.

SVMMARIVM.

Confeſſio facta coram Notario examinante de mandato Iudicis plenè præiudicat reo, num. 1. intellige, vt in num. 2. Declara. num. 4. & 6.

Non dicitur confeſſus, niſi fuerit confeſſus coram Iudice. num. 3.

Commiſſio facta Notario de examinando reo non importat, niſi ad recipiendam ſimplicem notionem, non cognitionem. num. 5.

Notarius commiſſarius non dicitur Iudex cognitor, ſed ſimplex examinator. num. 7.

Confeſſio emanata coram Notario ſufficit dumtaxat ad torturam. num. 8.

Confeſſio habet vim ſententiæ non veræ, ſed per interpretationem. num. 9.

Confeſſus habetur pro condemnato, ſcilicet quoad infamiam, non quoad pœnam. num. 10.

Confeſſio emanata coram Notario examinātc de mandato Iudicis non legitimat proceſſum. num. 11.

Aſſertio faciendi aliquid de mandato Iudicis inducit præſumptionem mandati. num. 12.

VIdetur pro affirmatiua
dicendum, quod legi-
timet proceſſum, nam
cum prędicta confeſſio
pariat eumdem effectū
quem parit confeſſio
facta coram ipſomet
Iudice, vt videtur ſen-
tire *Farin. quæſt. 81. n. 46.*
1 qui dicit, quod confeſſio facta coram No-
tario examinante de mandato Iudicis ple-
nè confitenti præiudicet, imò ſubiungit,
quod ſic obſeruatur in practica, ideò legi-
timat proceſſum, confirmatur ex ijs, quæ
dicit *Bald. in l. quid ergo §. ex compromiſſo ff. de his, qui not. infam.* vbi dicit, quod confeſſio
ambulat pari paſſu cum ſententia.

Sed contrarium pro negatiua credo ve-
rius, nam cum prædicta confeſſio fuerit
2 habita per ſimplicem Notarium, potius ad
inſtructionem, quàm ad probationem ha-
bitam fuiſſe dicendum eſt, & ratio eſt, quia
dicitur facta coram Notario non habente
ſpecialem commiſſionem ad recipiendam
dictam confeſſionem; & ideò requiritur
poſt habitam à Notario dictam confeſſio-
nem alia ſolemnitas, nimirum quod apud
Iudicem reus illam ratificet, prout quoti-
diè in hac Curia Romana ſeruari vidi, quia
3 non dicitur quis confeſſus, niſi confiteatur
coram Iudice, vt notat idem *Bald. in l. ſi il-
le num. 2. C. ſi ſeruus, aut libertus lib.* 10. ſed vt
melius intelligatur aduertendum, quod hu-
iuſmodi concluſio dupliciter intelligi po-
teſt: vno modo quatenus Notarius, non
ſolum Iudice præſente, ſed etiam mandan-
4 te reum examinat; hoc caſu credimus le-
gitimare proceſſum, ſecundum ea, quæ
tradit *Afflict. deciſ. 245. num. 8.* de iuramen-
to, quod Notarius deferre poteſt præſente,
& mandante Iudice: Alio modo quatenus
Notarius abſente Iudice enunciat exami-
naſſe de mandato Iudicis; tunc credimus,
confeſſionem non legitimare proceſſum;
Tum quia, vt dicit *Petrus de Bellapert. in l. 1.
col. 3. in fin. verſ. ſi dubijs, &c. C. de confeſſ.*
quod hęc commiſsio non videtur iuridica,
cum lex vlla, nec dicit, nec in iure cautum
5 reperitur; Tum quia huiuſmodi commiſ-
ſio non ſe impedit, niſi ad recipiendam
ſimplicem notionem, non cognitionem,
vt dixi; cum Notarius hoc caſu non ha-
beat iuriſdictionem, & ſic confeſſio coram
eo facta non dicitur iudicialis, & per con-
ſequens non legitimat proceſſum.

Non obſtant proindè ea, quæ pro affir-
6 matiua deducta ſunt auctoritate *Farin.* tum
quia intelligi debet de confeſsione emana-
ta coram Notario habente ſpeciale, & ve-
rum mandatum, non autem habente præ-
ſumptiuum, tum etiam quia ipſe non di-
cit, quod ex dicta confeſsione reus con-
demnetur, ſed quod plenè præiudicat, &
ſic intelligi debet quoad procedendum, nō
autem quoad condemnandum patet, tum
qua iſta confeſsio non eſt maioris potentię
quam alius actus præiudicialis *l. 1. §. quod
ſi in litem ff. ſi quid in frandem patr. Bald. in l. ſi
actor. num. 9. ff. de proc. & defen.* Tum quia
7 Notarius non poteſt dici Iudex cognitor,
ſed Commiſſarius examinator, vt dicit *Sa-
licet. in l. nullum num. 7. C. de teſtibus §. ſi verò
ignoti, Auth. eod.* ac proindè, vt dixi obſer-
uari

nari in practica ſolet, quod ſtatim à iudice
ratificatio per ſemetipſum accipiatur, vt
afficiat quoad dictum effectum condemnã-
di, & hanc concluſionem videtur affirma-
re *Ioannes Baptiſta Aſinius in eius praxi iudicio-*
rum §. 14. cap. 1. num. 4. vbi dicit, quod con-
8 feſsio facta coram notario afficiat, quoad
torturam tantum, vt tradit *Inn. in cap. ſicut*
de teſtibus, & expreſsius *Guazz. defenſ. 32. cap.*
27. num. 2. ibi, vt verba eius referam: *Ego*
autem in re graui, &c. non auderem in pœna
capitali, vel alia grauiori corporali rigore dictæ
confeſſionis reum confeſſum condemnare, niſi adeſ-
ſet decretum in actis de examinando reum cũ ma-
gis ſit communis opinio, vt Notario non credatur de
commiſſione ſibi facta à Iudice de aliquo faciendo
in cauſa, & poſt alios, quos allegat teſtatur
Boer. deciſ. 258. num. 4. in princ. & ſubiun-
git *num. 3.* dictam confeſsionem habere vim
confeſsionis extraiudicialis *Iaſ. in l. magiſtra-*
tus num. 5. ff. de iuriſd. omn. Iud.

Nec dicatur, quod prædicta confeſsio
habeat vim ſententiæ, vt dicit *Bald.* tum
quia iura, quæ loquuntur, quod confeſsio
habeat vim ſententiæ, intelligi debent per
9 quamdam interpretationem, non autem
vt verè ita ſe habeat, *cap. perpetuo de electio-*
ne in 6. Bald. in l. 2. num. 3. C. ſi pendente ap-
pellat. Tum quia quando dicitur quod con-
10 feſſus in iudicio habeatur pro condemna-
to intelligitur quoad infamiam, non quo
ad pœnam, vt dicit *Paulus de Caſtro in l. ictus*
fuſtium num. 6. de infamibus; tum etiam quia
in criminalibus nullo modo confeſſio ha-
betur pro condemnatione, vt expreſsè di-
ſponitur in *textu in l, ſi confeſſus ff. de cuſtodia*
reorum, & ibi *gloſ.* dum ergo prædicta confeſ-
ſio facta coram Notario non habet illam-
met vim, quam habet confeſſio facta co-
11 ram Iudice idcircò operari non debet le-
gitimationem proceſſus niſi per Iudicem
fuerit de ea recepta ratificatio; cõfeſſio enim
ſicut & legitimatio ſunt actus fiendi per Iu-
12 dicem, non per Notarium, qui licet dicat
facere quidquid facit de mandato; hæc aſ-
ſertio non niſi præſumptionem mandati in-
ducit per ea, quæ ſupra dixi.

An dari poſſint plures confeſſiones diuerſę ſuper eodem facto.
Quęſt. CLXXXVII.

SVMMARIVM.

Confeſſio facta de delicto in recognitione banniti non videtur ſufficiens ad condemnandum. num. 1. contrarium. num. 2.

Proceſſus recognitionis perſonæ non eſt quid diuerſum à primo proceſſu principalis delicti, ſed eſt de illius appendicijs. num. 3.

Pronunciatio habita in recognitione perſonæ eſt interloquutoria. num. 4.

Bannitus non ſolum tenetur ſateri eſſet illummet, de quo in ſententia, ſed etiam debet ſateri delictum. num. 5.

Confeſſio habita in tortura pro habenda præciſa confeſſione valet. num. 6.

Confeſſio habita in recognitione perſonæ banniti non dicitur incidenter facta. num. 7.

Contra confeſſum non requiritur ordinarius proceſſus. num. 8.

Inter tacitum, & expreſſum quando procedunt à pari potentia cauſæ non eſt facienda differentia. num. 9. Sicut vera confeſſio eſt de inſtantia, à qua dependet ita & ficta. num. 10.

Fictio eſt in re certa contraria veritati. num. 11. Declara. ibidem.

Fictio non eſt contraria veritati in effectu producto per confeſſionem fictam. num. 12.

Confeſſio habita in recognitione banniti præiudicat, licet proceſſus ſit nullus. num. 13. & quare. ibid.

Confeſſio implicita delicti contenta in confeſſione recognitionis, non præiudicat reo, quoad nullitatem proceſſus. num. 14.

Confeſſio facta poſt ſententiam, & condemnatio rem non impedit appellationem num. 15. Declara. num. 17.

Admiſſio ad nouas defenſiones ſuſpendit ſententiam quouſque videatur quid in defenſionibus deducatur. num. 16.

Confeſſio eſt de actis ordinatorijs cauſæ. num. 17.

Admiſſus ad nouas defenſiones intelligitur admiſſus ad oſtendendam ſuam innocentiam. num. 18.

Fiſcus non poteſt variare. num. 19.

Quando plura competunt remedia non licet vno electo ad alterum redire. num. 20.

Qui cœpit probare non debet deſperata probatione ad iuramentum conuolare. num. 21.

Confeſſio duplex eſt, vna emanata ad interrogationem Iudicis, altera emiſſa à Reo, ſed non acceptata à Iudice, niſi per verbum ſubdens ex ſe. *num. 22.*

Clauſula ſubdens ex ſe *importat mentis interrogantis alienationem de acceptando quid quid reus confeſſus fuerit. num. 23.*

Confeſſio emanata ſine interrogatione non afficit. numer. 24.

Renuncians inſtrumento falſo non fatetur falſum. num. 25.

Ca-

CAſus figurari poteſt in
bannito in contuma-
cia condemnato, qui
ſecundum ſtatuta, &
conſtitutiones habe-
tur pro confeſſo, qui
ſi poſtea fuerit captus
in recognitione ſuæ
perſonæ fateatur ipsũ
delictũ certè iſte dupliciter videtur cõfeſ-
ſus primo per fictam confeſſionem; ſecun-
dò per veram confeſſionem, vnde quæri
poteſt ; quæ iſtarum confeſſio legitimet
proceſſum, & ad huius quæſtionis deciſio-
nem quærendum eſt, an confeſſio facta de
delicto in recognitione banniti ſit ſufficiẽs
1 ad condemnandum, ex cuius quæſtionis
reſolutione reſultet deciſio noſtræ;& dicẽ
prima facie, quod confeſſio facta in pro-
ceſſu recognitionis perſonæ non ſit ſuffi-
ciens ad condemnandum, eò quia veluti
incidenter facta, & non ad finem, ad quem
ipſe bannitus conuenitur cum ſit ad finem
habendi recognitianem tantum ipſius per-
ſonæ, an ſit illamet, de qua ſententia lo-
quitur, non autem ad finem habendi deli-
cti confeſſionem cum ſatis per ſententiam
contumacialem habeatur eius confeſſio,
non videtur ſufficiens, etiam quod ſenten-
tia fuerit nototiè nulla vltra quod cum di-
ci poſsit primam inſtantiam expiraſſe, id-
circò non videtur confeſsio per ſe ſola vl-
lum effectum producere poſſe, cum ſit fa-
cta poſt latam ſententiam *l. non tantum ff. de
appellat. & ibi gloſſ. acquieſcat Bald. in l. ſi quis
in hoc num. 3. C. de Epiſc. & Cler.*

His tamen non obſtan. contrarium de
iure verius credo, nimirum quod prædi-
2 cta confeſsio afficiat bannitum, & ex illa
poſsit Iudex ad pœnam ordinariam deue-
nire non obſtante, quod ſententia contu-
macialis contra bannitum lata fuerit nulla.

Nam proceſſus recognitionis perſonæ
3 non eſt quid diuerſum à primo proceſſu
principalis delicti, ſed eſt de appendicijs il-
lius, immò veluti quid neceſſario depen-
dens ab illo non eſt diuerſum, niſi in mo-
do pronunciandi, quia in illa definitiuè in
iſtà interloquutoriè pronunciatur interlo-
quutoria enim eſt illa, quæ obiter ad cau-
ſam pertinens decernit, vt per *gloſſ. in Cle-
4 men. vnica de ſequæſtration. proceſſ.* interloqui
Prætor, Iudexq; dicitur, cum inter cogno-
ſcendum pronunciat *l. 1. §. quæro ff. ad Tur-
pil.* dum ergo proceſſus recognitionis ſit de
dependentibus à principali proceſſu quid-
quid in illo emergit non eſt diuerſum à
primo proceſſu, vndè ſicut confeſsio deli-
cti fuiſſet; pars proceſſus principalis ſi reus
præſens faſſus fuiſſet, ita pari modo con-
feſsio emergens in proceſſu dependenti ab
illo erit pars illius, ideò ſicut validaſſet
proceſſum principalem, ſi in illo confeſsio
facta fuiſſet, ita validat eumdem proceſſum
quamuis facta ſit in proceſſu dependenti
cum idem ius, & diſpoſitio ſit in depen-
denti, quod in principali veluti de appen-
dicijs eius *arg. eorum, quæ tradit Bald. in l. di-
ximus ff. de excuſat tutor.* Hinc eſt, quod vo-
lunt non pauci DD. quod bannitus quando
5 reperitur in fortijs Curię non ſolum tenea-
tur fateri ſe eſſe illummet, de quo ſenten-
tia loquitur, ſed etiam quod fateatur com-
miſiſſe delictum in dicta ſententia conten-
tum, vt dicit *Farin. quæſt. 11. nu. 23. verſ. im-
mò* iſto caſu, & licèt *in verſ. quidquid, &c.* di-
cat quod huiuſmodi practica ſit periculo-
ſa, non idcircò negat fieri poſſe, ſed ſolum
dicit, quod ſufficiat bannitum dicere ſe eſſe
illum, de quo ſententia loquitur, & licet
*Franciſcus Bernardini ad Ambroſ. in eius tract. de
modo forman. proceſſum lib. 6. in cap. 1. in ſuis
ſcholion num. 4. verſ. ſecunda concluſio dicat* ma-
lè facere Iudices, qui cogunt reum fateri
delictum, quia eſt valde periculoſum, ta-
6 men non damnat, ſi spontè bannitus fatea-
tur dictum delictum prout in ſimili dicitur
de confeſsione habita in tortura illata pro
habenda præciſa reſponſione, quę licet non
præcedant indicia, tamen valet, vt dicit
Farin. quæſt. 37. num. 178. quamuis non age-
batur ad illam habendam.

Non obſtant modo adducta in contrariũ,
quia dicimus, quod confeſſo iſta nõ ſit in-
7 cidenter facta, cum non ſuſpendat proceſsũ
ſed illi atq; ſententiæ ex illo emanatæ con-
formetur, dum tangit principale intentum
proceſſus, & ſententiæ iuxta ea, quæ docet
Bald. in l. de qua re num. 1. ff. de iud. & vbi quis.

Pariter nihil facit, quod proceſſus reco-
gnitionis habeat alium finem, quam deli-
cti confeſsionem, tum quia contra con-
8 feſſum non requiritur ordinarius proceſ-
ſus, ideò Iudex poteſt punire confeſſum, li-
cèt ad aliud ageretur per *gloſſ. in l. ictus fu-
ſtium ff. de ijs, qui notant. infam. in verbo confi-
tebuntur*, & ibi *Bald. Marcus Angelellus con. 30.
diuerſ. num. 13. num. 1. in magnis*: tum quia
licet habeat finem recognitionis perſonæ
banniti, nimirum an ſit ille de quo in ſen-
tentia, tamen implicitè finis dictæ reco-
gnitionis eſt punire bannitum, vti reum
delinquentem, qui præcedentibus proba-
tionibus, & indicijs paſſus fuit condemna-
ri de tali delicto idcirco nihil officit, ſi in
tali proceſſu ſpontè, & expreſſe bannitus
fateatur delictum, quia inter tacitum, & ex-
9 preſſum quando procedunt à pari potentia

cau-

cauſæ non eſt facienda differentia *l. cum quid ff. ſi certum petat. Bald. in l. cum hi, à quibus §. ſi in annos ff. de tranſact. & in l. etſi poſt nos in repetit. num. 24. ff. ſi quis caution.*

Negamus tamen primam inſtantiam expiraſſe, dum recognitio perſonæ ſit de appendicijs prædictæ primæ inſtantiæ, patet,
10 quia ſicut vera confeſsio eſt de inſtantia, à qua procedit ſic, & ficta, quæ operatur, vt præuia recognitione reus bannitus puniatur, vndè ſuperueniente vera confeſsione ad fictam, eò magis inſtantia illa verificatur cum maioris efficaciæ ſit veritas, quàm fictio: *Bald. in l. ſi quis ſeruo num. 11. C. de furtis.*

Dices quod fictio eſt contraria veritati, idcircò inſtantia habita ſuper fictione expira-
11 uit adueniente veritate cum fictio ſit in re certa cõtraria veritati pro veritate acceptio *Bald. in l. ſiue poſſidetis num. 12. C. de probat.* Reſpondetur, quod fictio eſt contra veritatem naturalem terminorum ſuper eo, quod eſt poſsibile verum, ſed non actu verum, nam ſi verum ſemper fuerit impoſſibile, fictio tunc non haberet locum: *Bald. in d. l. ſiue poſſidetis num. 8.* vndè quando fictio diſponit ſuper aliquo oportet, quod illud habeat naturam veram, & non fictam exiſtentiam terminorum v. g. vulneratus mortiferè in bello fingitur deceſsiſſe loco, & tempore belli, licet domi, vel alibi moriatur. *Bald. in l. bello ff. de excuſat. tutor.* ita pariter in caſu noſtro ſe habet confeſsio ficta, quæ cum habeat veram exiſtentiam terminorum, ſcilicet indiciorum, & præſumptionum, ac citationis, & monitorij reſultat poſsibilitas confeſsionis, ſi verè reus præſens fuerit, vel per tormenta, vel per ſpõtaneam confeſsionem habendæ, ideò ſuper illis fingitur confeſsio emanata, ac proindè eſt contraria veritati, quæ ſemper ſuper veram exiſtentiam veritatis facti ſe manifeſtat, non autem eſt contraria in effe-
12 ctu producto per confeſsionem fictam, & confeſsionem veram, qua ſuperueniente, magis confirmat veritatem terminorum, ſuper quibus fundatur ficta confeſsio, & ſic ſi ceſſat fictio non videtur ceſſaſſe, & expiraſſe inſtantia continuata in proceſſu recognitionis perſonæ banniti.

Sed dubitari poteſt, quod ſtante Bulla Pii V. diſponente, quod ſi ſententia declaratoria delicti, quæ facit reum contumacẽ confeſſum fuerit nulla, recurrendum ſit ad principem pro admittendo bannito ad nouas defenſiones, ideò confeſsio emanata in recognitionis proceſſu non poteſt ſortiri effectum ſuum ad fauorem Fiſci, niſi reus fuerit admiſſus ad nouas defenſiones. Huic
13 dubitationi reſpõdetur, quod licet proceſſus recognitionis ſit interlocutorius, & habeat dependentiam à principali proceſſu, tamen habet ſuas partes ſpeciales ad inſtar proceſſus principalis, nempè inditia, & præſumptiones, vt v. g. ipſam ſententiam, ipſamq; aſſertionem inquiſiti aſſerentis eſſe illũmet, de quo in ſententia ex quibus reſultat veritas indubitata illum eſſe delinquentem in dicta ſententia condemnatum ſi poſtea ſuperueniat confeſsio banniti explicita verè deliquiſſe non poteſt dici, quod non ſit verè confeſſus, ac ſi numquam fuerit bannitus; & ſic ceſſat hoc caſu diſpoſitio dictæ Bullæ.

Dices, quod quando bannitus dicit ſe eſſe illum, de quo in ſententia, tunc ſi prædicta ſententia eſſet nulla, admitteretur ad nouas defenſiones, &c. cur ergo non debet admitti, quando idem eſſet confeſſus cum confeſſio dependeat à dicta aſſertione. Reſpondetur, quod quando bannitus in recognitione aſſerit ſe eſſe illummet, de
14 quo in ſententia, tunc ſe facit reum confeſſum iuxta ſententiam ſibi lectam, quæ illum fingit confeſſum, ideò ad effectum exequendi dictam ſententiam ſufficit dicere ſe eſſe illum, de quo in ſententia, quæ ſi eſſet nulla oportet illum admittere ad nouas, quia adhuc durat fictio declarata in dicta ſententia, at quando vltra aſſertionem ſe eſſe illum, de quo in ſententia addit etiã veram delicti confeſsionem, tunc bannitus ſic confitendo recedit à dicta fictione, & ponit ſe in ſtatum veri delinquentis, & ſic in ſtatum omninò diſtinctum ab ipſa fictione, ideò illa fictio non debet amplius haberi in conſideratione dum veritas præualet quapropter ceſſat remedium admiſſionis ad nouas quemadmodum ſi Iudex incæperit iudicium per inquiſitionem, ſi ſuperueniat accuſatio ceſſat iudicium inquiſitionis *l. ſicuti §. iiſdem ff. de accuſat. Gram. conſ. 28. num. 11. & conſ. 155. num. 1.*

Et ſi replices, quod ſicut confeſsio facta
15 poſt ſententiam, & condemnationem non impedit appellationem, *vt in l. non tantum, & ibi gloſ. acquieſcat ff. de appellat.* ita non debet impediri admiſsio ad nouas propter nullitatem eiuſdem ſententiæ, quaſi à pari procederent appellatio, & admiſsio ad no-
15 uas defenſiones cum admiſsio ſuſpendat ſententiam quouſque videatur quid in defeſsionibus bãnitus deducat: *Fari. conſ. 22. n. 3. Caball. caſu 110. n. 16.* prout facit appellatio. Reſpondetur, quod quando confeſſio eſt habita extra iudicium etiam poſt ſententiam tunc verum eſt, quod non impe-
16 dit appellationem, & ſic etiam admiſsionem

nem

nem ad nouas, vt eſt ſenſus *dicti textus in dict. l. non tantum & illius gloſæ Bald. in l. ſi quis in hoc num. 3. C. de Epiſc. & Cleric. Farinac. quæſt. 101. num. 139.* ſecus ſi fuerit facta in figura Iudicii prout ſupponimus in quæſtione tunc non deberet attendi inſtantia admiſsionis ad nouas quamuis ſententia fuerit nulla, iuxta ea, quæ tradit *Farin. qu. 81. num. 74.* vbi dicit, quod confeſſus etiam poſt peremptam inſtantiam poteſt condemnari,
17 eò quia confeſsio eſt de actis ordinatoriis cauſæ, vt notat *Abb. in cap. cauſam quæ in princ. de teſtibus, & atteſtat.* in quibus non habetur in conſideratione præſumptio inſtantiæ; quantò magis poterit condemmari; ſi inſtantia fuerit nulla cum hoc caſu non eſſet perempta inſtantia.

Et licèt *Carrerius in ſua praxi crimin. de appellat. num. 48. allegat. per Farin. in dicta quæſt. 101. num. 139* dicat, quod etiamſi confeſſio fuerit habita in figura Iudicij non debeat impedire appellationem, & ſic pariter admiſſionem ad nouas, &c. tamen communis opinio eſt in contrarium per *d. tex. in d. l. non tantum ff. de appellat.* & ratio præcipua in caſu noſtro eſſe poteſt, quia qui
18 admittitur ad nouas defenſiones intelligitur admiſſus ad oſtendendam ſuam innocentiam: *Bald. in l. ita demum, C. de procur. & c. in fine Farin. quæſt. 11. num. 100. & ſeqq.* fruſtra ergo admitteretur ad nouas, qui iam in iudicio fuerit confeſſus, dum non haberet, vndè innocentiam probaret, nec contra propriam confeſſionem venire poſſet: *Bald. in l. procuratore num. 3. ff. de interrogat. action.*

Placeat mihi addere huic quæſtioni aliã ſimilem, quam habui de facto vt infra.

Caſus fuit, quia Iudex aſſignauit terminum cuidam bannito recognito ad diceñ. quare ſententia contra ipſũ lata exequi nõ debeat, ſed cognita inualiditate ſententiæ contumacialis in eum latę fuit declaratum ſententiã fuiſſe nullam idcircò bãnitus veniret admittendus ad nouas defenſiones. Vndè Fiſcus ad euitandam iſtam admiſſionem conuolauit ad confeſsionem per dictum bannitum in actu recognitionis ſuæ perſonæ factam de delicto, & quærebat illum punire propter eius confeſsionem.

Et dixi non poſſe per Fiſcum variare,
19 tum quia Fiſcus, qui prius elegit viam procedendi contra bannitum vigore ſententiæ cõtumacialis in eum latæ, & ſic punire iam condemnatum renunciaſſe videtur proceſſui per confeſsionem, quæ eſt ad ſententiam ad effectum puniendi condemnendum, veluti electione contrarij facta; *arg. textus in cap. 1. de poſtulatione Prælatorum, eodem lib.* tum etiam quia quando
20 plura competunt remedia non licet vno electo ad alterum redire *l. in delictis §. detracta ff. de noxali Surd. conſ. 111. num. 6.* vbi allegat *textum in l. quod in hæredem §. eligere ff. de tributis Gabr. Comopi tit. de action. concluſ. 2. num. 1.* ea enim patere debet via quam quis ſemel elegit *l. ſi mulier §. fin. ff. quod metus cauſa.* Et facit *textus in l. ſi quis iuſiuran. in princ. C. de reb. cred.* vbi qui cœpit probare
21 non debet deſperata probatione ad iuramentum conuolare; ſed hoc non poteſt vnquam melius affirmari, quam in caſu noſtro vbi iam fuit aſsignatus terminus ad diceñ. quare ſententia exequi non debeat, & pendente dicto termino fuit hincindè deducta motiuà ad validitatem, & inualiditatem ſententiæ oſtendendam, prout tandem fuit declaratum illam nullius fuiſſe valoris; ideò Fiſcus non poteſt poſt tot allegatas defenſiones ad fauorem rei, ex quibus Fiſcus deſperauit validitatem ſententię, ad confeſsionem conuolare per ea, quæ tradit *Surd. dicto conſ. 111. num. 17. circa finem.*

Et ad huius concluſionis euidentiam ſciendum eſt, quod duplex eſt confeſsio
22 vna emanata ad interrogationem Iudicis, vel illius interrogationis virtute prolata; altera non ad interrogationem Iudicis, ſed emiſſa ex abundantia cordis eiuſdem rei, quæ per Iudicem de aliquo præiudicio dubitantem non recipitur niſi cum clauſula *ſubdens ex ſe*; prima poteſt dupliciter recipi per expreſſam Iudicis interrogationem; nimirum interrogando reum ſuper delicto immediatè, de quo eſt condemnatus, & hęc interrogatio cũ ſit periculoſa à DD. non eſt laudata propter periculum negandi, vt dicit *Farin. quæſt. 11. num. 23. verſ. ſed quidquid, Franciſcus Bernardini ad Ambroſin. lib. 6. cap. 1. in ſuis ſcholion. num. 4. verſ. ſecunda concluſio*; & ſic remaneret condemnatio colluſa in præiudicium Fiſci, quaſi Iudex propter huiuſmodi interrogationem noluerit attendere dictam ſententiam, vel per quamdam recognitionis eiuſdem rei perſonæ conſequentiam, nimirum quando reus in ſui perſonę recognitione fatetur eſſe illummet, de quo ſententia loquitur, & ſubſequendo affirmet eſſe illummet, qui patrauerit delictum, de quo reperitur condemnatus in prædicta ſententia: his enim duobus modis confeſsionem receptam credo præiudicare reo, quia licet ſententia, ſiuè contumacia fuerit nulla, tamen propter dictam explicitam confeſsionem poſſet reus puniri; vt alias dixi; & affirmat *Caballinus ad Conſtitutionem AEgidianam in*

cap.

cap. 29. num.3. lib. 4. fol.mihi 250. & facit id,
quod dicit *Surd. in conſ. 28. num. 48. in fine.*
Si verò confeſsio fuerit recepta median-
te clauſula *ſubdens ex ſe*, tunc credo dictam
confeſsionem non afficere, ita tamen ſi fa-
cta legitima recognitione banniti ſentẽtia,
& contumacia fuerint nullæ, & ſuper nul-
litate fuerit diſputatum, tunc non poterit
Fiſcus ad dictam confeſsionem redire, quia
prædicta confeſsio veluti quodammodo
extraiudicialis aſſertio, & facta non ad in-
terrogationem Iudicis nõn debet deſeruire
niſi pro vno indicio, quatenus veniat reus
23 admittendus ad nouas defenſiones, clauſu-
la enim *ſubdens ex ſe*, importat mentis in-
terrogantis alienationem de acceptando,
quidquid Reus in dicta confeſſione fuerit
confeſſus cum ſuper illa nullam intellexerit
exponere interrogationem, vt docet *Cartar.
de capto Bannit. cap. 2. num. 39. in fin. Ambroſin.
de proceſſu informatiuo lib. 6. cap. 4. nu.* 11. ideò
ſequitur per neceſſe, quod huiuſmodi con-
feſſio non ſit attendenda cum cõfeſſio ema-
24 nata ſine interrogatione nõn afficiat cum
nihil valeat, *Decian. conſil. 196. num. 27. lib. 3.
Bald. in l. non nudis num. 2. C. de probationibus*,
vbi ponens differentiam inter cõfeſſionem,
profeſſionem, & aſſertionem dicit illum
confiteri, qui fuerit interrogatus, & ratio
eſt, quia illud, quod non obijcitur nemo
fateri videtur, idem *Bald. in l. ſi aduerſarius
nu. 7. C. de fide inſtrumentorum*, vbi producens
inſtrumentum, contra quod nihil obijcitur
ſi producens timeat falſum, ideò illi renun-
25 ciauit; non idcircò fatetur falſum, ac pro-
indè cum Fiſcus iam aſſumpſerit onus pro-
cedendi per ſententiam, & non per confeſ-
ſionem, & iam deuentum fuerit ad diſputa-
tionem de validitate, & inualiditate eiuſdẽ
ſententiæ; immò fuit declaratum non fuiſſe
validam; non poteſt propterea ad prędictam
confeſſionem habitam cum dicta clauſula
rediri veluti repudiatam per electionem
alterius modi procedendi, nempè per ſen-
tentiam, iuxta ea quæ tradit *Soccin. Iunior. in
conſil. 184. col. fin. verſ. primò adduco lib. 2.*

Si proceſſus ſit falſus, & delictum ſit verum an confeſſio noceat confitenti.

Quæſtio CLXXXVIII.

SVMMARIVM.

Si reprobetur proceſſus propter falſitatem non reprobetur confeſſio ſi delictum eſt verum. num. 1. Deſ[illegible] num. 2.
Actus factus ex cauſa falſa non valet quamuis ſubſit cauſa vera ex qua poſſit valere. num. 3.
Confeſſio non eſt quid ſeparatum à proceſſu. num. 4.
Confeſſio ex proceſſu minus ſolemne ſuſtinetur, & valet. num. 5.

ET prima facie videtur dicẽ,
quod noceat quoniam pro-
ceſſus duo continet vnũ quod
reſpicit ad ciuile ſcilicet ad fa-
bricationem eiuſdem proceſ-
1 ſus, alterum quod reſpicit ad
naturale nempè ad ipſum delictum; vndè ſi
probaretur proceſſus remaneret delictum
cui confeſſio inheret, *argum. l. cum precibus,
C. de probation. & l. ab initio, C. de falſis.*
Sed contrarium videtur verius nam in
criminalibus confeſſio non poteſt oriri niſi
2 ex veritate proceſſus, prout continetur in
eo, & ſic confeſſio non ſolum habet reſpe-
ctum ad delictum, ſed etiam ad proceſſum
per quem probatur delictum, *Tyndar. de te-
ſtibus cap. 6. nu. 24.* vndè ſi proceſſus vti fal-
ſus, non probat delictum, meritò nec con-
feſſio quæ fit de proceſſu cum habeat re-
ſpectum ad illum opportet enim quod ter-
minus ad quem confeſſio ſe refert nimirũ
ad delictum in proceſſu probatum reperia-
tur verus quod ſi non fuerit verus, ſed fal-
ſus eſſet, ac ſi non fuiſſet, & confeſſio re-
duceretur ad actum extraiudicialem; qui
3 non noceret, faciunt ea quę dicit *Iaſ. in l. ſi is
ad quem nu. 4. ff. de acquir. hæreditate*, vbi dicit
quod actus factus ex falſa cauſa non valet,
quamuis ſubſit cauſa vera ex qua poſſit va-
lere. Si verò confeſſio non reſpiceret ad
proceſſum nec proceſſus influeret in con-
feſſionem certè confeſſio noceret tanquam
quid ſeparatum à dicto proceſſu, *argum. l. 2.
4 C. ſi ex falſis inſtrumentis*, ſed ſic eſt, quod non
poteſt dari confeſſio tanquam quid ſepara-
tum à proceſſu aliàs daretur, quod quis
eſſet dominus membrorum ſuorum, quod
non datur in criminalibus. *l. liber homo, ff. ad
l. Aquilium, Tyndarus vbi ſupra*: Meritò con-
feſſio ſummit vigorem à proceſſu, vt no-
ceat, patet, quia priùs debet fabricari pro-
ceſſus, vt reus poſſit conſtitui, nec confeſ-
ſio haberetur niſi reus fuerit conſtitus me-
ritò confeſſio habetur propter proceſſum
ergo ſi proceſſus eſſet nullus cõfeſſio etiam
eſſet inualida, quia eſſet habita à Reo, qui
non poterat interrogari propter nullitatem
& falſitatem probationum.
Quod non procedit in confeſſione pro-
ueniente ex proceſſu minus ſolemni, nam
ſi quis confiteatur delictum, quod conti-
5 netur verè probatũ in dicto minus ſolemni
proceſſu confeſſio noceret, quia licet pro-

 ceſſus

debeat teſtimonium de confeſſione extraiudiciali qualificata cum in iudicio ſeruari debeat æqualitas,& ſi diceretur quod ęqualitas non videtur ſeruari in proceſſu informatiuo in qua pro Fiſco ſummuntur probationes,ſed illa debet ſeruari in defenſiuo; nimirum ſicut Fiſcus admittit pro ſe teſtes deponentes de qualitate aggrauanti delictū ita debet admittere teſtes in defenſiuo deponentes de confeſſione extraiudiciali pro Reo: Reſpondetur, quod quando teſtes re-
5 cipiuntur in informatiuo recipiuntur ad dicendum teſtimonium prout ipſi ſciunt, & funguntur officio publico, *Bald. in cap. interpres num. 13. verſ. & not. a de lege Corradi*, quod officium debet eſſe æquale tam pro Reo, quā pro Actore, & ſic in indiuiduò debent teſtimonium dicere, & non diuidere prout officium diuidi non poteſt, quando ipſi te-
6 ſtes illud aſſumpſerant; ſaltem per iuramētum cum quo deponunt, quod eſt indiuiduum, *Boer. deciſ. 243. nu. 5. Surd. deciſ. 16. n. 2. Puteus deciſ. 309. num. 2. lib. 3.* & ſic Iudex non poteſt teſtium depoſitiones pro parte acceptare, & pro parte non, vt idem *Farin. dicta quæſt. 74. num. 16. circa medium, Clarus quæſt. 23. num. 1. verſ. non autem &c.* benè verum eſt, vt aſſerit *Clarus dicta quæſt. 23.* quod aliquando bonum ſit, quod Iudex ſuper de-
7 licto prius ab eis oretenus intelligat breuiter ſeriem facti, quam eorū dicta in ſcriptis redigantur, & hoc ad effugiendam, ac cognoſcendam teſtium affectationem; at verò quando recipit teſtium depoſitiones debet ſeriatim omnia ſcribi facere,& nō tantummodo ea quę faciant pro Fiſco, & ommittere ea quæ faciunt pro Reo, quod eſſet cōtra bonos mores, & iuſtitiam cum teſtes non debent deponere pro vna parte tantū,
8 ſed pro vtraque *Farinacc. quæſt. 54. num. 79. verſ. & facit etiam, &c.* quo circa dum teſtes deponunt de cōfeſſione extraiudiciali qualificata pro Reo, & fuerit cœptum ſcribi non poteſt, nec debet Iudex illam reicere, *Farinacc. quæſt. 74. num. 16. circa finem, & conſil. 125. num. 9.* vbi dicit, quod teſtis depoſitio à Curia diuidi non poteſt, ſed debet in totum acceptare ſecundum *gloſſ. Hortamur in verb. nouerunt 3. quæſt. 9. in cap. Fraternitatis in fine, in verb. iuramentis, verſ. item quod pro vtraque parte.*

An Reus qui prima vice in tormentis fuerit confeſſus, & noluit ratificare poſsit à Iudice extra ordinem puniri.

Quæſtio CXC.

SVMMARIVM.

Confeſſio facta in tormentis, & non ratificata facit ſemiplenam probationem. num. 1.

Ex confeſſione non ratificata non poteſt Reus cōdemnari etiam extra ordinariè. num. 2.

Semiplena probatio in criminalibus non eſt ſufficiens ad imponendam pœnam etiam extra ordinariam. num. 3.

Plures ſemiplenæ probationes non coniunguntur ad pœnam inferendam. num. 4.

Ex ſolis inditijs dubitatis proceditur contra Reum ad torturam. num. 5.

Indicia dubitata, & ſemiplena probatio æquiparantur. num. 6.

Exponitur Bald. in l. fin. num. 3. & 4. C. de probation. *num. 7.*

Indubitabilitas reſultans ex pluribus indicijs dubitatis adhoc, vt habeat locum quoad pœnam duo requirit, & quæ. num. 8.

Quando DD. dicunt, quod ex pluribus inditijs poſſit quis puniri intelliguntur de inditijs indubitatis. num. 9.

Inditia indubitata ſunt in triplici differentia, & quæ. num. 10.

Condemnatio ex inditijs indubitatis non debet eſſe corporis afflictiua. num. 11.

De conſuetudine ex inditijs indubitatis proceditur ad punitionem corporis afflictiuam. num. 12.

Iudex non debet eſſe facilis ad pœnam inferendam ex ſola confeſſione extorta per torturam, & poſtea non ratificata. num. 13. Et quare. num. 14.

Ex indicijs veriſimilibus atque etiam proximis non poteſt Iudex punire etiam in pœnam pecuniariam. num. 15.

Sola confeſſio per torturam habita, & non ratificata eſt ſufficiens ad nouam torturam inferendam. numer. 16.

Iudex poteſt impedire ne Reus confeſſionem reuocet. num. 17.

Ex confeſſione extraiudiciali reuocata nō poteſt inferri tortura prout infertur ex confeſſione reuocata. num. 18.

Reus cōfeſſus in tortura debet omninò duci ad bancum iuris, vt ratificet, vel reuocet, & quare. nu. 19.

Confeſſio in tortura habità habetur loco teſtimonij. num. 20.

Confeſſio in tortura non minus, ac dictum teſtis debet cum ipſo Reo conteſtari. num. 21.

Reus ex indicijs præcedentibus non purgatis, & con-

feſſione habita in tormentis poteſt puniri abſque eo, quod ratificet. num. 22. Et quare. ibidem.

ET videtur diceñ, quod poſſit
puniri, quia per dictam con-
1 feſſionem acquiſiuit Fiſcus
ſemiplenam probationem
delicti, *Gram. deciſ. 72. num. 4. Sanfelic. deciſ. 252.* vbi in for-
tiori de illo, qui ter cõfeſſus,
& ter non ratificauit, & fuit punitus extra
ordinem propter confeſſionis geminatio-
nem, *Marſil. in verb. quoniam num. 38.* Sed
contrarium videtur verius, nimirum quod
Reus cõfeſſus in tormentis qui poſtea, iux-
ta *textum in l. 2. C. de cuſtodia reorum*, ad ban-
cum iuris ductus noluit ratificare non po-
teſt ex illa confeſſione condemnari in pœ-
2 nam vllam extraordinariam, ſed debet cõ-
pelli iterum per torturam ad perſeueran-
dum in illa, vt tenet *Farinacc. quæſt. 38. nu. 91. Caball. 186. nu. 7.* & ratio eſt, quia prædicta
confeſsio facit dumtaxat ſemiplenam pro-
bationem, vt docuit *Bald. in l. bona fidei ſub num. 20. verſ. item quæro de confeſſione, C. de reb. cred. & iureiurand.* verum quia ſemiplena
3 probatio non videtur ſufficiens ad impo-
nendam vllam pœnam extraordinariam,
ſed dumtaxat ad infligendam torturam,
vt docet *Farinacc. quæſt. 36. num. 231. Bald. in dicta l. bona fidei num. 20. C. de reb. cred.* idcircò
Reus, vel eſt compellendus ad perſeueran-
dum in confeſsione, vt dicit *Caſonus in tract. de tormentis cap. 21. num. 7.* aut liberè dimit-
tendus eſt.

Confirmantur ſupradicta, tum quia ſicut
5 plures ſemiplenæ probationes non coniun-
guntur ad condemnandum, aliquem tan-
quam conuictum, vt dicit *Farinacc. conſ. 182. num. 2. Addent. ad conſil. 78. Farinacc. littera C.*
ita ſimplex ſemiplena probatio non erit
ſufficiens ad pœnam extraordinariam infli-
gendam, tum quia quando adſunt ſola
4 inditia dubitata non proceditur contra reũ,
niſi ad tormenta, vt dicit *Farinacc. quæſt. 36. nu. 84.* nec ex illis reiecto remedio tormen-
torum poteſt deueniri ad vllam pœnam
ne confundentur termini torturæ, & con-
demnationis, ita parimodo quãdo adſit ſe-
miplena probatio reſultans ex confeſsione
habita per torturam non ratificata non po-
teſt deueniri ad vllam pœnam extraordina-
6 riam, quia indicia dubitata, & ſemiplena
probatio æquiparantur, immò ſunt idem,
vt dicit *Surd. conſ. 132. num. 92. & 93.* & alle-
gat *Bald. in leg. ea quidem num. 3. C. de accuſationibus.*

Nec obſtat *Bald. in l. fin. num. 3. & 4. C. de probatio*, vbi dicit nihil prædeſſe confitenti
reuocare confeſsionem extortam in tor-
mentis ſi contra ſe ſint alia indicia, quæ
coniuncta cum cõfeſsione inducunt indu-
7 bitabiliter veritatem, quia *Bald.* dum ibi
dicit confeſsionem inducere indubitabiliter
veritatem non intellexit de illa indubitabi-
litate reſultante ex veris indubitatis indi-
cijs quorum vnum eſt ſpontanea cõfeſsio,
vt dicit *Alber. Gandinus in rub. de præſumption. & indicijs indubitatis num. 3. & 5. fol. mihi 291.*
alias eſſet ſibi contrarius dum, vt ſupra dixi
voluit quod dicta confeſsio faciat ſemiple-
nam probationem, ſed intellexit de illa
indubitabilitate reſultante ex pluribus in-
8 ditiis dubitatis, vt firmat *Farinacc. conſ. 108. num. 90. & 91.* quæ indubitabilitas adhoc,
vt habeat locum duo requiruntur vnum,
quod indicia non ſint remota, ſed grauia,
& valdè proxima delicto, alterum quoad
pœnam pecuniariã, non autem quoad cor-
poralem, ita dicit *Farinacc. quæſt. 86. num. 82.*

Et ſi dicatur, quod *Bald. in l. excipiant nu. 1. in princ. ff. ad Sylian.* voluerit ex multis indi-
cijs reſultare plenam probationem, & ad
condemnationem capitalem ſufficientem:
Reſpondetur cum *Surdo dicto conſ. 132. nu. 94. & 95.* quod quando DD. dicunt, quod ex
9 pluribus indicijs poſſit quis puniri intelli-
guntur dummodo indicia ſint indubitata,
quæ, vt intelligantur ne erremus in verbis
ſunt in triplici differentia quædã ſunt ipſe-
10 met confeſsiones ſpontaneæ de quibus fa-
cit mentionem *Gandinus vbi ſupra*; quædam
ſunt rei demonſtrationes per ſigna ſuffi-
cientia per quæ animus Iudicis in aliquo,
tanquam in verò exiſtente, quieſcit, nec
vlterius curat inueſtigare, vt eſt quando
quis fuit viſus cum gladio ſanguinolento
exire de domo in qua quis fuit repertus
occiſus, vt declarat *Surd. dicto conſ. 132. nu. 92. & 93.* Quedam ſunt, quæ reſultant ex plu-
ribus dubitatis coniecturis, ſeu indicijs, vt
notat *Farinacc. conſ. 108. nu. 90. & in quæſt. 36. num. 59.*

Idcircò dum *Bald. in dicta l. excipiunt*, lo-
quutus fuit de multis indicijs intelligitur
de indubitatis de quibus in ſecunda ſpecie
mentionem fecimus, ita *Romanus in d. l. excipiunt, ait intelligi debere Bald.* verumtamen
condemnatio ex prædictis indicijs ſecundũ
dictam doctrinam *Bald:* non debet eſſe cor-
11 poris afflictiua, *Surd. dicto conſil. 132. num. 95.*
vbi dicit auctoritate *Scarlatini in conſ. 120. numer. 5. & 6.* qui tenet in crimine falſi pro-
cedi poſſe ad pœnam pecuniariam, quando
indicia adeò ſunt indubitata, vt veritatem
ponant ante occulos Iudicis, & hoc idem
videtur tenere *Capoll. conſ. 32. num. 20. per totum dictum numerum*; quamuis de conſuetu-
dine

12 dine propter huiuſmodi indicia indubitata
contrarium ſeruatur, nempè, quod imponatur
pœna corporis afflictiua puta triremium,
per ea quæ tradit *Farinacc. conſ.*108.
*num.*97. & 101.

Quapropter cauere debet Iudex ne ſit faeilis
ad imponendam pęnam corporis affli-
13 ctiuam ex ſola confeſſione extorta in tormentis,
& non ratificata, quamuis fuerit
adminiculata pluribus indicijs, & aduertat
an dicta indicia cum ea confeſsione faciant
ſemiplenam probationem, quia tunc ſi faciant
ſolum ſemiplenam probationem non
poteſt niſi illum compellere ad perſeuerandum
in dicta confeſſione ſi verò reſultant
indicia indubitata, tunc non poteſt Reum
condemnare niſi in pœnam pecuniariam,
exilij, vel relegationis, vel etiam corporis
afflictiuam ſecundum caſuum contingentiam
ex conſuetudine, vt ſupra dixi.

Ex quibus inferro, quod non ex omni Iudicis
motu poteſt ex confeſſione per torturam
extorta, & poſtea reuocata, vel non ratificata
Reus cōdemnari alias fruſtratorium
14 redderetur remedium torturæ pro habenda
veritate pro qua habenda etiam vſque
ad tres vices inferri poteſt, *Angelus in l. final.
col.*1. *C. de quaſtion. Cartar. de interrog. reis lib.*4.
cap. 1. *num.*131. *Boſſ. tit. de Tortura numer.*44.
*Sanfelicius deciſ.*252. *per totum*.

Ideò ſicut quando Iudex habet dumtaxat
indicia veriſimilia probabilia, atque etiam
15 proxima non poteſt deuenire ad irrogandum
pœnam etiam pecuniariam, ſed debet
torturam adhibere, vt docet *Farinacc.
dicta quaſt.*86. *num.*84. ita, & confeſſio emanata
in tortura præcedentibus ſupradictis
indicijs nō poterit eſſe ſufficiens ad pœnam
extraordinariam imponendam ſi non ratificatur,
ſed ad iterum torturam irrogandam
vt compellatur ad veritatem dicendam,
hoc eſt ad perſeuerandum in dicta confeſſione.

Sed ſi replices, quod ex indicijs præcedentibus
reſultauit ſemiplena probatio ſufficiens
ad torturam ex confeſſione non ratificata
reſultauit aliam ſemiplenam probationem,
*gloſſ. in l.*2. *C. de cuſtod. reorum, Gram.
deciſ.*172. *num.*1. ſequitur, quod ex dictis
duabus ſemiplenis probationibus poſſet ad
pœnam deueniri, vt dicit *Farinacc. quaſt.*86.
*numer.*85. ac proinde non videtur neceſſarium,
quod Reus confeſſus compelli poſsit
ad perſeuerandum in confeſsione: Reſpondetur,
aut per dictam torturam fuerunt pur-
16 gata ſupradicta indicia, & tunc ſola confeſsio
non ratificata ſufficiens eſt ad torturam
repetendam, & non ad punitionem,
quia ex ſe ſola facit ſemiplenam probationem,
ſi verò prædicta indicia non fuerint
purgata, tunc nō dubitarem, quin duę ſemiplenæ
probationes ſint ſufficientes ad pœnam
ſaltem extraordinariam, *Farinacc. dicta
quaſt.*86. *num.* 85. præcipuè ſi adſint alia
adminicula.

Si tandem dices, quod Iudex poteſt ad
occurrendum fraudi, & dolo inquiſiti impedire
ne cōfeſsionem reuocet, per ea quæ
dicit *Blanens in tit. de indicijs num.*209. *verſ. aut*
17 *reuocat dolore*, vbi de illo qui volebat reuocare
confeſsionem extraiudicialem fuit impeditus
ne reuocaret, quia dolus, & fraus
non debet alicui patrocinari, *l. verum, §. hoc
quoque, ff. pro ſocio*; ergo quanto magis Iudex
poteſt impedire ne Reus reuocet confeſsionem
habitam in tormentis cum aduertat
doloſè reuocari poſſe ne ſcilicet condemnetur,
nam tortura infertur ad veritatem
eruendam, & tortus veritatem dixiſſe præſumitur,
*Giurb. conſ.*8. *num.* 1. *cum ibi allegati*:
Reſpondetur, quod confeſsio extraiudicialis,
& confeſsio iudicialis ſunt diuerſæ ſpe-
18 ciei, & naturæ; ideò non conueniunt, quia
ex confeſsione extraiudiciali reuocata non
poteſt torqueri, & ſic facit ceſſare modum
procedendi, vt norat *Albertinus quaſt.*25. *n.*22.
ſed ex confeſsione facta in tormentis poteſt
iterum torqueri: ideò non eſt mirum ſi illa
impeditur ne reuocetur, iſta verò non
poſsit impediri; ideò Rei confeſsi duci debent
ad bancum iuris extra locum tormentorū,
vt inquit *Caſonus tit. de tormentis cap.*21.
*num.*1. vbi palam moneantur ſi velit perſeuerare
in dictis eorum confeſsionibus, &
eas ratificari legente eis Notario vulgari
ſermone dictis eorum confeſsiones, vt ſufficientes
ſint ad iterum torquendos Reos ſi
noluerint ratificare.

Hic ex ſupradicta doctrina *Caſoni* aduer-
19 tendum eſt, quod ducere reum ad bancum
iuris, vt ratificet nō ſolum eſt neceſſarium,
ſed omninò videtur faciendum, quia importat
defenſionem cum ibi Reus poſsit
allegare cauſas defenſionis, tum etiam, quia
ſicut dictum teſtis debet eidem reo conteſtari,
ità confeſsio habita in tortura, quæ
20 loco teſtimonij, & probationis ſuccedit,
vt dicit *Baiard. ad Clarum quaſt.*64. *numer.*55.
*Farinacc. conſil.*60. *num.*26. & eſt communis
opinio, quod debeat eidem Reo veluti
dictum teſtis ad bancum iuris conteſtari
cum fuerit illata in ſubſidium, & loco
probationum, *Follerius in practic. criminal.
Rub. rei indurati, &c. num.*3. *Scialoya in praxi
torquen. Reus cap.*1. *num.*9. *Giurb. conſ.*23. *nu.*7.
idcircò quoties Reus fuerit tortus, & confeſſus
toties debet duci ad bancum iuris, vt
ibi dicta eius confeſsio, non minus, ac ſi

fuerit aliud dictum teſtis ei cõteſtari poſsit, & non ſinere illum permanere in illa pura ſimplici, & mera confeſsione in tortura habita: Nam ſicut purum dictum teſtis ſi
21 non fuerit cum Reo inquiſito cõteſtatum, Reum ipſum non afficeret ſic iſta confeſsio habita in tortura veluti alia teſtis depoſitio ſi non fuerit ad bancũ iuris conteſtata afficere ipſum Reum non poteſt, & hinc ſequitur quod quando Reus ductus ad bancum iuris, & noluerit ratificare; immò reuocauerit dictam confeſsionem, præſtat Fiſco, ſeu Iudici aliud indicium, hoc eſt aliam ſemiplenam probationem per torturam, & ipſum Reum confitentem. immò per duo brachia probatam quæ ſufficiens eſt ad iterum illum torquendum, *Bald. in l. bonæ fidei num. 20. C. de reb. cred. & iureiurand.* & hoc caſu quando priora indicia fuerint vehe-
22 mentia; ſeu fuerint plura dubitata; dummodo per torturam non fuerint purgata Iudex poterit impedire ne iterum torqueatur, vt extraordinem punire poſsit, quia tunc Reus damnaretur propter indicia mediante cõfeſsione, non autem propter ſimplicem confeſsionem, vt tradit *Brunus de indicijs, & tortura quæſt. 4. primæ partis ſub nu. 1. Caſonus dicto tractatu de tormentis cap. 21. tit. de confeſſion. ratif. num. 10. in fine.*

An confeſsio facta in tormentis, quæ non fuit ratificata, nec reuocata noceat Reo.

Quæſtio CXCI.

SVMMARIVM.

Ex confeſſione per torturam habita, quam Iudex non curauit, vt Reus ratificaret poteſt ſequi condemnatio. num. 1. Et quare.

Confeſſus ex quo non reuocat videtur in confeſſione perſeuerare. num. 2.

Sicut tacita perſeuerantia in ſpontanea cõfeſſione afficit Reum ita tacita perſeuerantia in coacta cõfeſſione operatur idem. num. 3.

Tacitum, & expreſſum idem operatur. num. 4.

Tacita perſeuerantia in confeſſione non ratificata, nec reuocata dupliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num. 5.

Confeſſio per torturam extorta, & tacita perſeuerantia in illa non procedunt à pari potentia, & quare. num. 6.

Taciturnitas in non reuocando confeſſionem per torturam extortam non præiudicat Reo, qui ſcit ius ſuum ſaluum eſſe. num. 7.

Silentium in præiudicialibus habetur pro contradictione. num. 8.

Ius Rei ex confeſſione non ratificata, nec reuocata conſiſtit, vt non poſſit puniri. num. 9.

Tacite perſeuerare quis dicitur in confeſſione, quando illa non reuocat; quod habet locum in ſpontanea non in coacta confeſſione. num. 10.

Confeſſio metu tormentorum ſi non fuerit ratificata non nocet Reo. num. 11.

Reprobatur Bald. in l. 1. C. de confeſſis, *ſecundum* Brunum in tractatu de indicijs, & tortura. *num. 12.*

SVpra diximus, quod confeſſio emanata in tormẽtis debet omninò extra tormenta, vel ratificari, vel reuocari modo quærimus, an Iudice non curante recipere ratificationẽ, vel reuocationem illa ſimplex confeſſio Reum afficiat; & ſufficiens ſit ad aliquam pœnam inferendam, & videtur prima facie dicendam, quod ſic
1 nam licet Reus confeſſus vi tormentorum non ratificet, vel reuocet confeſſionem, tamen ob illius non reuocationem tacitè videtur perſeuerare in illa; idcircò tacitè videtur illam ratificare, & per conſequens videtur ſufficiens ad cõdemnandum reum, ſaltem in aliquam pœnam extraordinariã, vt ſupra dixi in quæſtione præcedenti, iuxta ea quæ tradit *Farinacc. quæſt. 81. nu. 10.* vbi dicit de ſpontè cõfeſſo, qui ſatis dicitur per-
2 ſeuerare in cõfeſsione ex quo eam non reuocat, vt per *Paridem de Puteo, & Boſſ. per eum allegat.* & quamuis videntur loqui de tacita perſeuerantia in ſpontanea confeſsione,
3 tamen idem ius videtur oriri circa tacitam perſeuerantiam in confeſsione extorta per torturam, & non reuocata, nec ratificata; vndè hypothetice loquendo dicimus, quod ſicut tacita perſeuerantia in ſpontanea, & expreſſa confeſsione operatur ratificationem ita tacita perſeuerantia in confeſsione vi tormentorum extorta operabitur eamdem ratificationem, *Guazz. defenſ. 30. cap. 35. num. 4. Bald. in l. 1. num. 19. C. de confeſſis.* vbi dicit, quod in caſu in quo ratificatio requiritur ea ſufficit tacita, quod ſcilicet confeſſiò non reuocetur, *Farinacc. quæſt. 83. nu. 72.*
4 nam tacitum, & expreſſam idem operatur, *Bald. in l. cum quando, ff. ſi certum petat. & in l. & ſi partes in repetitione num. 24. ff. ſi quis cautio.*

Sed contrarium verius credo, & pro huius contrariæ ſententię dilucidatione ſciendum eſt; quod hæc tacita perſeuerantia in confeſsione non ratificata, nec reuocata dupli-

5 dupliciter conſiderari poteſt; nimirum vno
modo quatenus procedit à pari potentia
cauſæ, vt dicit *Bald. vbi ſupra*, & in *l. cum hi
à quibus, §. ſi in annos, ff. de trãſaction.* prout pro-
cedit tacita perſeuerantia in ſpontanea, &
expreſſa confeſsione, nam ſicut ſpontanea
confeſsio procedit à ſpontanea voluntate;
ita à pari voluntate procedit tacita perſe-
uerantia, & ſic tacitum, & expreſſum idem
operatur, vt dicit *Bald. vbi ſupra*; altero mo-
do quatenus non procedit à pari potentia
cauſæ, prout in caſu noſtræ concluſionis;
nam non eſt paritas in potentia cauſæ, quia
6 confeſsio extorta fuit vi tormentorum, quę
licet ſit voluntas expreſſa tamen prædicta
confeſsio reſultare videtur à volũtate coa-
cta; idcircò tacita perſeuerantia conſidera-
ta in iſta non reuocatione cum non poſsit
oriri niſi à quadam tacita voluntate, quæ
nullo modo debet præſumi propter timo-
rem iam incuſſum, iuxta ea quę tradit *Bru-
nor. à Sole in ſuo conſ. 51. num. 164. & ſequentib.*
idcircò non videtur in paritate cauſæ con-
uenire, & per conſequens cum tacitum &
expreſſum hoc caſu non ſint eiuſdem natu-
ræ non inducit ratificationem, iuxta ea
quæ tradit *Pariſ. de Puteo in verb. tortura cap. 9.
nu. 3. fol. mihi 32. à tergo, Clarus quæſt. 64. n. 40.
verſ. Et aduerte, Anton. Canar. de quæſt. membro 6.
nu. 90. Guid. de viribus confeſſ. part. 3. cap. 2. nu. 90.*
Dices, quod diuturna taciturnitas Rei
confeſsi in tortura facit præſumere conſen-
ſum in non reuocando confeſsionem:
Reſpondetur, quod cum huiuſmodi taci-
turnitas in non reuocando confeſsionem vi
7 tormentorum extortam reſultet ab actu,
qui de ſui natura non præiudicat meritò,
nec illa præiudicare poteſt, nam fruſtra
Reus reuocaret cum ſciat ius ſuum ſaluum
eſſe, *Romanus conſ. 340. ſub nu. 8. ſub verſ. cum
igitur*; immò ſilentium in præiudicialibus
8 haberi debet pro contradictione, *Bald. in
l. inuito, ff. de ſeruit. Vrb. prædi.* & per conſe-
quens non poteſt inducere confeſsionem,
ſecundum ea quæ tradit *Scac. de indicijs c. 86.
num. 46. & ſeqq.* quia hæc non videtur pro-
priè perſeuerantia, vt dicit idem *Bald. in
cap. iniuria num. 17. de pace iuramento firmanda.*
Et ſi replices, quod ſi Reus reuocaret
dictam eius cõfeſsionem vi tormentorum
extortam adhuc remaneret ſemiplena pro-
batio contra ſe, vt dixi in præcedenti quæ-
ſtione, & tradit *Bald. in l. bonæ fidei numer. 20.
C. de reb. cred.* idcircò ſi ne reuocet, nunc non
ius ſuum per taciturnitatem ſaluum ei non
eſt cum ex ſe ipſa facit ſemiplenam proba-
tionem contra eumdem Reum: Reſpon-
9 detur, quod ius Rei ex cõfeſsione non rati-
ficata, nec reuocata conſiſtit in non poſſe
puniri propter dictam confeſsionem, vt di-
cit *Farinacc. quæſt. 83. num. 79. in princ. gloſſ. in
cap. 1.* quod metus cauſa *Pariſ. de Puteo tract.
de Sindic. verb. tortura cap. 9. nu. 1. fol. mihi 320.*
veluti non efficacem ad ullam pœnam niſi
ei fuerit ad bancum iuris, ut ita dicam con-
teſtata, ut ſupra dixi, & tradit *Bald. in l. 2.
num. 3. C. de cuſtodia reorum*, vbi dicit, quod
in confeſsione tacitè perſeuerari oportet,
& tunc tacitè perſeuerari, dicitur quando
non reuocatur, & ſubiungit diſtinguendo,
10 aut confeſsio emanauit ſpontè, & ſufficit
tacita perſeuerantia, aut vi tormentorũ, &
non ſufficit; immò eſt repetenda dicta con-
feſsio, uel à Reo per expreſſam ratificatio-
nem, uel à Iudice per modum conteſtatio-
nis ad bancum iuris, vt ad vlteriora proce-
di poſsit, nam regula eſt, quod confeſsio
non ratificata non ſufficit ad pœnam, *Fa-
rinacc. quæſt. 83. num. 67.*
Idemque dicendum puto de confeſſione
facta metu tormentorum, quæ ſi non fuerit
11 ratificata non nocet, vt dicit *Farin. quæſt. 83.
num. 90.* immò ſi non fuerit ratificata, nec
reuocata pari determinatione cũ confeſſio-
ne facta in tormentis debet iudicari, quia
inter ſe æquiparantur, *Farin. quæſt. 83. nu. 32.*
Si tandem dices diſtinguendo cum *Bald.
in l. 1. C. de confeſſis num. 18. 19. verſ. ſi verò tor-
menta*; aut reus in tormentis confitetur præ-
cedentibus indicijs legitimis, & tunc ſtari
oportet prædictæ confeſsioni; aut non pręe-
cedunt aliqua indicia; vel ſi præcedunt, ita
læuia, quod non faciunt præſumptionem,
& tunc non ſtatur prædictæ confeſsioni, niſi
in ea perſeueret; vt notat *gloſ. in §. Diuus Se-
uerus in l. 1. ff. de quæſtion.* Reſpondetur, quod
12 huiuſmodi diſtinctio non placet; *Bruno qui
in tract. de indicijs, & tortura part. 2. quæſt. 6. nu. 3.*
reprehendit *Baldum*, quod inſipide contra
morem ſuum in hoc fuerit loquutus, nam
volens *Bald.* quod ſtetur confeſsioni factę in
tormentis etiam ſi tortus non perſeuerauc-
rit in ea eſt aſſerere, quod omnes DD. ne-
gant, & præcipuè contra illos quos, *Fari-
nacc. allegat in quæſt. 93. num. 67. & ſeqq.* qui
ſunt quaſi infiniti; immò volens idem *Bald.*
quod niſi præcedant aliqua indicia, vel ſi
præcedant, & ſint læuia, quod tunc ſtetur
dictæ confeſsioni ſi in ea perſeuerauerit,
quod eſt contra illud, quod tradit *Bart. in
l. penul. ff. de quæſtion.* vbi dicit quod cõfeſsioni
factæ in tormentis nunquam ſtetur etiam
ſi perſeueretur ſi fuerit habita præcedẽtibus
inditijs, & hoc idem cõſulit *Bald. in conſ. 479.
nu. 1. lib. 5.* & hoc idem *in l. Imperator la ſeconda
ff. de ſtatu hominum*, & *Farinacc. dicta quæſt. 83.
num. 79.* tenet quod Iudex non debet aliter
ſeruare.

An

An confeſſio qualificata attendenda ſit & quando.

Quæſt. CXCII.

SVMMARIVM.

Qualitas duplex eſt vna diminuens altera tollens delictum. num.1.
Confeſſio efficitur dubia quando actus fuit indifferens. num.2.
Quando actus habet præſumptionem pro ſe licet reus fateatur non habuiſſe animum deliquendi tamen præſumitur pro delicto. num.3.
Vna præſumptio tollit alteram. num.4.
Confeſſio cum qualitate delictum auferente quando attendatur. num.5.
Quando confeſſio qualificata ſcindi poſſit. num.6.
Confeſſio qualificata duplex eſt vna incipiens à negatiua altera incipiens à conditione. num. 7. & quæ ibidem.
Iudex debet eſſe cautus non admittere confeſſionē conditionalem. num.8.

SAEpius vidi dubitare de confeſsione qualificata idcircò de hac aliquid dicendũ duxi ideò ſciendum eſt, quod qualitas
1 duplex eſt vna, quæ diminuit delictum, vt ſi quis dicat occidi, ſed non habui animum interficiendi, altera, quæ omninò tollit delictum, vt ſi quis dicat occidi ad meam defenſionem.

Quo ad primum dicendum eſt, quod aliquando actus ex quo ſequitur delictum eſt indifferens ad delictum, & non delictum aliquando habet præſumptionem, & coniecturam contra ſe, vt ſit delictum quando
2 actus eſt indifferens ad delictum ſi reus fateatur, quod non habuerit animum delinquedi tũc confeſsio efficitur dubia, & ſic in dubio pro animo non delinquendi Iudicãdum eſt, vt notat *gloſ. in cap. ſignificaſti il 1. de homicidio facit textus in l. merito ff. pro ſocio Bart. in l. gerit ff. de acquir. hæred. Farin. conſ. 1. num. 2. in fine,* & ita etiam quando actus, qui potuit fieri reſpectu maioris; vel minoris delicti quando æqualiter ſe habet præſumptio ad vtrumque ſi pars hoc aſſerit præſumitur factus, vt minus delinqueret quando vero actus habet præſumptionem contra ſe tunc licet reus fateatur non habuiſſe animũ
3 delinquendi tamen prēſumitur pro delicto, & reus debet ſuam confeſsionem ſic qualificatam probare ſaltem mediocribus inditijs, & coniecturis. *l. pen. C. de fideiuſſ. Bald. in l. quicumque C. de ſeruis fugitiu. cap. 1. §. in iuria de pace iuram. firmam Vulpel. conſ. 94. nu. 10. Centul. ad Farin. conſ. 60. in verbo qualitate*, & exemplificatur in eo, qui confitetur ſe carnaliter cognouiſſe mulierem volentem tamen cum hæc qualitas voluntatis non poſſit per Fiſcum ſeparari à confeſsione quando eſt probata inhoneſtas mulieris idcircò facit præſumere, vt non inuita, ſed volens cognita fuerit, ita pariter ſi quis percutiat cum hacta cum poſſet percutere cum ferro & fuerit confeſſus non habuiſſe animum delinquendi licet percuſſio fuerit illata in capite, & ille mortuus ſit nihilominus percuſſor non punitur de occiſione, quia licet ſit præſumptio contra percutientem ex eo, quia percuſsit in capite, & quod animo occidendi percuſſerit tamen pro eo adeſt alia præſumptio nempe, quod ſi voluiſſet eum occidere percuſsiſſet cum ferro, & ideò vna
4 præſumptio tollit aliam, ſecus ſi quis non habens alia arma, quam baculum ſi in capite percutiat aliquem, & mortuus ſit, & reus confeſſus fuerit non habuiſſe animum occidendi tunc reicitur qualitas, & præſumitur contra eum ſcilicet, quod habuerit animum illum occidēdi ità dicit *Laurentius ab Occa conſ. 63. num. 19. 20. 21. diuerſorum lib. 2.*

Quo ad ſecundum nimirum, quando reus fateatur cum qualitate auferente deli-
5 ctum tunc ope diſtinctionis *ſecundum Caball. caſu 254.* dicimus aut delictum de natura ſua conſideratum in re per ſe criminoſa, & prohibita de iure communi aut ſaltem, quod habeat contra ſe præſumptionem, vt homicidium furtum, & adulterium, & tũc qualitas ſiue ſit ſub duplici ſiue ſit ſub vna verborum ſtructura non aufert delictum in totum quin ſaltem aliquando pæna extraordinaria puniri poſsit, & ſic qualitas pa-
6 tiatur ſciſionem itaut, quo ad factum acceptari, & quo ad qualitatem impugnari poſsit *Sanfelicius deciſ. 228. num. 5.* ita vt ex præſumptione à lege approbata poſsit imponi etiam pæna ordinaria nam delictum conſtat ex confeſsione qualitas vero non excluditur ex præſũptione iuris, quia de iure præſumitur dolus. *l. 1. C. de Sictarijs cap. 1. de præſumptionibus Sanfelic. ibidem num. 7.* aut delictum verſatur in non prohibitis de natura ſua, vel de iure communi, vel quod habeat præſumptionem contra ſe tunc cõfeſsio qualificata non poteſt ſcindi, ſed vel tota acceptari, vel tota reprobari oportet, & transfertur onus probandi contrarium in Fiſcum, quo non probante reus abſoluitur etiam ſi reus nihil pro ſua defenſione attu-
le-

Digitized by Google

lerit, & probauerit *Caball. d. caſu* 254. *ſub*
n.6. circa medium immò etiam ſi reus tenta-
uerit probare, & non probauerit adiectam
qualitatem, vt dicit idem *Caball. ibidem n.9*
ſufficit enim in his caſibus ſaltem reddi du-
biam intentionem Fiſci, & faciat, vt Iudex
animo titubet *Caball. dicto caſu num.10.*

Iterum etiam diſtinguimus hanc confeſ-
ſionem qualificatam nimirum in confeſ-
7 ſionem incipientem à negatiua, & in con-
feſsionem incipientem à conditione quo
ad primam exemplificari poteſt hoc modo
non occidi, ſed ſi occidi ad meam defenſio-
nem occidi; & tunc reus habetur pro negā-
te, & non poteſt huiuſmodi confeſsio pro
parte acceptari, & pro parte reprobari cum
habeatur pro mera negatiua *Bald. in l. ſi filiū*
num.1. in verſ.reſpon.C. de liberali cauſa, Cartar.
in ſua praxi lib.3. cap.2. num. 64. & num. 66. in
fine Nouell. in tract. ad defenſam in verbo reſpon-
ſiones reorum num. 26. inſtruitur ideò reus ad
euitandam omnem dubitationem, vt ſem-
per incipiat à negatiua *Farin.quæſt.81.n.142.*
vbi num.145. quod ſi poſtea reus conuinca-
tur de homicidio propter pręcedentem ne-
gatiuam poteſt puniri pæna ordinaria.

Hoc idem ſequitur quo ad ſecundam cō-
feſsionem incipientem à conditione ſi oc-
cidi &c. *Iaſ. in l. vt vim num.13.ff. de iuſtitia,*
& iure Garin.d.quæſt.81. nu.143. bene verum
eſt quod Iudex debet eſſe cautus, & non
admittere huiuſmodi confeſsiones condi-
8 tionales, ſed debet cogere reum per tortu-
ram ad ſimpliciter reſpondendum *Farin. d.*
quæſt.81.num.144. & 147. in fine.

An qui factum confitetur, & qualita-tem negat videatur legitimare proceſſum per dictam con-feſsionem.

Quæſtio CXCIII.

SVMMARIVM.

Qui negat qualitatem, quæ eſt de ſubſtantia delicti negat etiam delictum, & ſic non legitimat proceſ-ſum. num.1. declara. num.5.

In l. Aquilia non eſt neceſſarium probare dolum. nu-mer.2.

In Delictis dantur tres ſpecies qualitatum, & quæ. num.3.

Qualitas deducta in inquiſitione, quæ non erat dedu-cenda ſi non ſit probata non ſequitur condemnatio. num.4.

Qualitas negata inducens iuriſdictionem non legiti-mat proceſſum, quamuis fateatur delictum. nu-mer.6.

ET diſtinguēdo dicimus aut
qualitas eſt de ſubſtantia
delicti, vt dolus in furto,
& tunc, qui negat dolum
1 non videtur confitendo fa-
ctum legitimare proceſsū
eo quia tunc non videtur
confiteri delictum *l. ſi quis id quod ff. de iuriſ-*
dic. omn. iud. aut qualitas negata non tollit
delictum, & tunc negando qualitatem, &
fatendo factum non impeditur legitimatio,
vt in l. Aquilia in qua ſi negatur dolus re-
manet factum punibile, & qui confitetur
factum ex dicta confeſsione reſultat legiti-
2 matio proceſſus; quia *in l. Aquilia* nō eſt
neceſſarium probare dolum, ſed factum.

Ac proinde pro intelligentia ſupradi-
ctorum ſciendum eſt quod vt notat *Farin.*
conſ.17. num.2. in delictis dantur tres ſpecies
3 qualitatum vna aggrauans ſecunda diuerſi-
ficans tertia inducens delictum vndè ſi reus
negaret qualitatem aggrauantem ſeu di-
uerſificantē vtique remaneret factum con-
feſſatum cum qualitate inferrente, & hæc
confeſsio ſufficeret pro legitimatione pro-
ceſſus nam ſicut ex eadem inſtantia poteſt
condemnari reus non probata qualitate
deducta in iudicio, vt dicit *Bald. in l. Edita*
actio num.30. & 31. C. de Edendo ita proceſſus
videtur legitimatus ex confeſsione nudi de-
licti non confeſſata qualitate.

Dices, quod quando aliqua qualitas eſt
deducta in inquiſitione, quæ alias non erat
neceſſaria apponenda ſi tamen illa non ſit
4 probata non poteſt ſequi cōdemnatio *Bart.*
in l. is qui reorum ff. de pub. iudic. marſ. conſ. 7.
num.58. ergo nec legitimatio cum conden-
natio ſit conſecutiua ad legitimationem.
Reſpondetur aut qualitas deducta in inqui-
5 ſitione fuit diuerſificans delictum inducens
aliam ſpeciem delicti, quam ſit illud quod
deductum eſt in iudicio, & tunc qui negat
dictam qualitatem non videtur legitimare
proceſſum, quo ad factum quamuis crimi-
noſum, vt dicit *Bald. in l. quid ergo §. pœna*
grauior.num.15.ff. de his qui not. infam. in repeti-
tione dictæ legis Farin.conſ.55. nu.6. & conſ.205.
num.20. Clarus quæſt.66.num.4. aut qualitas eſt
ſimpliciter aggrauans, & tunc ſi negaretur
qualitas remanet proceſſus legitimatus quo
ad factum doloſum, vel culpabile ex qua-
litate inferente delictum.

Et ſi replices cum *Gram. conſ.71. num. 51.*
quod obiectum procedit etiam ſi reus con-
fiteretur delictum ſine qualitate qua non
probata non dicitur legitima probatio. Re-
ſpon-

ſpondetur,quod in caſu *Gram.* agebatur de
6 qualitate inducente iuriſdictionē in Iudice, quo caſu nō ſufficit,quod reus fateatur delictū ſi negat qualitatem, quia Fiſcus tunc nihil agit nec ius acquirit ſecus ſi coram Iudice competenti confiteretur factum criminoſum abſque qualitate.

An confeſſio ſine cauſa legitimet proceſſum.

Quæſt. CXCIV.

SVMMARIVM.

*Confeſſio iudicialis etiam ſine cauſa plene probat quia calor iudicij ſupplet. num.*1. *contrarium. num.* 2.

*Confeſſio duplex eſt vna veriſimilis altera inueriſimilis, & qua. num.*3.

*Vt cauſa delicti afficiat Reum debet eſſe grauis. numer.*4.

*Niſi probationes fuerint legitimatæ non eſt fundata Fiſci intentio. num.*5.

*Confeſſio non legitimat proceſſum niſi in illa parte ſuper qua emanauit confeſſio. num.*6.

*Confeſſio non cadit niſi ſuper delicto non autem ſuper cauſa. num.*7.

*Vt reus confeſſus, & conuictus appellare non poſſit oportet, quod teſtes repetantur. num.*8.

*Confeſſio non repugnat legitimationi faciendæ ſuper cauſæ probationibus de qua reus non eſt confeſſus. num.*9.

*Qualibet cauſa etiam leuior ſufficit, vt confeſſio ſuſtineatur. num.*10.

*Pro cauſa delicti conſideratur vehemens paſſio, & mala voluntas delinquentis num.*11.

*Cauſa delicti exiſtente præſumitur delictum. num.*12

*Confeſſio emanata vbi cauſa nihil operatur redditur inueriſimilis. num.*13.

1 PRima facie videtur dicendum, quod ſicut confeſſio iudicialis etiam ſine cauſa plene probet eo quia calor iudicij ſuppleat defectum cauſæ, vt tradit *Roman. ſingul.* 399. ita etiam plene legitimet proceſſum.

Sed dices cum *Farin.quæſt.*81. *num.*40. vbi expreſſe refert, quod confeſſio ſine cauſa
2 non probet nec confitenti præiudicat fultus *authoritate Paridis de Puteo tract. de Syndi. verb. tortus cap.* 7. *num.* 12. *verſ. ſi ergo Iudex &c.* & rationem reddit, quia in dies multi imbecilles animo confeſſi reperti ſunt mendacium non confeſſionem dixiſſe ideò admonet Iudices, vt bene aduertant ad reorum confeſſiones. Reſpondetur, quod confeſ-
3 ſio duplex eſſe poteſt vna veriſimilis altera inueriſimilis; veriſimilis eſt illa, quæ habet pro ſe indicia veluti inimicitiam capitalem præcedentem, vt notat *Blancus de indicijs numer.*35. Inueriſimilis eſt illa, quæ vel non eſt commenſurabilis delicto eo quia eſt leuis nam vt cauſę delicti faciant contra reū
4 debent eſſe graues, vt notat *Farin. quæſt.* 52. *num.*152. vel nullo modo influit in delictū eo minus legitimabit proceſſum, & non ſuſtinebit Si cauſa delicti probata in proceſſu eſt veriſimilis, & confeſſio quæ ſuperuenit non contineat cauſam dubitari poteſt an legitimet proceſſum nam licet ſufficiat, quod de cauſa in ſpecie conſtet in proceſſu per ea quæ tradit *Farin.dicta quæſt.*52.*nu.*151. tamen credo, quod indigeat legitimatione vel per repetitionem, vel per confrontationem teſtium deponentium ſuper dicta cauſa, & ratio eſt; tum quia non videtur fundata Fiſci intentio ſuper cauſa delicti ni-
5 ſi probationes ſuper illa receptæ fuerint legitimatæ; tum quia confeſſio quatenus legitimet proceſſum, illum non legitimat niſi in illa parte ſuper qua confeſ-
6 ſio emanauit in Rei præiudicium *Archid.* 6. *quæſt. vlt. §. actor. circa prin.* Tum tandem, quia confeſſio rei cadit ſuper delicto ipſo ſimpliciter nempè, quod occidit Titium non autem ſuper cauſa motiua ad delictū
7 idcircò probationes ſuper cauſa confeſſio non legitimat ſi de illa reus non fuerit confeſſus.

Cōfirmantur ſupradicta nam ſi reus fuerit confeſſus, & conuictus ad hoc, vt iuxta ſtatutum appellare non poſſit oportet,quod teſtes ſuper corpore delicti repetantur, &
8 ſic legitimentur, vt loquitur *Scialoya in ſua praxi torquendi reos in cap.* 6. *num.* 43. ita pari modo adhoc, vt reus ſine cauſa ſimpliciter confeſſus poſſit puniri oportet, quod de cauſæ probationibus appareat legitimatio Nec releuat, quod confeſſio ſit probationis releuatio, vt notabiliter voluit *Bald. in l.*2. *§. quod obſeruari C. de iuramento calumniæ* ac proinde ſit etiam legitimationis releuatio; quæ eſt quædam de iure ciuili probatio
9 quia non idcircò, vt alias dixi huiuſmodi confeſſio repugnat legitimationi faciendæ ſuper cauſæ probationibus de qua reus non eſt confeſſus veluti ſi reus fuerit confeſſus de homicidio, & non de qualitate puta aſſaſinij neceſſarium videtur, quod ſuper qualitate emanet legitimatio, vt de Aſſaſſinio reus puniri poſſit ita etiam de cauſa

opor-

oportet, quod emanet legitimatio. Si vero
cauſa eſt inueriſimilis, tunc ſi delictum
fuerit ſequutum, & ſuper eo fuerit ſequu-
ta confeſsio quælibet cauſa etiam leuior
10 ſufficit, vt confeſsio ſuſtineatur, vt idem
Farin. dicta quæſt. 52. num. 152. quod ſi nulla
adſit probata cauſa tunc pro cauſa conſide-
11 rari poteſt vehemens paſsio ex mala volũ-
tate delinquentis procedens, vt tenet *Cyria-
cus controuerſia 102. num, 17. & ſeqq.* vnde cõ-
feſsio ſine cauſa omninò dici non poteſt cũ
habeat ſaltem pro cauſa malum genium
delinquentis, & ſic ſemper erit apta legiti-
mare proceſſum ſicut cæteræ confeſsiones,
quando ſcilicet conſtat certo fuiſſe ſequutũ
delictum quando vero poteſt dubitari deli-
ctum fuiſſe ſequutum, & indicia non ſunt
ita veriſimilia tunc ſi ſuperueniat confeſsio
ſine cauſa dubitari poteſt, quod dicta con-
feſsio probet, & ſic legitimet proceſſum,
quia ſicut cauſa delicti exiſtente præſumi-
12 tur delictum contra aliquem ita pariter
ceſſante in aliquo cauſa delicti ceſſat om-
nis delicti præſumptio, vt voluit *Bart. con-
ſil. crim. diuerſ. conſilio octauo num. 8. lib. 1. in ma-
gnis*, & ſic confeſsio emanata vbi cauſa non
13 probatur nihil operatur.

De Legitimatione per fictam confeſsionem.

De ipſa ficta Confeſſione. Quæſt. CXCV.

SVMMARIVM.

*Legitimatio proceſſus vires ſumit à contumacia inqui-
ſiti. num. 1.*
Contumacia duplex eſt, & quæ. num. 2.
*Contumacia, ad hoc vt operetur effectum legitima-
tionis, debet eſſe conſumata, ideſt per ſententiam
confirmata. num. 3.*
*Confeſſio ficta non probat delictum, niſi id per ſtatu-
tum fuerit determinatum. num. 4. Declara. nu. 7.*
*Contumax, ad hoc vt habeatur pro confeſſo, proba-
tiones præcedere debent, num. 5.*
*Contumax de iure communi patitur tantum bonorum
annotationem. num. 6.*
*Quibus ex modis Reus incurrat in contumaciam, quæ
facit, vt ille habeatur pro confeſſo. num. 8.*
*Reus legitimè citatus non comparens, dicitur approba-
re omnia contra eum in proceſſu cumulata, & vi-
detur confiteri delictum. num. 9. & num. 16.*
*Fiſcus afficit Reum abſentem, ex monitorio, ſeu ex
libello inquiſitionis ei tranſmiſſis, num. 10.*
*Contumacia, quæ importat ſcientiam facti, operatur
approbationem illius. num. 11.*
Confeſſus dicitur ille, qui monitus tacet. num. 12.
*Reus præſens, & recuſans reſpondere, habetur pro
confeſſo, & condemnari poteſt. num. 13.*
*Contumacia dicitur priuatio: Approbatio verò dici-
tur aſſirmatio facti realiter exiſtentis. num. 14.
Declara. num. 15.*
Mendax pro confeſſo habetur. num. 17.

HAEC legitimatio ſuas
vires ſumit à contu-
macia inquiſiti *Bart. in
1 conſ. 116. num. 5. lib. 1.*
quæ duplex eſt; vna
propria, ſcilicet quan-
2 do citatus perſonaliter
non venit; altera veluti
impropria, nẽpè quan-
do citatus, ſed non perſonaliter, quæ alio
vocabulo dicitur ceſſatio *per gloſſ. ſingularem
in l. ſi accuſatoribus C. de accuſat. quam allegat
Alex. in l. contumacia ff. de re indicata, Rota de-
ciſ. 10. in nouis in fine in addit. lit. B. Bald. in l.
quæ num. 6. C. quomodo, & quando*.
In propoſito verò noſtro, ſiue quis ſit ci-
tatus perſonaliter, ſiue domi, aut alio cer-
to, & debito loco parum refert; vnum
3 tamen requiritur, quod dicta contumacia
fuerit conſumata, hoc eſt per ſententiam
aliquam confirmata, ad hoc vt operetur ef-
fectum legitimationis, vt dicit *Guazz. de-
fenſ. 24. cap. 9. num. 9. in fine, & num. 14. Mar-
ſil. in ſuo ſingul. 110.* quia confeſsio non eſt
modus inducendæ probationis, ſed vt per
eam verificentur inducta *Bald. in l. ſi cautio
num. 39. C. de non num. pecunia*; idcircò ficta
4 confeſsio non dicitur probare delictum, ni-
ſi per aliquod ſtatutum hoc determinatum
fuerit *Farin. quæſt. 24. num. 174. & ſeqq.* Vn-
de diffiniri poteſt, quod ſit quædam proceſ-
ſus informatiui iuris poteſtate facta per cõ-
tumaciam approbatio.

Dixi *proceſſus informatiui*, ſcilicet illorum,
quæ in proceſſu pro informatione Curiæ
ad offeſam inquiſiti cumulata fuere, ſecun-
dum quæ reus habetur pro confeſſo, & cõ-
5 uicto; nam vt quis habeatur vti confeſſus,
& conuictus requiritur, quod probationes
præcedant, vt dixit *Cartar. de capto bannito
cap. fin. num. 137. cum ibi allegatis*.

Dixi *iuris poteſtate*, ſcilicet ſtatuti, vel cõ-
ſtitutionis, aut conſuetudinis, quia de iu-
6 re communi contumax non patiebatur, ni-
ſi bonorum annotationem, vt idem *Cartar.
de capto bannito cap. 1. num. 38.* & ſic non ha-
bebatur pro confeſſo, nec pro conuicto, vt
dicit idem *Cartar. d. cap. 1. num. 2.* ſed ho-
7 diè eſt ſecus, quia non deſunt ſtatuta, neq;
conſtitutiones, quæ veluti iura quædam
mu-

municipalia hoc inducunt in odium delin-
quentium; Nam ficta confeſsio nullum
produceret effectum legitimationis, niſi
hæc iura illi aſsiſterent ſecundum *Cartar. de*
tract. cap. 1. num. 30.

Dixi *per contumaciam*, quæ multiplex eſſe
8 poteſt, primo in non veniendo, dum quis
citatus venire tenetur *cap. ex literis vbi gloſſ.*
contumaciter de dolo, & contumacia. Secundo
in non reſpondendo, cum interrogatus
iuridicè à Iudice reſpondere debeat, vel
quando iurare recuſat: *Decius conſ. 34. n. 2.*
& 3. recedendo à loco antè tempus, quo
recedere debet, & ſic fugiendo, vel à car-
ceribus, vel à loco pro carcere ſibi aſsigna-
to: *Bart. in l. conſentaneum in fin. ff. quomodo,*
& quando Iudex, Decius in cap. 1. num. 43. de
iudicijs: itaque niſi reus fuerit in aliqua cul-
pa dictorum contumaciorum comprehen-
ſus, pro confeſſo minimè haberi debet.

Dixi *quædam facta approbatio*, dũ ergò Reus,
9 qui fuerit legitimè citatus non cõpareat co-
rã Iudice videtur quodammodo approbare
omnia, quæ in proceſſu contra eum cumu-
lata fuerunt, & ſic videtur confiteri deli-
ctum per probationes in proceſſu, vel pro-
batum, vel per indicia, & præſumptiones,
aut coniecturas indicatum: vndè inoleuit
10 conſuetudo, vt magis reum abſentem Fi-
ſcus afficeret, quod in monitorio, ſeu in
libello inquiſitionis, qui reo abſenti tran-
ſmittitur narretur delictũ, & factum eiuſ-
dem, prout in proceſſu probatum eſt, ne
confeſsio ſuper eo, per ſtatutum, ſeu con-
ſtitutionem inducenda firmaretur ſuper
11 inncognito ipſi reo: contumacia enim,
quæ importare debet ſcientiam facti, & ta-
citurnitatem illius, vt dicit *Caball. caſu 110.*
num. 37. operatur approbationem illius, &
per conſequens confeſsionem. Confeſſus
12 namque eſt ille, qui monitus tacet *l. de ata-*
te §. nihil intereſt §. qui tacuit ff. de interrog. act.
Bald. in l. in adoptionibus num. 2. ff. de adop. qua-
ſi tacendo approbare videatur ad inſtar il-
13 lius, qui præſens eſt recuſat reſpondere,
pro qua non reſponſione vti contumax, &
confeſſus condemnari poteſt *l. 1. §. is vide-*
tur vbi Bald. ff. ſi quis ius dicenti non obtempera.

Dices quomodo per cõtumaciam dica-
tur, quod confeſsio ficta ſit approbatio, cũ
14 contumacia ſit quædam priuatio, vt dicit
Bald. in l. non ſolum §. ex neceſſitate C. de bon.
quæ lib. & approbatio ſit quędam affirmatio
facti realiter exiſtentis. *Bald. in l. aduerſus*
num. 3. in fine C. ſi aduerſus rem iud. Iaſ. in l.
mor. num. 41. ff. de iuriſd. omn. iud. Reſponde-
15 tur, quod licet contumacia ſit priuatio ta-
men non eſt ſine actu, ſcilicet non venien-
di remanendo in fuga, ſeu latitando; vndè
ſit, quod contumacia ſit potius omiſsio,
quam priuatio, ſecundum ea, quæ dicit
Bald. in l. ſi tutor. C. de interdict. matrimon. ac
proindè benè procedit ex contumacia præ-
dicta approbatio, quoniam dum Reus vo-
16 catus, vt in iudicio compareat, & renuit
comparere tacitè omittẽdo accedere. dum
venire poteſt, & non venit, videtur aſſe-
rere ſe delinquentem, & ſic punibilem, ac
proindè confiteri omnia ea, quæ contra ſe
17 in proceſſu cumulata ſunt ad inſtar men-
dacis, qui pro confeſſo habetur, vt eſt *tex.*
in l. de ætate §. ſi cum eſſet ff. de interrogat. act.

An Contumacia legitimet proceſſum. Queſt. CXCVI.

SVMMARIVM.

Contumacia non legitimat proceſſum, cum ſit tantum inobedientis pertinacia. num. 1.

Contumacia quid operetur in præiudicium Rei. nu. 2.

Contumacia ſicuti non probat delictum, ita nec legitimat probationes de illo habitas. num. 3.

Contumacia iuncta cum ficta confeſſione legitimat proceſſum. num. 4.

Contumacia non legitimat proceſſum, cum legitimatio dicatur actus formalis ad aliquem habitum terminans, & contumacia ſit quedam priuatio, ſeu omiſſio actus, cui non poteſt accedere habitus. nu. 5.

Contumacia non poteſt confirmare probationes cum non ſit actus conſecutiuus ab illis probationibus, ſed eſt ceſſatio ab actu omninò diuerſo. num. 6.

Probationes nullæ ex defectu citationis non confirmantur per contumaciam poſtea aduenientem. num. 7.

Contumax non poteſt dicere de nullitate teſtium, cum habeantur pro legitimè examinati, nec requiritur alia repetitio. num. 8. Declara. num. 9.

Videtur ex ſupradictis
dicendum quod legitimet,
1 eo quia ex contuma-
cia reſultet approba-
tio; tamen in contra-
rium eſt veritas; pri-
mò quia contumacia
in ſuo eſſe naturali ni-
hil aliud eſt, quam in-
obedientis pertinacia; *Bald. in l. conſentaneũ*
num. 5. C. quodammodo, & quando; qua quis
citatus præſentiam ſui facere recuſat *l. con-*
tumacia ff. de re iudic. quæ eò maior efficitur,
quo maior eſt pertinacia in non compa-
rendo, quæ inobedientia, tanquam nouum
indicium cumulatum cum alijs in proceſ-
ſu, maiorem ſuſpicionem in mentem
iudicis generat contra reum abſentem.

Se-

Secundo, quia contumacia nihil aliud
2 operatur in præiudicium Rei abſentis, quã illud idem, quod operatur vera rei reſponſio, quando eſt præſens, ita vt ſicut præſentia Rei, & reſponſio illius facit illum poni inter Reos, ita, & contumacia; *Auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport. Bald. in l. prius num. 30. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* itaque ſicut reſponſio Rei præſentis non legitimat probationes in proceſſu redactas ita nec conntumacia, cum habeatur vti ficta reſponſio.

Tertiò, quia, ſicut contumacia non
3 probat delictum, vt tradunt *Bartol. in l. abſentem num. 1. ff. de pœnis, Paul. de Caſtro in l. cum filius fam. num. 5. ff. de verb. oblig.* quos ſequitur *Rota deciſ. 369. par. 1. diuerſ. num. 9.* ita non legitimat probationes de illo habitas.

Quartò quia, ſi proceſſus legitimatur per veram confeſſionem, non vtique legi-
4 timatur per ſimplicem contumaciam, niſi fuerit coniuncta cum ficta confeſſione: *l. vnica C. de rei vxor. action. Farinac. conſ. 5. num. 85.* ac proindè cum inquiſitus non eſſet ità contumax, quod nullam expectet condemnationem, idcircò probationes nõ poſſunt dici legitimatę per eius ſimplicem contumaciam. *Farin. d. conſ. 5. num. 97. & quæſt. 11. num. 105.* & dum non reſultent ex contumacia condemnata, vt *idèm Farin. dicit d. conſ. 5. num. 84. & ſeqq.* non poſſunt effectum legitimitatis oſtendere.

Quinto quia legitimatio eſt actus formalis ad aliquem habitum terminans id-
5 circò cum contumacia non ſit actus formalis, ſed quædam priuatio, ſeu omiſsio actus, cui non poteſt accedere habitus, vt docet *Bald. in l. cum ſolum §. neceſſitate nu. 10. C. de bon. qualib.* ergò nec alijs habitum præſtare poteſt, cum ex terminis priuatiuis non reſultet habitus *Bald. in l. cum patrẽ famil. num. 3. verſ. contrarium C. de condit. inſertis l. ex facto ff. de hæred. inſtituen.* immò nec affirmatio *l. Titia §. ſecundo, ff. de manumiſſ. teſtam.* ac proindè nec legitimationem inducere poteſt, cum legitimatio ſit quædam affirmatio, vt patet.

Sexto, quia contumacia ex ſui natura
6 non eſt actus conſecutiuus ab illis probationibus, ſed eſt quædam ceſſatio ab actu omninò diuerſo, vt colligi poteſt ex ijs, quæ tradit *Bald. in l. ſi accuſatoribus num. 14. in fine C. de accuſator.* idcircò non videtur poſſe illas confirmare, & hoc ita verum eſt, quod dato etiã, quod contumacia ſit actus realis, non ideò erit potens legitimare prædictas probationes, quia cum ſint ex ſe
7 nullæ ex defectu citationis, vt tradit *Farin. d. conſ. 5. num. 91.* non poſſunt confirmar per contumaciam poſtea aduenientem, cũ contumacia nõ adiungatur probationibus, vt illas confirmet, ſed vt cum illis indicium cumulet: *Bald. in l. ſi ſeruus extero. num. 36. C. ſi ſeruus extero.*

8 Dices, quod contumax non poſsit dicere de nullitate teſtium, cum habeantur pro legitimè examinati in odium contumaciæ, ita vt eorum repetitio vlterius non requiratur, prout inquit *Clarus qu. 45. verſ. cæterum ſi reus in fine*: quia obiectum procedere videtur in contumace cõdemnato, vel
9 pro confeſſo, vel conuicto habito, & declarato pro tali, qui ſi fuerit admiſſus ad nouas defenſiones abſque alia repetitione, haberetur pro legitimè examinatus, prout benè declarat *Farin. quæſt. 11. num. 105. Clarus quæſt. 11. verſ. item quæro*, ſi verò fuerit ſimpliciter contumax non condemnatus, tunc quia teſtes fuerunt examinati ſine citatione, nullam fidem faciunt, niſi repetantur, nec ſola contumacia illos confirmet, vt not. *Farin. d. conſ. 5. num. 89.*

An legitimatio ex ficta confeſsione requirat citationem, & proceſſus publicationem.

Quæſt. CXCVII.

SVMMARIVM.

Reus contumax antè illius condemnationem venit citandus, vel per monitorium, vel per libellum inquiſitionis. num. 1.

Monitorium, ſeu libellus debent continere factum, prout in proceſſu probatum fuit, & quidquid reo obijcitur. num. 2. & num. 5.

Monitorium loco libelli tranſmittitur Reo contumaci. num. 3.

Monitorium continere debet factum, locum, tempus, & omnes circumſtantias. num. 4. 8. & 13. aliàs non arctat reum ad comparendum. num. 11.

Monitorium loco litis conteſtationis, ac proceſſus legitimationis habetur. num. 6.

Si in monitorio, ſeu libello non publicantur omnia, quæ contra reum in proceſſu publicata ſunt, abſens non poteſt haberi pro contumace. num. 7.

Mandatum duplex eſt, & quale. num. 9

Mandatum præſumptum duplex eſt, & quale. nu. 10.

Monitio, ſeu citatio ad duplicem effectum ſiunt, & qui ſint. num. 12.

Ex monitorio non continenti omnia ea, que in proceſſu publicata fuere non reſultat ipſius proceſſus legitimatio. num. 14.

1 QVando Reus contumax cō-
demnari intenditur, non ita
ex abrupto condemnatur,
ſed cum grano ſalis & ap-
penſatè fieri oportet; vndè
prius citatur per monito-
rium iuxta ſtylum Vrbis, vel per inquiſi-
ſitionis libellum iuxtà formam traditam à
conſtitutione Barbarina, quod etiam vi-
detur de iure, vt notat *Clarus q.31.n.8. verſ.
hæc eſt quadā, &c.* nam ſicut in legitimatione
proceſſus, quæ fit cum Reo præſente Iudex
ſtudet, quod citetur reus, & ipſo citato de-
nuò teſtes repetantur, ita in legitimatione
proceſſus, quæ fit contra abſentem. opor-
tet, quod intercedat aliquid, quod gerat
2 vicem repetitionis, & hinc eſt, quod mo-
nitorium, ſeu libellus inquiſitionis debeat
continere factum, prout in proceſſu pro-
batum fuerit, & quidquid reo obijcitur, vt
paratus veniat, ſi comparere deliberat *tex.
eſt in cap. præterea de dilation.* ibi: *Si ex reſcripto
ſibi tranſmiſſo plenè potuit inſtrui, &c.* & ſubdit
*gloſſ. in verbo plenè hæc formalia verba, quia in li-
teris continetur, quid velit petere, & cauſa petendi,
& qualiter agere velit, & res à parte ſpecificatur,
quod facere debet, qui aliquid petit*; & ratio eſt,
3 quia monitorium loco libelli contumaci
reo tranſmittitur, vt dicit *Mandoſ. tract. de
monitorio quæſt. 38. verſ. opin. affirmatiua, &c.*
idcircò debet eſſe certius, ad hoc, vt reo ſit
4 magis aperta via defenſionis, & ſic debet
factum, locum, & tempus, ac circumſtan-
tias omnes continere: *Cyriac. controu. 448.
num. 54. & ſeqq. lib. 4.*

Nec dicatur ſufficere intimaſſe reo deli-
cti ſpeciem, puta delictum mandati per re-
lationem ad proceſſum, ac proindè com-
parere teneatur, ſi plenè inſtrui deſideret,
5 quia monitorium ſecundum eius propriū
nomen non eſt relatio, ſed certioratio, ſeu
intimatio eorum, quæ contra contumacem
in proceſſu cumulantur, quibus nō intima-
tis maior nullitas exindè reſultat iuxta *tex.
in l. libellorum ff. de accuſat. Cartar. de capto ban-
nito cap. 1. num. 386.* vbi dicit, quod de con-
ſuetudine neceſſarium eſt, quod totus te-
nor inquiſitionis inſeratur. *Clarus quæſt. 31.
num. 6.* imò, vt dicit *Honufrius de Peruſio conſ.
28. par. 1. diuerſ. num. 18.* licet committatur
furtum rei, quæ ſit aliena, quamuis ignore-
tur perſona Domini *l. falſis §. qui alienū, ff. de
furtis l. cum quærebatur C. vnde vi.* tamen in
inquiſitione debet exprimi cū ſit de forma,
& defectus formæ vitiet *d. l. libellorum ff. de
accuſat.* ita eſt in monitorio, quod loco in-
quiſitionis habetur.

Et ſi replices, quod ſatis in monitorio ex-
preſſum videtur, puta (vt dixi) delictum
mandati, dum qualitas mandati perſona,
cui mandatum fuerit datum, contra quem
fuerit datum, & locum, & tempus, qui-
bus fuerit datum exprimitur, idcircò Fi-
ſcus non indigeat in prædicto monitorio
aliquid aliud exprimere. Reſpondetur,
6 quod monitorium contra abſentem tranſ-
miſſum habetur loco conteſtationis litis,
ac legitimationis proceſſus, vndè ſicut in
litis conteſtatione, & legitimatione proceſ-
ſus, & præcipuè in legitimatione, quæ fit
per confrontationem publicantur omnia
7 ea, quæ in proceſſu probata ſunt contra
reum ita pari modo in monitorio, ſeu in li-
bello inquiſitionis publicari oportet, aliàs
abſens pro contumace haberi non poteſt:
*auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport.
Bald. in l. prius num. 30. C. de ijs, qui accuſar.
non poſſ.* Vltra quod monitio, ſeu intimatio
facta, ſeu facienda reo abſenti, non debet
8 eſſe vaga, ſed ſpecifica, & determinata, ita
vt ſufficienter manifeſtet delictum, & eius
qualitates, ac modum, quo factum ſit de-
9 lictum: vndè manendo in exemplo delicti
mandati, quod cum duplex ſit: vnum ver-
bis expreſſis datum: alterum præſumptum,
10 quod pariter duplex eſt: vnum ſcilicet præ-
ſumptum ex parte ſecretæ allocutionis ad
aures prætenſi mandatarij factę: alterum ex
parte verborū alicui dictorū, puta famulo,
ſcilicet dicendo ei, ne redeas domum, niſi
ſentiam aliquid noui de illo negotio: iuxtà
doctrinam *Bart. in l. ſi ventri §. fin. num. 1. ff.
de priuil. cred. & in l. ſi quis mihi bona §. pater
Seio ff. de acquir. hæred.* cum ergò in moni-
torio nōn exprimeretur, cuius ſpeciei ſit
mandatum, an ſcilicet ſit ex verbis expreſ-
11 ſis, aut præſumptis datum. Monitorium
non videtur ſpecificum, & ſufficiens ad ar-
ctandum Reum, ad comparendum, cum
non poſsit deliberare quid agere ſibi opor-
teat circa præparandas defenſiones; ſi com-
parere intenderet, & per conſequens non
legitimaret proceſſum, cum ex illo moni-
torio non reſultaret confeſsio. Nam mo-
12 nitio, ſeu citatio ad duos effectus fiunt, vt
docet *Bald. in l. cum fratrem num. 9. C. de his,
quibus, vt indigen.* primus vt poſsit delibera-
re ad comparendum: Secundus, vt de prę-
paratione ad ſe defendendum ſtudeat, quia
monitorium principaliter eſt propter defē-
ſiones faciendas, quæ ſunt de iure naturali,
vt dicit *Bald. in l. executorem num. 107. C. de
execution. rei indic. Surd. conſ. 227. num. 16.* ideò
ſecundum veriorem, & magis receptam
opinionem requiritur, quod monitorio-
13 rum ad illius validitatem contineat nō ſo-
lum tempus, & locum mandati, immò
etiam quibus verbis, ſcilicet imperatiuis,
vel

vel exortatiuis, aut quibus aliis modis fuerit mandatum impoſitum, vt dicit *Vermigl. conſ. 79. num. 20.* & citat *Corn. conſ. 57. num. 1. & 2. lib. 4. Monticell. in practic. crimin. reg. 7. num. 66. & ſeq. & num. 69.* dicit, quod neceſſarium ſit exprimere in eo qualitatem verborum, quibus mandans prætenditur fuiſſe vſus, aliàs fruſtra intimatur delicti mandatum, quia ceſſante hac expreſsione nihil agitur: *textus eſt in l. ſi is, qui rem 68. §. ſi tu Titium vbi Bart. num. 2. ff. de furtis: Boſſ. tit. de delictis num. 35. Farin. quæſt. 3. num. 1.* &
14 per conſequens nulla ex huiuſmodi monitorio poterit reſultare legitimatio proceſſus, quia ex eo nulla poterit oriri confeſsio.

Idem pariter ſeruari oportet in cauſa hæreſi: nam quando graue ſit ſcelus in fidem commiſſum, nec tamen liceat delinquentem capere; quoniam, vel latitat, vel ſui copiam facere non vult, tunc verbaliter per literas eſt citandus, in quibus cauſa eſt exprimenda, vt dicit *Pengna ad Emericij directorium inquiſitorum commentat. 33. lib. 3. fol. mihi 497.*

An captus ante ſententiam, ſed poſt terminum banni elapſum, quo caſu habetur Reus pro confeſſo ſecundũ Ægydianam in cap. 10. lib. 4. poſſit pro repetitione teſtium audiri.

Quæſt. CXCVIII.

SVMMARIVM.

Ex Conſtitutione Ægydiana cap. 10. lib. 4. *reus pro confeſſo, & contumace habetur, niſi in termino banni comparuerit, quo elapſo poteſt diffinitiuè condemnari abſque alia citatione. num. 1.*

Ex ficta confeſſione ob dictam contumaciam proceſſus dicitur legitimatus, , nec indiget alia teſtium repetitione. num. 2.

Contumacia habetur pro præſentia. num. 3. Declara. num. 14.

Reus ad hoc vt habeatur pro verè contumace, attenta dicta conſtitutione requiritur Iudicis declaratoria, aliàs nullum ius acquiritur Fiſco. num. 4. Declara. numer. 5. & 15. Contrarium. numer. 7.

Verbum habeatur *eſt præſentis temporis. numer. 6.*

Ad Fiſcum ſpectat onus probandi delictum. num. 8. & num. 13.

Contumacia relenat Fiſcum ab onere probandi. nu. 9.

Contumacia de iure non reſultat ex ſola non comparitione, ſed requiritur etiam declaratio Iudicis. numer. 10. Amplia id procedere etiam attenta dicta conſtitutione. num. 11. Declara. num. 12.

AD huius quæſtionis euidentiam ſciendum eſt, quod poteſt dari ficta cõfeſsio ſine Iudicis ſententia, prout colligitur ex
1 *AEgydiana conſtitutione in cap. 10. lib. 4.* vbi Reus habetur pro confeſſo, & conuicto, & verè contumace, niſi in termino banni, vel infra dictum terminum comparuerit, quo caſu videtur poſſe diffinitiuè cõdemnari abſq; alia notificatione banni, uel alia citatione,
2 & ſic ſtante dicta ficta, & ſimplici confeſſione, quæ operatur idem, quod uera; dici poteſt, quod proceſſus fuerit legitimatus, & non indigere alia teſtium repetitione, & ratio eſt, quia cum contumacia habeatur
3 pro præſentia, ut dicit *Bald. in l. nec quicquam §. vbi decretum num 12. ff. de off. Proconſulis.* idcircò teſtes cenſentur legitimè examinati, ueluti recepti in præſentia dicti inquiſiti.

Verum quia prædicta cõſtitutio habeat
4 reum non comparentem infra terminum banni pro non perfectè confeſſo, ſequitur, quod Iudicis declaratoria neceſſaria ſit, ut tradit *Cartar. de capto bannito cap. 1. nu. 171. 191. 197. Scaccia de iudicijs cap. 97. num. 73.* ubi confutando contrariam opinionem, iſtam tenet pro ueriori, & indubitata, ut in *verſ. contraria tantum*, ſcilicet quod non ſequuta iſta declaratione Iudicis nullum ius Fiſco acquiſitũ fuit, ut notat *Bart. in l. 1. ff. de iure Fiſci per gloſſ. in l. arbiter intra certũ ff. de arbitr.*
5 Et quod ſupra dictũ eſt procedere videtur, ſtante quod diſpoſitio prædictæ Conſtitutionis loquitur ſimpliciter, quod habeatur pro confeſſo, & conuicto, uerbum
6 enim *habeatur*, cum ſit præſentis temporis, accipiatur pro lata ſententia, & ſic intelligi debeat ipſo iure; vel ſi credendum ſit *Cartario de capto bannito cap. 1. nu. 190. & Farin. quæſt. 11. n. 102. verſ. licet enim* debet intelligi quatenus Iudex per ſentẽtiam declarauerit per *tex. in l. eius, qui delatorem ff. de iur. Fiſci.*
7 Et quãuis de iure dictæ conſtitutionis non uideatur neceſſaria dicta declaratoria, eò quia prædicta conſtitutio nihil quod Iudicis miniſterium requirat, iubet exequendum, ueluti cauſæ cognitionem, ut poſtea ſequatur interloquutio: *Bald. in cap. Vaſſallus il ſecondo num. 2. verſ. conſidera ſi de Iud. fuerit controuer.*

Attamen, retenta ſupradicta tutiori ſẽtentia

8 tia, dicimus Fiſco incumbere probationem
delicti, & ſic repetitionem teſtium in in-
formatiuo examinatorum, & huius ſen-
tentiæ confirmatio pendet ex eo: an ſtante
prædicta conſtitutione uerè reus ſit contu-
9 max poſt lapſum terminum banni, cum
contumacia ſit illa, quæ releuat Fiſcum ab
onere probandi ex allegatis *à Scaccia de Iud. lib. 1. cap. 97. num. 74.* ac alibi paſsim, & in
ſpecie repetitionis teſtium tradunt *Clarus
quæſt. 45. nu. 13. circa finem verſ. licet enim,
Scialoia in prax. Iuriſdic. cap. 4. num. 7. verſ. ſed
omnia.*

10 Contumacia enim de iure non reſultat
ex ſola non comparitione, ſed requiritur
etiam declaratio Iudicis, vt teſtat. *Clarus
quæſt. 44. num. 8. Boſſ. tit. de bannit. nullit. n. 7.
in fine cum pluribus alys, quæ per Scacc. in dicto
cap. 97. num. 74. verſ. contraria opinio, & n. 112.
verſ. ſecundo opinio.*

Neque conſtitutio ſupradicta tollit, vt
ſupra dixi, hanc declarationem per verba
11 illa *habeatur pro contumace,* cum non impor-
tent canonem latæ ſententiæ ipſo iure, vt
in ſpecie dictæ conſtitutionis loquuti ſunt
*Farin. d. quæſt. 11. num. 102. ſub dicto verſ. licet
enim iuncto verſ. verius tamen eſt, ac Scaccia dicto
cap. 97. num. 110. & facit gloſ. in cap. ſi diligenti
in verb. cauſam pendant de foro competenti*, vbi
dicitur, quod per hæc verba pro condem-
nato habeatur non feratur ſententia, ſed
feri mandatur *Gemin. in can. ſi quis ex clericis
num. 3. diſt. 23.*

12 Vnde fit, quod ſaltẽ vigore huius cõſtitu-
tionis declaratio prædicta ſuppletur per diſ-
finitiuam ſententiam ſuper condemnatio-
ne ferendam, vt notat *Cartar. de capto bannito
cap. fin. num. 174. verſ. verum quando Farin. dicta
quæſt. 11. dicto num. 102. verſ. limita 2. Scaccia de
iudic. d. cap. 97. num. 74. circa finem & Scialoya in
prax. forind. cap. 7. num. 10.* & conſequenter
ceſſante dicta declaratoria ante ſententiam
13 diffinitiuam, reſultat, quod Fiſco incũbat
onus probandi, & ſic repetendi teſtes prout
incumberet ante bannum, vt in ſpecie pon-
derant *Farin. Scaccia locis proxime citatis*, &
hanc ſententiam per antea viſi ſunt tenere
*Bart. in dicta l. eius, qui delatorem n. 2. ff. de iure Fi-
ſci Bald. in l. transfigere num. 34. verſ. & facit ad
ita tuta C. de tranſactio. Nellus de Bannitis 3. par.
primi temporis quæſt. 10. verſ. ſuper ſecundo Mar-
ſil. eodem tract. de Bannitis verb. contumaciam
num. 50. & in practic. §. poſtquam num. 33. & ſeqq.
Boſſius tit. de literis Princip. num. 5. verſ. ſed quan-
do docens*, quibus addi poteſt *Baiard. ad Cla-
rum quæſt. 44. nu. 74. verſ. accedat* dicens, quod
omnino ſuper huiuſmodi contumacia re-
quiratur declaratio.

Et ad ea, quæ adduximus de iure dictæ
cõſtitutionis, nimirum quod non requira-
tur declaratoria, reſpondetur, & primo ad
14 illud, quod contumacia habeatur pro Rei
præſentia, & ſic non requiratur declaratio,
quaſi teſtes fuerint recepti in præſentia in-
quiſiti ad inſtar legitimationis per confrõ-
tationem, dicimus, quod licet contuma-
cia ſonet in præſentiam inquiſiti hoc pro-
cedit quo ad litis conteſtationem, quæ per
contumaciam videtur inducta in non re-
ſpondendo inquiſitioni, & banno, vt dicit
*Bald. in l. prius nu. 3. verſ. quandoque C. de his,
qui accuſare non poſſ. Clarus quæſt. 14. num. 13.*
non autem quo ad legitimationem, quæ
minime fieri poteſt per contumaciam, ſed
per ſententiam Iudicis, vt ſupra dixi in quę-
15 ſtione 205. & ſic pro reſponſione ad ſe-
cundum nimirum, quod conſtitutio præ-
dicta nihil, quod Iudicis miniſterium re-
quirat iubet exequendum, dicimus, quod
ſola banni exequutio, & termini lapſus im-
portant, quod Iudex aduertat, & cognoſcat
ſi ritè, & rectè ſe habuerant, quæ cognitio
requirit Iudicis miniſteriũ, vt cognoſcat ſi
ex illis reſultare poſsit confeſsio, & ſic dici
non poteſt, quod non ſit neceſſaria decla-
ratoria; nam confeſsio non ſe habet, vt
actus, quæ ipſo facto afficit, vt dicitur de
infamia *Bald. in l. 1. num. 5. ff. de his qui not. in-
fam.* ſed ſe habet, vt actus, qui reuocari po-
teſt in dubium, ac proinde requiritur de-
claratoria ſecundum ea quæ docet *Bald. in
l. iubemus §. ſane ſub num. 8. C. de ſacr. Sanct.
Eccleſ.*

An Monitorium à Iudice commiſſum, vt exequatur, vel perſonaliter, vel domi, vel ad valuas reddat Reũ cõtumacem ſi Nuncius referat illud feciſſe domi, & ad valuas, & omnia alia feciſſe prout habuit in mandatis.

Quæſt. CXCIX.

S V M M A R I V M.

Forma exequendi monitorium duplex eſt, & quæ. num. 1.

Relatio generalis à Baiulo facta per verba, & alia feciſſe, prout habuit in mandatis, *quando, & quomodo procedat. num. 2. cum multis ſeqq. & per tot.*

Statutum faciens ſpeciale Ius vltra ius commune, illi aliquid addere intelligendum venit. num. 4.

Statutum inductum ad iuris communis confirmationem

non

non debet operari contrarium. num. 5.

Statutum diſponens ſuper eo ſuper, quo ius non diſponit nec ius ſuper eo dat formam aliquam debet in omnibus ſe conformari, & regulari ſecundum ius commune. num. 7.

Nuncius debet ſe conformari cum modo à Iudice ſibi præſcripto. num. 8.

Relatio generalis valet cum ſe referat ad illud, quod Iudici certum eſt. num. 9. declara ibidem.

Nuncius in relatione ſubiugens omnia feciſſe ſecundum ius commune, & formam ſtatutorum nihil agit. num. 10.

Citatio ſeu monitorium de iure exequi primo debet perſonaliter deinde domi. num. 11.

Citatio ſeu monitorium per conſuetudinem, & ſtatutum poteſt exequi domi tantum. num. 12.

Conſtitutio Marchiæ in cap. 10. lib. 4. quomodo intelligatur. num. 13.

Alternatiua non electionem, ſed ordinem ſignificat. num. 14.

Monitorium exequendum, vel perſonaliter, vel dodomi, vel ad valuas vti caſus mixtus non comprenditur ſub diſpoſitione ſtatuti. num. 15. quamuis indefinite loquentis. num. 16.

Quando iudex alternatiue committit citationem ſufficit, quod domi exequuta ſit. num. 17.

Lex & Iudex rationabiliter operari debent. num. 18. ideò committens, quod citatio exequi debeat, vel perſonaliter, vel domi, vel ad valuas non cenſetur fruſtratorie, ſed ordinate commiſiſſe. num. 19.

ET vt difficultas huius
quæſtionis guſtetur;
1 ſciendum eſt, quod
dupliciter forma exequendi monitorium
præſcribi ſolet vno
modo in ſpecie, ſcilicet quando committitur Baiulo vt citet reũ
perſonaliter, ſi perſona reperiri poteſt, ſin
minus citet domi ſolitæ habitationis: alio
modo in genere, videlicet quando alternatiuè committitur Nuncio citare, vel perſonaliter, vel domi ſolitæ habitationis,
prout eſt caſus huius quæſtionis.

2 Primò caſu bene procedit illa generalis
relatio, & alia feciſſe prout habuit in mandatis; quia iſta generalis relatio ſe refert ad
factum certum, quod à baiulo poteſt bene
percipi, & à ſe optime perfici, vt dicit
Guazz. defenſ. 10. cap. 4. num. 6. Baron. de citat. quæſt. 43. num. 19. circa finem Vbertus pariter de cit. cap. 12. num. 319. verſ. puto vtramque: vbi dicit, quod iſta commiſsio continet vnicum
modum citandi, vt puta in perſonam cum
ſpecificatione, quod ſi perſona non inueniet, tunc ad domum præſentet citationẽ,
& ſic ſi Nũcius referat reũ citaſſe, prout habuit in mandatis, ſine dubio talis relatio
valet, quia eſt certa, vt referens ſe ad mandatum; quod eſt certum *Alex. conſ. 2. num. 7. lib. 3.*

3 Secundò modo non procedit dicta generalis relatio, quia continet plures modos citandi inter ſe diuerſos, & incompatibiles; ſed iterum diſtinguendum eſt;
aut modus iſte præſcribitur à ſtatuto, ſeu
aliqua alia conſtitutione, aut à Iudice: Si
præſcribitur à ſtatuto, tunc cum ſapiat electionem, vt dicit *Abb. conſ. 42. num. 2. lib. 2.*
bene procedit illa generalis relatio *Bart. in l. 4. §. prætor. ait nu. 12. & 15. ff. de damno infecto,*
quem ſequitur *Vbert. de citatio cap. 11. nu. 253.*
4 & ratio eſt, quia cum ſtatutum iſtud faciat
ſpeciale ius vltra ius commune, intelligendum eſt, vt ei aliquid addat, ſed contrariũ
tenet *Baronus tract. de citat. quæſt. 12. num. 30. verſ. ego vero &c.* & adducit rationem; quia
5 ſtatuta, inducta ad iuris communis confirmationem, non debent contrarium operari ita decidit *Carolus Grimald. in additione ad practic. M.C.V. Nuntij Tartagliæ ad cap. 1. verſ. conſtitutio;* idcircò denuo diſtinguendum
6 puto, quod aut ſtatutum diſponit ſuper
executione citationis, & tunc alternatiua
poſita in citatione ſtat in electione Nuncij,
propterea ſufficit retuliſſe, & alia feciſſe
prout habuit in mandatis; aut diſponit ſuper citatione, nempe committendo nouam
citationem in caſu, in quo de iure citatio
fieri non debet, & tunc alternatiua prædicta importat ordinem, & ratio eſt, quia
7 cum diſponat ſuper eo, ſuper quo ius non
diſponit, nec ius ſuper eo det aliquam formam, debet regulari ſecundum ius commune, & illi ſe in omnibus conformari, &
ſic citatio primò ad faciem: ſecundò ad domum eſt facienda, vt bene ſic diſtinguendo aduertit *Vbertus de citatio. cap. 8. num. 77.* Si
vero præſcribitur à Iudice, qui ſuper ius
diſpenſare non poteſt, tunc neceſſarium eſt
ſeruare ordinem iuris, cui ſe conformare
cenſetur; nempe quod prius perſonaliter
Reus citetur, & ſi factis diligentijs de eum
reperiendo, & non fuerit repertus, tunc ad
domum ſolitæ habitationis citatio facienda
eſt *Bart. in dicta l. 4. §. prætor ait ff. de damno infecto;* & ratio eſt, quia cum hic ordo ſit certus Iudici, & incertus Nuncio, qui igno-
8 rat, quæ iuris ſunt oportet, vt dictæ certitudini ſe conformet, & ſic cum modo à Iudice ſibi præſcripto, quia non ſpectat ad Nũcium eligere, ſed obedire.

Et quamuis contrarium ſentiat *Bald. in l. properandum §. ſiquidem num. 12. C. de iudicijs Vant. tract. de nullitate ex defectu citat. num. 95.* &
alij. quos recenſet *Oſach. deciſ. 128. num. 2.* ni-

mirum, quod relatio Nuncij generalis va-
leat, cum ſe referat ad illud, quod Iudici
9 certum eſt, tamen dicitur, quod retentis
ſupradictis diſtinctionibus, obiectum pro-
cedere in citatione ordinata à Iudice, & ipſi
Nuncio commiſſa, non autem in citatione
alternatiue concepta, & ſic ſibi incerta, &
licèt hæc ſit certa Iudici, tamen ipſi Nun-
cio eſt incerta, cum de ijs, quæ ſunt iuris
nihil percipiat ita *Scaccia de iudicijs cap. 48.*
num. 7. verſ. ſi vero &c. immo ſi Nuncius in
relatione ſubiungeret omnia feciſſe ſecun-
10 dum ius commune, & formam ſtatutorum
nihil ageret quia cum ſit ignarus iſtorum
iurium non eſt pro eo præſumendum *Aſi-*
nius in ſua praxi §. 9. cap. 6. num. 1. in fine.

Nec auctoritates *Farinaccij in quæſt. 11. n. 41*
Cartar. de capto bannito in cap. fin. num. 182. &
aliorum per dictum Farin. allegatorum annubi-
lant ea, quæ ſupradiximus; nam hæc au-
ctoritates loquuntur in caſu ſimplicis cita-
tionis; & monitorij; ſcilicet quando com-
miſſa fuerit ſimpliciter nulla præſcripta for-
ma illius executionis: nam tunc quia de
11 iure deberet ordinate fieri; primo ſcilicet
perſonaliter, deinde domi, vt ex *l. ſcire opor-*
tet ff. de excus. tutorum vbi Bart. & alij in illis
verbis oportet autem ei manifeſtari à Præ-
ſidibus, vel in faciem, vel ad domum per
conſuetudinem, & ſtatuti diſpoſitionem
poterit exequi domi tantum, nullo iuris
12 ordine ſeruato, vt quotidie fit per curſores
vrbis, & mandatarios, & ita etiam diſpo-
nere dicunt *conſtitutionem Marchiæ in cap. 10.*
lib. 4. ibi & fiat citatio perſonaliter de ipſo citando,
vel ſaltem ad domum habitationis; quamuis etiã
13 de iure dictæ conſtitutionis contrarium
dici poteſt; tum quia dicta conſtitutio in-
telligi debeat ſecundum ius ciuile *cap. ex li-*
teris de conſtit. cap. cum dilectus de cleric. non re-
ſid. tum quia illa dictio, *vel ſaltem* eſt dictio
ſubſidialis, vt in *cap. ſtatutum §. cum vero de*
reſcrip. in 6. Caſtren. conſ. 79. num. 7. verſ. contra-
trarium lib. 1. immò cum etiam alternatiua
14 non electionem; ſed ordinem ſignificet *l.*
cum prætor §. 1. ff. de leg. 1. tum tandem quia,
cum diſponat idem, quod diſponit ius cõ-
mune, loquendo per eadem verba legis, &
per eamdem alternatiuam; idcircò inter-
prætari debet ſecundum ius commune *l. 2.*
C. de non. ation. quem textum ita ſummat
Bald. ibidem Alex. conſ. 5. num. 2. lib. 2.

Quo circa cum caſus noſter ſit caſus mix-
tus connotans formam, quamdam à Iudi-
ce perſcriptam de dicto Monitorio exequẽ-
15 do, vel perſonaliter, vel domi, vel ad val-
uas non afficitur ab auctoritatibus deſuper
in contrarium adductis, ſed limitatiue ab
eis recedit, vt idem *Farin. dict. d. qu. 11. n. 41*

verſ. & nihilominus, & intelligitur ac ſi Iu-
dex dixerit, vel perſonaliter ſi perſona ha-
beri poteſt, ita declarat *Vbert. de citatio. qu. 43.*
num. 19. lib. 1.

Et quod dictus modus alternatiue con-
ceptus habeat vim formæ patet, tum de
iure, quia, vt dixi, præſumitur Iudicem
ſe iuris ciuilis diſpoſitioni conformare vo-
luiſſe; tum de mente Iudicis, quia non
præſumitur Iudicem vti miniſtrum legis
actum fruſtratorie facere, ac otioſe verba
illa inſerere per ea, quę expreſsè tradit *Vant.*
de nullitate cit. num. 83. cum ibi alleg. cum po-
tuerit ſe voluiſſe conſuetudini, confor-
mare.

Nec dicatur, quod prædicti DD. & con-
ſtitutio loquantur indefinite quaſi uelint
intelligere de omni caſu, tam ſimplicis,
quam mixtæ citationis, & ſic quod ſuffi-
16 ciat ad domum fieri ex ui alternatiuæ, cu-
ius ſufficit unam partem adimpleri, ut di-
cit *Cartar. d. cap. fin. num. 182.* quia loquuntur
de alternatiua ſtatuti quando in monitorio
uel citatione nullam omnino explicitam,
uel implicitam formam Iudex præſcripſe-
rit, tunc cũ ſtatutum aliquid addat iuri cõ-
muni intelligitur iuxta propriam naturam
alternatiuæ, nimirum, quod electiue, &
non ordinatè, prout ius ciuile requirit ci-
tatio exequeretur *Bart. in l. dies cautioni 4. §.*
ait Prætor. num. 13. & 15. ff. de damno infecto
Vbert. de citat. cap. 11. num. 253. verſ. conſidero,
nõn autem loquuntur de adimplendo de-
cretum hominis, ſcilicet Iudicis, uidelicet
diſponendo, quod quando Iudex alterna-
17 tiuè commiſerit citationem, uel monito-
rium ſufficiat domi tantum exequi hoc
enim prædicti DD. non dicunt, nec prædi-
cta conſtitutio ſuper hoc diſponit, immo
uti caſus diuerſam formam continens ad
vnguem debet adimpleri, ut tradit idem
Farin. dicta quæſt. 11. num. 36.

Quod autem prędictus modus in citatio-
ne, uel monitorio ſic præſcriptus contineat
diuerſam formam ſatis patet ex ijs, quæ
tradunt *Alex. conſ. 2. num. 3. & 4. lib. 3. Vbert. de*
citat. cap. 7. num. 241. & hoc ſuadet ratio, quia
Iudex in hoc caſu diſponit ultra conſuetu-
dinem, & ſtylum; & ne fruſtratorie, im-
mò nulliter uideatur diſpoſuiſſe interpræ-
tari debet, ut actus potius ualeat, ſcilicet
quod ſe iuri communi conformari uo-
luerit, alias ſine ratione egiſſe uideretur. *l.*
Saluius Ariſto ff. de leg. preſt. Roland. conſ. 427.
18 *num. 39. lib. 3.* nam lex, & Iudex, qui mini-
ſter legis eſt rationabiliter operari debent
Bald. in rub. ff. de reb. creditis num. 5. verſ. ſi com-
peteret, & in l. 11. numer. 16. ff. de lib. & poſth.
cum nullum agens rationabile agat fruſtra;
quo

Digitized by Google

quo circa cum Iudex in citatione, ſeu monitorio diſpoſuerit illud exequi, vel perſonaliter, vel domi, vel ad valuas rationabiliter intellexiſſe videtur, nempè quod prius perſonaliter, ſi perſona haberi poſſit; dein-
19 dè domi, & poſtea ad valuas, & ſic ordinem & formam quamdam præſcripſiſſe cenſeatur, alias fruſtatoriè egiſſet, quod non eſt dicendum de Iudice miniſtro legis iuxta ea quæ tradit *Guazzin. defenſ. 10. cap. 4. numer. 6. Baronus de citation. quæſt. 43. num. 19. circa fin. Vbert. de eod. cap. 12. num. 319. verſ. puto, Alex. dicto conſ. 2. num. 7. lib. 3.*

Quomodo ficta confeſſio legitimet proceſſum.

Quæſtio CC.

SVMMARIVM.

Legitimatio quæ prouenit ex vera, ſeu ficta legitimatione nihil roboris præſtat depoſitionibus teſtium, & quare. num. 1.
Ficta confeſſio non validat nullitatem proceſſus. nu. 2. Declara. num. 9.
Fictio, & veritas ſunt contraria. num. 3.
Fictio eſt in ſe certa contraria veritati pro veritate aſſumptio. num. 4.
Leges quæ loquuntur de vera confeſſione extenduntur ad fictam. num. 5.
Sicut vera confeſſio validat proceſſum, ita, & ficta. num. 6.
Ficte confeſſus non appellat. num. 7. Quod non procedit quando Reus habetur pro confeſſus. num. 8.

HVius concluſionis dubitatio videtur procedere ex eo, quod legitimatio, quæ prouenit ex ficta confeſſione,
1 ſicut, & legitimatio, quæ prouenit ex vera confeſſione nihil roboris, & firmitatis præſtat depoſitionibus teſtium nam ſi prædictæ confeſſiones reſoluuntur propter aliquem defectum, ſeu vitium, nullitatis proceſſus redderetur ad ſimplicem informationem quæ poſtea indigeret aliqua legitimatione, vt quotidiè practicatur contra Reos admiſſos ad nouas defenſiones præcipuè quando nullitas reſultat à contumacia nulla, patet, quia ficta confeſſio non validat
2 nullitatem proceſſus, vt notat *Farin. quæſt. 11. num. 32. verſ. & conſtitut. Py IV. & Py V.*

Ad euidentiam autem iſtius difficultatis ſciendum eſt, quod legitimatio habet ſe, vt modus quo Fiſcus ſuas probationes iuſtificat, & confeſſio ſit probatio veritatis quomodo ergo per fictam confeſſionem veri-
3 ficari poſſint teſtiũ depoſitiones cum fictio & veritas ſint contraria, *Bald. in l. 2. num. 2. C. quomodo, & quando.* & in *l. multum num. 38. verſ. in contrarium, C. ſi quis alteri*: Reſponde-
4 bitur, quod fictio eſt in ſe certa contraria veritati pro veritate aſſumptio, vt dicit *Bald. in l. ſine poſſidetis nu. 12. C. de probation.* idcircò ſufficit, quod illud ſuper quo fingitur ſit poſſibile, verum nam fictio ſe nunquam extendit ad ea, quæ ſunt impoſſibilia, *gloſſ. in l. talis, ff. de leg. primo, §. minorem inſtit. de adopt.* Vndè cum teſtium depoſitiones poſſibile ſit, quod verificari poſſint per veram confeſſionem ſi reus eſſet præſens hoc tribuitur fictæ confeſſioni, quæ loco veræ confeſſio-
5 nis admittitur, immò æquiparantur, & ideò leges, quæ loquuntur de vera confeſſione extenduntur ad fictam confeſſionem, *Nellus de bannit. 1. parte ſecundi temp. quæſt. 49.* cum eumdem effectum operetur ficta confeſſio quem operatur vera, *Roland. conſ. 31. num. 7. lib. 1. Bertazzol. conſ. 32. nu. 18.* ac proindè quemadmodum vera confeſſio
6 validat proceſſum criminalem alias inordinatum, & nullum, iuxta notat. per *Bartol. in l. confeſſus, ff. de cuſtodia reorum*, ita, & ficta confeſſio validare dicitur, vt per *Bartol. conſil. 100. Marſ. conſ. 46. num. 19.* dum ergo validat ſequitur, quod, & illum verificet, & per conſequens legitimet.

Confirmatur, quia confeſſus ficta confeſ-
7 ſione ſi ſit etiam conuictus per teſtes non appellat, quod dat intelligi, quod teſtes, qui reum cõuincerent legitimati ſint per ſubſequentem fictam confeſſionem, quod ſi non fuerint validati, & per conſequens legitimati non impediretur appellatio, quod non procedit quando Reus fuerit habitus pro
8 confeſſo ex ſola contumacia, *Cartar. de capto bannito cap. 1. num. 63. & ſeqq.*

Non obſtat, quod ſupra diximus, nimirum quod ficta confeſſio non validet pro-
9 ceſſum, quia iſtud procedit quando proceſſus per ſe eſt nullus quo caſu non ſolum ficta confeſſio non validat proceſſum, ſed ipſe proceſſus inualidus annullet confeſſionem, vt puta ſi proceſſus fuerit fabricatus à non habente iuriſdictionem, vt docet idem *Cartar. de capto bannito cap. fin. num. 218.*

An

An legitimatio per fictionem dicatur perficere proceſſum informatiuum.

Quæſtio CCI.

SVMMARIVM.

Per fictam confeſſionem ſuppleri non poteſt litis conteſtatio. num.1. Declara. num.2.
Perfectum duobus modis dicitur, & quale. num.3.
Ficta confeſſio verè non probat delictum. num.4.
Legitimatio proceſſus in contumacia non reſultat niſi ex condemnationis ſententia. num.5.

CVM legitimatio per fictam confeſsionem cadat ſuper proceſſu informatiuo ex ſui
1 natura imperfecto, eo quia reus, nec examinari, nec cõſtitui poteſt, ſtante eiuſdem Rei cõtumacia ſequi videtur, quod confeſsio ficta, & ſic legitimatio per fictionem non perficiat dictum proceſſum, nam examen cum Reo faciendum eſt pars perficiens proceſſum informatiuum qua parte proceſſus per cõtumaciam Rei priuatus exiſtit, ideò deficit in
2 illa parte quæ dicitur litis conteſtatio, quæ per fictam confeſsionem ſuppleri non poteſt;

Dices, quod abſens, qui non vult litem conteſtare, tunc dicitur recipi inter Reos, & cum eo fit litis conteſtatio, quando per notabilem contumaciam Rei, qui vocatus non vult reſpondere, ſeu comparere nam contumacia in præiudicium contumacis operatur idem, quod reſponſio *Auth. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oportet*, vbi contumacia habetur pro præſentia, *Bald. in l. prius num.30. C. de his qui accuſ. non poſſunt*, & in *l. nec quicquam nu.12. ff. de offic. Proconſulis*: ergo ſi contumacia videtur ſupplere defectum litis conteſtationis, & præſentiæ, ideò proceſſus non videtur dici poſſe imperfectus: Reſpondetur, quod aliquid dicitur
3 perfectum duobus modis, vno modo quando verè perfectum eſt, & conſtat principio, & fine eiuſdem naturæ, alio modo quando fictè perfectum dicitur, & non conſtat verè de principio, & fine ſimilibus: primus modus poteſt applicari proceſſui contra præſentem fabricato in quo Reus fuerit cõſtitutus, & examinatus, cuius examen eſt finis proceſſus informatiui, correſpondens ſuo principio eiuſdem naturæ; ſecundus modus poteſt applicari proceſſui informatiuo in contumacia fabricato in quo non poteſt examinari inquiſitus, ac proindè imperfectus in hac parte dici poteſt, & licet contumacià ſuppleat hunc defectum, nihilominus imperfectionem non tollit cum lex fingat ſuper eo, quod verè non eſt, ſed illud præſumat verum, ac proindè minus eſt, quam verè ſit, *Bald. in l. ſi quis ſeruo n.11. C. de furtis*, & quod minus eſt imperfectio-
4 nem habet, licet fictione iuris pro perfecto habeatur, & hinc eſt, quod ficta confeſsio verè non probat delictum, *Cartar. de capto bannito cap.1. num.425. verſ. dicimus caſus eſt*.

Dices, quod lex non magis aſsiſtit legitimationi, quæ fit præſente reo quamquod aſsiſtat legitimationi per confeſsionem fictam abſente illo, quoniam ſi in legitimatione præſente Reo, requiritur citatio eiuſdem Rei, quod eſt requiſitum neceſſarium ad legitimationem illamet requiritur in legitimatione Reo abſente.

Reſpondetur, quod legitimatio, vt perfecta ſit, & completa nõ ſolum requirit citationem, ſed proceſſus publicationem teſtiũ repetitionem, ac reũ dantem interrogatoria aut ſaltem habentem facultatẽ interrogãdi teſtes à Iudice ſibi conceſſam, & cætera alia requiſita alias expoſita quæ nõ reperiuntur adhibita. nec adhibẽtur in hac legitimatione per fictionẽ facta, ſed lex illa ſupplet per fictionem, ac præſumit: Vlterius dicitur, quod citatio quæ expeditur contra abſentem non eſt citatio ad videñ: iurare teſtes, prout contra præſentem exequitur, ſed eſt comminatio pœnæ, & condemnationis ad quam deuenitur ſi reus non comparet; idcircò citatio quę fit contra abſentem non reſpicit legitimationem proceſſus, prout reſpicit illa quæ fit contra præſentem, & ſic legitimatio proceſſus in contumacia non
5 prouenit niſi ex mera condemnatione, & ficta Rei confeſsione aſsiſtente, & fauente lege, *Maur. Burg. de modo procedend. ex abrupto quæſt.4. num.7.*

An ficta confeſſio reuocari poſsit.

Quæſtio CCII.

SVMMARIVM

Ficta confeſſio reuocari poteſt. num.1.
Ficta confeſſio dupliciter conſiderari poteſt ad effectum reuocandi illam, & quomodo. num.2.
Appellans à ſententia contumaciali poteſt allegare cauſam, quare non debuerit comparere. num.3.

Qui

Qui perſiſtit in excommunicatione per annum habetur pro confeſſo. num.4.
Contumax docto de impedimento comparendi admittitur ad reuocationem fictæ confeſſionis. num.5.
Remedium admiſſionis ad nouas defenſiones fuit cognitum etiam de iure ciuili. num.6.
De iure contumax non habetur pro confeſſo. num.7.
Contumaces, qui habentur pro confeſſi admiſſi ad nouas, non niſi ad torturam admittuntur. num.8.
Reus tacens in non reſpondendo, & habitus pro confeſſo poteſt reuocare dictam confeſſionem, & allegare cauſam taciturnitatis. nu.9. Declara. ibidem.
Pœna inflicta ob pertinaciam in non reſpondendo duplici de cauſa inferri poteſt. num.10.
Quando contumax in non reſpondendo puniri poſſit. num.11.
Reus recuſans iurare habetur pro confeſſo. num.12.

DE hac quæſtione difusè ſcribit *Marſilius in leg.1. §. ſi quis*
1 *vltro, ff.de quæſtion. nu.66. 67. & 68.* ubi tandem concludit, quod poſsit reuocari: verum quia confeſsio ficta dupliciter conſiderari poteſt, uno modo per reſpectum ad reum contumacem in non ueniendo, ſeu non comparendo; altero modo per reſpectum ad eumdem reum
2 in non reſpondendo ſi conſideramus confeſsionem fictam; primò modo tunc diſtinguimus, aut fuit reus contumax, itaut potuerit uenire, & comparere, & non uenit, & tunc non debet admitti reuocatio confeſsionis, quia in iſta non cadit allegatio erroris cum ſit in culpa in non veniendo, & comparendo; ideò ei imputari debet ſi nihil dixit, vel nihil faſſus ſit, *Bald. in l. ſeruum quoque, §. publicè num. . . C. de probat. & facit conſtitutio Marchiæ in cap.10. lib.4. de qua ſupra diximus, & Anton. de Butr. in cap. fin. de iuram.*
3 *calumn.* dicit quod Reus appellans à ſententia condemnatoria contra ſe lata prætextu fictæ confeſſionis poteſt in cauſa appellationis allegare aliquam iuſtam cauſam propter quam oſtendat, quod non tenebatur comparere, & ſic non debuit haberi pro confeſſo, ſed vbi nullam cauſam oſtendit non eſt admittenda eius appellatio, idem etiam dicit *Franc. de Aretio in conſil. ſuo 147. in 2. col. incipien. viſa Conſultatione allegat. per Marſil. vbi ſupra num.67.* vbi ſubdit, *quod pro hac concluſione videtur facere textus in cap. rurſus 11. quæſt.3.* & *in cap. quicumque;* vbi diſpo-
4 nitur quod ille qui perſiſtit in excommunicatione per annum ob nimiam contumaciam habetur pro confeſſo, & amplius ſuper innocentia non debet audiri, aut Reus fuit contumax in non comparendo, quia impeditus fuit tunc docto de impedimento vero admittitur ad reuocationem cõfeſſio-
5 nis, & ſecundum *Conſtitutiones Pij IV. & V.* ſi fuerit condemnatus admittitur ad nouas defenſiones faciendas, quod remedium
6 etiam de iure ciuili fuit cognitum, *in l. Diui Fratres, ff. de pœnis,* ita *Baiard. ad Clar. quæſt.44. ſub num.31.*

Si verò conſideramus fictam confeſſionem in non reſpondendo puta, quia Reus interrogatus pertinaciter perſiſtens in contumacia non reſpondendi poteſt ſeruatis ſeruandis haberi pro confeſſo, iuxta *textum in l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. action.* quam propoſitionem, licet ſequantur non pauci DD. vt refert *Scacc. de iudicijs in cap.86. nu.49. poſt medium in verſ. quinimo ſecundum ali-*
7 *quos, &c.* tamen ipſe contrariam tenet; tum quia de iure communi contumax non habetur pro confeſſo, tum quia in locis in quibus contumaces habentur pro confeſſi prout in Statu Eccleſiaſtico, & Mediolani, iſti non niſi ad torturam ponuntur, vt per eam, & eius tormentum diſponantur ad reſpondendum, vt idem *Scaccia* optimè notat in *dicto cap.86. num.49. in fin.* nam ſi Reus tacens haberetur pro confeſſo, vtique non eſſet torquendus, ſed condemnandus, *Scaccia ibidem in fine, verſ. ſed mihi hæc ſententia;* Nihilominus dato quod Rei habeantur pro cõfeſsis, & cõdemnari poſsint ſecundũ illos de quibus mẽtionem facit *Scaccia vbi ſupra,* prout aliquando fuit ſeruatũ in quibuſdam Reis non reſpondentibus, qui reiecta tortura extra ordinem fuerunt condemnati veluti contumaces tunc credo, quod ante ſen-
9 tentiã poſsint reuocare dictã confeſsionem, & allegare cauſam ſuæ taciturnitatis ſecundum ea quæ tradit *Lucatell. inſpect.5. nu.192.* immò etiam ſi nõ allegauerint vllam cauſam, quia allegatio erroris eſt neceſſaria ad excludendum conſenſum confitentis, ſed in iſta ficta confeſsione non eſt verus conſenſus, ideò non eſt opus allegare cauſam erroris *, Marſ. dicta l.1. §. ſi quis vltro num.68. circa medium, ff. de quæſtion.*

Verum, quia dixi, quod aliquando Reo pertinaci in non reſpondendo inflicta fuit pœna extra ordinem; ideò ſciendum eſt
10 circa pœnam iſtam, quod dupliciter infertur, aut ratione contemptus, & inobedientiæ in non reſpondendo, vt notat *Clarus in quæſt.45. verſ. ſed pone quod Reus,* vbi refert quod cum quidam Montinus interrogatus ſuper quadam rixa in qua interuenit cum nollet reſpondere, nec iurare, fuit iuſſu Senatus tortus publicè tribus ictibus funis, & deindè reductus ad carceres iurauit, & reſpõdit, aut ratione delicti, & tũc ſi cõtingat
11 quod Reus tortus, vt reſpondeat, & adhuc

in

in pertinacia perſiſtat in non reſpondēdo, ſi Iudex habet teſtes, qui dictū reum conuincant cum ipſo illos confrontare, vel repetere poteſt, & notata per Notarium illius contumacia, & ſeruatis de iure ſeruandis, vt dixi contra eum deueniri poteſt ad ſententiam etiam ordinariam delicti iuxta qualitatem probationum, vt benè notat *Lucatellus in ſuo tract. de quæſtionibus iudic. inſpect. 5. num. 190. & 191.* immò cum
12 noluerit iurare habetur pro confeſſo *ſecundum ſpecul. tit. de iur. calm. §. ſupereſt verſ. quoniam per textum in l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. reor. Caballin. ad Conſtit. Aegid. in cap. 25. n. 82. lib. 4.* idcircò eò magis condemnari poteſt.

An ſi ſententia contumacialis fuerit exceſſiua Reus admittendus ſit ad nouas defenſiones.

Quæſtio CCIII.

SVMMARIVM.

Sententia exceſſiua nullam meretur executionem, ſed debet moderari. num. 1.

Sententia contumacialis exceſſiua, quæ moderari non poſſit operatur, vt reus admittatur ad nouas defenſiones. num. 2.

Contumacia rei in non veniendo in termino Banni facit illum verè confeſſum, & verè conuictum. num. 3.

In banno debet fieri comminatio pœnæ. num. 4.

Si ſententia contumacialis ſolum fuerit exceſſiua, quamuis bannum in alio non eſſentiali claudicaret debet mitigari. num. 5.

Ne delictum remaneat impunitum poteſt extendi pœnalis conſtitutio ad pœnam de iure debitam, licet illa ſit mitior. num. 6.

Nullitas ſententiæ propter exceſſiuitatem non eſt nullitas eradicans virtutem ſententiæ, ſed eſt quædam ineptitudo, quæ non tollit quin eam Iudex moderari valeat. num. 7.

Iudex debet ſequi ea, quæ probantur. num. 8.

Iudex ex proprio officio poteſt moderari ſententiam exceſſiuam. num. 9.

Iudex poſt latam ſententiam non poteſt amplius in ea ſe intromittere. num. 10. Declara. ibidem.

Vbi banniti veniunt ad manus Curiæ ſi ex qualitate indiciorum res non ſit clara venitur ad tormentum. num. 11.

CERTVM eſt, quod ſentētia exceſſiua nullam meretur execu-
1 tionem, vt dicit *Farin. conſ. 101. num. 48.* ſed debet moderari, vt idē *Farin. dicit conſ. 111. n. 9. & quæſt. 11. nu. 62.* quod ſi moderari non poſſit ad nouas defenſiones reus admitti debet, quæ admiſſio cum non proueniat ex nullitate contumaciæ operatur, vt teſtes repeti non debeant: *Bald. in l. ita demum C. de procur. in fine Farin. quæſt. 11. num. 100. & ſeqq. Scanarolus tractat. de Viſit. carceratorum lib. 2. fol. 301. num. 23.* nec reus conſtitui, nec audiri poteſt, ſed iterum nulla præcedente legitimatione condemnari debet, quia contumacia in non veniendo in termino banni, & aliarum ci-
3 tationum fecit illum verè confeſſum, & verè conuictum iuxta Conſtitutionem *Marchiæ lib. 4. cap. 10. & 26. Farin. d. conſ. 111. num. 11.*

Sed dices, quod quando bannum propter eamdem exceſſiuitatem eſt nullum, tunc non obſtante prædicta conſtitutione contumacia eſt nulla, & ſtante dicta nullitate reus non dicitur contumax, & ſic non tenetur comparere *Scanarol. d. tractat. lib. 2. fol. 339. num. 9.* Reſpondetur, quod quan-
4 do bannum in quo debet fieri comminatio pœnæ, vt notat *Bald. in Rubr. C. Comminationes epiſtolas, num. 4. verſ. quæro vna Caball. caſu 181. num. 4.* vel nullam contineret pœnam, vel illam contineret, ſed exceſſiuam, tunc quia dictum bannum nullam induceret contumaciam ſequitur, quod ſententia ab eo ſequuta pariter non cōualidaret cōtumaciam, ac proindè non poſſet moderari aliâs ſequeretur, quod reus præſens condemnaretur ex informatiuo. Si verò ſententia ſolum fuerit exceſſiua quamuis bannum in alio non eſſentiali claudicaret, cum non portet ſecum nullitatem contu-
5 maciæ, non videtur in totum ſuſpendenda, ſed mitigari, & ad pœnam quæ de iure imponi debet reduci: *Baiard. ad Clarum qu. 96. num. 10. Plot. conſil. crim. diuerſ. 72. num. 36. lib. 2.* in criminali enim ſufficit ſoluere minorē pœnam, quando dicta minor pœna eſt ordinaria *Bald. in l. Ancillæ num. 14. C. de furtis,* & ne delictum remaneat impunitum, poteſt extendi pœnalis conſtitutio ad pœnam
6 de iure debitā licet ſit mitior *Farin. conſ. 81. num. 11.*

Et ſi replices, quòd in iis, quæ nihil ſunt Iudex non habet facultatem ſupplendi: *l. ſed ſi manente ff. de precarijs* ſed ſic eſt, quod quādo ſententia eſt exceſſiua propter nullitatē

nihil

nihil eſt, ergo non poteſt ſupplere mode-
rando illam. Reſpondetur, quod nullitas
ſententiæ propter exceſsiuitatem pœnę nõ
7 eſt nullitas, quæ omninò eradicet virtutem
ſententiæ, præcipuè quando pœna non ſit
pecuniaria, quia tunc minor ſumma non
inſit in maiori *Gabr. conſ. 56. num. 1. lib. 1. Pu-
teus deciſ. 316. lib. 1.* ſed eſt quædam inepti-
tudo, quæ non tollit, quin Iudex eam per
moderationem ſupplere poſsit, dummodò
probationes ſint aptæ, vt dicit *Bald. in l. 1.
num. 8. ff. de iuriſd. omn. Iudicum*: & ratio eſt,
8 quia Iudex debet ſequi ea, quæ probantur
*l. illicitas §. veritas ff. de off. Præſidis, idem Bald.
in l. 1. num. 11. C. ex quibus cauſis infam.* imo
nec debet ſe fundare ſuper eo, quod nullum
eſt: *Bald. in l. ſi vnus §. quod ſi in ſpecie nu. 37.
ff. de pactis* ſed ſuper eo, quod æquum vi-
detur cum debeat conſiderare, quod legi-
bus conſonum eſt, idem *Bald. in l. 1. num. 1.
C. vt quæ deſunt aduocatis*: quapropter cum
ſententia ſit exceſsiua, Iudex poteſt illam
9 moderare ex proprio officio, vt dicit *Bald.
in l. generaliter §. ſed iuramento num. 17. C. de
rebus creditis ſi cert. petat.*

Nec dicas quod lata ſentẽtia Iudex fun-
ctus fuit officio ſuo, ideò Iudex non poteſt
amplius ſe in ea intromittere, ſed ſuperſe-
10 dere; & interim Principi conſulere *l. 1. §. ſi
quis vltro ff. de quæſt.* quia hoc obiectum pro-
cedit, quando ſententia fuerit lata ex certis,
& veris probationibus, ſecus ſi præſumptis:
Farin. quæſt. 11. num. 8. & 13. at in caſu no-
ſtro cũ agatur de reſcindendo totum pro-
ceſſum, & ſic ſententiam, idcircò poteſt
illam moderare, & ad certam ſui pœnam
reducere, vt ſupra dixi: *Baiard. ad Clarum
quæſt. 96. num. 10.*

Sed adhuc remanet difficultas, nempè
ſi ſententia ſit exceſſiua, & probationes ſint
præſumptiuæ, ex quibus deueniri non po-
teſt, niſi ad tormentum, quomodo poterit
Iudex illam moderare, ac proindè dicit
*Clarus in dicta quæſt. 96. num. 4. verſ. dicit, quod
ſenatus, &c.* quod vbi tales banniti veniunt
11 ad manus iuſtitiæ, ſi ex qualitate indicio-
rum res non ſit clara, non damnantur, ſed
torquentur, & ſic faciendum eſt, cum
alias reis tolleretur defenſio, quæ illis de-
beretur.

An ex notorio reſultet ficta confeſſio, & legitimetur proceſſus.

Quæſt. CCIV.

SVMMARIVM.

Notorium æquiparatur confeſſioni, imò illi æquipollet. num. 1.

In notorijs non deſideratur ordo iudiciorum. num. 2.

Notorium eſt ficta confeſſio. num. 3. Declara. numer. 6.

Notoriè delinquere plus eſt, quàm confiteri. num. 4.

Ficta confeſſio habet vim manifeſtæ confeſſionis. n. 5.

Notorium, & ficta confeſſio non procedunt à pari. num. 7.

Confeſſio ex contumacia proueniens non oſtendit, quod delictum verè fuerit commiſſum. num. 8.

Vbi inquiſitus conuincitur per probationes liquidas, non poteſt torturæ ſubijci, ſed condemnari. nu. 9.

Ex notorio non reſultat legitimatio proceſſus. nu. 10.

Notorium multipliciter conſiderari poteſt, & quomodo. num. 11.

Notorium inducitur per decem teſtes de fama publica. num. 12.

Notorium ex confeſſione reſultans eſt notorium iuris. num. 13.

HAC de quæſtione aliqua
tetigi, in quæſtione 148.
num. 9. modo videtur op-
portunũ de notorio latius
diſſerere, quia, vt tradit *Me-
noch. conſ. 90. num. 16.* noto-
1 rium æquiparatur confeſſioni, immò illi
æquipollet *Bald. in l. vnica nu. 3. C. ex delict.
defunct.* quocirca ſicut confeſſio legitimat
proceſſum, ita, & notorium, nam in no-
torijs non deſideratur ordo iudiciorum, &
2 propter notorietatem criminis iudex poteſt
iura tranſgredi in modo procedendi: *Bald.
in l. ictus fuſtium. numer. 4. ff. de iis, qui not.
infam.*

Quod ſi ita ſit, dari oportet alium mo-
dum, & ſic ſextum modum legitimatio-
nis nimirum, per notorietatem delicti, idcir-
cò dubitari circa duo poteſt vnum, an con-
feſſio reſultans ex notorio ſit ficta cõfeſſio,
alterum, an ex eo etiam reſultet legitima-
tio proceſſus, & quomodo.

Quoad primum dicimus prima facie eſſe
3 fictam confeſſionem, eò quia nulla ab ore
Rei habetur aſſertio ſuper delicto à ſe pa-
trato, ſed à facto ipſo reſultat infallibilis
eius probatio, cui notorium æquiparatur,
vt dicit *Bald. in d. l. ictus fuſtium num. 6.* Imò
vt idem *Bald. dicit in l. executorem num. 46. C. de
executione rei indic.* notoriè delinquere plus
eſt,

4 eſt, quam confiteri delictum, ac proindè notorium non minus habet vim confeſſionis, quam ipſa ficta confeſsio, quæ reſultat ex contumacia, vt clarè reſpondit *Bald. in l. 2. num. 23. C. de edendo, Alban. conſ. 90. n. 5.* vndè ſicut ficta confeſsio reſultans ex con-
5 tumacia habet vim manifeſtæ confeſsionis, vt dicit *Iaſ. in l. manifeſto num. 4. ff. de iure iuran.* ita confeſsio proueniens ex notorio habere debet eamdem vim fictę confeſsionis.

Sed ſupradictis non obſtantibus dicendū
6 eſt confeſsionem ex notorio reſultantem non eſſe fictam confeſsionem, ſed magis accedere ad conuictionem, idcircò non
7 procedere à pari cum confeſsione ficta: *Menoch. d. conſ. 99. num. 177.* nam vt ille dicit confeſsio ex contumacia proueniens nō oſtendit, quod delictum verè fuerit com-
8 miſſum, ſtare enim poteſt, quod quis ſit contumax, & tamen non deliquerit, quod non contingit in notorio, propter quod veritas delicti patens eſt, & reus à dicta confeſsione notorij ob facti notorietatem, ſicut à vera conuictione ſe defendere non po-
9 teſt, & vbi inquiſitus conuincitur per probationes liquidas non poteſt torturę ſubijci, ſed condemnari, *l. qui ſententiam*, & ibi *Bald. C. de pœnis*: ita qui notorius eſt delinquens non indiget defenſione, nam in notorijs Iudex procedit exequendo non cognoſcendo *Bald. in l. Lucius Titius num. 4. ff. mandat.*

Quoad ſecundum nimirum an ex confeſsione proueniente a notorio reſultet legitimatio proceſſus, dicimus, quod non,
10 & ad huius deciſionis cōfirmationem ſciēdum eſt, quod notorium multipliciter cōſi-
11 deratur, vel ex ipſo facto, quod aut in actu permanente, aut in actu tranſeunte cōſiſtit: *Bald. in l. cum fratrem ſub num 3. C. de his, quibus, vt indignis*, & hoc caſu requiritur legitimatio, eò quia ſaltem per duos teſtes probari poteſt, quod maleficium fuerit commiſſum notoriè coram mille: *Baldus in l. data opera num, 45. C. de ijs, qui accuſare non poſſunt*: & faciunt ea quæ tradit *Bald. vbi sup. num. 8. Tu tene, &c.* vbi dicit, quod in notorio requiritur citatio, ſed legitimatio fieri non poteſt ſine citatione, ideò &c. vel eſt factum ita permanens, quod hominum oculis abſque alió modio quotidiè exhibetur, vt ſuper hoc caſu non videtur, quod ſit opus, vt proceſſus legitimetur, vt dixi in quæſt. 148. num. 9. & 19. vel ex teſtium depoſitionibus, hinc eſt, quod notorium in-
12 ducitur per decem teſtes de fama publica, vt optimè notat *Cyriac. controu. 102. num. 1.* & hoc caſu nō poteſt dubitari, quin requiratur legitimatio, vt indicium de fama af-

ficiat, vel ex confeſsione, per quam inducitur notorium, vt dicit *Farinac. conſil. 190. num. 3. & ſeqq.* & in hoc non requiritur alia legitimatio cum notorium reſultans ex cōfeſsione ſit notorium iuris, idcircò non eſt neceſſe in eo alia legitimatio.

An Conſtitutio Marchię in lib. 4. c. 10. habeat locum in reo comparente poſt terminum Banni, nulla præcedente declaratoria.

Quæſt. CCV.

SVMMARIVM.

Conſtitutio Aegidiana in cap. 10. lib. 4. nihil committit motui Iudicis, in quo ſit neceſſaria cauſa cognitio. num. 1. Declara. num. 9.

Verbum habeatur *accipitur pro verbo latæ ſententia. num. 2. Declara. num. 10.*

Proprium contumaciæ eſt vt quis habeatur pro confeſſo. num. 3. Declara. num. 15.

Declarantur verba Conſtitutionis ſupradictæ. numer. 4.

Quis non dicitur confeſſus fictione iuris, niſi Iudex pro confeſſo declarauerit. num. 5.

Finalis obedientia purgat contumaciam antecedentem num. 6.

Liquidatio delinquentis non ſortitur effectum, niſi per declarationem Iudicis. num. 7.

Contumax habetur pro confeſſo ſuper poſitionibus, niſi ex rationabili cauſa, aliter dicendum ſit. nu. 8.

Verbum habeatur quamuis importet ipſo iure, tamen adhuc requiritur declaratoria. num. 11. 26. intellige vt in num. 28.

Declaratio quamuis non ſit neceſſaria ad eſſe pœnæ, tamen eſt neceſſaria ſuper facto. num. 12.

Verba abſque alia pronunciatione *non impediunt quin requiratur declaratoria. num. 13.*

Sententia Canonis, vel legis non habet Iudicis officium, niſi ſequatur ſententia hominis cum cauſa cognitione. num. 14.

Procedendo ad vlteriora Iudex tacitè videtur declarare. num. 16.

De iure communi contumax non habetur pro confeſſo. num. 17.

Reus comparens poſt terminum banni, & antè ſententiam diffinitiuam tenetur probare ſuam innocentiam. num. 18. & quare. num. 20. Declara. num. 22. & 23.

Ad hoc vt quis dicatur contumax ſufficit conſtare ex actis. num. 19.

Iudex poſt lapſum termini banni non ſolet pronunciare ſuper contumacia. num. 21.

Reus condemnatus per diffinitiuam prætextu contumacia

macia non ſequuta prius declaratoria bannum dicitur nullum. num. 24.

In notorijs etiam requiritur ſententia Iudicis. nu. 25.

Verbum ſubiunctiui temporis non indicat ſimpliciter tempus præſens. num. 27.

De innocentia ſatis docetur per ſpontaneam comparitionem. num. 29.

Contumax comparens antè ſententiam omnia contra eum acta facta euaneſcunt. num. 30.

Proceſſus confectus aduerſus contumacem comparentem poſt terminum banni elapſum nõ eget legitimatione. num. 31. Declara. num. 32.

Confeſſio etiam vera non legitimat proceſſum. nu. 33.

Contumacia non addit aliquid noui probationibus, niſi cumulando nouum indicium. num. 34.

Ex priuatione nullus reſultet habitus. num. 35.

Officium contumaciæ eſt litem conteſtare, & ſic ponere contumacem inter reos. num. 36.

Contumacia nullam legitimationem proceſſus importat, niſi fuerit coniuncta cum ſententia. num. 37.

Præſentia in contumace conſiderata non eſt ad alium actum, quam ad ordinatoria cauſæ. num. 38.

EX Conſtitutione ſupradicta hæc infraſcripta verba referuntur contra contumaces, videlicet. *Et valeat citatio in maleficijs, non obſtante, quod fieret ad petitionem aduerſæ partis, vel quod pars aduerſa in termino ſe non præſentauerit, & citatus, &c. quod compareat certo termino ad ſe excuſandum ab accuſatione, denunciatione, vel inquiſitione in caſibus, in quibus poteſt inquiri quantum ad inquiſitionem, ſi non comparuerit in termino, vel infra terminum citationis, niſi fuerit iuſto impedimento, &c. detentus habeatur pro contumace, etiam ſine alia pronunciatione, vel reputatione contumaciæ, & elapſo illo termino citationis, poſſit contra ſic contumacē procedi ad banni dationem, quandocumque abſque alia notificatione, vel inquiſitione, &c. & in ipſo banno aſſignetur terminus, &c. certus ad comparendum, & niſi in termino banni, vel infra terminum comparuerit, & excuſauerit, tunc habeatur, pro confeſſo, & conuicto, & verè, contumace; & poſſit diffinitiuè condemnari abſque alia notificatione banni, vel alia citatione.*

Modò quæruntur tria primum an iudicis declaratio ſit neceſſaria, vel ne, vt reus contumax habeatur pro confeſſo, vel conuicto de crimine, ſuper quo fuerit accuſatus, vel inquiſitus.

Secundum an ſi poſt lapſum terminum banni reus compareat ante declarationem prædictam, & ante ſententiam diffinitiuam teneatur probare ſuam innocentiam, attento, quod Fiſcus habeat intentionem fundatam ſuper lapſu termini banni, quo elapſo reus licet compareat habetur pro confeſſo, & conuicto, & verè contumace.

Tertium, an ſaltem Fiſcus releuetur ab onere legitimandi proceſſum, ac repetendi teſtes examinatos pro informatione Curiæ retento eodem temate, quod reus compareat poſt lapſum termini banni.

Quoad primum pro negatiua adducuntur infraſcripta argumenta ad oſtendendum, quod requiratur declaratotia prædicta.

Primò quia dicta conſtitutio nihil prorſus committit motui Iudicis. in quo ſit ne-
1 ceſſaria cauſæ cognitio, & conſequenter
eius interlocutio non eſt neceſſaria, vt conſiderat *Bald, in cap. vaſſallus il ſecondo, num. 2. verſ. conſidera ſi de feudis fuerit controuerſia.*

Secundò quia ex verbis dictæ conſtitutionis, & præcipue ex verbo præſenti tem-
2 poris habeatur, quod accipitur pro verbo
latæ ſententiæ non ferendæ, quia prolatum eſt ab habente facultatem inducendi qualitatem, æquipollet verbis talem eſſe ex notatis *in cap. 2. de confeſſis in 6.*

Tertiò, ex Doctrina *Bartoli in l. eius, qui delatorem num. 3. poſt medium verſ. aduerte ff. de iure Fiſci* notantis obſeruatione dignum, dum vult, quod non ſit neceſſe Iudicem pronunciare reum pro confeſſo, ſed ſufficiat, quod Iudex pronunciet ipſum contumacem, vnde infert *Felyn. in cap. Rodulfus num. 35. poſt medium verſ.* & *vt vides de reſcrip. Bartolum* nolle, quod pronuncietur aliud, quam ſuper contumacia ergo vult, quod hoc cõſtito pœna ſit incurſa, quarè ſi *Bart.* vult ſolum pronunciari ſuper contumacia, quia per ſe indè ſequitur reum habendum pro confeſſo, & conuicto ad incurſum pœnæ, dum prædicta Conſtitutio vult reũ haberi pro contumacē abſque Iudicis pronunciatione fatendum quoque eſt eam velle, quod modo in conſequentiam dictę contumaciæ habeatur pro confeſſo, & conuicto, vt poſsit diffinitiuè condemnari de
3 crimine; quod eſt proprium contumaciæ,
ſcilicet vt contumax habeatur pro confeſſo & conuicto teſte *Carpzzou. in prax. crim. par. 3 quæſt. 140. num. 97. per tex. in cap. decernimus 10. verſ. nam manifeſtum eſt 3. parte 9. cum ſimilibus.*

Quartò, quia ſi conſtitutio aſſertam declarationem exegiſſet vtique non excluſiſſet citationem neceſſariã in quolibet actu præiudiciali ex regula *in l. de vno quoque 47. ff. de reg. iur.*

Quintò, quia ex diſpoſitione prædictæ conſtitutionis, dum dicta conſtitutio non admittat excuſationem à contumacia inductiua dictã pœnã poſt terminum banni,

vel infra terminum comparuerit tunc habeatur pro confeſſo, & poſtea comparenti ſolũ cõcedat, quod audiatur ſuper crimine ibi, *ſaluo quod ſi citatus &c.* volens, quod contumax comparens poſt lapſum terminum banni audiatur tantum ſuper crimine quaſi annuens noluiſſe tollere effectus contumaciæ *ad reg. in l. cum Prætor 12. ff. de iud.* quod vno conceſſo aliud videtur negatũ.

Sed his minimè obſtantibus contrarium arbitror, verum etiam de ſtricto rigore iuris, & præcipuè prædictæ conſtitutionis ad cuius intelligentiam animaduerti debet, quod de duabus contumacijs mentionem
4 facit, vna ſcilicet in reſpondendo inquiſitioni, prout connotant illa verba ibi *quantum ad inquiſitionem*, quæ ſunt ſpecificatiuè prolata ad illum actum altera in non comparendo infra terminum banni prout ſonãt verba, ibi: *& in ipſo banno aſſignetur terminus ſibi arbitrio Iudicis declaratus, & certus ad comparendum*, & quod hoc verum ſit notandum in dicta conſtitutione diſponi, quod in banno dicatur, quod rector Iudex, vel Locumtenens facit reum exbanniri propter illam contumaciam, & delictum, ſuper quo fuit citatus, quapropter ſi prædicta conſtitutio voluiſſet in ſecunda cõtumacia requiri declarationem, expreſſiſſet, ſicut expreſſit in prima *ad reg. textus in l. 12. ff. de iudicijs*, & facit ratio, quia ſicut nõ poteſt dici aliquis confeſſus, vel conuictus, niſi ore proprio
5 verè expoſuerit ſuam confeſſionem, vel teſtibus verè conuictus, ita non poteſt dici confeſſus fictione iuris, niſi Iudex, cuius iuris eſt miniſter, & partem rei facere debeat declarauerit illum confeſſum, vel conuictum, nec ſufficit, quod lex, vel ſtatutum dicat, quod habeatur, niſi poſitiuè per Miniſtrum iuris haberi declaratus ſit.

Et hæc omnia probantur ex praxi quoniam non deuenitur ad ſententiam diffinitiuam, niſi prius præceſſerit declaratoria, ſiuè antè, ſiue in ipſa diffinitiua proferatur, vt ſatis per ſe patet ex quo videtur, quod omninò requiratur dicta declaratio.

Et quia, vt dixi, conſtitutio prædicta de duobus contumacijs mentionem facit, vna ſcilicet in reſpondendo inquiſitioni, alia in comparendo coram Iudice in termino bãni, non propterea ſequitur, quod ſi reus fuerit contumax, & pro tali habitus in primo termino, etiam in ſecundò ſit habitus vti talis, etiamſi non declaratus, quia cum hæc duo extrema ſe habeant, vt duo contraria vnum ſcilicet à quo; aliud, ad quod non ſequitur, propterea quod ſi reus fuerit contumax in extremo, à quo ſi poſtea fuerit obediens, & patiens in extremo, ad quod puniri poſſit pœna contumaciæ, quæ eſt habere illum pro confeſſo, vel con-
6 uicto, cum certum ſit, quod finalis obedientia purget contumaciam antecedentẽ, vt notabiliter docet *Bald. in l. 1. §. is videtur num 3. ff. ſi quis ius dicendum non obtemperauerit Rota deciſ. 28. diuerſ. num. 11. lib. 1.*

Et facit ratio pro ſupradictorum confirmatione, quia ſi in iudicio habito contra præſentem prius debet liquide, & certè conſtare de delicto, ità vt de probationibus, ſuper illo ſuſceptis dubitari non poſſit, ac poſtea per probationes de delinquente, ita pariter in iudicio cõtra abſentem prius debet ſtabiliri delictum, ita vt à reo illud tergiuerſari non poſſit, idcircò prudenter conſtitutio prædicta primò voluit, quod reus non reſpondens inquiſitioni habeatur pro contumace abſque alia pronunciatione, & poſtea per aliam contumaciam, per quam liquidatur perſona delinquentis, ſi non cõparet vult, quod habeatur pro confeſſo, vel conuicto, ſed quia hæc ſecunda contucia eſt maioris præiudicij, quam prima, ideò noluit ex ſua authoritate illum habere pro confeſſo, vel conuicto abſque alia pronunciatione, prout in prima, at in ſecunda ſibi ſufficiens fuit præſtare actoritatem Iudici eius miniſtro ad illum pro tali declarandum.

Et hęc omnia manifeſtantur ex verbis eiuſdẽ conſtitutionis, ibi: *in quo banno dicatur, quod rector Iudex, vel Locumtenens facit illum exbamiri propter illam contumaciam, & delictum, ſuper quo fuit citatus*: ſi ergo vult, quod reus exbaniatur propter primam contumaciam in ſtatu delicti ſtabilitum, ſequitur per ſecundam contumaciam contrahendam per
7 lapſum termini liquidari debeat perſona delinquentis quæ liquidatio nõ ſortitur effectum ſuum, niſi per declarationem Iudicis, ad cuius facultatem prædicta conſtitutio tacitè remiſit, dum noluit reum haberi pro confeſſo, & conuicto abſque alia pronunciatione, prout diſpoſuit de prima contumacia, & ſuadet ratio quia ad vindictam iuris magis pertinet liquidatio delicti, vt reus magis arctetur ad confeſſionẽ cùm ſit baſis, & fundamentum Iudicij, quã liquidatio perſonæ delinquentis, quæ difficillimè haberi poteſt, tum ex difficultate probationum inueniendarum, tum ex qualitate delinquentium, qui multis, & varijs ſubterfugijs curat euadere pœnam delicti, tum etiam quia ex periculo puniendi innocentem pro nocente, idcircò remiſit in facultate Iudicis illum declarare pro confeſſo, & conuicto quaſi motui Iudicis relinquendo, exercendo, vt ita dicam epicheiam

an

an ex probationibus, vel ex alijs circum-
ſtantijs haberi debeat pro confeſſo, vel cõ-
uicto, & faciunt ad hoc verba conſtitutio-
nis diſponentis ſuper prima contumacia:
ibi: *niſi fuerit iuſto impedimento ſufficienter probã-
do, ſuper quo audiatur etiam per Procuratorem*:
per quæ verba ſi conſtitutio reliquit motui
Iudicis in prima contumacia expectare, &
perſcrutari an in Iudicio fuerit probatum
impedimentum quantò magis in ſecunda
perſcrutari debet an probationes ſint ſuffi-
cientes, & opportunæ *per tex. in cap. 2. & ibi
gloſſ. de confeſſis in 6. in verbo abſque rationabili
cauſa*, dum ibi noluit contumacem reũ ha-
beri pro confeſſo ſuper poſitionibus, niſi ex
8 rationabili cauſa cõſiderãns prius ſi poſitio
fuerit ſuperflua, vel impertinens, vel alios
habeat defectus in dicta gloſſa enumeratos,
quæ omnia poſtea deſiderant declarationẽ.

Vndè non obſtant deducta in cõtrarium
& primò non obſtat, quod dicta Conſtitu-
9 tio nihil prorſus committat motui Iudicis,
de quo ſit neceſſaria cognitio, & conſequẽ-
ter eius interloquutio per doctrinam *Baldi
in d. cap. Vaſſallus*, quia in terminis noſtræ
conſtitutionis procedere non videtur cum
ſimpliciter loquatur de habendo contuma-
cem pro confeſſo, & conuicto, immò cum
nollit reum contumacem haberi, ſi fuerit
iuſtè impeditus non poteſt ad bannum de-
ueniri, niſi prius Iudici conſtiterit nullo
fuiſſe impedimento detentus in *l. generaliter
C. de reb. creditis l. 2. ff. ſi quis caution. Cartar.
de capto bannito cap. 1. num. 191.* conditio enim
iſta verificari prius debet, quæ verificatio
motui Iudicis tribuitur.

Ad ſecundum obiectum, vbi ſit vis ſu-
10 per verbo *habeatur*, quod ſit præſentis tem-
poris, nempè quod accipiatur pro verbo
latæ ſententiæ cum ſit prolatum ab haben-
te facultatem inducendi qualitatem æqui-
pollet verbis talem eſſe, quia totum con-
trarium deciditur *per gloſſ. in cap. ſi diligenti,
in verbo cauſam perdant poſt princip. de foro com-
petenti*, vbi dicitur, quod per hæc verba pro
condemnato habeatur non feratur ſenten-
tia, ſed fieri mandatur: *Gymin. in can. ſi quis
ex Cler. n. 3. diſt. 23.* vbi dicit *idem tenere gloſſ. 2.
quæſt. 3. cap. 1. cap. ſi quis. de vita, & honeſtate
Clericorum* & in terminis noſtræ Conſtitu-
tionis *Farin. quæſt. 11. num. 102. verſ. licet enim*
vbi dicit, quod hoc verbũ habeatur pro cõ-
feſſo non importat ipſo iure, nec latam ſen-
tentiam; ſed ferendam, & hoc idem tenet
*Cartar. de capto bannito cap. 1. num. 183. & 185.
Scaccia de Iudicijs cap. num. 113. lib. 1. immò
idem Farin. d. num. 102. in verſ. & in omnem*
atteſtatur de communi dicendo dato quod
prædictum verbum intelligi debeat ipſo iu-
11 re, adhuc tamen requiritur declaratoria
per *textum in l. eius, qui delatorem ff. de iure Fi-
ſci*, & hoc idem affirmat *Cartar. vbi ſupra
num. 187. Scaccia de Iudicijs lib. 1. cap. 97. nu-
mer. 115.* qui hanc opinionem indiſtinctè
tenet atteſtatur illam vidiſſe ſingulis die-
bus obſeruari.

Et mouet me alia ratio, quia etiam ſi
prædicta Conſtitutio diſponeret, quod reus
ipſo iure habeatur pro confeſſo, &c. ſuper
qua nõ poſſit cadere declaratio, ſtante quod
prædicta confeſſio ſit pœna contumaciæ,
quæ ſtatim ac commiſſa eſt dicta pœna in-
curſa cenſetur etiam abſq; alia declaratio-
ne ſuper illa, exequutionem tamen habe-
re non poteſt, niſi præcedat Iudicis decla-
ratoria ſuper delicto contumaciæ, cum de-
lictum ſit ſpernere Iudicem per ea, quæ di-
cit *Farin. in fragmen. partis ſecundæ num. 155.
Bald. in l. ſi quis non dicam num. 9. C. de Epiſc.
& Cler.* & ratio eſſe poteſt, vt colligitur ex
*Bald. in cap. 1. numer. 1. propè finem verſ. 2.
de feudis ſine culpa non amitten.* quia licèt
12 forſan ad eſſe pœnæ non ſit neceſſaria de-
claratio, eſt tamen neceſſaria ſuper facto,
à quo pœna deſcendit: *Bald. in Auth. in do-
natione num. 2. C. de ſecundis nuptijs in ſecunda
lectura*: & ita practica ſeruatur antequam ad
diffinitiuã deueniatur, vnde ſequitur, quod
ſaltem ſuper contumacia interueniat decla-
ratio, ita *Marſil. conſ. 10. num. 19.* maximè,
quia confeſſio ex contumacia reſultans vti
pœna eius tranſit per conſequentiam neceſ-
ſariam condemnationem per diffinitiuam
nimis præiudicialem reo faciẽdam per mi-
niſterium Iudicis, & non poteſt deueniri
ad illam, niſi prius Iudex declaret per ea,
quæ docet *Bald. in leg. qui ſub conditione §. de
hoc iure ſub num. 4. ff. de condit. Inſtit.* & in tan-
13 tum, hoc eſt verum, quod etiamſi in di-
cta Cõſtitutione adſint illa verba *abſque alia
pronunciatione*, nihilominus requiritur decla-
ratio, quia per dictam clauſulam poteſt di-
ci, quod ſit ſublata declaratoria, quoad in-
curſum pœnæ, non autem declaratoria
delicti per ea, quæ tradit *Farinac. conſ. 205.
num. 19. & num. 30. & conſ. 50. num. 24. Alex.
conſ. 166. num. 5. lib. 5.* & dicit *Pet. Anchera-
nus vnum notabile in conſ. 190. num.* ... quod
ſententia Canonis, vel legis non habet Iu-
14 dicis officium, niſi ſequatur ſententia ho-
minis, vel cauſæ cognitione, vt refert *Marſ.
conſ. 10. num. 23.* immò dicit, quod omnis
executio eſt ſuſpenſa contra excommuni-
catum, antequam ſit declaratum, pro quo
etiam faciunt dicta per *Farinac. in conſ. 69.
num. 7.* vbi dicit, quod ad hoc, vt quis ſit
infamis requiritur cõfeſſio ipſius in iudicio,
vel sẽtẽtia Iudicis, nec ſufficit probatio cri-
minis.

Ad tertium obiectum per quod videntur confirmare ea quæ ſupra dixi de declaratoria ſuper cõtumacia: Reſpondetur, quoad
15 illam particularem conſiderationem, nempè, quod cum prædicta conſtitutio habeat reum pro contumace abſque alia pronunciatione non ſit opus, quod Iudex denuò pronunciet, quia præmiſſa diſtinctione quam in principio deduxi de duabus contumaciis, dico quod prædicta conſideratio procedit in prima contumacia per quam habetur reus pro reſpondente inquiſitioni, & propter bannum iam ſit ſortita effectum ſuum, quod ſi poſtea non fuerit ſequutum bannum, adhuc dubitarem per ea quæ dixi in reſponſione ad ſecundum obiectum *in verſ. & in tantũ, &c. n. 13.* ſed quoad ſecundam contumaciam nullo modo applicari poteſt cum ſuper iſta non fuit repetita dicta clauſula, & quatenus fuerit repetita non afficeret per ea quæ dixi ſupra.

Ad quartum, nempè ſi conſtitutio aſſertam declarationem exegiſſet vtique non excluſiſſet citationem neceſſariam in quolibet actu præiudiciali, per *text. in leg. de vno quoque, ff. de re iud.* quia ibi non loquitur niſi de citatione, quæ de vrbanitate deſideratur non de citatione, quæ neceſſariò requiritur, & ſic licet excludat citationem non excludat citationem neceſſariam ad actum declarationis cum actus declaratiuus poſsit fieri
16 ſimpliciter interloquendo, vel procedendo ad vlteriora per quod tacitè videtur declarare Reum contumacem, vel confeſſum, aut conuictum, *Alex. conſ. 37. num. 19. lib. 2. Angel. conſil. 227. num. 4. verſ. qui non probauit, Bonacoſ. comm. opin. in extrauag. nu. 3. circa fin. verſ. non obſtat, fol. mihi 92. à tergo,*

Ad quintum obiectum, nempè, quod conſtitutio voluit, quod Reus comparens poſt bannum non poſsit audiri niſi ſuper crimine quaſi annuens noluiſſe tollere effectum contumaciæ, quia immò totum contrarium elici videtur dum in prima contumacia habuit Reum pro cõtumace abſque alia pronunciatione, & in ſecunda nihil ſuper dicta pronunciatione diſpoſuit quo fit, quod licet diſponat Reum poſt bannum comparentem non audiri, niſi ſuper crimine non ſequitur abſtuliſſe neceſſariò effectũ declarationis, quia ſicut in prima contumacia ſe declarauit prohibendo pronunciationem, ita in ſecũda ſe declaraſſet ſi voluiſſet illam prohibere, & conſequenter ſi diſponit, quod Reus comparens poſt bannum non audiatur ſuper crimine intelligi debet, poſt quam fuerit declaratus, & non aliter tanto magis, quia cum expreſſè non diſpoſuerit de dicta pronunciatione videtur reliquiſſe ſub diſpoſitione iuris cõmunis quo
17 contumax in cauſa criminali numquam habetur pro confeſſo ad *l. properandum, §. & ſi quidem, C. de iud. l. Diuus, ff. de cuſtodia reorum, Bald. in l. accuſationem nu. 13. C. de his, qui accuſ. non poſſunt. Farin. quæſt. 11. nu. 3.* & ſic in caſu conſtitutionis, veluti exorbitantis à iure dum non facit mentionem de reliqua excluſione pronunciationis debet ſuper hac etiam ſecundum iuris communis regulam determinari.

Ad ſecundam concluſionem, nempè an Reus comparens poſt terminum banni, & ante ſententiam diffinitiuam teneatur probare ſuam innocentiam, attento, quod Fiſcus habeat ſuam intentionem fundatam ſuper lapſu termini banni, quo ex forma dictę conſtitutionis Reus habetur pro confeſſo, & conuicto.

Et pro affirmatiua faciunt infraſcripta,
18 nempè, quod inſpecto veriori intellectu dictæ conſtitutionis, quod Iudicis motum, & declarationem non exigat ad habendum Reum contumacem pro confeſſo, & conuicto poſt lapſum termini pręfixi in banno niſi eo durante comparuerit, & ſe excuſauerit, perfectio, & irreuocabilitas tacitæ cõfeſsionis erit tribuenda ipſi conſtitutioni, etiam ipſo iure inducenti per lapſum dicti termini poſt bannum, nec propterea aſſerendum, quod poſterior comparitio etiam ante diffinitiuam nõ adimat Fiſco ius prius quæſitum ad confeſsionem delicti, niſi à comparente doceatur de ſua innocentia, *Bald. in l. 2. num. 1. verſ. vndè veniens, C. ſi penden. appellatio vbi in terminis.*

Et pro confirmatione ſupradictorum facit *gloſſ. ſingularis, & vnica in l. penult. §. cum autem, C. ad Trebell.* quæ dicit, quod adhoc
19 vt quis dicatur contumax ſufficiat conſtare ex actis, *Cartar. in cap. fin. num. 170.* licet ſuper hoc Iudex non pronunciet, quam gloſſ. ibi dixit *Bald. eſſe vnicam, & ſolitariam,* & idem dixit in *Auth. ſed cum teſtator in penul. col. C. ad l. falcid. & in cap. 1. in 7. colum. verſ. ſed an ſufficiat de nul. vaſſal.* & de hac *gloſ. loquutus fuit, Marſil. in §. poſtquam num. 42. in ſua praxi,* & in *l. 2. in fin. C. de fid. inſtrument.*

Et *Cartar. in cap. final. num. 177.* dicit quod ex forma dictæ conſtitutionis neceſſarium non eſt, quod ſuper contumacia fiat per Iudicem declaratio, & quod præterea nullitas Banni ex hoc allegari non poſsit.

Et faciunt ea quæ tradit *Caball. caſu 110. num. 10. & 13.* vbi dicit quod ſufficiat quod ex actis conſtet, quod Reus citatus non cõparuerit, & ſic quod contumax fuerit, quia contumacia ſtante à Statuto dicitur facta executio abſque alia declaratione, quod

etiam

etiam voluit *Afflict.lib.2.conſtitut.Regn. rub.3. de foro banniti*, & idem *Caball. num.*14. rationem adducit, quia accuſator, vel Fiſcus
20 habet intentionem fundatam ex ipſo banno, & hoc maximè procedit quando vltra contumaciam adſunt alia indicia,quia tunc facilius Reus conuincitur ex quo bannum facit eum ſuſpectum, vt idem *Caball. dicto caſu num.7. circa finem*, cum bannum habeat robur à Statuto, & de per ſe inducat confeſſionem ex contumacia, *& num.*8. dicit alias bannum ſeruiret de vento,& nihil operaretur contra cõtumacem maximè ex ge-
21 nerali Curiarum ſtylo cum non ſoleat Iudex poſt lapſum terminum banni pronunciare ſuper contumacia Rei, vt pro confeſſo habeatur, ſed hoc facit ſolummodo tempore ſententiæ diffinitiuæ,& in ipſamet condemnatoria.

Quibus non obſtantibus pro negatiua, dicendum quod Fiſco incubat onus pro-
22 bandi delictum, & non Reo comparenti ſuam innocentiam: Nam cum per comparitionem poſt terminum banni, & ante diffinitiuam ſententiam nulla præcedente declaratoria ſuper contumacia, vel confeſſione fuerit reſoluta ipſa contumacia præueniendo diffinitiuam Reus fuerit repoſitus in ſtatu ſimplicis carcerationis, & ſic ſub poteſtate, & imperio Iudicis meritò debet Fiſcus contra illum ſuas facere probationes, quia cum hoc caſu Fiſco nullum fuerit quæſitum ius ita non poteſt inſtare pro condemnatione, nec opponere de legitimis probationibus; & hanc opinionem tenet *Scaccia de iudicijs lib.1.cap.97. ſub nu.74. verſ. contraria opinio*, quam opinionem dicit tenere *Bald.conſil.23. diuerſ. in paruis lib.1.* & *Cartar.* ab iſta opinione non recedit,dum licet dicat in *cap.1.num.163.* quod contraria opinio ſit magis cõmunis, & verior tamen *numer.172. & 178. in fine*, dicit quod omnes exaduerſo rationes adductæ militant poſt factam declarationem, *& num.178. & 180.*
23 ait quod attenta cõſuetudine delarandi bannitos pro confeſſis in eadem diffinitiua ſententia ſi ante ſententiam diffinitiuam, & ſic ante declaratoriam prædictus bannitus cõpareat quamuis poſt terminum in banno præfixum non eſt opus, vt ille ſuam innocentiam probet; immò dato, quod Reus fuerit condemnatus per diffinitiuam præ-
24 textu contumaciæ non ſequuta prius declaratoria ſuper dicta contumacia bannum eſt nullum,& nullius exequutionis, vt dicit *Marſil. conſ.10. num.18.* & replicat *ſub nu.25. verſ. redeundo modo*, & in *§.poſtquam num.44. in ſua praxi*: tenet hanc opinionem vti veriorem, & adducit rationem, quia non ſuffi-
cit.

cit, quod ſit notorium, quia etiam in no-
25 torijs requiritur ſententia Iudicis, vt idem *Marſil. tradit. in rub. C. de probat. num.244. & nu.246.* & faciunt ea quæ dicit *Boer.deciſ.63. num.* [illegible]

Nec obſtant adducta pro affirmatiua, quia certum, & indubitatum eſt, quod dicta conſtitutio non habet ipſum reum ipſo iure pro confeſſo, & conuicto, vt ſatis patet ex lectura illius cum de nullo verbo faciat mentionem, quod importet ipſo iure, vel Canonem latæ ſententiæ,verbum enim
26 habeatur ſimpliciter prolatum non importat latam ſententiam, ſed ferrendam per ea quæ ſupra dixi, & facit *Abbas in cap. ſi diligenti num.5. de foro competenti*, immò *Bonacoſſa*, vult quod ſi dictum verbum non ſit copulatum cum verbo ſubſtantiuo *Sit*, ſcilicet *habeatur, & ſit*, non poſſit, nec debeat importare latam ſententiam, vt idem *Bonacoſſa inter communes opin.lib.7. tit.19. de confeſſis num.155. volum.2. Syluan. conſil.100. lib.1.* & hoc manifeſtatur, quia verbum habeatur, licet ſit tempus præſens; attamen cum ſit
27 temporis ſubiunctiui non indicat ſimpliciter tempus præſens, ſed ſecundum grãmaticos etiam potentialitatem ſignificat veluti prolatum reſpectu determinati euentus per ea quæ tradit *Bald. in l.teſtamentum, ff.de iniuſto rupto*, qui euentus conſiſtit, vel in commoditate, & facilitate Iudicis ad agendum, vel in voluntate ad agere, qui ſecundum dictam conſtitutionem poteſt decla-
28 rare reum haberi pro confeſſo, & conuicto quo non declarato, potentia illa habendi reum pro confeſſo per comparitionem videtur reſoluta, & circumducta, ac impedita; ideò verbum habeatur interpretari poteſt ſi haberi debet, & Iudici videbitur ſecundum *Bald. in l.poſt litis nu.17. C. ex delictis defunct.* quem ſequitur *Cartar. in dicto cap.1. num.190. de capto bannito*.

Docere enim de innocentia Reus quomodo poterit ſi per comparitionem impedita remanet bannitio, & condemnatio per ſententiam facienda? ſatis enim de inno-
29 centia videtur docere per comparitionem maximè ſpontaneam per ipſum Reum factam per ea quæ tradit *Farinac.conſ.22.nu.33. Decian.conſ.83. nu.26.lib.3.* & licet hæc forſan non ſit ſufficiens ad abſoluendum Reum comparitum tamen cum tollat contumaciam refundit onus probandi delictum in Fiſcum, vt per *Farin. conſ.5. num.89. & 97.* prout oſtendam *in tertiò dubio*, immò dicit *Farinacc.quæſt.11. num.3. verſ. præmitto quarto*, quod ſi abſens, & contumax, & ſic habitus
30 pro confeſſo compareat ante ſententiam omnia euaneſcunt omniaque præcedentia

acta reſoluuntur in vim ſimplicis citationis
hæc ille.

Ad tertiam concluſionem, nempè quod
proceſſus à Fiſco confectus aduerſus con-
tumacem comparentem poſt terminum
31 banni elapſum nõ egeat legitimatione, nec
teſtes in eo examinati ſint repetendi, quia
contumacia habeatur pro præſentia, *Bald.*
in l. nec quicquam, §. vbi decretum n. 12. ff. de officio
Proconſ. idcircò proceſſus confectus, & te-
ſtes recepti, & examinati videtur in præſen-
tia Rei contumacis, & quod in ciuilibus
dicatur ab *Alex. add. ad Bart. in l. proluſorio 14.*
§. ſed etiam agere num. 2. littera C. ad medium,
verſ. ſicut dicimus, ff. de appell. contumacem
poſtea comparentem admitti debere in eo
ſtatu quo cauſam inuenit, & ad præterita
non iterare.

Quibus non obſtantibus dicendum arbi-
32 tror, quod neceſſaria ſit dicta legitimatio,
& teſtium repetitio: Nam cum proceſſus
legitimatio quatuor modis fiat, vt dixi;
nempè repetitione teſtium, confrontatione
illorum cum reo, declaratione Rei habentis
teſtes pro ritè, & rectè examinatis, & con-
feſſione eiuſdem Rei, & conſtitutio de
nullo alio modo faciat mentionem quam
de modo qui per confeſſionem adhibetur,
& hic modus per comparitionem, vt dictũ
eſt cenſeatur reſolutus, quomodo ergo di-
ci poteſt, quod proceſſus non egeat legiti-
33 matione? Vltrà quod confeſſio etiam ve-
ra, vt aliqui volunt non legitimat proceſ-
ſum cum ſit modus de per ſe probandi de-
lictum, & ſolum releuat ab onere probandi
Marſ. ſingul. 110. & in tantum hoc eſt verum,
quod data nullitate proceſſus per ſolam cõ-
feſſionem, dũmodo ſit verificata, poteſt cõ-
demnari Reus, *Marſ. de bannitis in verb. delictis*
nu. 28. & conſ. 48. nu. 1. Alex. conſ. 19. nu. 2. lib. 7.
34 Nec contumacia addit aliquid noui proba-
tionibus iam factis niſi cumulando nouum
indicium, & hoc negatiuum, & ſic ommiſ-
ſionem actus cui non poteſt accedere ha-
bitus, vt dicit *Bald. in l. cum non ſolum, §. ne-*
ceſſitate num. 16. C. de bonis quæ liberis; ita nec
probationibus habitũ legitimitatis præſta-
35 re poterit cum ex priuatione nullus reſul-
tet habitus, *Bald. in l. cum Patrem familias nu. 3.*
verſ. contrarium, C. de condit. inſer. l. ex facto,
ff. de hæred. inſtituen.

Et hoc magis procedit; quia officium
particulare contumaciæ eſt litem conteſta-
36 re cum Reo; *Clarus quæſt. 14. num. 13.* & ſic
ponere contumacem inter Reos, *Auth. qua*
in prouincia, C. vbi de crimin. agi poteſt, Bald. in
l. prius num. 30. C. de his qui accuſat. non poſſunt.
Et ſicut contumacia non probat delictum,
vt tradunt *Bart. in abſentem nu. 1. ff. de pœnis,*
Bald. de Caſtro in leg. cum filiusfam. num. 5. ff. de
verb. oblig. ita nec legitimat probationes ſu-
per delicto receptas per ea, quæ dicit *Guaz.*
defenſ. 24. cap. 9. num. 14. verſ. licet de iure; vbi
dicit quod *Scaccia de iudicijs lib. 1. cap. 93. ſub*
num. 7. impugnat opinionem *Clari quæſt. 45.*
verſ. cæterum ſi reus, & dicit rationem addu-
ctam per eum non eſſe veram, vt vigore
contumaciæ teſtes habeantur pro legitimè
examinatis, ſed ſolũmodo, quia vigore cõ-
ſtitutionis reus contumax habeatur pro cõ-
feſſo, & ideò non requiritur alia probatio.

Accedit, quod cum reus comparendo
nullam expectet condemnationem cum
non ſit confeſſus, & contumacia non legi-
37 timet proceſſum niſi fuerit coniuncta cum
ſententia condemnatoria; idcircò nullam
dicitur facere ex ſe ſola legitimationem;
Farinacc. conſ. 5. num. 89. & 97.

Et cum contumacia ſit, vt dixi ceſſatio
ab actu & conſequenter non conſecutiua à
probationibus, quæ ſunt nullæ ex defectu
citationis, vt idem *Farinacc. dicit dicto conſ. 5.*
nu. 91. non poteſt illos confirmare niſi prius
purgetur vitium nullitatis per ea quę argu-
mentari poſſunt ex doctrina, *Bald. in l. ſi ſer-*
uus exterus num. 36. C. ſi ſeruus extero.

Non obſtant in cõtrarium adducta, quia
præſentia per noſtram conſtitutionem in
contumace conſiderata non eſt ad alium
38 actum quam ad ordinatoria cauſę in quo-
rum numero eſt litis conteſtatio, quæ per
contumaciam videtur inducta in non re-
ſpondendo inquiſitioni, *Bald. in l. prius nu. 29.*
verſ. quandoque C. de his qui accuſare non poſſunt;
& ad confeſsionem, vel conuictionem, quæ
niſi per declaratoriam videtur ſuum ſortiri
effectum; vndè quantum ad alios actus pro-
batorios dum conſtitutio de illis nullam fa-
ciat mentionem non videtur præſtare præ-
ſentiam, quia ſicut poteſt quis eſſe contu-
max in vno capitulo, & nõ in alio, ita poteſt
eſſe contumax in vno actu iudicij, & non
in alio, maximè quando lex, vel Statutũ de
illo non diſponat, tanto magis quia contu-
macia quæ habetur pro præſentia conſide-
ratur reſpectu interrogationis Iudicis fa-
ciendæ Reo, & contumacia, quæ habetur
pro præſentia in actibus probatorijs conſi-
deratur reſpectu interrogatoriorum Ipſius
Rei faciendorum teſtibus.

An bannum, quod tranſmittitur contumaci ante ſententiam diffinitiuam continere debeat pænam.

Quæſtio CCVI.

SVMMARIVM.

Bannum, quod contumaci tranſmittitur debet de iure conſtitutionis Barberinæ continere pænam certam. num. 1. idem etiam de iure communi. num. 3. 4.

Bannum eſt ſententia interlocutoria. num. 2.

Iudex in ſententia Banni non cenſetur habere animum condemnandi, ſed comminandi pænam, vt reus in obediens compareat. num. 5. & 7.

Bannum per ſe eſt ſpecies quædam pænæ, quæ dicitur Bannitio quaſi ictio ſeu eiectio à bono publico. num. 6.

Sententia diffinitiua recipit declarationem à banno, quo ad pænam, & bannum à ſententia. num. 8.

In Sententia ſimpliciter lata ſine pæna cenſetur impoſita pæna expreſſa in banno. num. 9.

In banno cenſetur expreſſa pæna ſtatuti quando in eo expreſſe non fuerit comminata. num. 10. declara. num. 11.

Declaratur Scaccia in cap. 97. num. 38. loqui de banno propter contumaciam illato in quo non eſt neceſſarium poni pænam. num. 12.

DVpliciter hoc bannum conſiderari poteſt vno modo de iure conſtitutionis Barberinæ altero modo de iure communi ſi conſideratur per reſpectum ad conſtitutionem
1 Barberinam certum eſt quod continere debet pænam, vt ſatis patet ex eius diſpoſitione ibi, *e nel bando ſi eſprimi ſommariamente, & in ſoſtanza il delitto per il quale il reo ſi pone in bando, è la pena del delitto nella quale dourà eſſer condennato nella ſentenza contumaciale*, quod cum ſit certum ſuper hoc non inſiſto ſi vero conſideratur per reſpectum ad ius commune res videtur dubia per ea, quæ tradit *Scaccia de iudicijs. cap. 97. num. 38.* vbi quærit an bannum ſit ſententia interloquutoria, vel diffinitiua, & concludit, quod
2 ſit ſententia interloquutoria eo quod expectat aliam ſententiam poſt ſe, & facit *textus in l. 1. ff. de requiren. reis & in auth. item nulla ſententia C. de ſac. ſanc. Eccleſ. Bald. in l. ſi quis filio §. eius, qui ff. de in officioſ. teſtam.* & dicit hanc ſententiam interloquutoriam non debere continere pænam, & rationem eſſe dicit, quia illa impoſitio pænæ eſſet ſpecies condemnationis, quæ fieri non poteſt niſi poſt lapſum termini banni, & ſequutam declaratoriam, quod reus reputatus fuit pro confeſſo, & hanc Scacciæ opinionem ſequutus fuit *Caball. in caſu 181. num. 4.* vbi aſſerit ita ſeruaſſe Nihilominus hoc non ob-
3 ſtante dicimus bannum debere continere pænam certam non per modum condemnationis, vt præſupponit *Scaccia*, ſed per modum comminationis, vt reus illius timore compareat ad ſe iuſtificandum ita *Angelus in dicto verbo, qui Dominus Iudex in princip.* vbi repetens formulam banni inter cætera ponit hæc verba, *qui Dominus Index &c. commiſit præconi &c. vt dd. inquiſitos, & quemlibet eorum banniat, & tali pæna, vel in tanta pecuniarum quantitate &c. & eiſdem aſſignet terminum 8. dierum ad comparendum, & ſe defendendum à dicto banno, & inquiſitione contentis in eis, vel alio ipſorum*, & hoc idem adiungit, *Auguſtinus ibi num. 5.*

Confirmatur ſupradicta, quia cum prædictum bannum habeat ſaltem vim ſententiæ interlocutoriæ debet continere certam pænam *per textum in §. curare Inſtit. de action.* Interlocutoria enim licet ſit reuocabilis per comparitionem Rei infra terminum ban-
4 ni, & reparabilis per ſententiam diffinitiuam, quam poſt ſe expectat tamen ſaltem in genere ſententiæ debet continere certũ, quid pænæ alios nulla omninò dici debet *Cartar. de capto bannito cap. fin. num. 294.* vbi probat, quod ſic de conſuetudine conficitur, & *Farin. quæſt. 11. num. 44. verſ. differt autem* ibi de forma autem huius banni non eſt diſſerendum cum illud cõmuniter decernatur, & publicetur ſub pæna delicti de quo agitur condigna, & cum termino ad comparendum ac etiam cum comminatione, quod ſi bannitus non comparuerit procedere ad eius condemnationem hæc *Farin.*

Nec releuant ea, quæ dicit *Scaccia*, quia vt dicit *Cartarius de capto bannito cap. 1. n. 443.* Iudex non habet animũ in ipſo banno contumacem condemnandi, ſed potius com-
5 minandi, & interloquendi ad cogendum inobedientem ad comparendum, & ſubdit *num. 448.* & propterea bannum hoc exequi non debet. ſed ipſa ſententia, quæ poſt illud ſecundum pænam in eo comminatam profertur, vt in ſpecie aduertit *Bald. in l. 1. poſt num. 12. C. de hæred. inſtituen.* nota tamen quod *Caball. in d. caſu 181. num. 9.* dicit quod Bannum de quo loquitur *Bald. in dicta l. 1. nu. 12. C. de hæred. inſtit.* intelligitur eſſe quæ-
6 dam ſpecies pænæ per ſe, quæ dicitur bannitio quaſi ictio ſeu eiectio à bono publico, *& in l. certa ratione num. 2. C. quando prouocare non eſt neceſſe*, vbi dicit, quod huiuſ-

mo-

7 modi bannum eſt quædam comminatio non, vt tranſeat in condemnationem, ſed illud fertur, vt ad ſententiam diffinitiuam in pænam in banno expreſſam procedi poſſit ita *Cartar. de capto bannito dicto cap.1.n.441.* & ideò certam pænam continere debet alias eſſet nullum, vt dicit idem *Cartar in d. tract. de capto bannito in dicto cap. fin. num. 294.* & ratio eſt quia ſententia diffinitiua ferenda poſt bannum recipit declarationem à
8 banno, quo ad pænam, & non bannum a ſententia vndè infert idem *Cartar. in d. cap. fin. num.290.* quod ſi fuerit ſententia diffinitiua ſimpliciter lata ſine pæna tunc cenſe-
9 retur impoſita pæna expreſſa in banno præcedenti comminatorio.

Nec me latet id quod dicit idē *Cartarius in dicto cap.fin. num.292.* quod ſi expreſſio pęnæ in banno non præceſſerit tunc ſi pro delicto ex forma ſtatuti certa pæna impoſita
10 eſt illa in banno expreſſa videatur *per textū in l.4. §. ſi ex conuentione ff. de re iudic.* & quod hoc idem procedat, quando pæna eſſet arbitraria, & ex conſuetudine arbitrium declaratum eſſet, quia dicimus obiectum procedere quando ſimpliciter bannum for-
11 matum fuit non autem quando cum relatione ad futuram ſententiam ad quam vti ad quid incertum relatum fuit; obiectum vero procedit quando bannum poteſt ex præteritis ſtatutis, & conſuetudinibus receptis pænæ ſpecificationem recipere, & certitudinem non autem ex futuris de quibus non datur determinata ratio, & hoc etiam modo intelligi poteſt *Scacciæ doctrina ſupra allegata quem Caball. in caſu 181. num. 7.*
12 in fine intelligi declarat loqui de banno propter contumaciam illato in quo non eſt neceſſarium poni pænam ſecus in banno propter delictum in quo pænam exprimi neceſſarium eſt *Caball.* vero loquitur de banno in quo cōtumaces ponūtur tamquā confeſſi, & conuicti ſecus de banno in quo communiter ponuntur Rei contumaces in reſpondendo accuſationi, vel inquiſitioni in termino eis aſſignato, vt idem *Caball. d. caſu nu.4. verſ. vnum eſt illud,* vbi dicit, quod in hoc banno non eſt neceſſarium ponere pænam.

An Epiſcopus contra Clericos contumaces, vel contra Seculares, qui in eorum tribunali vti contumaces cōdemnari debent teneantur ſeruare conſtitutionem Barberinam.

Quæſt. CCVII.

SVMMARIVM

Epiſcopi tenentur ſeruare conſtitutionem Barberinam num.1.

Delegatus tenetur ſeruare leges, & ſtatuta loci vbi eſt delegatus. num.2.

Epiſcopi non faciunt curiam ſeparatam à curia ordinarij laici. num.3 num.7.

Eccleſia dicitur Regina ciuitatis in qua exiſtit. numer.4.

Epiſcopi obligati ſunt obſeruare ſtatuta laicorum ſi ſint bona & æqua. num.5.

Forenſis tenetur ſeruare in proſecutione cauſæ ordinē & ſtylum ciuitatis in qua cauſa ventilatur. nu. 6.

Sicut leges non dedignantur ſacros canones imitari ita ſacrorum canonum ſtatuta Principum adiuuantur num.8.

Conſtitutio Barberina continet publicum, & commune reipub. commodum. num.9.

Clerici ligantur ſtatuto laicorum in ijs, quæ pertinent ad ordinatoria iudicij. num.10.

Ordinatoria non reſpiciunt perſonam, ſed cauſam. num.11.

1 ET dicen. quod omnino illam ſeruare teneantur, & ideò ſciendum eſt, quia conſtitutio Barberina nihil aliud continet, quam ordinem quemdam rationabilem pro ſeruandis terminis ad ſententiam obtinendam, qui ordo cum nullum contineat contra iuriſdictionem, & libertatem Eccleſiaſticam præiudicium omninò ſeruandus eſt *argumento text. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, & faciunt ea quæ tradi. Bald. in cap. de cauſis num....... verſ. quero vtrum Iudex delegatus de foro competenti,* vbi dicit quod delegatus leges, & ſtatuta loci vbi eſt
2 delegatus ſeruare debet ita pari modo de
3 Epiſcopis dicendum eſt; qui licet in ciuitate habeat tribunal ſeparatum à tribunali ſæculari ſicut etiam delegatus à tribunali ordinario tamen non faciunt curiam ſepara-

3 ratam à curia ordinarii, vt dicit idem *Bald. in l. ſi quis in hoc num. 2. C. de Epiſcopis, & Cleric.* ideò licet Eccleſia ſit exempta à iuriſdictione laicorum attamen non eſt exempta à territori iullorum ideo Eccleſia dicitur
4 regina ciuitatis in qua exiſtit, vt dicit idem *Bald. in l. ſatiſq. n. 1. ff. de in ius vocan.* ac proinde Epiſcopi obligātur obſeruare ſtatuta laicorum ſi ſint bona & æqua, vt pariter dicit
5 *Bald. in l. omnes populi num. 28. ff. de iuſtitia, & iure;* at cum conſtitutio Barberina bona, & æqua, eo quia concernit directionem actorum ordinando illa ad cauſam aliqua methodo terminandam idcircò videtur cōueniens illam ſeruari, & facit ratio, quia ſicut forenſis tenetur in proſecutione cauſę
6 ſeruare ordinem, & ſtylum ciuitatis in qua cauſa ventilatur, vt dicit *Bald. in l. 1. nu. 10. C. ne filius pro patre*: ita Epiſcopus ſeruare tenetur ordinem ac ſtylum ciuitatis in quo exiſtit cum non habeat territorium diuerſum ab illa, & nullum ordini Eccleſiaſtico præiudicium pareat.

Confirmātur ſupradicta per ea quæ dicit *Bald. in auth. qua in prouincia num. 7. C. vbi de crim. agi oport.* ſcilicet, vt ipſe exemplificat;
7 quod ſi ſtatutum cauetur, quod Florentinus poſſit trahi ad curiam Florentinam nō contraueniretur ſi traheretur ad curiam Epiſcopi Florentini cum curia Epiſcopi Florentini ſit curia Florentina, & ſic ſequitur, quod cum curia Epiſcopi, & curia ciuitatis in qua degit Epiſcopus ſit vna, & eadē curia merito vnus, & idem ordo ſeruari debet in cauſis immò licet Eccleſiaſtici nō habeant in iure certum ordinem expreſſum tamen debent immitādo leges ciuiles ordinem per illam datum ſeruare, & facit *textus in cap. 1. de noui operis nunciat.*: ibi *quia vero ſi-*
8 *cut leges non dedignantur ſacros canones imitari ita ſacrorum canonum ſtatuta Principum adiuuantur* vbi *gloſ. in d. verbo adiuuantur* ſubiungit, *& ita in cauſa Eccleſiaſtica leges poſſumus allegare*.

Et facit ratio inconuincibilis, quia cum conſtitutio Barberina contineat publicum
9 & communo reipublicæ commodum fas eſt quod Eccleſiaſtici ei ſe conforment ne ſcarbatores appareant, quia ſic ſuadet ratio generalis iuſtitiæ *arg. eorum quæ tradit Baiard. ad Clarum quæſt. 77. num. 37. Carolus de Graſſis de effectu Cloricatus effectu 2. num. 22.* quamuis contrarium videtur ſentire *Bald. in l. ex cauſa ſub num. 2. ff. de poſtulando verſ. Epiſcopis* niſi dicas, quod alia ſunt ordinatoria cauſæ alia ordinatoria ſententiæ. Ordinatoria enim à Barberina diſpoſita ſunt in ordine ad ſententiam, quæ ab Epiſcopo ſeruari debent *gloſ. ſententia ibi ſeruat Epiſcopus in dicta l. ex ca*
11

cauſa, & hoc etiam videtur decidere *Bartol. in l. cunctos populos num. 30. C. de ſum. Trin.* vbi contra *Hoſtien. in ſumma, de conſuetudine §. de veritate verſ. ſed pone, & verſ. quod ſi Clericus* expreſſe dicit, quod Clerici ligantur ſtatuto ſeu conſuetudine laicorum in iis, quæ
10 pertinent ad præparatoria, & ordinatoria iudicij etiam ſi negotium tractaretur in foro Eccleſiaſtico *per textum in cap. cum veniſſent de eo qui mitti in poſſeſſionem Rei ſeruan. cauſa* in illis verbis *vellent procedere* ſequitur *Capyc. deciſ. 66. num. 4.* & ratio eſt quia
11 ordinatoria non reſpiciunt perſonam, ſed cauſam *Abb. in cap. quod Clerici nu. 11. de foro competenti. Aſin. in tract. de execut. §. 1. cap. 78. numer. 13. Graſſ. de Effect. clericorum effectu 2. numer. 134.* Idem tenet etiam *Pignatellus controuerſiarum foren. centuria 2. cap. 33. numer. 30. lib. 2.*

An Relatio facta à Nuncio, quod citauerit Reum contumacem ad inſtantiam adhærentis, & non ad inſtantiam Fiſci licet citatio fuerit concepta ad inſtantiam Fiſci inualidet proceſſum. Quæſt. CCVIII.

SVMMARIVM.

Commiſſio, & relatio citationis ſunt actus iudiciales. num. 1.

Iudicium criminale principaliter agitur ad fauorem Fiſci. num. 2.

Relatio ſit coram Iudice, vel coram Notario de mandato Iudicis. num. 3.

Stipulatio de decem, & promiſſio ſit de domo ſtipulatio euadit inualida. num. 3.

Citatio redditur nulla ſi commiſſio fuit, vt ad inſtantiam Fiſci fieret, & relatio facta ſit ad inſtantiam adhærentis num. 4. & quare, num. 5.

Quando non eſt eadem defenſio tunc decretum ad fauorem nominati eſt nullum. num. 7. & 14. 15.

Si Iudex committat citare domi ſolitæ habitationis, & Nuncius referat citaſſe domi ſimpliciter citatio eſt nulla. num. 8.

Si citatio peccat in relatione conſtito de notitia Reus non excuſatur num. 9. declaa ibidem.

Relatio citationis executæ debet eſſe vera. num. 10.

Iudex non ſententiat niſi prius Nuncius referat ſe citaſſe prout habuit in mandatis. num. 11.

Citatio debet continere nomen citantis. num. 12.

Citatio ad inſtantiam pluriū illos continere debet ſaltem nomine collectiuo ſcilicet litis conſortes. nu. 13.

Ad

AD huius quęſtionis di-
lucidationẽ ſciendum
eſt, quod commiſſio
citationis, & relatio
1 eiuſdẽ ſunt actus iu-
diciales inter ſe reſpe-
ctiui atque neceſſarij,
quo ad ordinem iu-
diciarum, & debent
inter ſe habere proportionem, & conue-
nientiam ſicut interrogatio, & reſponſio
nam ſi commiſſio fuit, vt citetur reus ad
inſtantiam Fiſci relatio non debet contine-
re citationem fuiſſe exequutam ad inſtan-
tiam adhęrentis de quo Iudex non fecit
mentionem, quia iudicium criminale prin-
2 cipaliter agitur ad fauorem Fiſci, & non
adhęrentis cui in executionibus pænarum
non eſt fauor adhibendus. *l. auxilium ff. de
minoribus in Princ. Bald. in auth. ſed & ſi quis.
num.9. C. de teſtibus.*

Non obſtat, quod in actis conſtet de ci-
tatione concepta, & formata ad inſtantiam
Fiſci ac proinde parum referat de relatione
Nuncij erronea, quia ſuper hoc pariter
ſciendum eſt, quod relatio eſt actus iudicia-
lis, qui fit coram Iudice acceptante, vel
3 coram Notario de mandato Iudicis, vt do-
cet *Bald. in auth. quæ ſupplicatio num. 2. C. de
precib. imper. offeren. & in l. in minorum num. 6.
C. in quibus cauſis in integ. reſtit.* ac proinde Iu-
dex, qui commiſit citationem exequi in-
ſtante Fiſco ſi poſtea recipiat, & approbat
relationem exequutionis factam inſtante
adhærente committit nullitatem ſicut in ſi-
4 mili ſi quis ſtipulatus fuit decem à Caio, &
Caius promittit domum vtique ſtipulatio
de decem inualidatur, & ex illa ſtipulatio-
ne actio vlla non oritur licet appareat in
inſtrumẽto ſtipulatio de decem, & ratio eſt
quia reſponſio ad dictam ſtipulationem
non correſpondet ita pari modo licet Iudex
5 commiſerit nuncio, vt citet ad inſtantiam
Fiſci, & Nuncius referat citaſſe ad inſtan-
tiam adhęrentis vtique dicendum eſt, quod
commiſſio citationis ad inſtantiam Fiſci
euanuit dum Iudex acceptat relationem
ad inſtantiam adhęrentis, & ratio eſſe po-
teſt, quia hoc caſu variatur effectus dum
6 citatus ſi compareret non ſumeret ab illa
citatione eamdem defenſionem contra Fi-
ſcum, quam ſumeret contra adhærentem
cum vnus tractet de intereſſe ciuili alter de
pæna criminali in cuius executione nullus
fauor eſt adhibendus adhęrenti, vt ſupra
dixi: vnde quando non eſt eadem defenſio
tunc decretum, & ſic ſententia ad fauorem
7 non nominati eſt nullum ſeu nulla *Bart. in l.
aut qui aliter ff. quod vi aut clam Cæſar. de Graſſ.
deciſ. 5. de ſent. & re iud.* & confeſſio ficta ab
ea reſultante non legitimat proceſſum.

Pariter pro confirmatione ſupradictorũ
facit aliud ſimile ſi Iudex committat citare
8 Caiũ domi ſolitę habitationis, & Nuncius
referat citaſſe domi ſimpliciter non ne cõ-
mittit nullitatẽ? equidem quod ſic, vt vo-
luit *Scaccia de iudicijs cap. 48. num. 11. verſ. 1.
quia &c.* quanto ergo magis committeret
nullitatem dum Nuncius habens in com-
miſſione citandi ad inſtãtiam Fiſci, & refe-
rat citaſſe ad inſtantiam adhęrentis, de quo
nullam habet commiſſionem.

Non obſtat *Scaccia de Iudicijs cap. 45. nu. 11.
verſ. aut peccat in executionis modo; &c.* vbi di-
9 cit, quod ſi citatio peccaret in relatione cõ-
ſtito de notitia reus non excuſatur, quia
idem *Scaccia* optimè reſpondit dicendo ci-
tationem ſanari per plenam, & certam no-
titiam ſuperueniẽtẽ, & ſic ſimplex notitia,
ſeu præſumpta notitia non ſufficeret, ſed ſic
eſt, quod cum citatio non ſit perſonaliter
executa non poteſt dici attuliſſe plenam, &
certam notitiam, ſed præſumptam, ergò,
&c. & ſic obiectum in ſe ipſo corruit, vndè
ſequitur, quod huiuſmodi citatio quamuis
ſit concepta ad inſtantiam Fiſci remanet ſi-
ne relatione, & per conſequens nulla, & ſi
10 habet relationem, illa non eſt vera, prout
ſemper vera eſſe debet, vt tradunt *Foller. in
praxi primæ partis 2. par. verb. fiat relatio n. 15.
Carpan. ſuper ſtat. Mediolan. cap. 205. num. 35.
36.* & ſic nulla.

Non obſtat quod Fiſco adhærens ſit actor
in eadem cauſa non minus, quam Fiſcus,
ac per conſequens nihil releuat, quod re-
latio fiat pro adhærente, ſiue pro Fiſco, quia
huic obiecto dupliciter reſpondetur vno
modo, quia commiſsio citationis nullam
de adhærente facit mentionem, ſed de Fiſco
tantum, ac proindè Nuncius non debet ex
capite ſuo mutare dictam commiſsionem
intantum quod Iudex non poteſt ſententia-
11 re, niſi prius Nuncius referat ſe citaſſe,
prout habuit in mandatis *Bald. in l. quod du-
bitet §. cum autem num. 2. ff. de acquiren. hæred.*
altero modo quia adhęrens non eſt princi-
palis, nec cauſa principaliter reſpicit ad cõ-
modum adhęrentis, ſed ad Fiſci vtilitatem
propter pœnam illi applicandam; idcircò
citatio ad inſtantiam adhærentis dumtaxat
exequuta, vel non releuat; vel reſoluitur
ad intereſſe ciuile.

Vltra quod certum eſt, quod ad hoc, vt
citatus intelligat, ad cuius inſtantiam cite-
12 tur debet citatio continere nomen inſtan-
tis, vt dicit *textus in l. 1. ff. de lib. & poſt.* ibi
*nomen, & pronomen, & cognomen eius dicen-
dum eſt.*

Et

Et quamuis quando ſunt plures inſtantes non ſit neceſſe ſingulorum nomina expri-
13 mere, ſed ſufficiat vno expreſſo alios compleri nomine collectiuo nimirùm litis conſortes *tot. tit. C. de conſort. eiuſdem litis, D D. in cap. cum M. de conſt. Rota in recent. deciſ.* 11. *num. 2. & 4. par. 2.* tamen cum citatio fuerit exequuta dumtaxat ad inſtantiam adhęrentis ſub proprio nomine, & non appellatiuo adhærentis, & non Fiſci, cuius principalitet intereſt. cauſa criminalis; nulla facta complexione alicuius nominis collectiui, in quo Fiſcus potuerit compræhendi vtique vitio nullitatis prædictam citationẽ laborare dicimus, & ratio eſt, quia citatus non ſumit ab illa citatione eamdem defenſionem contra Fiſcum, quam ſumeret contra adhærentem, vt dixi cum vnus tra-
14 ctet de intereſſe ciuili alter de pœna criminali, vndè quando non eſt eadem defenſio, tunc decretum, ſeu ſententia contumacialis ad fauorem non nominati in citatione, & ſic Fiſci eſt nullum: *Bart. in l. aut qua aliter ff. quod vi, aut clam. Caſar de Graſſis deciſ. 5. de ſent. & re indic.* ac proindè confeſſio ficta reſultans ex dicto decreto, ſeu ſententia non afficit Reum contumacem, nec proceſſum legitimat.

Non me latet, quod quando citatio concernit fauorem plurium licèt vnus tantum inſtet, tamen ſubſtinetur quoad omnes, quia hoc procedit, quando vnica eſt cauſa defenſionis, & vnius intereſſe, & illius, qui inſtetit principaliter intereſt iuxta *textum in l. poſthumo §. ſi quis ex his*, vbi *DD. ff. de inoff. teſtam. Alex. in l. ſæpè num.* 31. *ff. de re indic. Curtius Iunior conſ. 247. num. 16. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 28. nu. 10.*

Probatur à contrario, quia ſi Reus in defenſionibus citaret dumtaxat adhærentem, & non Fiſcum vtique nulliter procederet, nec per Iudicem admitteretur hæc practica.

An monitorium ſeu citatio ad Domũ habitationis dicatur incerta ſi appareat citatum habere plures domus habitationis. Quæſt. CCIX.

SVMMARIVM.

Litis conteſtatio, quæ non apparet habita, vel per affirmatiuam, vel per negatiuam non valet propter incertitudinem. num. 1.

Monitorium ſeu citatio ſẽper eſt eiuſdem finis vbicunque fiat. num. 2.

Dubitatio inter duo extrema non vitiat ſi quodlibet extremorum eſt eiuſdem naturæ. num. 3.

Citatio ad domum habitationis non eſt incerta ſi apparet citatum habere plures domus cum effectus citationis non varietur num. 4.

PRO affirmatiua videtur dicendum, quod ſit incerta, *iuxta ea quæ tradit Speculat. in tit. de lit. conteſt.* vbi dicit, quod ſi reperiatur in actis tali die fuiſſe litem conteſtatam inter reum, & actorem nec appareat an præ-
1 dicta litis conteſtatio fuerit facta per negationem, vel per confeſſionem talis, litis cõteſtatio non valeat ratione incertitudinis, & hoc eo magis procedere videtur, quia litis conteſtatio, quæ fit per confeſſionem eſt diuerſæ naturæ à litis conteſtatione, quæ fit per negationem, quia per primam reſpicitur ad abſolutionem per ſecundam ad cõdemnationẽ ac propterea propter incertitudinẽ prædicta litis conteſtatio ſic ſimpliciter facta vitiatur, ita pari modo quotieſcũque Nuncius retulit citaſſe ad domum habitationis nulla facta ſpecificatione ad quam domum feciſſe citationem videtur huiuſmodi relatio incerta, & ſic nulla.

Pro negatiua videtur facere, quia vbicũ-
2 que fiat monitorium ſeu citatio ſemper eſt eiuſdem naturæ, & non mutatur finis dictæ citationis, & facit *textus in l. quod ſi dubitet ff. de acquir. hæred.* vbi dicitur, quod dubitatio inter duo extrema non vitiat ſi quodlibet
3 extremorum eſt eiuſdem naturæ nam certum eſt, quod vtrobique poteſt citari, vt notatur *in Clemen. de Electio. in cap. cauſam* nec effectus citationis variatur, vt dicit *Bald. relatus à Bald. in dicta l. quod ſi dubitet numer. 2. ff. de acquir. hæred.*

4 Ad affirmatiuam reſpondetur, quod non ſit incerta dum non variat effectum, & ad ſimile de conteſtatione litis reſpondetur, quod ad ſubſtantiam iudicii ita valet proceſſus per confeſſionem ſicut per negationem vnde cum non dubitetur de ſubſtantia iudicij merito valet iudicium.

An

An Monitorium, quod tranſmittitur reo contumaci habeat vim declaratoriæ.

Quæſt. CCX.

SVMMARIVM.

Monitorium eſt extremum à quo habet principium confeſſio ficta: num. 1.

Per monitorium Iudex interloquitur ſicut per bannũ: num. 2.

Bannum eſt diffidatio hominis. num. 3.

Monitorium importat comminationem pænarum prout importat bannum. num. 4.

Comminare pænas eſt proprium bannorum, & monitororium. num. 5.

VErum, quia monitorium eſt extremũ à quo habet prin-
1 cipium contumacia, & ſic confeſſio ficta quæri etiam poteſt an habeat vim declaratoriæ, & dicendum quod habeat vim declaratoriæ eo quia per monitorium Iudex interloquitur extare delictũ
2 pro quo reus condemnari poteſt in pænis in dicto monitorio contentis, & ſicut bannum cuius loco monitorium tranſmittitur habet vim ſententiæ interloqutoriæ, vt dicit *Bald. in l. vnica C. ex delict. defunct.* im mo ſicut bannum eſt ſententia declaratoria eò quia bannum nihil aliud eſt quam diffida-
3 tio hominis, vt dicit *Farin. conſ.* 101. *num.* 13. *in fine* ita & monitorium habebit vim ſententiæ interloqutoriæ prout videtur innuere *Cartar. de capto bannito cap.* 1. *num.* 437. *verſ. & id procedit*, & per conſequens dici poteſt diffidatio ac proinde declaratoria delicti per ea quæ tradit *Farin. d. conſ.* 101. *n.* 13. certum tamen eſt quod monitorium eſt ſententia *l. quoties vbi gloſ. ſententia C. de dignitatibus lib.* 12. *& l. cum clericis vbi gloſ. ſententiarum C. de Epiſcopis, & Cleric.* & importat
4 comminationem pænarum prout importat bannum, vt de banno dicit *Cartarius de capto bannito cap.* 1. *num.* 443. & non niſi cauſa cognita conceditur per ea, quæ colligi poſſunt *ex Mandoſio in tract. de monitorio quæſt.* 2. *& quæſt.* 17. *num.* 3. *& facit textus in l.* 3. §. *cognoſcit Præfectus ibi aut ſeuera interlocutione comminatus ff. de officio Præfecti vigilum*, & clarius *Scaccia de iudiciis cap.* 57. *num.* 19. *Gail. obſeruat.* 19. *num.* 7. comminare enim pænas eſt pro-
5 prium bannorum, & monitoriorum interlocutio vero eſt præceptum ſeu pronunciatio Iudicis *l.* 9. *C. de ſententijs, & interloqutio.*

FINIS.

An Socius Criminis confrontatus poſſit, & debet repeti cum interrogatorijs. Quæſt. CCXI.

SVMMARIVM.

Confrontatio ſupplet repetitionem, & omnes eius ſolemnitates. num. 1.

Facta confrontatione non eſt opus alia repetitione, num. 2.

Confrontatio ſolet fieri ad effugiendam repetitionem. num. 3.

Repetitio debet neceſſario admitti in ſocio Criminis confrontari inſtante altero ſocio, contra quem fuit confrontatus num. 4.

Socius criminis non admittitur ad faciendas dfenſiones alterius ſocij num. 5. Declara. num. 6. & 7.

Socius criminis poteſt induci in teſtem ad defenſam pro alio ſocio. num. 8.

Interrogatoria non dantur ad probandum ſed ad inſtruendum, & ſunt de iuſtitia. num. 9.

Sententia lata non repetitis teſtibus cum interrogatorijs eſſet contra ius partis, non autem contra ius repetitionis. num. 10.

Ceſſante fraude; & dolo repetitio ſocij criminis fieri debet. num. 11. & 17.

Socius criminis, quãuis inhabilis tamquam teſtis habetur. num. 12.

Socius criminis cui aliud non obijcitur, niſi eſſe ſocium criminis eſt teſtis idoneus. num. 13.

Societas in crimine non eſt modus tollendi repetitionē. num. 14.

Confrontatio duo habet, vnum quod eſt iuris ciuilis nempè citatio, alterum quod iuris naturalis ſcilicet interrogatio, & reſponſio. num. 15.

Confrontatio ſupplet citationem, quæ eſt de iure ciuili, non autem interrogationem, quæ eſt de iure naturali. num. 16.

POſtquam tractatus iſte typis completus fuit, denuò venit in quæſtionem hæc concluſio idcircò infraſcripta pro veritate dixi ad corroborationem eorum, quæ tetigi in Quæſtione 108. num. 14. & 15. Idcircò pro negatiua dicendum videtur quod non ſit neceſſaria huiuſmodi repetitio, quoniam cum confrontatio ſuppleuerit repetitionem, & omnem eius ſo-
1 lemnitatem, eo quia confrontatio fuerit habita cum tortura iuxta diſpoſitionem *tex. in l. 21. §. ſi ea ff. de teſtibus* non ſolum ſuppleuit citationem requiſitam, vt notat *Afflict. in conſtit. Regni lib. 1. rub. 27. incipien. damna n. 36. verſ. vel Iudex faueat, Scaccia de iud. lib. 1. cap. 86. num. 54. Lucatell. in ſpect. 5. numer. 261.* verum etiam interrogationem eò quia de ſtylo omnium Curiarum non dantur per inquiſitum interrogatoria, vt dicit *Foller. in practica crim. in 2. parte, ſecundæ partis princip. in verbo recipiantur defenſiones, Clarus q. 23. verſ. item quæro.*

Idcircò vt dicit *Cartar. in practic. interrog. Reorum lib. 3. cap. 1. num. 1.* non eſt opus alia
2 repetitione. Immò vt dicit *Ambroſin. de proceſſu informatiuo lib. 2. cap. 9. num. 1. & 3.* hęc confrontatio fieri ſolet ad effugiendam te-
3 ſtium repetitionem, & *Caball. caſu 269. ſub num. 18.* apertè dicit non eſſe Reo inſtanti concedendam repetitionem.

Et nouiſſimè R.P.D. Caſtellus in eius memorali pag. 58. teſtatur de anno 1631. die 21. Aprilis fuiſſe per S. Conſultam determinatum non debere hanc repetitionē permitti, ac proindè Fiſcalis tunc temporis ſcripſit Guber. Status Eccleſiaſtici ne amplius ſocij confrontati ad inſtantiam alterius ſocij etiam cum eius interrogatorijs repetantur.

Pro affirmatiua vti verior, & æquior dicimus, quod hic non diſputatur an repetitio etiam nullo inſtante ſit præcisè, & omninò neceſſaria, quia certum eſt non eſſe neceſſariam, vt dicunt *Boiard. ad Clarum quæſt. 45. num. 63. Pignatellus controuer. foren. p. 1 cap. 42. num. 9. ſub verſ. ex quibus* ſed diſputa-
Religioſus inuitus non poteſt extrahi ab alia Eccleſia non ſuæ Religionis. num. 121.

Ampl. quamuis occideret ſuum Superiorem. nu. 122.

Ampl. Imò & ſi proprium Generalem ſecundum aliquos. num. 123.

Secus ſi delinquat intra ſepta Monaſterij, reprobato Garubac. *num. 124.*

Depoſitus in Eccleſia loco carceris, poteſt etiam inuitus extrahi, & ratio aſſignatur. num. 125.

Ampl. etiamſi depoſitus ſit à curia ſæculari de mandato Epiſcopi. num. 126.

Reus ductus per Eccleſiam à Satellitibus, non gaudet Immunitate. num. 127.

Opinio ſupradicta non ſolum de iure, verum etiam ex mente omnium Sac. Cong. procedit. num. 128.

Abb. d. cap. Inter alia *bis ſupra reprobatus, iterū & tertio reprobatur. num. 129.*

Genuen. ſup. alleg. *tenens contrarium ex conſuetudine reprobatur. num. 130.*

Parocus poſt delictum confugiens ad Eccleſiam Parochiolem gaudet immunitate ex mente S. Congreg. Immunitatis. num. 131.

Reſolutiones Sacrarum Congregationum habent vim legis in tota Chriſtiana Republica, & ligant in conſcientia. num. 132.

Ampl. etiamſi non publicatæ vti notoria. nu. 133.

Intellige dummodò autentica exhibeantur, vel inſerta in monitorio A.C. in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas emanata. num. 134.

Ampl. procedere etiam ex Decreto Vrbani VIII. num. 135.

Caſus fractionis exilij eſt nimis leuis, in cuius remiſſione partis conſenſus non requiritur. num. 136.

A traſgreſſione exilij, vti materia pœnata, & odioſa qualibet cauſa excuſat. num. 137.

Exul à fractione exilij exuſatur, ob amorem, ac timorem inimicorum in exeundo Inuentorum. numer. 138.

Ampl. etiam ex cauſa Infirmitatis Parentum, iſtorumque viſitationem. num. 139.

Relatio debet fieri apud acta. num. 140.

Sententia lata non expectata relatione Nuncij eſt nulla. num. 141.

Relatio licet ſit de proceſſu; tamē non eſt de ordine iudicij, & quare. num. 142.

Relatio fieri poteſt abſentibus partibus. num. 143.

Relatio an fieri poſſit die feriata in honorem Dei. numer. 144. & 147.

Arbitrator poteſt declarare pretium rei die Dominico. num. 145.

Relatio eſt quodam teſtimonium Nuncij. num. 146.

Feriæ in honorem Dei ſunt in duplici differentia, & quæ. num. 148.

Dies Dominici non comprahenduntur in derogatione feriarum. num. 149.

Feriæ aliæ ſunt ad commodum hominum, aliæ ſunt venerentiales ad honorem Dei. num. 150.

Statutum diſponens, quod omni tempore etiam feriato poſſit fieri executio non comprihendit ferias in honorem Dei. num. 151.

Relatio citationis poteſt fieri etiam poſt terminum citationis. num. 152.

Citatio carens die præſumitur facta die relationis. numer. 153.

Relatio citationis debet continere fuiſſe executam domi ſolitæ habitationis. num. 154.

Citatio ad domum ingerit ſcientiæ præſumptionem. num. 155.

Relatio citationis facta domi ſine qualitate ſolitæ habitationis non ſuffragatur. num. 156.

Qualitates ſolitæ habitationis ponitur ad differentiam hoſpitij. num. 158.

Hoſpitium eſt domus in motu, & peregrinationis. numer. 159.

Citationes, quæ fiunt ad hoſpitium contra forenſes nō tenent. num. 160.

Habitator eſt, qui reſidendi animo ſiue in ſuo, ſiue in conducto, ſiue in gratuito conſiſtit, & differt ab hoſpite. num. 161.

Qualitàs ſolitæ habitationis ſimpliciter relata à Nūcio ſuffragatur, etiamſi citatus habeat duas habitationes. num. 162.

Dubitatio reſultans inter duo extrema non vitiat, ſi quodlibet extremorum ſit eiuſdem naturæ. numer. 163.

Domus ſolitæ habitationis intelligitur illa, quam inhabitat tempore citationis. num. 164.

Bannitum eſt hominis diffidatio. num. 165. & eſt comminatoria. num. 167.

Diffidatio eſt licentia quædam offendendi. num. 166.

in Banno exprimi debet ſummariè delictum, quia delictum eſt cauſa Banni. num. 168.

de Commiſſione Banni apparere debet. num. 169.

Pœna in Banno exprimi debet. num. 170.

Pœna expreſſa in Banno præſumitur expreſſa in ſententia fortaſſe ſine pœna lata. num. 171.

Bannum terminum continere debet, quo elapſo inducta videtur confeſſio. num. 172.

Confeſſio ficta acceptata tolli non poteſt. num. 173.

In quo differat Conſtitutio Barberina à Conſtitutione Marchiæ in cap. 10. lib. 4. *num. 174.*

Bannum debet publicari alta voce ad valuas Palatij *Guber-*

Digitized by Google

Gubernatoris, vel Poteſtatis. numer. 175.

Bannum debet intimari domi ſolitæ habitationis dimiſſa copia. num. 176.

Bannum eſt maximi præiudicij. num. 177.

Reus comparens in termino banni reſoluitur bannum in ſimplicem citationem. num. 178.

De publicatione, & intimatione, ac copia banni dimiſſa debet fieri relatio apud acta. num. 179.

Negato Rei fuiſſe citatum non facit vacillare Nuncij relationem. num. 180.

Terminus Banni computatur à die executæ intimationis. num. 181. & quare, ibidem.

Terminus Banni à noſtra commiſſione præfixus non poteſt à Iudice minui. num. 182.

Contra forenſes debent fieri diligentia de reperienda domum, vbi habitare potuerint. num. 183. alias ad valuas fieri debet citatio. num. 184.

Forenſis quis ſit. num. 185.

Paria ſunt forum ſortiri, & ſtatuto ligari. num. 186.

Forenſis fit de foro illius ciuitatis, in qua deliquit. num. 187.

Clericus ligari ſtatuto illius loci vbi litigat quoad ordinatoria. num. 188.

Terminus ad perquirendum reum citatum aſſignari poteſt. num. 189.

Procurator in criminalibus non admittitur. num. 190.

Saluuſconductus aliquando contumacibus conceditur, & in quibus caſibus. num. 191.

Contumacibus cõdemnatis ſaluuſconductus offerri debet. num. 192.

Damnatus dicitur, qui morte, exilioue coercitus eſt. num. 193.

Contumacibus accuſatis, vel denunciatis debet offerri ſaluuſconductus. num. 194.

Differt ſaluuſconductus oblatus condemnato ab illo, qui offertur reo accuſato, & in quo. num. 195.

Saluuſcõductus non offertur pro leui cauſa, & in damnum Reipub. num. 196.

Reo enunciato criminoſo, ſeu facinoroſo in libello inquiſitionis debet offerri ſecuritas. num. 197.

Qui habet ſecuritatem, ſi ei aliquid triſte denunciatur, excuſatur ſi non comparet. num. 198.

Ad Iudicem facilis eſſe debet additus. num. 199.

Contumax non dicitur, qui timet ire ad Iudicẽ. n. 200.

Iudex ignorans reum damnatum, vel delinquentem non tenetur ei offerre ſecuritatem, ſi non petatur. num. 201.

Citatus pro vno delicto ſi timet moleſtari pro alio poteſt petere ſaluumconductum. num. 202.

Saluuſconductus beneficium eſt. num. 203.

Citatus, vt veniat ad Iudicem habet ſecuritatem à lege. num. 204.

Securitas proueniens à ſimplici citatione eſt ſecuritas interpretatiua. num. 205.

Aſſecuratus cum literis ſaluoconducto, muniris non tenetur accedere, & quare. num. 206.

Saluuſconductus eſt fragilis cautio. num. 206.

Reus non tenetur comparere niſi ei data fuerit certa ſecuritas. num. 208.

1 NON minus prouida, quam neceſſaria fuit hæc Conſtitutio, ſed adhuc ab imperitis malè obſeruata, & tamen facilem poſuit modum obſeruandi.

Verum quia in præſenti Tractatu de Legitimatione Criminalis Proceſſus inter alios modos legitimandi numerauimus legitimationem reſultãtem ex ficta confeſſione, quam, ſeruatis termi-
2 nis dictæ Conſtitutionis, generat contumacia, ideo viſum fuit opportunum aliqua ſuper ea notare.

Diuiditur hæc Conſtitutio in multas partes, ſeu potius in quamplura membra diſtinguitur, nimirum in libellum inquiſitionis in citationem ad reſpondendum prædi-
3 ctæ inquiſitionis in terminum in prædicta citatione aſſignandum in commiſſionem de citando in executionem prædictæ citationis in relationem faciendam de dicta executione facta in bannum cum inſertione citationis in intimationem banni, ac tandem in ſententiam condemnatoriam.

De Libello Inquiſitionis.

SCiendum eſt, quod libellus Inquiſitionis differt ab ipſa inquiſitione, quoniam
4 libellus iſte potitus titulus criminis, quàm inquiſitio dicitur, vt notat *Clar. in quæſt. 31. num. 8. verſ. ſine titulus, &c.* & continere de-
5 bet nomen Iudicis inquirentis, & eius officium nomen inquiſiti, & totam ſeriem facti tempus, & locum, & ſubſcriptionem Iudicis inquirentis, *vt notat Ambroſin. in eius tract. de modo formandi proc. informatiuum lib. 5. cap. 1. num. 26.*

Quoad ſubſcriptionem Iudicis fuit prouiſum ab Eminentiſſimo Card. Sacchetto de ordine Sanctiſſimi, quod ſufficiat vel
6 ſubſcriptio Iudicis, vel commiſſio Iudicis, dummodò appareat notatum in citatione factam fuiſſe de ordine Iudicis, vt in dicta delaratione num. 6. ibi: *che tanto l'inquiſitioni, quanto il bando ſuffraghino ancorche non ſottoſcritti dal Notaro, baſtando per loro validità che ſiano ſottoſcritti dal Giudice, ò che n'apparиſca la commiſſione precedente del medemo Giudice, di modo, che eſſendoſi ò la ſottoſcrittione, ò la commiſſione vna di eſſe baſti per la loro validità, & à queſto effetto ſi ſtimerà conſtare della commiſſione mentre appariſca notato nelle citationi eſſerſi fatte le medeme d'ordine del Giudice.*

Sciendum tamen eſt, quod libellum iſte inqui-

iuquiſitionis deſeruit, vt Reo notificetur
7 actio, qua Fiſcus agere contra eum intēdit, nam ſicut in ciuilibus actor debet edere
Reo actionem, vt poſſit deliberare an velit
cedere, vel contendere *l.1. ff. de edendo* ita in
criminalibus, oportet, quod Fiſcus inquiſito, & præcipuè abſenti manifeſtet ſuam
actionem criminalem, & vt euadat inſtructus de omnibus, quæ contra eum prætendit Fiſcus *l. 1. num. 5. ff. de edendo ibi debet dari
copia inquiſitionis*, & ſic vt deliberet an velit
cedere fatendo, vel contendere negando,
& reo abſenti tranſmittitur ad inſtar libelli
8 accuſationis, quo fit, vt magis petitio, quā
inquiſitio dicatur, ideò debet eſſe certior,
& magis coarctans ad hoc, vt reo, cui tranſmittitur ſit magis aperta via defenſionis,
9 nam ignorans non videtur fateri, nec conſentire, *Bald. in l. vanum num. 17. ff. ſi certum
petatur*.

Dubitari tamen poteſt, an libellus iſte
continere debeat concluſionem; eo quia
10 trita Doctrina eſt, quod in criminalibus
non concludatur: *Bald. in l. communis num. 5.
C. de accuſat. & inſcript. & in l. & ſi ſeuerior C. ex
cauſis infam. irogat.*

Sed diſtinguendo dicimus, quod cum
11 concluſio duplex ſit, vna tacita, altera expreſſa, regula ſupradicta procedere in concluſione expreſſa, non in tacitā, quia ſi eſſet
in poteſtate libellantis expreſsè concludere
poſſet petere, quod homicidia imponeretur pœna, vel grauior, vel mitior ſecundùm animi ſui affectū, quod pareret magnū
12 inconueniens, & derogaret legi, quæ ſemper in criminalibus concludit, & eſt inuariabilis, *cap. qualiter, & quando de accuſat. &
cap. licet Heli de Simon. Bald. in l. ſi quis num. 3.
C. de accuſat. & inſcrip.* ſi verò loquimur de
tacita concluſione, quæ fit à lege, vtique
dicendum poſſe fieri, vt notāt *Bart. & Alex.
in l. 1. §. fin. ff. de quæſtionibus, Ang. in auth. iubemus C. de indicijs Add. ad Bald. in d. l. ſi quis lit. C.
C. de accuſat. & inſcript.* & cum libellus legi-
13 bus inhærere debeat, ſufficit, quod concludat ſecundum legum diſpoſitiones, *Bald. in
rub. de rebus cred. num. 5. verſ. ſi competeret, & in
l. 11. num. 16. ff. de lib. & poſth.*

Sed iterum diſtinguas, quod concluſio
14 duplex eſt: vna probationum, altera accuſationum, & differunt inter ſe, quia concluſio probationum ponit terminū ipſis probationibus, ſed concluſio accuſationis ponit terminum pœnis infligendis, ac proin-
15 dè in libello accuſationis, ſeu inquiſitionis,
non debet concludi, niſi tacitè ad formam
legum, prout etiam in probationibus concluditur, & tacitè, & expreſsè, veluti quando finit Reus, vel Fiſcus tempora data ad
16 probandum, vel defendendum labi, defenſio enim poſt terminum denegatur, eo quia
aliàs fruſtra daretur terminus, ſi nihil operaretur, *l. 2. §. ſi ad diem ff. de re milit. cap. coram
de reſtit. in integr. Bald. in l. ſi ex num. 13. C. de his,
qui accuſar. non poſſ.* ideò Iudex non debet cō-
17 ſiderare, niſi modum, quo lex concludit
iuxtà qualitatem delicti, *Bald. in l. & ſi ſeuerior C. ex quibus cauſis infam. irrog.*

De probationibus requirentibus ad tranſmittendam inquiſitionem.

QVæri etiam poteſt, quæ probationes requirantur ad tranſmittendum hunc inquiſitionis libellum, & dico, quod aliqui
voluerunt requiri probationes plenas, &
18 conuincentes, vt inter cæteros dicit *Marſil.
in practica crimin. in §. poſtquam num. 48.* & alij,
quos citat *Farin. q. 11. num. 16. per textum in l.
raptores C. de Epiſcopis, & Clericis, & in l. vnica
C. de rapto*, ibi: *poſt legitimas iuri cognitas probationes*, ſed alij, & meliùs dicunt requiri,
quod probationes ſint ex inditijs legitimis
reſultantes, ideò ſcias, quod indicia ſunt in
19 duplici genere quædam ad inquirendum,
quædam ad tranſmittendam inquiſitionem
ſufficientia indicia ad inquirendum, ſufficit, quod ſint dumtaxat præſumptiua, vt per
*Angel. de Malef. in verb. hæc quedā inquiſitio §. 2.
num. 3.* & ibi *Auguſtin. in addit. Boſſ. in tit. de inquiſit. num. 3.* Inditia verò ad tranſmittendam
20 inquiſitionem, non ſolùm præſumptiua,
ſed etiam magis vehementia eſſe debent, ac
ex probabilibus argumentis reſultantia, vt
*per Clarum in quæſt. 20. verſ. ad formādum, Farin.
quæſt. 9. num. 20. verſ. ſed quæ eſſent, & quæſt. 1. numer. 48.* vbi dicit, quod hæc procedunt de
iure Conſtitutionis Pij V. la 137. ad affectū
tranſmittendi inquiſitionem ſufficiunt in-
21 dicia ad inquirendum, ibi: *ſi tamen legitimis
indicijs ad inquirendum*, & ita ſentit *Ioannes
Plotus conſ. 72. num. 16. inter conſ. crimin. lib. 2.
& Farin. conſ. 5. num. 99.* & ratio eſt ne ſit in
arbitrio Iudicis quoſcunque vexare, vt dicit *Guazz. defenſ. 9. num. 1.*

Quæ continere debeat libellus inquiſitionis.

IAM ſupra diximus, quod cum libellus iſte
habeat vim libelli accuſationis continere
22 debet facti criminoſi narrationem, item
tempus locum commiſſi delicti, *Cartar.
de capto bannito cap. 1. numeris 386. 388. Claris
quæſt. 31. verſ. quæro nunc & verſ. quæ nunquid
Farin. conſ. 86. num. 15. & 58.* item qualitatem

facti

facti quoniã ſi fuerit formata inquiſitio de conſilio, & perſuaſione, & formari debeat de mandato vtiq; eſſet nulla *Bero. conſ.* 170. *num.3. conſ.*55.*num.*6.& hæc omnia requirũtur,ut defenſions reis ſublatæ non cenſeantur, qui ſi velint probare ſuam innocentiã habeat, quæ deducere poſſint, *Farin. dicto coſ.*86. *num.* 15. *& conſ.*111. *num.* 7. *Vermigl. conſil.*246. *num.*13.

Item debet eſſe certus, & clarus,non autem alternatim factus,nec inueriſimilia, ſeu
24 impoſsibilia continere, vt *idem Farin. dicit in d.conſ.*86. *num.*59.*&* 60. & tandem ſi non conſtet de corpore delicti formari libellus iſte minimè poteſt, *Farin. conſ.*23. *num.*2.

Verum quia aliquando euenit, quod ex iſto libello tranſmiſſo aliquid detrahi debet puta qualitas aſſaſsinij, vel proditionis,quę
25 forſan in proceſſu probata non exiſteret,vt probat *text.in l.delictis* §. *ſi detracta ff.de Nouatibus Farin.quæſt.*1, *numer.*23. tunc vt hæc detractio afficiat debet ipſi reo intimari *Angel. Aretin.in verbo qui Dominus Iudex num.*2. *&* 3. & latè dixi *in quæſt.* 4. *num.*9.*&* 10.

De Citatione ad reſpondendum inquiſitioni.

Qvoad citationem ad reſpondendum inquiſitioni deſideratur, quod præcedat
26 commiſsio Iudicis, nam nemo citari debet, quin præcedat iſta commiſsio, *Angelus in l.neminem num.*1. *C.de cuſtodia reorum,Clarus quæſt.*31. *num.*4.quocirca citatio dicitur executio commiſsionis, vt dicit *Bald.in leg. nec quicquam* §.*vbi decretum num.*9. *ff.de off. Proconſulis*.

Et circa hanc commiſsionem citationis
27 duo notanda ſunt, quæ ſæpius vidi in quæſtionem veniſſe, vnum ſcilicet an fieri poſſit die feriato, alterum an præſumi poſſit.

Quoad primum *Bald.in l.ſi feriatis nu.*4. *ff. de ferijs* dicit hanc quæſtionem tractaſſe *Innocent. in cap. conquæſtus de ferijs,& Cyn.in l.dies feſtus C.eod.* ſed ipſe dicit,quod aut iſte actus
28 commiſsionis requirit cauſę cognitionem, & nõ poteſt fieri die feriato, aut non requirit hanc cauſæ cognitionem, & tunc fieri poteſt die feriato, quoties in tempus iuridicum conferatur, *arg. textus in l.in tempus ff. de hæred. inſtituen.* quod tamen dicit verum, niſi eſſent feriæ in honorem Dei, quia tunc indiſtinctè non valet prædicta commiſsio, quia lex reſiſtit principio, vt *dicta l.dies feſtus, C. de ferijs* & facit *textus in ſui ratione in l.ſi minor ff. de ſeruis exportandis*, & hic opportunè notandum eſt, quod feriæ in honorem Dei
29 non ſolum ſunt illæ, quæ immediatè celebrantur ad Dei honorem, vt ſunt dies paſſatis Natalis, & huiuſmodi, ſed etiam dies feſtus Sanctorum, immò & feriæ Repentinæ, quæ celebrantur in honorem Summi Pontificis, quia reuerentia, quæ fit Summo Sacerdoti fit ipſi Deo,*l.non diſtinguimus* §.*Sacerdotio, ff. de arbitris, Bald.in l.vt proponis n.*1. *C. quomodo,& quando,* vbi non facit differentiam inter ferias Sanctorum, & illas in honorem Dei celebrandas, iuxtà *illud glorioſus Deus in ſanctis eius* ideò citatio facta die feria-
30 ta intantum valet, inquantum dies feriata fuerit inducta fauore hominum, quia tunc non eſt prohibita citatio, quamuis nõ ſit iuſta comparitio, vt *in l.*1.*in principio ff. de ferijs*, quod non eſt ſic in ferijs inductis in honorem Dei,& Sanctorum, in quibus eſt impoſitum ſilentium ipſi præconis, *l.dies feſtus C.de ferijs,Bald.in l.in tempus* 62.*ff.de hæred. inſtituen.*

Quoad ſecundum ſcilicet an commiſsio
31 citationis præſumi poſsit, & dicendum, quod non quia hæc eſt ſolemnitas, quæ debet præuenire actum citationis. *l.*1. *C.de fid. inſtrum. Abb.in cap.*1. *num.*33. *verſ. an autem de iudicijs*, & ſic cum ſit extrinſecæ ſolemnitatis non præſumitur,*l.quæcumque* §.*vltimo ff.de pub. in rem act.*& ita videtur tenere *Menoch.de præſumpt.præſumptione* 24. *lib.*2. vbi extendit, & declarat per plures caſus, quamuis per Declarationem Eminentiſs.Sacchetti aliter diſpoſitum ſit, vt dixi.

Modò de ipſa citatione dicendũ eſt, quæ
32 duo continere debet vnum conſiſtens in monendo reum ad reſpondendum,alterum in præfigendo terminum ad comparendum,& quod terminus ſit certus, & peremptorius.

Quoad monitionem, vt reus reſpondeat
33 ſciendum eſt,quod lis ſubſtantiatur per interrogationem, & reſponſionem *l.* 1. *C. de litis conteſtatione,* at cum inquiſitio tranſmiſſa habeat vim libelli, cui reſpondendum eſt ad effectum cõteſtandi litem, vt *ex Bald. in l.*1.*num.*6.*ff.de edendo,* & quamuis reus citatus, vt plurimum efficiatur contumax in
34 non reſpondendo, nihilominus prædicta contumacia idem operatur, quod reſponſio, vt dicit *Bald. in l.prius num.*30. *C. de his, qui accuſar.non poſſ.*& ſic operatur idem,quod litis conteſtatio, vt alias dixi *in quæſt.*60.*n.*16 ac proindè neceſſarium videtur citare reũ abſentem, vt reſpondeat inquiſitioni ſibi tranſmiſſæ, vt per iſtam litis conteſtationẽ
35 abſens inter reos connumeretur. *Clarus. quæſt.*14.*num.*13.
36 Quo verò ad terminũ ſcias,quod alius eſt terminus expectatiuus, alius perẽptorius, primus

primus datur ad deliberãdũ ſuper reſpõſio-
ne ad intertogata *l.qui interrogatur ff. de interr.
act.* & ſciat ſuper quo debeat reſpondete, *l.
de atate §.ex cauſa ff. eod.* & citatio continens
terminum expectatiuum non poteſt dici
peremptoria, vt dicit *Bald. in l. vt perfectiùs
num. 11. C.de anna.except.* Secundus verò da-
37 tur ad dirimendam diſceptationem hoc eſt
vltra non pateretur contumacem tergiuer-
ſari, & dicitur terminus peremptorius, quia
eſt excluſiuus rei abſentis ad poſtea reſpon-
dendum, *Bald.in l. ad peremptorium ff. de indic.
& vbi quis, &c.*

Verbum autem peremptoriũ debet ap-
38 poni in citatione, quia aliter ſummaria ci-
tatio non haberet vim peremptorij, *& Bart.
notat in l.ſi finita §. Iulianus C.de damno infecto,*
quod idem ſit dicere vna pro tribus, & di-
cere peremptoriè, nam verbum *pro omnibus*
eſt verbum Iudicis, & verbum *peremptoriè*
eſt verbum legis, imò idem eſt dicere vna
pro tribus, quàm peremptoriè, *Bald. in l.
conſentaneum num.3. C. quomodo, & quando.*

39 Quocirca eſt de forma citationis contra
abſentem habere verbũ peremptoriè, quia
abſens debet arctari ad reſpondendum, nam
vbi eſt præſentia perſonarum ibi nõ requi-
ſitum peremptorium *l.ceſſante, vbi Bald. C.
quomodo, & quando,* neque neceſſaria eſt dila-
tio ad deliberandum, *idem Bald. in l. cum fal-
ſum num. 2. ff. de acquir. hared*, & hoc funda-
tur in diſtinctione, quam refert *Sanfelcius in
deciſ.235. num.5.* auctoritate *Bart.in d.l.ceſſan-
te verſ. duo nota ex iſta lege*: diſtinguit enim
40 *Bart.* quod quædam ſunt dilationes, quæ
dantur ad probandum, & ibi omnis dilatio
eſt peremptoria, etiamſi non dicatur, quæ-
dam eſt dilatio, quæ datur ad allegandum,
& iſta non eſt peremptoria, niſi dicatur *auth.
iubemus C.de iudicijs*, quædã eſt dilatio expe-
ctatoria ad veniendum, & hæc dilatio ſi da-
tur à Iudice ſemper intelligitur perempto-
ria, etiamſi non dicatur *ſecundum vltimam
gloſſam in d. l. ceſſante,* ſi verò datur per Nun-
tium, vel per Epiſtolam, vel per edictum,
41 tunc ſi ſunt tres monitiones habent vim
peremptorij, etiamſi non dicatur *l. tres C.
quomodo, & quando,* ſi verò præcedit vna tan-
tum citatio, non habet vim peremptorij, ni-
ſi dicatur, hoc idem tenuit *Angel.in dicta leg.
ceſſante.*

Formata hac citatione mandatur Nun-
tio, vt illam vna cum libello inquiſitionis
præſentet Reo domi ſolitæ habitationis,
vel perſonaliter, vel ad valuas Curiæ. Et
ſcias, quod hæc alternatiua ordinem, non
electionem ſignificat iuxta ea, quæ docet
*Farin. in quaſt. 11. num.43. Bart. in l.3. §.pra-
tor ait num.12. & 13.ff.de damno infecto, Vant.de*
[illegible]

*nullitate ex defectu citat. num.83. Nellus de Ban-
nitis 3.p. 1. temporis,* & hic nota, quod licet
42 Nuncius non poſſit, nec debeat citare ali-
quem, niſi procedente Iudicis commiſſio-
ne, ſeu eius mandato, de qua commiſſione,
ſeu mandato debet conſtare, tamen quoad
43 fidem Nuncij illi nõ creditur de tali com-
miſſione *Bald.in l.neminẽ n.2. & 3.C.de exhib.
reis*, vbi dicit auctoritate *Io. Butr.* hoc eſſe
verũ in criminalibus, ſed in ciuilibus ſuffi-
44 cere, quod Nuntius referat ſe citaſſe de iu-
dicis mandato, ſeu commiſſione, quod ta-
men non procedit, quando ipſi Nuncio di-
rigitur commiſſio ſcilicet quando iudices
dicunt Nuntio, cites talem perſonaliter, ſi
eum perſonaliter inueneris alioquin ad do-
mum ſolitæ habitationis, & nuncius re-
fert citaſſe domi, quia perſonaliter non in-
uenit, tũc ſtatur eius relationi *Bald.in l.pro-
perandum §.& ſi quidem numer.13.C.de Iudicijs.*

45 Scias tamen, quod Nuncius vnius Baro-
nis non poteſt exequi citationes in loco al-
terius Baronis eo, vel eius officiali inequiſi-
to: *Boer.deciſ.8.in fine. Foller.in practica crimin.
in verbo fiat relatio num.17.Ronit pragm.1.de iu-
riſd.in vicem non turb.num.16.* & ratio eſt tùm
quia non poteſt vnus Iudex citare per nun-
cios alterius Iudicis, *Bald.in l.1. num.13.ff.de
offic. Prafecti pratorio*, Tum quia quis non
poteſt abduci de loco alieno ad locum alte-
46 rius & per conſequens in territorio alieno
quis capi non poteſt, *cap. ex parte, il primo, de
verb. ſignif. Bald. in l.qui ſit fugitiuus §. apud la-
beonem ff.de adilitio edicto, & in l.extra terminum
num.15.ff.de iurid.omn.iud.*

Et hic opportunè venit illa quæſtio, an
in Eccleſia citatio exequi poſsit, & ratio du-
bitandi eſt, quia cum Eccleſia ſit exempta à
47 iuriſdictione laici Iudicis nõ idcirco videa-
tur ſeiuncta, & remota à territorio iuriſ-
dictionis ſæcularis, cum dicatur Regina Ci-
uitatis, vel Caſtri in quibus eſt ædificata:
Bald.in l.ſatiſq;num.1.ff.de in ius vocan. Nihilo-
48 minùs cum in ea fieri non poſſit recogni-
tio cadaueris, nec in ea teſtes examinari, vt
dicit *Guazz.defenſ.4.cap.2.num.10.in fine, & de-
fenſ.20.cap.9.num.39.* videtur dicẽdum, quod
neque citatio in ea exequi poſſit.

Sed pro reſolutione dicas, quod citatio
49 habet in ſe duo, primo ſcilicet principium
nempè commiſsionem, quæ reſidet in Iu-
dice, & hæc, vt dixi, ſicut non poteſt fieri
die feriata in honorem Dei, ità non poteſt
fieri in Eccleſia; ſecundum habet medium,
quod eſt miniſterium executoris, ſcilicet
Nuncij, & hoc ſicut fieri poteſt die feriata,
niſi fuerit dies Dominicus, ità poteſt fieri in
Eccleſia, *Bald.in l.3 num.5.C.quibus ex cauſis in
integrum, &c. & in l. omnes qui §.verum num.2.*
C.de

C.de Epiſc. & Cleric.& in l.ſatiſq; ſub num.1. ff.
de in ius vocan.& in l.plerique ff. eod.
Verum quia per ſupradicta laicis Iudici-
50 bus non eſt permiſſum citare in Eccleſia,
niſi de licentia Epiſcopi, vt dicit *Rouit. in d.*
*prag.num.*17. & quando agatur de inferenda
pœna dumtaxat pecuniaria, vt firmat *Abb.*
in cap.inter alia num.8. de immun. Valer. conſult.
81.*per totum Sanfelicius decis.*141.*num.*4. operę
pretium eſt videre an eiſdem Epiſcopis li-
51 citum ſit hoc facere, & ad huius quæſtio-
nis deciſionem conſideretur breuis, & elo-
quens conſultatio ſuper non fractione exi-
lij à proprio Epiſcopo cuidam Clerico in-
iuncti à tota Diœceſi, ac ſeruari expromiſ-
ſi ſub cautione ſcutorum mille auri non
obſtante, quod in Eccleſia ſe refugerit, Do-
mini Tarquinij Vrbani I. V.D. Collegialis
Romani Prothonotarij Apoſtolici, olim, &
de tempore ſan.m.Innocentij X. in Regno
Neapolitano Legatorum Piorum Generali
Collectori.

CONtrouerſa quæſtio celebris eſt à paucis
tacta, & nondum reſoluta, An exulare
iuſſus à Diœceſi per proprium Epiſcopum
ſub cautione ſc. 1000. Auri de illud ſeruã-
do, ſi receperit ſe in aliqua Eccleſia de Diœ-
ceſi prohibita, poſſit contra ipſum vti exilij
fractorem d.cautio incuſari, & ad ſolutionẽ
vrgeri, quãobrẽ Conſultus, vt pro veritate
reſpondeã, fretus rationibus, ac auctoritati-
bus infraſcriptis negatiuè reſpondere cogor.
Pro intelligentia queſtionis placet in pri-
mis aduertere, quod in præſenti non agitur
51 de exilio iniuncto à Principe; ſeù curia ſe-
culari, in qua maxima inter DD. eſt alter-
catio, inter quos etiam magni nominis nõ
53 defuerunt firmantes exulem à Curia ſæcu-
lari in Eccleſia tutatum in eiuſdem Terri-
torio poſitam exilium fregiſſe. *D. Nicolas*
54 *Antonius Hiſpanus in Vrbe pro Maieſtate Catho-*
lica digniſſimus Reſidens, noſtri temporis celebris
Iuriſconſultus in ſuo eleganti tractatu de exilio lib.
2.cap.34.num.33.Sarp.de Iure Aſil.cap.5.fol.53.
55 *Decian.tract.crim.lib.6.cap.30.num.15.Paſchal.*
de vir.Patr.poteſt.p.4. cap.3.num.25. qui præ ca-
teris quatuor argumentis totis viribus hanc opinio-
nem firmare conatur, Capoblanc.de Baron.cap.34.
num.6.to.2. Baron.de effect. Inimic. 45. numer.5.
Peguer.dec.cathol.260.num.3.Sperel.deciſ.forenſ.
56 *Eccleſ.51.num.27.* imò, & exulem deceden-
tem nõ poſſe in loco prohibito propter exi-
lium ſepeliri, *Capoblanc. de Baron. pragmat. 8.*
num.73.to.1.Nouar.de grauam.Vaſſallorum grau.
313.num.2.Guazzin.ad defenſ.def.33.cap.27.nu-
mer.21.Gizzarell.dec.15. vbi de Angel. numer.2.
Baron. de eff.inimicit.eff.45. num.24.prout & alij
57 comprobare præſumunt, exemplo Bannu-
tum occidentis in Eccleſia refugiatũ impu-
nè ex ædicto, ſeu bãnimẽtis Principis ſæcu-
laris occidi mãdãtis, vt præter pœnas excõ-
municationis ad alias pænas pro homicidio
inflictas, nullatenus teneatur, vt quia reper-
to in Eccleſia poſita in Territorio ban-
nientis, *Decian. tract.criminal.lib.6.cap.26. n.8.*
ante med.Clar.in prax lib.5.§.homicidium n.188.
Peregrin.de immunit.cap.5.num.11. Squillant. de
obligat.Cleric.par.5.dub. 14. num.9. Farinacc. de
delict. quæſt.23.num.15.quæſt.103.nu.348. Ven-
tigl.in prax.notab.Eccleſ.annot.23.§.1. num. 24.
tit.de Immun.Eccleſ.par.2.Mar.Antonin. var.re-
ſolut.15. num.1.lib.3.
Quinimò criminis Reum in Eccleſia re-
fugiatum de mandato Iudicis ſæcularis poſ-
58 ſe ibi perſonalitèr moneri, citari, ac in pœ-
nas debitas condemnari *l.præſenti, vbi Bart.*
num.3. C.de his, qui ad Eccleſ.confug. Bald.in l.2.
num.9.C.de Sacroſ.Eccleſ.Valaſc.conſult.81.n.4.
Farinac.de Immunit.in appendic.cap.3. numer.57.
Sanfelic.deciſ.Eccleſ.141. num.4. lib.1. Vbert.de
citation.cap.7.num.197.par.1. vbi in Eccleſiæ do-
59 *mibus citandum latitantem debere per Rectorem*
inueniri, ac Nuntio citanti præſentari, vel ſaltem
60 *ad pænas pecuniarias per text. in cap.inter alia de*
immun. Eccleſ.cap.reum 17. quæſt.4. ibi Reum ad
Eccleſiam fugientem nemo extrahere audeat, tamen
legitimè componat.
Et nihilominus tam ex numero DD.quã
ex pondere rationum præualet prædictis
61 communis opinio pro non fractione exilij
à Curia ſæculari iniuncti, *vt de communi Al-*
ciat.de præſumpt.33. num. 5. Guazzin. ad defenſ.
to.1.def.1.cap.38.num.54.Clar.in prax.crim.§.fin
quæſt.3. vbi Baiard. num. 8. Barboſ. de iur.Eccl.
cap.3.num.150.Cochier. de Iurid. p. 4. quæſt. 6.
num.2.Craſſ.de effect.Cler.1.num. 617. Farinacc.
conſ.214.num.8. & ex Neotericis Dian.de Immu-
nit.par.4.tract.1.reſol.92.per tot.Del Bene de Im-
mun.cap.16.dub.24.ſect.17. num.13. par. 2. Ca-
ſtropal.oper.moral.trac.11.reſol.31.to.2.Donat.de
Aſil.reſol.71.num.6. Ciarlin.contr.for.cap.10.nu-
mer.15. Donat.Anton.de Marin.reſol.Iur. c.116.
62 *num.7.& reprobatis Peguer.Capoblanc.Baron. &*
Paſchaſ. firmat Pilaia deciſ.Pentific.4.num.90. in
fin.lib.2. quam opinionem, vti communem
63 contrarijs fugatis, pleno calamo ſequitur
Sperell.deciſ.for.Eccl.127. à num.18. & ſeqq. &
64 ratio eſt, quia cum Eccleſia prorſus ſit exẽ-
pta à Iuriſdictione ſæcularis, reputatur
quoad ipſum perindè, ac ſi fuiſſet extra eius
Territorium, in quo Bannitus non poteſt
puniri, *cap.cum Epiſcopus de offic. ordinar.in 6.*
cap.1. de priuil.eod.lib. Cinus in auth. ſi quis poſt
C.ad l.Iul.de adult.l.præſenti C.de his, qui ad Ec-
cleſ.confugiunt, Bald.l.cunctos populos num.13. C.
de Summ.Trinit. & fid. Cathol. Bellett. diſquiſit.
Cler.tit.de exempt.Cler.à ſtat. ſæcular. c.4. n. 34.

*& 37. Federic.de Senis conſ.99.num.1.Cald.con-
ſil.13.de Iudic.Rolan.conſ.33.num.46.lib.3.*

Hinc eadē ratione dicimus ſtatutum ſę-
65 culare iubens ſeruari in contractu, ſeù Te-
ſtamentis quaſdam ſolemnitates non com-
prehendere defectu poteſtatis contractum,
ſeù Teſtamentum factum in Eccleſia, vti
exempta ab illius diſpoſitione, et iuris ſi-
ctione extra ſtatuentis Territorium, *Angel.
de Peruſ.conſ.233.num.2.Zuccard.conſ.75.nu.26.
Aponte conſ.148.nu.18.ſeqq. vol.2. Bombin. con-
ſil.8.num.39. Rot.deciſ,193.num.15. 16. p.9. re-
cent.& in Romana,ſeù Ianuen. Locorum Montium
26.Iunij* 1648. *coram Reuerendiſſimo Cerro De-
cano.*

Prout etiam in fortioribus obſeruamus
Epiſcopum non habere Iuriſdictionem in
66 Eccleſia exempta, licèt in ſua Diœceſi,ſeu
Territorio poſita, quæ remanet nullius, et
perindè, ac ſi extra illius Diœceſim *cap. lu-
minoſo 12.q.2.cap.1.de priuileg.in 6. Farinacc.de
Immunit.cap.22.num.35.in appendic.Caſtrenſ.cō-
ſil.18.num.7. Ciarlin.contr.for.cap.10.numer.21.
Donat.de Aſil.cap.71.num.7.& 8. Sperell. deciſ.
for. Eccleſ. 3. num.12. Rot.deciſ.342 num.3.p.1.
recent.*

Sed nec ex prædictis, adhuc cardo noſtræ
quæſtionis tangitur animaduerſo,quod prę-
67 fati DD. omnes, vel loquuntur in exilio
iniuncto à curia ſęculari,vel de iniuncto ab
Eccleſiaſtica, loquuntur in exule refugiato
in Eccleſia exempta; quæ ex prædictis non
eſt ſub iuriſdictione ratione Diœceſis, nec
Territorio Epiſcopi exulantis, quorum
68 propterea neuter eſt caſus noſter, in quo
agitur de exilio iniuncto Clerico refugiato
in Eccleſia Diœceſis Epiſcopi exulantis,nō
alitèr exempta, in qua propterea non cadit
dubitatio eſſe de illius Territorio, *Craſſ.ef-
fect.Cler.1.num.617.Ciarlin.contr.for.10. nu.16.
lib.1. Farinac. conſ.214. num.3.Sperell.deciſ.27.*
69 *num.* 18. vanaque, nimiſq; ventoſa ſemper
fuerit reputata aliquorum diſtinctio, quod
licèt Epiſcopus Diœceſim habeat, careat
tamen Territorio, vt per *Boer. deciſ.364.n.8.
Peregrin.de iure Fiſci lib.1.tit.2. num.* 110. *verſ.
vnde infertur, Card.Tuſcus verb. confiſcatio con-
cluſ.722. n.1.Vrſell. in exam. Apuum concl.* 139.
num.17.

Cum tàm ex Sac. Canonibus, quàm ex
70 diſpoſitione *Sac. Concilij Tridentini cap.3.ſeſſ.
25. de reformat.* quæſtio hæc prorſus ſopita
remanſit, Epiſcopus enim de iure non ſo-
lum habet Territorium, vt de communi
contrarijs reiectis *Guazzin.de confiſcat.quæſt.2.
vbi Modern.Aſculan. add. num.15.& 16. per tex.
cap. animarum de conſtit.in 6.Modern.Pilaia deciſ.
Pontif.4. num.90. lib. 2.* ſed omnes Eccleſiæ
71 in eo poſitæ de ſuo Territorio præſumun-
tur, *cap. omnes Baſilicæ §.16.quæſt.7. Donat. de
Aſil. reſol.171. per tot. Mar. Antonin. var. reſol.*
14. *num.1.lib.3.Del Bene de Immunit.Eccleſiaſt.
cap.10. dub.8. num.2.& 3. Campanil.diuerſ.iur.
rub.12. cap.13. num.8.Craſſ.de eff.Cler.1.n.617.
Farinacc.conſ.214.num.3. lib.1. Ciarlin.controu.
for.cap.10. num.16. lib.1. Card.Tuſc. verb. Im-
munitas concluſ. 59.num.16. Guazzin. ad defenſ.
reor. lib.1. cap.8. num.28. Sperell.deciſ. 127.nu-
mer.18. & deciſ. 3.num.9. 10.& deciſ.4. num.7.*
72 vbi reprobans Cardinalem Tuſcum in ob-
iecto allegatum, refert ſic determinatum
coram ſan. me. Pio V. ratione ſcilicet,quia
73 Diœceſis Epiſcopo aſſignata ſtet loco Ter-
ritorij, *Ruin.conſ.22.num.5. lib.1.Cardin. Tuſc.
verb. Epiſcopus concl.253.num.1.Mart.de Iuriſd.
par.4. caſ. 151. num. 7. & num. 13.* vltro fir-
mat Epiſcopum habere Territorium cum
mero, mixtoq; imperio cum regalibus.

Quinimò & non ſolum habere Iuriſdi-
ctionem huiuſmodi in toto ſuo Territorio
ſed etiam in qualibet Eccleſia illic poſita,
tàm voluntariam, de qua non dubitatur,
75 quam etiam contentioſam *Azor. Iuſtit. mor.
par.2. lib.9. cap.9. quæſt.2. fol.622. Caſtropal. op.
mor.tom.2. tract.11. diſp. vnica punct. 3. num. 2.
& 3. fol.94. Duard.in Bulla Cœnæ cap.15.q.16.
num.35. Sperell.deciſ.51.num. 29.* & magis in
ſpecie, quod Epiſcopus habeat Iuriſdictio-
76 nem contentioſam in Eccleſia, quàm va-
leat illic cum verberibus exercere in Cleri-
cum etiam capere faciendò, *Abb. cap. Inter
alia num.13. de Immunit. Eccleſ.* quem refert
pluribus comprobans *Io: Iacob. Martin.in ob-
iectis tamen conſ.30.num.32. ſeqq. latè Donat.de
Aſil. reſolut.69.num.17.* vbi poſſe Epiſcopum
imò Vicarium præceptare Clericum illic
77 refugiatum, vt Eccleſiam teneat loco tuti
carceris ſub pœna pecuniaria locis pijs ap-
plicañ; & in ſubſidium excōmunicationis,
& Parochum in Domo Parochiali cum
78 concubina repertum poſſe per Epiſcopum
extrahi, ac puniri ſimul cum concubina,
*ſeq. Abb. d. cap. inter alia num. 13. de Immunit.
Eccleſiaſt. Donat. de Aſill reſol. 46. n. 3.* Quam
79 opinionem extante conſuetudine eſſe vti
veriorem tenendam firmat ex *Anteſignano
Abb. Diaz.in prax.cap.115.vbi Lopez.n.28.Gu-
tierez pract.quæſt. p.2. lib.3. quæſt.3. num. 3.* af-
firmans contrarium ſeruatum, nec ſeruari
vidiſſe, *Genuen.in prax. cap.22. n. 9.* vbi hanc
80 opinionem hodie à Gregoriana remanere
approbatam, *Ceuall.comm.opp.quæſt.689.nu.4.
par. 2.* vbi nunquam de Clerico audiuiſſe
81 contrarium, ſaltem de conſuetudine; licèt
ſecus de Iure, & de Religioſo ab Eccleſia
extrahendo, *idem deciſ.182.par.3.* non vt pu-
82 niatur pœna aliqua corporali, ſed ad cor-
rectionem, & pœnitentia ſalutari, *ex Abb.*

d.cap.

d.cap.inter alia nu.13. de Immun. Eccleſ. Decian.
tract.criminal.lib.6. cap.27. num.3. Clar. in prax.
criminal. lib.5. §.finali quæſt.30.num.16. & ge-
neraliter, quod ſtante conſuetudine Iudices
83 Eccleſiaſtici poſſunt capi facere in Eccleſia
ſuos Clericos ibidem exiſtentes, *Craſſ. effect.*
Cler.38.num.1. Belletus diſquiſit. Cler.perſon.§.15.
per totum Peregr.de Immunit.cap.12.num.3. Clar-
lin.contr.for.cap.10.num.14.18. vbi alias Cleri-
84 cos, vt plurimum in Eccleſiâ exiſtẽtes euá-
dere impunibiles, *& num. 20.* firmat extra-
85 ctionem fieri debere per Miniſtros Eccle-
ſiaſticos.
Hoc iacto fundamento, quod Epiſcopus
habeat Iuriſdictionem contentioſam, etiam
in eademmet Eccleſia exercendam, corrol-
larie ſequitur, quod probata refugiatione
86 exulis in Eccleſia de Territorio, & iuriſdi-
ctione exulantis intret controuentio, & fra-
ctura exilij *Giurb. conſ.crim. 34.num.2.34. Pa-*
ſchal.de vir.Patr.poteſt.par.4.cap.3.num.25.verſ.
conſideratum fuit, licet in caſu ſuo controuen-
87 tio probata fuit, ex quo non vt in caſu no-
ſtro exul ſtatim excarceratus Eccleſiam
adierit, ſed quia egreſſus è Territorio pro-
hibito, iterum illic rediit, ac in Eccleſiam
88 ſe refugerit, &c. & in conſequens incuſatio
cautionis præſtitæ cũ ſolutione pœnæ ſcu-
torum 1000. & in ſpecie reſpondet *Ripa de*
peſt. tit.de remed. ad conſeruat. vbert.quæſt.9.nu-
mer.103. Prat. reſponſ.criminal.9. num.40.
Verum nec ſupradictum fundamentum
in iure ſubſiſtit ad firmandam controuen-
tionem exilij, quia dum Reus exul in Ec-
89 cleſia refugiatus ab omni pœnarum ge-
nere debet prorſus eſſe tutus, & exemptus,
cap. reum, & cap. id conſtituimus 17. quæſt. 4. cap.
Inter alia, vbi gloſſ. verb. ad pœnam de Immunit.
Eccleſ. Ità & taliter, vt nec eius fideiuſſor
90 pro pœna vrgeri poſſit, ratione contro-
uentionis exilij, ne per indirectum tutatus
in Eccleſia ab illa exire, & mandatis curiæ
parere cogatur pro eximendo, ſeu relaxan-
do à pœna fideiuſſorem, *Donat. Ant.de Ma-*
rinis reſolut.iur.cap.44.num.4.5.11.
Contraria igitur exempla non vrgent,
91 nam eductum ex citatione etiam pœnata
in Eccleſia contra refugiatum exequenda
de mandato Curiæ ſæcularis, vltra quod
92 quæſtio non eſt pacifica, cum contrarium
firment *ex tex.in cap.quando ij de probat. & cap.*
decet 2. num.6. de Imm.Eccl.in 6. Tiraquell. de
retract.lignag. ad fin.tit.num.82. Barboſ.de poteſt.
Parochi par.1. cap.13.num.14. Ripoll. var.reſol.
cap.13. num.146. & 147. Ricc. in collectan. decis.
169. lib.1. Pilaia decis. Pontif.4.num.20.lib.2. &
93 de magis communi, vt nec ſub pœna cõ-
ſiderabili pecuniaria Fiſco applicanda pro
cauſa criminali, poſſitq; in Eccleſia citari,
ne ſub hoc timore ſolutionis pœnæ commi-
natæ, ſit adinuentus modus ſic per indire-
94 ctum, quem immunitate priuare, fugatis
contrarijs, firmat *Donat. Anton. de Marin. re-*
ſolut.iur.cap.44. num.3.8.11. ſeqq. Donat. de Aſil.
reſol. 18. 37. per tot. & 204. num. 4. & melius
conciliando contraria, vt opinio affirmati-
95 ua procedat in cauſis Eccleſiaſticis, & cita-
tionibus emanatis ab Eccleſiaſtico, ſecus in
profanis emanatis à ſæculari, firmat *Ludou.*
Peguer. in prax.Crimin.rub.6.num.77. & var.reſ.
cap.3. num.148. vſque ad 151. Pilaia d. decis. 4.
num.20 lib.2.
96 *Tex.* autẽ *in cap.inter alia, & cap.reum ſupra*
in contrarium adducti *num.8.* contrariantur
cum loquantur, ac intelligi debeant de cõ-
poſitione, non pro pœna delicti Fiſco ap-
plicanda, ſed pro damnis inflictis parti ſeſe
reſarciendis, vt diſtinguit *de Marinis vbi ſup.*
97 *num.8. 9.* vbi vltro ſic intelligendos monet
Abbat.in cap.inter alia, & Valaſc.decis.81. con-
trarium ſentire apparentes, & ſic etiam de-
clarant *Archidiacon.d.cap.reum numer. 1.3.17.*
quæſt.4. per tex.cap.id conſtituimus, 17. quæſt. 4.
ibi: *Ita vt ei, cui reus fuit criminoſus de ſatisfactio-*
ne conueniat. Ital.de Imm.lib.1.cap.6.§.3. Donat.
de Aſil. reſolut. 31. num.5.
Exemplum de bannito impune in Eccle-
98 ſia occidendo ex ædicto, ſtatuto, ſeu Banni-
mento Principis ſæcularis, non aduerſatur,
cum in contrarium vigeat communis opi-
nio, vt nempè vltra pœnas ſpeciales excõ-
municationis, etiam temporaliter, ac cor-
poraliter, occiſor plecti poſſit. *Menoch. de*
arbitr.Iudic.lib.1.quæſt.90. num.6. Caualcan.de-
cis.11. num.24.par.5. Dian. de Immunit. Eccleſ.
par.6. tract.1.reſol.35. per tot. Del Bene de Im-
munit. cap.16. dub.64. ſect.17.num.15.ſeqq. Do-
nat. de Aſil. reſolut.71. num.3.reſol.193. num.1.
& per tot. Sperell.decis.104. num.67. & 69.par.
ſecunda.
Ex quibus licet ſatis, ſuperq; conſtet fi-
deiuſſorem non eſſe moleſtandum pro pœ-
na per Fiſcum Eccleſiaſticum prætenſa ex
cauſa fractionis iniuncti exilij, placet etiam
aliud ſolidiſſimum fundamentum annecte-
99 re, quia ad pœnam hanc à fideiuſſore exi-
gendam, non ſufficit exulem in loco pro-
hibito exiſtere viſum fuiſſe, niſi vltro à cu-
ria fuerit ibidem verè, & realitèr apprehen-
ſus, cum aliter in genere non dicitur con-
ſtare de corpore delicti, *text.eſt in l. Barſatorem*
vbi Bart.num.1. C.de fideiuſſor. in punclo Nouar.
quæſt.for.3. per tot.de Marin. reſol. Iur. cap. 110.
num.1. & 2. Farinacc.conſ. 122. num.31. Giurb.
conſ.crimin.34. num.14. 15. Prat. reſp.criminal.
9. num.36. Caualcan. de brachio reg.par.2.nu.140.
100 Intantum, vt in huiuſmodi materia exilij,
& controuentionis probatio per teſtes de

min.lib.4.cap.9. à num.10.ad 14. Donat. de Aſil.
reſolut.209.à num.3.vſque ad 10. & in ſpecie
118 reſpondet *Martin.conſ.30.num.35.& 36.* vbi
opinionem Abbatis tam in theorica, quàm
praxi prorſus reprobatam, *Cardin.Tuſc.lit.E,*
concl.9.num.17.Sperell.deciſ.2.num.126.& deciſ.
37.à num.20.vſque ad 39.vtrobique vltro fir-
119 mās, quamuis huiuſmodi immemorabilis
conſuetudo fuiſſet à Papa tolerata, *Rota de-*
ciſ.10.de conſuetud. in antiq. deciſ. 241. numer.3.
poſt ſecundum vol. conſil. Farinacc. Intantum,
120 vt nec ad correctionem, & pro iniun-
genda pœnitentia ſalutari poſſit ab Epiſco-
po Clericus in Eccleſia refugiatus extrahi,
vt reprobatis contrarijs *Farinacc. de carcer. &*
carcerat.quæſt.28. num.7.in med.Dian.in prax.ca-
non.cap.115.Vermigliol. conſ.103. num. 14. ſeqq.
121 ſicuti nec minus pro pace danda, & facien-
da, ſeu pro euitandis ſcandalis forſan exo-
riendis poteſt refugiatus Clericus ab Eccle-
ſia extrahi, *Peregrin.de Immun.cap.5. num.12.*
Danza pugna DD.de Immun.Eccleſ.cap.7. nu.8.
tom.1.Ventrigl.in prax.Eccleſ.annot.23.§.1. nu-
mer.22.par.2.Vermigliol.conſ.104.per totum.

Idemque de communi contraria opinio-
ne reiecta affirmādū eſt de Religioſo in alia
122 Eccleſia, ſeu Monaſterio alterius ordinis
refugiato, vt ab ea inuitus ordinaria auctori-
tate, ſeù à regularibus Superioribus extrahi
nō valeat, ſed Immunitate gaudeat, *Pater Cā-*
did.diſq. moral.diſq.5.art.4.dub.25. num.28. fol.
mihi 331.Ventrigl.in prax. Eccl.de Immun.annot.
23. § 1. n.29. par. 2. & in fortioribus de Re-
123 gulari occidente ſuum Superiorem, con-
fugiente ad aliam Eccleſiam, ſeu Monaſte-
rium, gaudere immunitate, mirabilitèr fir-
mat *Bordon.reſol.1.num.25.Donat.de Aſil.reſol.*
143.num.3.4. Trullenen.in decal.to.1.lib.1. cap.
11.dub.3.num.24.

124 Quinimò *& Dian.par.7.tract.11. reſol.37.*
Caſtropal.oper.moral.to.2.tract.11.diſp.vnica nu-
mer.43. ampliant, & extendunt etiam ad Ge-
neralem Religionis propriæ.

125 Quicquid ſecus dicendum eſſet, quan-
do Regularis intra ſepta proprij Monaſterij
deliquiſſet, tunc ſalua Immunitate ab illius
Superioribus licitè conſtringi poſſe, ne aliàs
diſciplina Regularis de facili corruat, firmat
Diana de Immunitate parte prima reſol.35. verſ.
ſed contra reprobans Gambacurtam contrarium te-
nentem, & parte ſexta tract.1.reſol.25.verſ.quar-
todecimo, Candid.in ſuis diſquiſit.to.4.a.4.dub.24
numer.27.ſeqq. Donat.de Aſil.reſol.70. per totum,
& reſolut.172.nu.3.Farinacc.de carcerib. & car-
cerat.quæſt.28.num.68.Ital.de immunit.lib.1.cap.
8. §.1. num.17. verſ. ex his ergo apparet; Vel in
126 alia Eccleſia, ſeù Monaſterio loco Carce-
ris aſſignati depoſitus eſſet, quia tunc non
gaudet Immunitate, vt quia liber ad Eccle-
ſiam non acceſſit, ſed à Curia depoſitus,
Archidiacon.cap.definiuit 17.quæſt.4. Giurb. con-
127 *ſil.30. nu.16.* vbi de reo depoſito in Eccle-
ſia à Curia ſæculari de mandato Epiſcopi.
128 *Donat.de Aſil. reſol.207.num.1.& 2.& de con-*
ducto per Eccleſiam à Curia Cartar.deciſ.Crimin.
7.num.5.Tiber.Decian.tract.Crimin.lib.6.cap.28.
numer. 30. Gama deciſ.Luſit.141. numero vnico,
Franch.March.deciſ.987.n.1.parte prima, Boer.
deciſ.110.num.8. deciſ.179.num.13.

Supradicta opinio à nobis firmata tot
auctoritatibus, ac Sacris Canonibus non
ſolùm de iure procedit, verum etiam ex
129 mente Sacrarum Congregationum Con-
cilij, Immunitatis, ac Epiſcoporum, vt fir-
mat *Pater Candid, diſquiſ.moral.p.4. diſq.5. dub.*
23.fol.mihi 331.& infinitis relatis pro indubitata,
ex decretis Sacrarum Congregationum firmat Pi-
laia deciſ. Pontif.5.num.55.lib.2. reiecta pror-
130 ſus opinione Abbatis cum ſuis aſſeclis, vt
in reſolutionibus relatis per *Donat.de Aſil.*
reſ.69.num.11. ibi: *è ſtata ſeguita l'opinione con-*
tro l'Abbate, & *num.12.* reijcit *Genuenſem* ex
conſuetudine contrarium tenētem, vt quia
illa receſſerit ab Aula, & per *Dian.de Immun.*
par.7, tract.1. 26.verſ.quartodecimo, ibi: cum in
hoc opinio Abbatis ſit reprobata.

131 Imò quicquid in contrarium dica-
tur, nec Parochum poſt delictum ad
propriam Domum Parochialem confu-
gientem, gaudere Immunitate, reſoluit *Sa-*
cra Congregatio Immunitatis in vna Murana 4. Iu-
nij 1630. relat.per extenſum à Donat.de Aſil. re-
ſol.47.num.9.

Quibus ſtantibus parùm, aut nihil curā-
dum de contrarijs, cum huiuſmodi reſolu-
132 tiones Sac.Congregationum, quæ ſecun-
dum quamlibet materiam, pro qua fue-
runt erectæ vim legis haberent in tota Re-
publica Chriſtiana, vltrò etiam in conſciē-
tia ligantes, *Garz. de benef.par.1. cap.5. n.138.*
Marant.reſp.14.num.8.9.17. & reſponſ.24.n.12.
p.1. Zerol.in prax.p.4.verb. abſolutio §.1. Scacc.
de ſent.& re Iudicat. gloſſ. 14. quæſt.24. num.18.
Minad.deciſ.39.nu.8.Gam. deciſ.luſit.228. & di-
xit Rota coram Card.Canaler. deciſ.628. num. 8.
& coram b.mem.Buratto deciſ.479. num. 20. 21.
133 Quamuis non fuerint publicatæ, cum ſint
notoriæ, adeò quòd non ſint meræ opinio-
nes Doctrinales, vt aliqui voluerunt, non
arctantes ad ſic Iudicandum, ex relatis per
Caſtropal.tract.3.diſp.5.punct.3.§.1.à nu.3.ſeqq.
tom.1.Dian.p.1. tit.de paupert. Religioſa tract. 6.
134 *reſol. 32.* Dummodò tamen authenticæ
exhibeantur, nempè ſubſcriptæ, & ſigillatæ
ab Eminentiſſimo Cōgregationis Prefecto,
vel inſertæ in Monitorio A. C. pro illarum
obſeruatione obtento, ſintq; in eadem cau-
ſa, & inter eaſdem perſonas emanatum,

Trullench. ſuper Bull. Conſil. dub. 3. num. 1. fol. 37.
135 referens quomodò debeant eſſe, vt probent *Barboſ. de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 4. aſſertus decretum Sanctiſſ. Vrbani Octaui editum ſuper hoc 2. Auguſti 1631. Dian. reſolut. Moral. par. 4. tract. 4. reſol. 235. to. 3. & tract. 5. reſol. 2. Salgad. de retent. Bullar. p. 2. cap. 3. §. 5. num. 5. relatum per Caſtropal. vbi ſup. num. 6.*

Addo pro Coronide, quod licèt verſamur in caſu prætenſæ fractionis exilij, ma-
136 teria ex ſe nimis leui, vt quia nulla partis
137 offenſio intret, & in illius compoſitione, nec partis conſenſus requiratur, *Franch. deciſ. 395. num. vlt. Sanfelic. deciſ. 320. per tot. tom. 2. Carauit. rit. 272.* negari tamen nõ poteſt, quin vti pœnata ſit odioſa, à qua propterea quęlibet cauſa iuſtæ, vel iniuſtæ credulitatis excuſet, vt in puncto de exule amore correpto latè *Giurb. conſ. 47. num. 8. & conſ. 81. numer. 12. Nouar. ac grauam. Vaſſall. grau. 73. & 74. num. 4. lib. 2.* vbi latè cauſæ enumerantur excuſatoriæ *Baron. de eff. inimic. 45. num. 32. & ité*
138 *numer. 1.* Exul excuſatur, ex quo exiens iuuentis nimis is redit aufugiens ad locum vetitum, *Sanfelic. deciſ. 256. num. 2. 3. & 4.* vbi
139 excuſatus fuit exul ab exilij inobſeruãtia ob aduerſam valetudinem Matris, vel Parentum, iſtorumq; viſitationem *per text. in l. qui cum vno teſticulo in fin. ff. de re milit.*

Executa tandem per Nuncium citatione, oportet de ea fieri relationem, quæ cum ſit actus extraiudicialis, vt obtineat effi-
140 caciam, neceſſarium eſt, vt apud acta producatur, *Abb. in conſ. 112. lib. 2. Tondutus de præuentione par. 2. cap. 43.* in tantum quod ſi Iudex ferat ſententiam contra contumacem, antequam Nuncius referat ſe citaſſe, ſententia eſſet nulla, quia ignoraret, quod
141 eſt ſubſtantiale ad pronunciandum cõtra abſentem, & ſic Iudex legitimè non procederet, & idcircò debet ſemper expectare relationem Nuncij, *Bald. in l. quod ſi dubitet §. cum autem num. 2. ff. de acquir. hæreditate.*

Nihilominus ſciendum eſt, quod quamuis relatio Nuncij ſit de proceſſu cauſæ, *cap. quoniam de probat.* tamen non eſt de ordi-
142 ne iudicij, ſeu inquiſitionis, tum quia quandoque poteſt omitti, veluti quando vtraque pars compareat, verum ſi abeſt citatus tunc non valeret ſententia, quia Iudex poſſet dubitare in eo, de quo debet ſibi conſtare, *Bald. in l. prolatum num. 22. C. de ſenten. interlocut.* tum quia cũ relatio fieri poſſit
143 abſentibus partibus non videtur facta in figura iudicij, vt *idem Bald. dicit in l. ſi feriatis num. 5. & ibi adden. ff. de ferijs*, & idcircò dubitari modo poteſt, an huiuſmodi relatio à Nuncio fieri poſſit die feriato, & ratio du-
144 bitandi eſt, quia cum non fiat in figura iudicij vtique fieri poſſe videtur die feriato, imò cum ſit actus extraiudicialis, vt ſupra dixi, eò magis videtur fieri poſſe die feriato, *arg. eorum, quæ dicit Bald. in leg. ſi vt proponis num. 2. C. quomodo, & quando,* vbi dicit, quod
145 arbitrator die Dominico poteſt declarare pretium Rei, quia ſolummodò in iudicijs habent locum feriæ non in extraiudicialibus, ſed in contrarium eſt veritas, quia licet relatio non fiat in figura Iudicis, fieri tamen debet die iuridico, *Bald. in l. dies feſtus ſub num. 3. C. de ferijs, Vbertus de citation. cap. 10. num. 252. & cap. 12. num. 295. Guazz. defenſion. 10. cap. 3. num. 9. Baiard. ad Clarum quæſt. 31. numer. 16. Campana reſolut. 18. num. 1.* & ratio eſt,
146 quia relatio Nuncij eſt quoddam teſtimonium ipſius Nuncij, *cap. cum patrati de appellat. Marant. de ordine Iudic. p. 6. verſ. concipiatur citatio, num. 55. Roland. conſ. 47. num. 69. lib. 2.*

Dices, quod vigore *Conſtitutionis Aegydianæ in cap. 33. verſ. citatio quoque lib. 2. fol. mihi* 109. relatio fieri poteſt etiam die feriato in
147 honorem Dei, iuxta etiam ea, quæ tradit *Alex. in conſ. 1. num. 2. verſ. 2. principaliter lib. 2.* qui dicit executionem fieri poſſit etiam die dominico, ergo & relatio. Reſpondetur,
148 quod feriæ in honorem Dei ſunt in duplici differentia quædam ſunt mediatæ, vt feriæ Sanctorum, quædam ſunt immediatæ, & habent quid ſpeciale vltra ferias Sanctorum, vt ſunt dies Dominici Paſchatis, & Natalis, & alij huiuſmodi, vndè ſi conſideramus diſpoſitionem dictæ Conſtitutionis, quoad ferias mediatas in honorem Dei, nẽpè Sanctorum vtique procedit eius diſpoſitio, ſicut & conſuetudo hoc idem introducere poteſt, *Alex. conſ. 1. nu. 3. verſ. ſecundo principaliter lib. 2.* ſi verò conſideramus diſpoſitionem eiuſdem Conſtitutionis quoad ferias Dominicas, & immediatas in honorem Dei vtique ſuper illis non potuit diſponere
149 quia dies Dominici non comprehenduntur in derogatione feriarum, *Bald. in cap. conqueſtus ſub num. 2. de ferijs, & in l. more Romano num. 2. ff. de ferijs.*

Dices, quod in criminalibus non debeant attendi feriæ, cum ſcriptum ſit iuſtitiam facias omni tempore. Reſpondetur, quod
150 feriæ ſunt in duplici differentia quædam ad commodum humanum, vt ſunt feriæ meſſium, & vindemiarum, & hæ feriæ non habent locum in criminalibus, *Bald. in l. ſolet ff. de ferijs,* quædam ſunt feriæ reuerentiales, in honorem Dei, & Sanctorum, & hæ feriæ habent locum etiam in criminalibus,
151 vndè reformatio, ſeu ſtatutum diſponens, quod omni tempore etiam feriato poſſit fieri executio, ſeu relatio non comprehẽdit

ferias

ferias in honorem Dei, vt dicit *Alex.conſ.51.*
num.11.12.lib.5.& auctoritas ſcripturæ intel-
ligi debet de iuſtitia conſiſtente in benè o-
perando ad honorem Dei, & virtuoſè vi-
uendo, non de iuſtitia, quæ conſiſtit circa
cõmutationes, & adminiſtratur in iudicis.
Notandum etiam eſt, quod licet termi-
nus ſit appoſitus ad citationem exequen-
152 dam, nihilominus relatio executionis
prædictæ fieri poteſt etiam poſt terminum,
vt dicit *Bald.in l.qui fundum num.2.ff.de contra-*
hen.empt. immò ſi citationis executio careat
153 die, præſumitur facta die relationis, *Fari-*
nac.conſ.86.num.25.verſ.præſumitur Baron.de ci-
tat.quæſt.43.num.10.
Vnum tandem aduerte, quod cum no-
ſtra Conſtitutio diſponat, quod relatio exe-
154 quutæ citationis debeat continere fuiſſe
exequutam domi ſolitę habitationis inqui-
ſiti cum dimiſſione copiæ inquiſitionis, &
ratio ſit, vt inquiſitus ſciat, quid contra ſe
in iudicio agitur, & cum citatio ad domũ
155 ingerat hanc ſcientiæ præſumptionem,
vt dicit *Farin.conſ.86.n.45.* idcircò Nũcius
cautus eſſe debeat in eius relatione, quoniã
ſi referat ſe ad domũ Rei ſitam in tali loco
citaſſe ſine alia additione ſolitę habitationis
156 talis citatio tanquam incerta, & indiſcre-
ta non ſuffragatur *Eugen.conſ.2.num.7.lib.1.*
Guazz.defenſ.10.cap.2.num.7. Farin.quæſt.11.
num.41.in fine Bart.in l.4.§.Prætor ait num.12.
ff.de damno infecto, Alex.conſ.2.num.8.lib.3. cũ
iſta qualitas ſolitæ habitationis ponatur pro
157 forma; ita quod ſi citatio exequi debeat
ad domum, & exequuta ſit ad apothecã nõ
teneat *Bart.in l.lex cornelia §.ſi tamẽ ff.de iniu-*
rijs, at verò *Sacchettana declaratio aliter diſpoſuit*
vt in n.2.& dicitur domus ſolitæ habitatio-
nis ad differẽtiã hoſpitij, quia domus ſolitę
158 habitationis eſt illa, in qua quis habitat,
vt in reſidentia, atque vt in ſitu, & termi-
no *Bald.in leg.inter minores num.9.circa finem ff.*
quod metus cauſa. Hoſpitium verò eſt domus
159 vt in motu, & peregrinationis, *Bald.in l.*
Prætor in add.ſub num.2.ff.de his, qui deiec. vel
effud. & ſic habes, quod domus duplex eſt,
vna habitationis, alia peregrinationis, vndè
160 citationes, quæ fiunt contra forenſes in-
quiſitos ad hoſpitium de iure non ſubſiſtũt,
Bald.in l.ea quæ num.9.C.quomodo, & quando,
Oſaſch.deciſ.71.num.20. Ergo habitator eſt,
161 qui reſidendi animo, ſiue in ſuo, ſiue in
conducto, ſiue in gratuito conſiſtit, hoſpes
verò, qui temporis cauſa tantiſper, dum in
viam redeat, aut quieſcendi, aut negotij
expediendi gratia diuertit, & commoratur,
vndè *Cic.de ſenectute, Commorandi enim natura*
diuerſorium nobis non habitandi dedit.
Quid ſi reus citandus habeat duas domus
ſolitæ habitationis, ſi nuncius referat citaſſe
ad domum habitationis, & non faciat men-
162 tionem, ad quam domum, an valeat cita-
tio, & dicendum, quod ſic, vt ex *Bald.in l.*
quod ſi dubitet num.2.ff.de acquiren.hered. & ra-
tio eſt, quia vbicumque fiat citatio ſemper
eſt eiuſdem naturæ, & non mutatur eius ſi-
163 nis, nã dubitatio reſultãs inter duo extre-
ma non vitiat, ſi quodlibet extremorum ſit
eiuſdem naturæ, certum enim eſt, quod
vtrobique poteſt citari, vt notatur in *Clem.*
de elect.in cap.cauſam, nec effectus citationis
variatur benè verum eſt, quod quando per-
mittitur de iure fieri citationem domi in-
164 telligitur de domo quam inhabitat tem-
pore citationis *Caputaquen.deciſ.117.numer.2.*
par.1.

De Banno.

BAnni verbum, vt notat *Gail.in tract.de pace*
pub.c.1.eſt barbarum vocabulum,& multipli-
citer explicari poteſt, ſed ſtudendo breui-
165 tati ad propoſitum noſtrum nihil aliud eſt
quàm hominis diffidatio, vt dicit *Farinac.*
conſ.101.num.13.in fine Angel.conſ.14.ſub nu.3.
quæ non importat aliud, quam ponere ali-
quem extra protectionem Iudicum, atque
166 legum, & eſt licentia quædam offenden-
di, *Bald.in l.data opera num.62.C.de iis,qui accu-*
ſar.non poſſ.& in l.etiam num.3.C.ad l.falcid.&
ideò quando aliquis diffidatur, videtur in-
duci bellum, nedum contra eum, ſed etiam
contra eius complices, & auxiliatores, *Bald.*
in l.ſi apud num.76.C.de ſeruit.& aqua.
Sed aduerte, quod bannum eſt diffidatio
167 comminatoria, quæ non facit reum
actu diffidatum, ſed potius dicitur Iudicis
denunciatio minas diffidationis continens,
quæ vim rei iudicatæ non habet, vt toto *tit.*
C.commin.Epiſt.lib.10.vbi Bald.num.4.verſ.pro
vna, ac proindè in eo ſummariè, & in ſub-
168 ſtantiã exprimi debet delictum, pro quo
reus ponitur, ſeu poni debet extra prote-
ctionem Iudicis, & legis, Delictum enim
eſt cauſa banni, quod non poteſt emanare,
niſi ex cauſa ſecundum ea, quæ tradit *Bald.*
de percept.in l.quod ait ſub num.1.ff.de iis, qui not.
infam. & illud Iudex committat, ſeu man-
dat fieri, de cuius commiſſione in actis
169 apparere debet, vt poſt *Bart.* tradit *Gabr.*
conſ.167.num.52.lib.2.Cartar.de capto bannito
cap.fin.num.186.ſub verſ.prout etiam in fine.
Item in banno delicti pœna exprimi
170 oportet, vt notat *Farin.quæſt.11.numero44.*
verſ.differt autem,& Caball.caſu 181.numero4.
Cartar.de capto Bannito cap.1.num.426.& nu-
mer.448.verſ.& propterea bannum, Bald.in l.1.
num.22.verſ.& ſic apparet C.de hæred.inſtit.
quam-

tij Gubernatoris, ſeu Poteſtatis, aut ad aliū
ſolitum locum, & ibi copias affigere.
Hic nota, quod forenſis non eſt ille, qui
185 licet ſit diuerſæ Ciuitatis, attamen cum
dicta Ciuitas ſit ſub cōmuni alterius Ciui-
tatis, ibi dicitur habere forum, *Bald. in
auth. qua in Prouinciâ numer. 7. C. vbi de crimin.
agi oport.* vbi exemplificat in eo, qui eſt de
Caſtro Centi Communitatis, & Diœceſis
Bononiæ, & Statutum loquens de forenſe,
intelligi debet de forēſe, qui forum in loco
habitationis ſortitus eſt, quia paria ſunt fo-
186 rum ſortiri, & ſtatuto ligari; *Menoch. con-
ſil. 74. num. 3. lib. 1.* & forenſis per delictum
187 patratū fit de foro illius Ciuitatis, in qua
deliquit, *Clarus quæſt. 38. num. 4. circa finem,
vbi citat Bart. in l. 1. num. 13. ff. de municip. Paul.
de Caſtro in l. actor Rei nu. 1. C. vbi in rem act.* &
ligatur Ordinatorijs illius Ciuitatis *Surd. de-
ciſ. 13. num. 7.* vbi determinat de Clerico li-
tigante coram ſæculari Iudice, & dicit Cle-
188 ricum iſtum ligari ſtatuto illius loci, quo
ad ordinatoria litis, licet non ſit ſubditus.
Notandum denique, quod ſi pendenti-
bus ſupradictis terminis inquiſitionis, ſcili-
189 cet, & banni in vno illorum compareat
aliquis inſtando pro perquiſitione Rei ab-
ſentis ad effectum illum comparere facien-
di Iudex ei aſſignare debet terminum eius
arbitrio, & quamuis regulariter in crimina-
libus non admittatur Procurator, vt notat
Gail. tract. de pace pub. cap. 10. numer. 1. & ſeqq.
190 attamen admittitur in hoc caſu licèt ve-
re non ſit Procurator cum nō ſuſcipiat de-
fenſionem, ſed conſulit indemnitati Rei ci-
tati, ne banno capitali ſubiaceat, & vt com-
pārendo innocentiam ſuam detegat. *argum.
text. in cap. veniens de accuſat.*
Modò ſciendum eſt, quod aliquando
191 ipſis contumacibus ad tollendas eorum
executiones, & cætera impedimenta ne
compareant offeruntur ſaluiconductus id-
circò de illius oblatione aliquid dicendum
exiſtimo opportunum.
Et primò animaduertendum eſt, quod
ſaluiconductus vel ſunt petendi à Reo cō-
tumace, vel ſunt ei offerendi ab ipſo Iu-
dice.
Secundò aduertendum etiam eſt an ſo-
lus libellus inquiſitionis, ſeu bannum, aut
monitorium, ſine alia oblatione ſaluicon-
ductus ſufficiat ad ſecuritatē contumacis.
Quoad primum ſciendum eſt, quod de-
linquentes contumaces aut ſunt de alio de-
licto condemnati, hoc caſu neceſſarium eſt
192 quod eis offeratur ſecuritas *facit tex. in l. ſed
& ſi quis §. ſciendum ff. ſi quis cautio*, vbi *Vul-
pianus* diſponit, quod *eum, qui idcirco non ſiſtit
quia capitis reus factus eſt in ea, cauſa eſſe, vt ex-
ceptione vti non poſſit, Damnato enim dolus, ex-
ceptio* [illegible]
Damnatus autem ille dicitur, qui morte,
193 exilioue coercitus eſt, *d. leg. ſed & ſi. quis*,
quocirca exiliatus non minus excuſatur, ſi
non compareat, quam ſi fuerit morte dam-
natus, ita *Campana reſolut. 17. ſub num. 1. & fa-
cit textus in l. Papinianus ibi exuli reuerſo, & ibi
gloſſ. exuli ff. de muneribus, Bald. in l. non exigimus,
in add. in princ. verſ. 2. caſu, ibi vide, quia hoc fa-
cit pro expulſis, & extititijs terrarum, &c. ff. ſi
quis cautio, &c.* ergo quanto magis offerri
debet bannito, & condemnato non peten-
ti illam *Farin. quæſt. 11. num. 58. vbi in addit.*
Vel contumaces vltra delictum, de quo
194 inquiruntur ſunt de alio, & diuerſo cri-
mine dumtaxat accuſati, ſeu denunciati, &
hoc etiam caſu debet à Iudice offerri ſecu-
ritas, ſecundùm *Petrum Pruanum in eius tra-
ctatu de ſecuritate quæſtione prima*, differt ab il-
195 la, quæ offertur condemnato, quia ſecu-
ritas, ſeu ſaluuſconductus, qui offertur cō-
demnato, ſeu bannito continet mixturam,
ſecuritatis ad locum non tutum, & habi-
litatis ad Ciuitatem accedēdi; ſecuritas ve-
rò, ſeù ſaluuſconductus, qui conceditur nō
condemnato continet ſimplicem ſecurita-
tem, & fiduciam; conueniunt tamen in ne-
ceſſitate oblationis cum tàm condemnatus
quā non condemnatus neceſſario abeſſe di-
cantur: vt dicit *Bald. in l. ab eo num. 1. verſ. ſi
quis autem C. quomodo, & quando*, ideò neceſſa-
196 rio etiam offerri debent, dummodò non
pro leui cauſa, vt dicit *Sanfelicius deciſ. 226.*
nec in damnum Reipublicæ offe. antur, vt
tradit *Bald. in l. 1. §. non fuit ff. de dolo*.
Vel Reus contumax in eodem libello in-
quiſitionis, vel in monitorio vltra delictū,
de quo inquiritur, enunciatur ſimpliciter
197 criminoſus, ſeu facinoroſus, & hoc etiam
caſu debet ei offerri ſecuritas, ſeu ſaluuſ-
conductus, quia hoc quoque caſu Reus po-
teſt iuſtè timere comparere coram Iudice
inquirente, eo quia ei aliquid triſtè enun-
ciauerit, & ſic facto Iudicis redditus fuit,
non tutus, vt dicit *Guazz. defenſ. 6. cap. 4. nu-
mer. 18.* quo fit, vt ſicut excuſatur ille, qui
habet ſecuritatem, ſi aliquid ei triſtè denū-
198 ciatus, quominus ad iudicium ſecurè ac-
cedere poſſit, vt dicit *Angelus conſ. 363. n. 2.* ità
pari modo, & multò magis excuſari debet
199 quando à Iudice, cuius aditus facilis eſſe
debet, vt dicit *Abb. in cap. 1. ſub num. 2. de im-
munitate*, aliquid triſtè comminatur, & fa-
ciunt ea, quæ dicit *Farin. quæſt. 11. nu. 57. circa
fin.* vbi dicit, quod contumax non dicitur,
qui citatus à Iudice non comparet, quia ti-
200 met ire ad eum, etiam ex leui ſuſpicionis
cauſa, *Bald. in l. deberi n. 2. C. de fideicom. libert.*
Quo

Digitized by Google

quamuis contrarium teneat *Scaccia de Iudi-*
cijs cap.97. nu.38. verſ. quarto quæro ſuper qua
concluſione videndi ea, quæ dixi *in Tractatu*
quæſt. 206. per totum.
Et huius pœnæ expreſſio operatur, vt
171 impoſita cenſeatur in ſententia diffinitiua,
quæ fortaſſe ſimpliciter ſine pœnæ expreſ-
ſione lata fuerit, & ſic ex præcedenti banno
comminatio declarata remanet *l. Titia §. idē*
reſpondit ff. de verb. obligat. l. pacta nouiſſima C. de
pactis, Cartar. de capto bannito cap. fin. num. 290.
Pariter bannum iſtud debet terminum
continere, qui quidem terminus ideò præ-
172 figi oportet, vt eo elapſo ficta con-
feſſio inducta videatur, *Cepol. conſ. 63. nu-*
mer. 17. & 18. Bald. in l. iubemus C. de iudicijs,
quocirca reus poſitus in banno caueat infra
dictum terminum comparere ne incidat in
prædictam confeſſionē; quæ poſtquā acce-
173 ptata fuerit tolli minimè poteſt niſi per
cōtrariam probationem *Innoc. cap. cum dile-*
cti de accuſat. Io. Andreas in cap. 2. de confeſſ. lib.
6. Cartar. cap. 1. num. 154. & 426. in d. tract. de
capto bannito: Ideò citatur inquiſitus ad ſen-
tentiam pro prima die iuridica immediatè
ſequenti poſt dictum terminum elapſum,
quæ quidem citatio inſeritur in ipſo bāno,
& in hoc hæc noſtra conſtitutio ſe confor-
174 mat cum Conſtitutione Marchiæ *in cap.*
decimo lib. 4. & cap. 26. in princ. eod. lib. licèt de
iure ſecus dicendum eſt *per text. in l. accuſato-*
torem ff. de pub. iudic. ex quo enim quod quis
eſt poſitus in banno, & per cōſequens fictè
confeſſus dicitur conſtare de delicto, & vult
dicta Conſtitutio, quod abſque noua cita-
tione poſſit reus poſt lapſum dictum ter-
minum banni condemnari; *Cartar. d. cap. 1.*
num. 430.
Et vltra ſupradicta oportet, quod bannū
175 fuerit publicatum alta voce à Nūcio, vel
Curſore ad valuas Palatij Gubernatoris, vel
Poteſtatis *Decian. conſ. 18. nu. 159. & 216. lib. 1.*
hoc eſt, quod fuerit proclamatum, & euul-
gatum publico in loco *l. 41. ff. ad l. Aquil.* re-
gula enim eſt, quod illud, quod à Prætore
proclamatur id publicari dicitur, nam cum
bannum contineat ius pro Fiſco, quod in
ſecreto informationis repoſitum erat opor-
tet, vt publicè euulgetur, ne inquiſitus igno-
rātia ſe excuſari poſſit, dū omnibus pateat,
arg. text. in §. conſequens Inſtit. de ſuſpectis tutoribus
Et vt magis, ac magis bannum reum
176 contumacem aeficiat vltra prædictam
publicationem oportet, quod illud inti-
metur domi ſolitæ habitationis, & quod
copia dimiſſa illud præſentetur, quæ cedu-
la veluti Nuncius haberi oportet, vt dicit
Bald. in l. Procurator in add. num. 2. ff. de procur.
& defenſ. & facit præſumere in reo citato
ſcientiam banni, *Farin. conſ. 86. num. 45.*
Et ſi quæras cur requiratur tanta diligē-
tia, reſpondetur requiri tantam diligentiā,
quia cùm bannum ſit maximi præiudicij
177 ex eo, quod lapſo termino, & acceptato
exequi oportet, & poſtea non datur venia
comparenti *Cartar. de capto bannito cap. 1. nu-*
mer. 158. benè verum eſt, quod ſi reus infra
terminum compareat bannum reſoluitur
178 in ſimplicem citationem, vt notat *Bart. in*
l. 1. in fin. ff. de requirend. reis Bald. in l. 1. C. de
poſtulan. Cartar. de capt. bannito cap. 1. n. 125.
Et de huius publicationis, intimationis,
179 ac copiæ bāni dimiſſionis actu fieri debet
relatio in voce apud Notarium, qui illum
actum notare debet ſub commiſſione ban-
ni, & ratio eſt, quia cum huiuſmodi rela-
tio ſit actus extraiudicialis, vt obtineat ef-
ficaciam, neceſſe eſt, vt apud acta produca-
tur *Abb. conſ. 112. lib. 2. Tondutus de præuentione*
p. 2. cap. 43.
Vnum tandem notandum eſt, quod ſi
180 Nuncius referat ſe citaſſe, & pars ne-
get ſe citatam, negatio iſta non facit va-
cillare Nuncij relationem, quia in propria
cauſa non ſtatur negationi, *Bald. in l. omnibus*
§. ſi quis neget num. 4. quemadmodum teſtamen.
apper.
Verum quia ſupra diximus bannū iuxta
diſpoſitionem noſtræ Conſtitutionis conti-
nere debere terminum quinque dierum,
181 ſcias, quod iſte terminus computari de-
bet à die intimationis excluſiuè, eò quia
tendit ad condemnationem, vt rectè decla-
rat *Barboſ. de dictionibus vſu freq. dict. 1. num. 3.*
imò cum ſit à prædicta Conſtitutione tē-
pore quinque dierum determinatus non
182 poteſt à Iudice minui, nec augeri, vt no-
tat *Cartar. de capt. bannito cap. 1. num. 152. & nu-*
mer. 427. & eo elapſo Iudex poteſt in die ta-
men iuridico ſententiam proferre contu-
macialem, & diffinitiuam in pœnam deli-
cti iam in banno taxatam, atque declaratā,
Cartar. dicto tract. de capto bannito cap. 1. n. 427.
& ſeqq.
Sciendum tamen eſt, quod aliquando,
imò ſæpiùs delicta patrantur à forenſibus,
ſeu alijs, qui ignorantur eſſe forenſes, ideò
oportet, quod fiant diligentiæ illorum do-
mum ſolitæ habitationis reperiendi, quæ
quidē diligentiæ, vt ſuffragentur requiritur,
183 quod nullus locus, vbi habitare potuerit
remaneat irrequiſitus *l. 1. ff. de lib. agnoſ. Vber.*
de citat. c. 7. n. 237. & ſeqq. & Nuncius referat
perquiſiſſe, & nō reperijſſe illorum domus
ſolitę habitationis, *idem Vbertus d. c. 7. n. 71. &*
cap. 11. num. 333. Et tunc ſufficit, quod con-
184 tra dictos forenſes exequantur citationes,
atq; banni intimationem ad Ianuam Pala-
tij

tij Gubernatoris, ſeu Poteſtatis, aut ad aliū
ſolitum locum, & ibi copias affigere.

Hic nota, quod forenſis non eſt ille, qui
185 licet ſit diuerſæ Ciuitatis, attamen cum
dicta Ciuitas ſit ſub cōmuni alterius Ciui-
tatis, ibi dicitur habere forum, *Bald. in
auth. qua in Prouinciâ numer. 7. C. vbi de crimin.
agi oport.* vbi exemplificat in eo, qui eſt de
Caſtro Centi Communitatis, & Diœceſis
Bononiæ, & Statutum loquens de forenſe,
intelligi debet de forēſe, qui forum in loco
habitationis ſortitus eſt, quia paria ſunt fo-
186 rum ſortiri, & ſtatuto ligari: *Menoch. con-
ſil. 74. num. 3. lib. 1.* & forenſis per delictum
187 patratū fit de foro illius Ciuitatis, in qua
deliquit, *Clarus quæſt. 38. num. 4. circa finem,
vbi citat Bart. in l. 1. num. 13. ff. de municip. Paul.
de Caſtro in l. actor Rei nu. 1. C. vbi in rem act.* &
ligatur Ordinatorijs illius Ciuitatis *Surd. de-
ciſ. 13. num. 7.* vbi determinat de Clerico li-
tigante coram ſæculari Iudice, & dicit Cle-
188 ricum iſtum ligari ſtatuto illius loci, quo
ad ordinatoria litis, licet non ſit ſubditus.

Notandum denique, quod ſi pendenti-
bus ſupradictis terminis inquiſitionis, ſcili-
189 cet, & banni in vno illorum compareat
aliquis inſtando pro perquiſitione Rei ab-
ſentis ad effectum illum comparere facien-
di Iudex ei aſſignare debet terminum eius
arbitrio, & quamuis regulariter in crimina-
libus non admittatur Procurator, vt notat
Gail. tract. de pace pub. cap. 10. numer. 1. & ſeqq.
190 attamen admittitur in hoc caſu licèt ve-
re non ſit Procurator cum nō ſuſcipiat de-
fenſionem, ſed conſulit indemnitati Rei ci-
tati, ne banno capitali ſubiaceat, & vt com-
pārendo innocentiam ſuam detegat. *argum.
text. in cap. veniens de accuſat.*

Modò ſciendum eſt, quod aliquando
191 ipſis contumacibus ad tollendas eorum
executiones, & cætera impedimenta ne
compareant offeruntur ſaluiconductus id-
circò de illius oblatione aliquid dicendum
exiſtimo opportunum.

Et primò animaduertendum eſt, quod
ſaluiconductus vel ſunt petendi à Reo cō-
tumace, vel ſunt ei offerendi ab ipſo Iu-
dice.

Secundò aduertendum etiam eſt an ſo-
lus libellus inquiſitionis, ſeu bannum, aut
monitorium, ſine alia oblatione ſaluicon-
ductus ſufficiat ad ſecuritatē contumacis.

Quoad primum ſciendum eſt, quod de-
linquentes contumaces aut ſunt de alio de-
licto condemnati, hoc caſu neceſſarium eſt
192 quod eis offeratur ſecuritas *facit tex. in l. ſed
& ſi quis §. ſciendum ff. ſi quis cautio*, vbi *Vul-
pianus* diſponit, quod *eum, qui idcirco non ſiſtit
quia capitis reus factus eſt in ea, cauſa eſſe, vt ex-
ceptione vti non poſſit. Damnato enim dolus ex-
ceptio* ...

Damnatus autem ille dicitur, qui morte,
193 exilioue coercitus eſt, *d. leg. ſed & ſi. quis*
quocirca exiliatus non minus excuſatur, ſi
non compareat, quam ſi fuerit morte dam-
natus, ita *Campana reſolut. 17. ſub num. 1. & fa-
cit textus in l. Papinianus ibi exuli reuerſo, & ibi
gloſſ. exule ff. de minoribus, Bald. in l. non exigimus,
in add. in princ. verſ. 2. caſu, ibi vide, quia hoc fa-
cit pro expulſis, & extinctis terrarum, &c. ff. ſi
quis cautio, &c.* ergo quanto magis offerri
debet bannito, & condemnato non poten-
ti illam *Farin. quæſt. 11. num. 58. vbi in addit.*

Vel contumaces vltra delictum, de quo
194 inquiruntur ſunt de alio, & diuerſo cri-
mine dumtaxat accuſati, ſeu denunciati, &
hoc etiam caſu debet à Iudice offerri ſecu-
ritas, ſecundùm *Petrum Premum in eius tra-
ctatu de ſecuritate quæſtione prima*, differt ab il-
195 la, quæ offertur condemnato, quia ſecu-
ritas, ſeu ſaluuſconductus, qui offertur cō-
demnato, ſeu bannito continet mixturam,
ſecuritatis ad locum non tutum, & habi-
litatis ad Ciuitatem accedēdi; ſecuritas ve-
rò, ſeù ſaluuſconductus, qui conceditur nō
condemnato continet ſimplicem ſecurita-
tem, & fiduciam; conueniunt tamen in ne-
ceſſitate oblationis cum tàm condemnatus
quā non condemnatus neceſſario abeſſe di-
cantur: vt dicit *Bald. in l. ab eo num. 1. verſ. ſi
quis autem C. quomodo, & quando*, ideò neceſſa-
196 rio etiam offerri debent, dummodò non
pro leui cauſa, vt dicit *Sanfelicius deciſ. 226.*
nec in damnum Reipublicæ offerantur, vt
tradit *Bald. in l. 1. §. non fuit ff. de dolo.*

Vel Reus contumax in eodem libello in-
quiſitionis, vel in monitorio vltra delictū,
de quo inquiritur, enunciatur ſimpliciter
197 criminoſus, ſeu facinoroſus, & hoc etiam
caſu debet ei offerri ſecuritas, ſeu ſaluuſ-
conductus, quia hoc quoque caſu Reus po-
teſt iuſtè timere comparere coram Iudice
inquirente, eo quia ei aliquid triſtè enun-
ciauerit, & ſic facto Iudicis redditus fuit,
non tutus, vt dicit *Guazz. defenſ. 6. cap. 4. nu-
mer. 18.* quo fit, vt ſicut excuſatur ille, qui
habet ſecuritatem, ſi aliquid ei triſtè denū-
198 ciatus, quominus ad iudicium ſecurè ac-
cedere poſſit, vt dicit *Angelus conſ. 363. n. 2.* ità
pari modo, & multò magis excuſari debet
199 quando à Iudice, cuius aditus facilis eſſe
debet, vt dicit *Abb. in cap. 1. ſub num. 2. de im-
munitate*, aliquid triſtè comminatur, & fa-
ciunt ea, quæ dicit *Farin. quæſt. 11. nu. 57. circa
fin.* vbi dicit, quod contumax non dicitur,
qui citatus à Iudice non comparet, quia ti-
200 met ire ad eum, etiam ex leui ſuſpicionis
cauſa, *Bald. in l. deberi n. 2. C. de fideicom. libert.*

Quo

Quoad ſecundum de reo contumace;
qui licet ſit condemnatus, ſeu accuſatus,
ſeu alio crimine irretitus, ſed à iudice igno-
ratus, quia non ſit ſub eius iuriſdictione da-
mnatus, vel quia à Iudice omnino ignora-
tur deliquiſſe, hoc enim caſu Iudex non te-
201 netur offerre ſecuritatē, ſed inquiſitus te-
netur Iudici notificare eius præiudicia im-
pedientia eius acceſſum, pro qua conclu-
ſione facit *conſ. Farin. 59. num.* 50. vbi dicit,
quod ſi quis ſit citatus pro vno delicto, &
202 dubitat, moleſtari ſuper alio poteſt ſal-
uumconductum petere, & hoc idem dicit
in conſ. 53. num. 22. & 28. Campana d. reſolut. 17.
num. 7. Clarus quæſt. 32. num. 12. Nellus tract. de
Bannito p. 1. primi temporis 3. par. & ratio eſt,
quia ſecuritas, ſeu ſaluuſconductus benefi-
203 cium eſt, quod non competit, niſi ope
exceptionis ad tradita *per Carauit. ritu 269.*
num. 7. & ideò neceſſe eſt, vt opponatur de
impedimento, *l. 2. in princ. ff. de except.*
Dices, quod non ſit neceſſarium offerri
204 ſaluumconductum, nec illum ab inqui-
ſito peti, quia ſi verum ſit, quod citatus, ſi-
uè monitus veniret, vt Iudici pareret, non
poteſt moleſtari in itinere, cum tunc cen-
ſeatur habere ſecuritatem à lege, vt tenet
Marſ. in tract. de Bannito in verbo capti num. 13
& ſeqq. Reſpondetur, quod ſecuritas pro-
205 ueniens ex ſimplici citatione eſt ſecuritas
interpretatiua, non certa, ideò non illi fidē-
dum, ſaltem quoad punitionem, & proceſ-
ſum faciendum ſuper præiudicijs in iudiciū
non delatis, quocirca quamplures volunt,
206 quod aſſicuratus cum literis de saluocō-
docto expreſſo munitis, non teneatur ac-
cedere, vt eſt *textus in cap. accedens, il ſecondo,*
Vt lite non conteſtat. per quem textum dicit
gloſſ. in cap. ex parte, in verbo periculoſum eſt de
appellat. quod vbi citatur quis ad locum nō
tutum non tenetur credere literis ſupradi-
ctis, vt per illum textum, quem ſingularem,
& menti tenendum dicit *Felyn. num. 2. tradit*
Imol. in l. nam quod, in l. ille à quo §. non omni nu-
mer. 13. ff. ad Trebell. & in l. is, qui reus col. vlt. ff.
de pub. iudic. refert, & ſequitur *Affliſt. dec. 289.*
207 *num. 21.* nam ſaluuſconductus eſt fragilis
cautio, *l. quia ita, §. 1. ff. ad Trebell.* & ideò ex-
cuſatur ſi non compareat *l. de ætate ff. eodem,*
ergò quantò minus fidendum eſſet ſal-
uocōducto interpretatiuo, & non certo re-
ſultanti ex ſimplici citatione, quo ſit, vt ſē-
per metus accedendi illum contorqueat,
idcircò niſi ei certa, & indubitabilis ſecu-
208 ritas data ſit, non tenetur comparere, quæ
omninò eſt offerenda, vel petita conceden-
da ad tollendam in reo omnem ambigui-
tatem, & excuſationem, *Salycet. in l. reos C.*
de accuſat. alex. in d. l. de ætate num. 5. & in l. quid
Iulianum §. non omnis ff. ad Trebell. Felin. in dict.
cap. accedens, il ſecondo, num. 4. vt lite non conteſt.
Bald. in l. omnes §. ſi verò, C. de Epiſc. & Cler. Pe-
trus Præmus d. tract. de ſecuritate quæſt. 7. fol. mihi
69. in fine.

ERRATA SIC CORRIGE.

Quæſt.	num.	Errata	Sic corrige
9.	1.	ſit capax	non ſit capax
29.	4.	euncleatio	enucleatio
29.	2.	ſentatis	ſenſatis
	11.	videtur	videntur
35.	4.	eum Titium	eumdem Titium
46.	5.	proceundt	procedunt
47.	7.	ab indicij	ab indicijs
51.	5.	præparatorium	præparatorius
59.	52.	lanunculator	latrunculator
60.	12.	ad eum	contra eum
61.	12.	Iudices, & Notarij	Iudicem, & Notarium
64.	1.	condicendam reum	condicendum reum
66.	32.	onus proban	onus probandi
68.	5.	auiutus	auctus
71.	1.	incapax	capax
75.	7.	quo non publicans	non publicatis
79.	7.	pars ſicut legitimatur	ſicut legitimatur pars
83.	5.	habent	habet
90.	5.	quia litis côteſtatio per negationé têdit ad effectũ côdemnationis	tendit ad effectum abſolutionis, & litis conteſtatio, quæ fit per affirmationé tendit ad effectũ condemnationis.
93.	27.	aut delictum	& delictum
97.	in princ.	vt de modis, quib; proceſſus	vt de modis, quibus legitimatio proceſſus
98.	12.	reſetam	reſecari
101.	2.	reformatio	refirmatio
102.	8.	cum repreſentet	eum repreſentet
104.	5.	rum quia	quia
110.	1.	videtur	videntur
	7.	negatur à Reo	negantur à teſte
113.	12.	Doctum, verſatum, exercenté	Docti, verſati, exercentis
114.	11.	citatatio	citatio
115.	1.	uibi	vbi
	9.	repulcari	repulſari
	2.	alia faciunt	facinnt
	12.	habeatur	habeantur
118	4.	legitimatas	legitimatæ
120.	21.	idem eſt talem	id eſt eſſe talem
123.	in princ.	confunc tatione	confrontatione
125.	7.	proiudicatum	præiudicatum
131.	7.	non debet	non debent
133.	2.	procedere	præcedere
142.	18.	reconducere teſtes	reconduci teſtes
134.	in princ.	qui tandem	qui tandem
143.	1.	proceſſus vitietur	proceſſus non vitietur
144.	4.	ſalrem	ſaltem
148.	10.	194.	204.
149.	13.	vel aliter	nec aliter
159.	9.	rdacti	redacti
161.		præſentum	præſente
162.	1.	pro repetiti	teſtes pro repetiti
165.	5.	conneere	conficeri
165.	18.	iurant	iurat
169.	10.	cupia	copia
173.	in princ.	examinator	examinatis
176.	3.	vtroq;	vtrumque
	11.	illam	illa
177.	9.	requiritur	requirit
	23.	quid	qnod
180.	4.	adhibita ſit	adhibita ſint
181.	3.	& eius	ex eius
182.	5.	habent	habet
187.	1.	noſtræ	noſtræ quæſtionis
	15.	ſenteti æ	ſententiæ
	22.	rerognitionis	recognitionis
188.	1.	ſi probaretur	ſi reprobaretur
192.	3.	hacta	haſta
196.	7.	confirmat	confirmari
197.	12.	monitoriorum	monitorium
199.	10.	nam hæc	nam hæ
202.	14.	vel cauſæ cognitione	vel cauſæ cognitio
206.	4.	reparabilis	eſt reparabilis
		alios	alias
207.	3.	à territori iullorum	à territorio illorum
	7.	ſi ſtatutum	ſi ſtatuto
208.	1.	iudiciarum	iudiciarium
	8.	committat	committat
221.	3.	ne ampliu	ne amplius

CENTVRIA DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE

Quæ ſunt additæ poſt Tractatum IOANNIS ZVFFI de Criminalis Proceſsus Legitimatione.



ROMAE,
Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ. 1665.

Superiorum permiſsu, & Priuilegio.

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM

Quæ ad præſentem Tractatum referuntur.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Signina Iuriſpatronatus.

Mercurij 11.*Martij* 1648.

ARGVMENTVM. 1.

Ius præſentandi probatur ex literis patentibus per ſpatium quinquaginta annorum continuatum à Domino factis, quæ literæ ſufficiunt, quod ſint authenticæ, quamuis non ſint publicæ. Et immemorabilis præſentandi probatur à Vaſſalis Domini etiam ſine interrogatorijs partis citatę examinatis, quæ ſi illos vult repetere ſuis ſumptibus debent reconduci.

R. P. D. BICHIO.

Callieñ Prioratus.

Lunæ 26.*Iunij* 1651.

ARGVMENTVM. 2.

Clericus homicida per ſententiam iuſtè damnatus ad Beneficij priuationem, hanc patitur etiam antè actualem expulſionem, vndè poteſt alter tamquam de vacanti beneficio ſtatim prouideri, ſed ſi ſententia lata ſit in contumacia, poteſt reus intra annum comparere, & prouiſio interim facta reſoluitur. Ad excluſionem ſubreptionis, ſimoniæ, & metus plura ſcitè ponderantur.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Leodieñ Perſonatus de Fleron.

Lunæ 4.*Decembris* 1651.

ARGVMENTVM. 3.

Tàm contumax in obediendo mandatis Rotalibus, quam impediens eorum executionem ſubijciuntur declaratorijs. Oppidum hæreticorum non tutum præbet acceſſum, ex quo perſonalis intimatio ſuppletur per affixionem ad valuas viciniores Eccleſiæ.

R. P. D. BICHIO.

Romana fructuum Dotis.

Lunæ 15.*Ianuarij* 1652.

ARGVMENTVM. 4.

Vſura eſt fructus Dotales exigere poſt mortem Vxoris, quando Dos promiſſa fuit ex pecunia, licet interceſſerit cõuentio ex parte Creditoris hanc inueſtiendi in bonis fructiferis, poſſet tamen ratione damnorum, & intereſſe iuſtificari exactio quando debitor ex parte ſua non adimpleuiſſet inueſtimentum promiſſum, & per interpellationem conſtitutus eſſet in mora. Pactum tunc interpellationi ſufficitur, quando à Iure probatum eſt.

EMINENTISS. D. CARD. CELSO.

Licieñ Adminiſtrationis.

Lunæ 18.*Martij* 1652.

ARGVMENTVM. 5.

Tutor fideliter ſe geſſiſſe oſtẽdere debet exhibendo Inuentarium diſtinctum, quia generica rerum pupillarium deſcriptio non releuat; Cambia non iuſtificantur, non probata tranſmiſſione pecuniarum ad nundinas, & literarum expeditione.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 15.*Aprilis* 1652.

ARGVMENTVM. 6.

Ad exhibitionem librorum, qui priuatim pro rerum familiarium memoria deſcribuntur, nemo tenetur, niſi probata apud ipſum exiſtentia, & iurans ſe eos non habere, nec deſiſſe dolo habere tutus eſt ab actione ad exhibendum.

EMI-

EMINENTISS. D. CARD. CELSO.
Meleuitana Bonorum.
Veneris 19. Aprilis 1652.
ARGVMENTVM. 7.
Teſtes diuerſimodè deponentes ſuper eodem facto ſe reddunt ſingulares, ſingularitate obſtatiua, quæ illos inhabiles efficit ad probandum.

R. P. D. ALBERGATO.
Tulleñ Matrimonij.
ARGVMENTVM. 8.
Defectus denunciationum Matrimonium non irritat; Præſentia Parochi ſuppletur per interuentum Epiſcopi etiam fortuitum. Parochus non deſcribens in libro Eccleſię matrimonium ſibi lethalem culpam incurit, ſed Contrahentibus nullum affert præiudicium. Exemptio cenſetur ſolum à lege Diœceſana, non à lege Iuriſdictionis, Teſtes examinati contra formam literarum remiſſorialiũ, domeſtici, famuli, de auditu, deponentes de propria credulitate non probant Publicam vocem, & famam non concludunt, non indicando Authores, metus reuerentialis non qualificatus vrgentibus circumſtantiis non deſtruit Matrimonium, huius libertas è pluribus ducitur coniecturis,

R. P. D. VEROSPIO.
Viterbien fideicommiſſi.
Veneris 2. Maij 1653.
ARGVMENTVM. 9.
Teſtes quamuis inhabiles recipiuntur in materia difficilis probationis Patris incertitudinem non probant teſtes niſi concludant pluribus patuiſſe acceſſum ad Mulierem de tempore cõceptionis partus, de quo agitur.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.
Romana Pecuniaria.
Lunæ 26. Maij 1653.
ARGVMENTVM. 10.
Ponderantur actus eliciti ab eo, qui laborat in extremis, & flectuntur in præſumptionem etiam fauorabilem concurrente ſanguinis nobilitate, morum candore, & dignitate perſonæ.

R. P. D. BICHIO.
Albiganeñ Præcedentiæ.
Veneris 20. Iunij 1653.
ARGVMENTVM. 11.
Confratres non admittuntur ad Teſtimonium ferendum pro ſua Confraternitate præſertim in re magni honoris, & emolumenti, ſed hoc procedit quando in eos, vt ſingulos, honor, & emolumentum redundarent, cæteroquin pro Confraternitate plenè probant.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.
Meleuitana Parochialis.
Lunæ 15. Decembris 1653.
ARGVMENTVM. 12.
Dictum Teſtis ſpecificantis ſummam per verbum circiter verificatur etiam in decima parte minus, remiſſoria vni ex collitigantibus concesſa fit alteri communis ad reprobandum Teſtes, ſed hoc procedit quando in remiſſorialibus nominatim datur terminus reprobatorius alioquin Iudex remiſſorialis, vtporè carens Iuriſdictione non admittit ad reprobandum, tenetur tamen recipere proteſtationem.

R. P. D. ALBERGATO.
Tulleñ Matrimonij.
Lunæ 12. Ianuarij 1654.
ARGVMENTVM. 13.
Remiſſoria bis in eadem cauſa non concedenda, non ſolum ſuper iiſdem, ſed nec etiam ſuper de nouo productis articulis præcipuè poſt publicationem antea actarum depoſitionum; hæ tamen in Curia publicatæ non cenſentur ob receptionem ſimplicis Summarij effectus præſumptæ Procuratorum probitatis. Nullitas examinis in vim prioris remiſſoriæ peracti illius reiterationem expoſtulat, ſed hoc impeditur ab irreleuantia.

R. P. D. ALBERGATO.
Tulleñ Matrimonij.
Lunæ 9. Februarij 1654.
ARGVMENTVM. 14.
Poſitiones etiam poſt concluſum in cauſa, publicataſque Teſtium depoſitiones, produci poſſunt: limitatur quando vtraque pars ad inuicem contrarias ſuas fecit probationes, vt euitetur in reſpondente affirmatiuè periurium, & in reſpondente negatiuè ſuperfluitas negationis.

REVERENDISS. D. SEGOBIEN.
Calaguritana Decimarum Sancti Aſcenſi, & Daualillo.
Veneris 17. Aprilis 1654.
ARGVMENTVM. 15.
Teſtes contra inducentem grauiter vrgent, confeſſio ex proprio ore dubitandi locum non relinquit, vacuum eſt teſtimonium, quod deficit in ratione.

R. P. D. VEROSPIO.
Meleuitana Commendæ.
Veneris 19.*Iunij* 1654.
ARGVMENTVM. 16.
Nobilitas, & conſpicua qualitas ſcribentis, & conſonantia ſcripturarum cuiuſcumque antidatæ ſuſpicionem remouent.

REVERENDISS. D. SEGOBIEN.
Calaguritana Decimarum S. Angeli, & Daualillo.
Mercurij 1.*Iulij* 1654.
ARGVMENTVM. 17.
Teſtes viſu, non auribus ſibi fidem conciliant.

R. P. D. BICHIO.
Bononieñ Succeſſionis de Zanis.
Mercurij 9.*Decembris* 1654.
ARGVMENTVM. 18.
Iuſta cauſa conualidans egreſſum à Religione Societatis IESV probatur ex aſſertione Patris Generalis. Votum redeundi ad religionem, à qua quis fuit egreſſus non obligat ad reditum, niſi acceptatus fuerit à Superioribus illius Religionis. Diſcrimen inter votum Religionis in Vniuerſum, & Religionis determinatæ.

R. P. D. DVNOZETTO.
Romana Cenſus.
Veneris 30.*Aprilis* 1655.
ARGVMENTVM. 19.
Nota fraudis inuritur literis cambij tranſmiſſis ad Mercatorem, qui ex plurium atteſtatione non adeſt in loco, quò fit tranſmiſſio: fraudolenti mores agentium influunt in actum, illumque reddunt ſuſpectum.

REVERENDISS. D. SEGOBIEN.
Bononieñ fideicommiſſi de Victorijs.
Mercurij 5.*Maij* 1655.
ARGVMENTVM. 20.
Teſtis inimicus, deponens dubitatiuè, fundans aſſertionem in propria credulitate, non informatus, teſtificans de auditu ab habente intereſſe, examinatus abſque partis citatione nihil probat. Adulterium per atteſtationes de fama non conuincitur. Epiſtola vrget contra ſcribentem: Examinantur coniecturæ, quibus redditur inuincibilis, *Text. in l. miles defuncto, ff. ad l. Iul. de adult.*

R. P. D. VEROSPIO.
Meleuitana Commendæ.
Veneris 24.*Maij* 1654.
ARGVMENTVM. 21.
Articuli materiam obiectiuam continentes ſunt reijciendi niſi talis exhibeatur fumus, qui ſemiplenam probationem faciat. Antidatæ ſuſpicio diluitur ex inſertione ſcripturæ ſuſpectæ Inſtrumento publico.

R. P. D. VEROSPIO.
Meleuitana Commendæ.
Veneris 21.*Maij* 1655.
ARGVMENTVM. 22.
Suſpicio falſitatis ceſſat ex inueriſimili plurium nobilium perſonarum concurſu ad illam conficiendam Collatio Commendæ ante vacationem facta nulla remanet ob votum captandæ mortis, hoc tamen excluditur, quando negocium clauditur literis, quarum adaperitio prohibetur, & Eques tacta Cruce teſtans ſe illas non aperuiſſe, ab aperitionis delicto cenſetur immunis.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.
Romana Pecuniaria.
Veneris 18.*Iunij* 1655.
ARGVMENTVM. 23.
Copiæ Inſtrumenti collationatæ perindè, ac Originali preſtatur fides, quæ nec etiam denegatur ſcripturæ informi, quæ ſit adminiculis munita. Clericus vti poteſt fauorabili Laicorum ſtatuto ad inſtar priuilegij ſi in limine contractus id expreſſit, ſine qua expreſſione poſt motam actionem intempeſtiuè declarat ſe velle vti.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.
Pientina Parochialis.
Lunæ 28.*Iunij* 1655.
ARGVMENTVM. 24.
Affixio, & publicatio Edictorum ſunt actus, extraiudiciales, ſed iudiciales euadunt poſtquam legitimus contradictor opponendo comparet. Iudicialis citatio probatur ex inſtantia facta, & ex ſubſequuto decreto de citando. Sed melius, ex comparitione, quæ cęteroquin ſupplet citationis defectum: Expreſſio proprii nominis præcedens titulum dignitatis, indicat actum fuiſſe geſtum proprio nomine non ſub alia qualitate.

R. P. D. BICHIO.
Calaguritana Beneficij de Bilbao.
Lunæ 5.*Iulij* 1655.
ARGVMENTVM. 25.
Teſtis examinatus in criminali non probat in ciuili formiter non repetitus. Examen Teſtium ſine præuia citatione ad illos videndum iurare, nullum remanet ſicuti factum coram Iudice allegato ſuſpecto. Simonia non probatur per Teſtes non deponentes de pręcedenti pactione, ſine qua illud delictum non committitur. Plena ſimoniæ probatio requiritur ad incurrendam priua-

tio-

tionem, ſed ad impediendam aſſecutionem beneficiorum coniecturæ ſufficiunt.

R. P. D. BEVILAQVA.
Romana Dotis.
Lunæ 11. *February* 1656.
ARGVMENTVM. 26.
Simulata, & in fraudem prohibitæ donationis præſumitur confeſſio Dotis receptæ à Marito facta, niſi aliundè iuſtificetur: Licet fiat antè contractum matrimonium, attamen contrarijs coniecturis ſubijcitur ad detegendam ſimulationem. Promiſſio non dicitur præceſſiſſe confeſſionem quoties vtraque in eodem Inſtrumento leguntur: Suſpicio maior fit ex moribus contrahentium, & perpetuò poteſt opponi. Minuta præſeferens lituram in verbis, quæ rem apertè declararent ſi in Inſtrumento appoſita forent indicat fraudis meditationem in ſcribente.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.
Romana Teſtamenti.
Mercurij 22. *Maij* 1656.
ARGVMENTVM. 27.
Miles non poteſt militari priuilegio per ratificationem roborare teſtamentum ante militiam imperfectè conditum, niſi ratum habeat, vel in ipſo calore certaminis, vel in expeditione, vel ſaltem in Caſtris. Si autem in loco immuni à periculo ſe recepiſſet valetudinis cauſa, & animo ad aciem redeundi, ibi poſſet more militari voluntatem ſuam declarare. Vnicus Teſtis concurrentibus adminiculis ſufficit ad recognoſcendum characterem Teſtatoris, licet deponat per verbum *Videtur*.

REVERENDISSIMO D. DVNOZETTO, DECANO.
Romana Fideicommiſſi de Griſonibus.
Mercurij 10. *Maij* 1656.
ARGVMENTVM. 28.
Natus ex Patre Vxorato, & Matre ſoluta ſecum fert obijcem ſucceſſionis impeditiuū, mediante tamen legitimatione ſucceſſibilitati reſtituitur etiam ad acquirendum commodum ex Teſtamento Clerici. Bulla Pij Quinti declaratur in fauorem legitimati ſuccedentis perſonæ Eccleſiaſticæ: Cumulantur præſumptiones, ex quibus filius poteſt Patrem ſuum demonſtrare.

R. P. D. BICHIO.
Calaguritana Beneficij de Bilbao.
Lunæ 15. *Maij* 1656.
ARGVMENTVM. 29.
Diffamatus de Simonia ad euitandum ſcandalum non promouetur ad Eccleſiaſtica beneficia. Abſolutus in Iudicio Criminali, ſed in expenſis condemnatus Innocentiam iactare non poteſt.

R. P. D. BICHIO.
Bononieñ Primogenituræ.
Veneris 26. *Maij* 1656.
ARGVMENTVM. 30.
Priuatus excipere non poteſt exceptione, quæ oriatur ex conſtitutione facta in fauorem Fiſci, ſecus ſi Conſtitutio in fauorem Ciuium principaliter ſancita foret.

R. P. D. ALBERGATO.
Foroliuieñ, ſeù nullius Caſtrorum.
Mercurij 14. *Martij* 1657.
ARGVMENTVM. 31.
Delictum læſæ Maieſtatis in Feudis ex pacto, & prouidentia ad hæredes extraneos non tranſitorijs, non obſtat fratribus, alijſque agnatis tranſuerſalibus, quin excluſo Domino ad ſucceſſionē Feudi poſt delinquentis mortem admittantur, & in hoc melior conditio tranſuerſalium, quam filiorum deprehenditur.

R. P. D. VEROSPIO.
Romana Cambij.
Lunæ 18. *Maij* 1657.
ARGVMENTVM. 32.
Minoris obligatio abſque interuentu proximiorum nulla ex Statuto Vrbis; Conſanguinei remotioris præſentia illam non firmat quoties præcedens in gradu interuenire non impeditur, & impedimentum non attenditur, niſi multo duraturum. Iuramentum minoris aſſerentis ſe proximiores non habere vti metu, & dolo extortum reputatur; Si obligationi ſe minor ſubijciat ad fauorem Patris, vocatur proximior de linea Materna poſthabito proximiore de linea Paterna.

R. P. D. VEROSPIO.
Romana prætenſæ filiationis.
Veneris 22. *Iunij* 1657.
ARGVMENTVM. 33.
Partus ex Muliere publico quæſtui expoſita, certum Patrem indicare non poteſt. Aetas ſeptuagenaria facultatem generandi naturaliter non excludit, ſed hoc tamquam caſus rato contingens, non habet iuris præſumptionem pro ſe. Deſcriptio in libro baptiſmatis non exarata iuſſu prætenſi Patris paternitatem non probat. Tractatus, & alimentorum præſtatio filiationem non conuincit vrgentibus aduerſis coniecturis.

Digitized by Google

REVERENDISS. DOMINO PAPIEN.
Maioricen̄ Canonicatus.
Lunæ 25. Iunij 1657.
ARGVMENTVM. 34.
Teſtes deponentes ſuper conſuetudine non probant, niſi deponant de viſu in indiuiduo caſus de quo agitur, ad quem non debet fieri extenſio cōſuetudinis probatę in alijs terminis; ſi depoſitio tendat ad ſubſtinendum actum geſtum à Teſte non attenditur.

REVERENDISS. DOMINO PAPIEN.
Bononien̄ Iuriſpatronatus.
Mercurij 27. Iunij 1557.
ARGVMENTVM. 35.
Inueriſimilitudo habet immaginem falſi. Vniuerſitas, quæ paucis hominibns componitur, puſilla, & obiecta potentiæ Superiori, quæ de facili illam refrenarè poteſt immunis eſt à ſuſpicione vſurpationis.

REVERENDISS. DOMINO PAPIEN.
Romana Dotis.
Lunæ 10. Decembris 1657.
ARGVMENTVM. 36.
Confeſſio Dotis aliundè non adminiculata, ſimulationis ſuſpicione laborat, vt probet contra tertium vrgentiſſimis coniecturis munienda eſt, vt confitenti noceat, ſaltem leuioribus adminiculis ſuffulta, veram numerationem concludere debet. Plura in argumentum fraudis deducuntur.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.
Maioricen̄ Canonicatus.
Mercurij 24. Ianuarij 1658.
ARGVMENTVM. 37.
Quamuis Teſtes aſſerant ſe credere, imò pro certo habere conſuetudinem extendi de caſu ad caſum non concludunt. Quadragenaria, aut ſaltem decennelis diuturnitas cum frequentia actuum requiritur ad adimendum Ius Capitulo, & illud quęrendum Epiſcopo.

R. P. D. ALBERGATO.
Romana Hæreditatis.
Lunæ 1. Aprilis 1658.
ARGVMENTVM. 38.
Affinis, & Conſanguineus repelluntur à ferendo Teſtimonio in fauorem coniuncti; ſimulatio, & contrarietas deſtruunt probationem. Ad probandum teſtamentum de quo ſcriptura non extat, teſtes deponere debent de toto tenore teſtamenti, & in omnibus ſingillatim concordare.

R. P. D. BEVILAQVA.
Romana, ſeu Sabinen̄ fideicommiſſi.
Veneris 24. Maij 1658.
ARGVMENTVM. 39.
Teſtis etiam non interrogatus debet deponere ſpecifice à quibus audiuerit, id quod ipſe dicit in publica fama, hæc in materia obiectiua non habetur pro probatione, non ſolum non probat, ſed ſuſpectus euadit deponens inueriſimilia, Agitur de coniecturis inductis ad demonſtrandam certitudinem Patris.

R. P. D. ALBERGATO.
Toletana Archipresbyteratus.
Lunæ 3. Iunij 3658.
ARGVMENTVM. 40.
Gratia prorogationis obtenta durante tempore antea conceſſo non eſt noua gratia, ſed eadem cū prima: Subreptionis vitium non reſultat ex non facta narratione eius, quod Principem non retraxiſſet à gratia; ceſſat Simonia ex reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, licet ſequatur depoſitum antè beneplacitum obtentum quotieſcumque redigitur ad ſimplicem aſſecurationem.

REVERENDISSIMO D. PAPIEN.
Meleuitana nullitatis Profeſſionis.
Mercurij 26. Iunij 1658.
ARGVMENTVM. 41.
Remiſſoria non conceditur, vel quando materia articulata eſt irreleuans, quia tunc probatio redderetur ſuperflua, vel quando eſt contraria depoſitionibus iam didicitis, quia tunc adeſt periculum ſubornationis teſtium, vel quando repugnat iuri, ſeu Statutis, quia tunc eſt improbabilis.

REVERENDISSIMO D. PAPIEN.
Meleuitana nullitatis Profeſſionis.
Lunæ 27. Ianuarij 1659.
ARGVMENTVM. 42.
Integer Nouitiatus annus præcedere debet profeſſionem in Religione emittendam, & Nouitius egrediens animo non redeundi ad profeſſionem admitti non poteſt abſque nouo anno probationis, adeòut profeſſio aliter emiſſa non conualidetur per ratificationē. Impetrata pro Nouitio facultas proficiendi extra Conuentum, quamdam ſuſpicionem importat non liberæ voluntatis in Profeſſo.

R. P. D. ALBERGATO.
Toletana Archipresbyteratus.
Lunæ 10.Martij 1659.
ARGVMENTVM. 43.
Temporis prorogatio legitimè obtinetur etiã in vltimo momento, nec eſt neceſſe, quod narretur impoſſibilitas adimplendi, quod adimpleri debebat in termino antea conceſſo.

R. P. D. VEROSPIO.
Romana Locationis.
Veneris 2.Mвij 1659.
ARGVMENTVM. 44.
Locatio non dicitur nulla ex prauitate vſuraria, quoties excedit dimidiam iuſti prætij, ſed tamquam leſiua reſcinditur in vim, *l.2. C. de reſcind.vend.* Verbum mutuare in contractu Cambij appoſitum, cambij naturam non immutat ex ſtylo Mercatorum cui defertur.

EMINENTISS. D. CARD. CELSO.
Bononieñ Dotis.
Veneris 16.Ianuarij 1659.
ARGVMENTVM. 45.
Simulationis ſuſpicio non inficit Dotis confeſſionem à Marito factam, etiam ſi nulla præceſſerit promiſſio, quando abſque Vxoris interuentu fit inter perſonas non prohibitas. Plures recenſentur coniecturæ pro dicta confeſſione ſubſtinenda. Reconciliatio inter Coniuges iniuriam viciſſim remittit, adeòut Vxor reintegretur ad dotem amiſſam propter adulterium.

R. P. D. BEVILAQVA.
Romana Fructuum.
Veneris 16.Ianuarij 1660.
ARGVMENTVM. 46.
Soluto matrimonio ſuperexiſtentia filiorum non reddit immunem ab vſurarum labe exactionem fructuum Dotis inexactæ, qui etiam ſpontè ſcienterque ſoluti, & bona fide conſumpti ſortem extenuant.

R. P. D. BEVILAQVA.
Tiburtina Caſtrorum.
Lunæ 16.Februarij 1660.
ARGVMENTVM. 47.
Oſtenditur non læſa fides Teſtamenti, licet ex additionibus marginalibus, & lituris turbida poſſet cenſeri.

R. P. D. PRIOLO.
Romanæ prætenſæ filiationis.
Veneris 20.Februarij 1660.
ARGVMENTVM. 48.
Generatio potius Iuueni Amaſio, quam ſeni valetudinario Mulierem cognoſcentibus tribuenda. Similudo partus tunc ad Patrem demonſtrandum concurrit, quando conſtat de acceſſu prætenſi Patris. Confeſſio in Iudicio Criminali probat, & in Ciuili. Tractatus ex falſa credulitate, & contra Iuris præſumptionem non attenditur.

R. P. D. VEROSPIO.
Romana Locationis.
Veneris 20. Februarij 1660.
ARGVMENTVM. 49.
Locatio non ſubijcitur vſurarum cenſuræ ob penſionis diminutionem, niſi conſtet diminutionem proceſſiſſe ex cauſa mutui veri, vel ficti: Mutuans reſeruata ſibi facultate pecuniam retinendi ſub Cambijs non mutuum, ſed Cambium inire dicitur.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.
Romana, ſeù Florentina Tranſactionis.
Mercurij 4. Aprilis 1660.
ARGVMENTVM. 50.
Simoniaca cenſetur tranſactio ſuper ſtatu Religioſo, præcipuè quando lis inſtituta erat ſuper re ſpirituali, puta ſuper validitate, vel inualiditate Profeſſionis quamuis in illius conſequentiam veniat res temporalis nempè reſolutio, ſeù confirmatio renunciationis bonorum.

R. P. D. PRIOLO.
Romana Legati.
Mercurij 14. Aprilis 1660.
ARGVMENTVM. 51.
Animaduertitur manus ſubſcribentis alienũ teſtamentum, quæ nedum à fraudis ſuſpicione abſoluitur cum Teſtator ſpeciali, licet nõ indiuidua ſubſcriptione illud approbauerit, ſed etiam capit ſibi ſcriptum legatum; generalis autem ſubſcriptio liberat à pœna falſi, ſed ad petitionem legati non admittit.

R. P. D. PRIOLO.
Romana ſeparationis Thori.
Lunæ 26 Aprilis 1660.
ARGVMENTVM. 52.
Viri ſeuitia, ob quam Thori ſeparatio inducitur demonſtratur ex effectibus hic recenſitis, & horum probatio reſultat à Teſtibus etiam ſingularibus, & cœreroquin inhabilibus.

R. P. D. BEVILAQVA.
Maceraten Cappellaniæ.
Lunæ 10, Maij 1660.
ARGVMENTVM. 53.
Amotio Cappellani manualis fieri non poteſt

ex odio ſeù malitia, quamuis arbitrium remouendi etiam ſine cauſa datum ſit. Prouocatus ad diuiſionem bonorum, odium ex tali prouocatione concepiſſe non præſumitur.

R. P. D. BEVILAQVA.
Gerundeñ Parochialis,
Lunæ 28. *Iunij* 1660.
ARGVMENTVM. 54.

Teſtium depoſitio magis efficax ſuper interrogatorijs, quam ſuper articulis, ſuſcipit aliundè adminicula, Si ſit contra producentem fere omnem oppoſitionem euadit, *l. Barbarius 3. ff. de offic. Prætor.* limitatur.

R. P. D. ALBERGATO.
Rauenateñ Penſionis.
Lunæ 5. *Iulij* 1660.
ARGVMENTVM. 55.

Apoſtilla, eſt extra ſuſpicionem fraudis quoties concordat cum Charactere Inſtrumenti, cui adijcitur, nec requirit expreſſam Notarij approbationem. Teſtis contra publicum Inſtrumentum debet eſſe omni exceptione maior. Interroganti in iudicio An aduerſarius velit Inſtrumentum habere pro bono, & reali ſufficit reſpondere conditionaliter, ſcilicet *affirmatiuè donec conſtet de contrario*. Satis per Pontificem derogatum cenſetur *capit. 1. de Bigamis*, quoties expreſſam alicuius Concilij derogationem ſubſequitur derogatio generalis Conſtitutionum conciliarium.

R. P. D. PRIOLO.
Auenioneñ Tranſactionis.
Lunæ 4. *Aprilis* 1661.
ARGVMENTVM. 56.

Præſentia Parochi indicat matrimoniū potius de præſenti, quam de futuro fuiſſe cōtractū. Partus potius à Marito, quam ab Adultero genitus præſumitur. Inualida dicitur legitimatio in cuius conſecutione non exprimitur illa qualitas, quæ alterat naturam concubitus.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.
Florentina Oratorij.
Lunæ 2. *Maij* 1661.
ARGVMENTVM. 57.

Præſumptio ducta ex *l. Miles*, *§. Defuncto, ff. ad l. Iul. de adulter.* non eſt Iuris, & de Iure, exploditur à contrarijs probationibus, quarum plures hic magiſtraliter recenſentur ad conuincendum, quam potius Adulteri, quam Coniugis filium eſſe. Locus, & qualitas rei de qua agitur ſepè reddunt Teſtes immunes ab exceptionibus perſonalibus.

EMINENTISS. D. CARD. CELSO.
Tudertina Succeſſionis.
Veneris 20. *Maij* 1661.
ARGVMENTVM. 58.

Suſpecta Parochi integritas non ſubſtinet Teſtamentum conditum iuxtà *cap. cum eſſes de Teſtamentis*. Identitas Schedulæ ad quam Teſtamentum ſe refert, concludenter probari debet, ceſſat quoties illam Notarius in actis non poſuit, ſed conſignauit habenti ex illa diſpoſitione intereſſe. Teſtes contrarij ſibi ad inuicem adimunt fidem non probant geſtum in loco à quo fuerunt excluſi.

EMINENTISS. D. CARD. CELSO.
Patauina Penſionis.
Lunæ 13. *Iunij* 1661.
ARGVMENTVM. 59.

Præuentiuum indultum præſeruat ab incurſu Bigamiæ, adeòut matrimonium nullimodè alteret ſtatum diſpenſati.

R. P. D. BOVRLEMONT.
Conuerſana Iuriſdictionis.
Lunæ 23. *Ianuarij* 1662.
ARGVMENTVM. 60.

Copia legitimè extracta non impertitur legalitatem alteri Copiæ, quæ indè deſumatur Archiuium, nec vltra Territorium probationem extendit, nec informem ſcripturam fidei integritate nobilitat.

R. P. D. VEROSPIO.
Meleuitana Expenſarum.
Veneris 10. *Februarij* 1662.
ARGVMENTVM. 61.

Dum aliqui ex Vniuerſitate propria contumacia Vniuerſitatem vexationi ſubiecerũt, refectionem expenſarum pati debent in redditibus proprijs.

R. P. D. BOVRLEMONT.
Tudertina Succeſſionis.
Lunæ 27. *Februarij* 1662.
ARGVMENTVM. 62.

Varians in ſubſtantialibus ſuæ depoſitionis cadit ab integritate fidei, quam lex præſumit. Teſtis affinis pro affine non probat, ſibi contrarius non attenditur, maior omni exceptione requiritur pro ſubſtinenda legalitate Teſtamenti. Identitas ſchedulæ ſuſpectæ adeò probari debet, vt excludatur poſſibilitas ſuppoſitionis.

R.P.D.

R. P. D. BOVRLEMONT.
Romana Pecuniaria.
Veneris 3. Martij 1662.
ARGVMENTVM. 63.
Coniecturas ad probandam fraudem concurrentes è medio tollit non probata cauſa fraudandi. Defectus Archiuij, ſcripturæ legali fidem non minuit.

R. P. D. NINOT.
Romana, ſeù Peruſina Donationis.
Veneris 17. Martij 1662.
ARGVMENTVM. 64.
Ceſſante fraudis ſuſpicione concurrit ſcriptura priuata cum publico Inſtrumento. Nobilitas ſubſcribentium; Inſertio in publico Inſtrumento; Fides Magnatum, & Religioſi Viri quantumuis extraiudicialis apocam reddunt immunem à præſumptione antidatæ.

R. P. D. PRIOLO.
Squillaceñ Teſtamenti.
Veneris 17. Martij 1662.
ARGVMENTVM. 65.
Notario aſſerenti quem ſanæ mentis fuiſſe fides non denegatur; Magis probant Teſtes affirmantes, quàm negantes aliquem compotem mentis. Actus geſtus ab habente dilucida interualla, non præſumitur de tempore delirij.

R. P. D. TAIA.
Auenioneñ Tranſactionis.
Mercurij 22. Martij 1662.
ARGVMENTVM. 66.
Adulterium Matris præſumptæ filij legitimitati non preiudicat. Conceptio ante matrimonium tamquam delictum concludenter probari debet ab aſſerente. Adulterinus filius inſucceſſibilis, licet ex Patre libero, ſed Matre coniugata progenitus.

R. P. D. TAIA.
Calaguritana Beneficij de Durango.
Lunæ 15. Maij 1662.
ARGVMENTVM. 67.
Negans ex ſua contumacia reſpondere Synodalibus examinatoribus, eſt in culpa ſuæ reprobationis, à qua appellat iniuſtè; & geſtum hac appellatione pendente non eſt attentatum.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.
Nauleñ Parochialis.
Lunæ 15. Maij 1662.
ARGVMENTVM. 68.
Iuramentum ab Examinatoribus Synodalibus in ipſa Synodo preſtitum non eſt perneceſſe reiterandum quotieſcumque fit examen concurrentium. Notarius per ſubſequentem fidem à ſe factam non lędit publicum Inſtrumentum à ſe exaratum.

R. P. D. BOVRLEMONT.
Bononieñ Cenſus.
Lunæ 16. Maij 1662.
ARGVMENTVM. 69.
Scripturæ repertæ in arca Notarij ſigillo munita, & perſonæ non ſuſpectæ conſignata, non redarguuntur de fraudolenta repoſitione, licet arca aperiatur extra conſpectum Teſtium, ſed ſolum in conſpectu Notarij de Iudicis mandato. Ceſſante intereſſe ceſſat, & fraudis ſuſpicio. Dolus difficilius ingreditur clauſtra Religioſorum.

R. P. D. TAIA.
Auenioneñ Tranſactionis.
Lunæ 5. Iunij 1662.
ARGVMENTVM. 70.
Vindicatur à pluribus exemptionibus Inſtrumentum, & tamquam legale oſtenditur ad probandum matrimonium.

R. P. D. PRIOLO.
Squillaceñ Teſtamenti.
Mercurij 7. Iunij 1662.
ARGVMENTVM. 71.
Subſtinetur Teſtamentum conditum ad interrogationem quantumuis interrogatio fiat ab eo, qui lucrum ex tali Teſtamento conſequitur dummodo Teſtator ſanę mentis antea volũtatem ſuam explicauerit huic depoſitioni conſonam. Teſtis omni exceptione maior alios ſuperat in probatione, vnicus, & ſingularis admittitur ad declarandum Teſtatoris voluntatem; non rogatus rectè adhibetur in Teſtamento continente clauſulam codicillarem.

R. P. D. EMERIX.
Firmana Bonorum.
Mercurij 28. Iunij 1662.
ARGVMENTVM. 72.
Inſanabile vitiũ defectus citationis hanc præceſſiſſe non creditur Notario teſtanti de illius executione.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.
Leodieñ Archidiaconatus.
Lunæ 15. Ianuarij 1663.
ARGVMENTVM. 73.
Delictum menſura pœnæ; non tutus acceſſus excuſat à perſonali executione. Deteſtandus, qui laica Iuriſdictione cenſuræ Rotalis vim retundere præſumitur.

RE-

REVERENDISS. D.CERRO DECANO.
Peruſina Penſionis.
Lunæ 29. Ianuarij 1663.
ARGVMENTVM. 74.
Homicidium licet qualificatum non trahit, ſecum ipſo iure priuationem beneficij, ſeù penſionis, & Clericus homicida damnatus, licet poſt annum non compareat, priuatus non intelligitur, quando ſententia condemnatoria id non expreſſerit. Reintegratio conceſſa à Principe tantum reddit, quãtum abſtulit ſententia.

R. P. D. ALBERGATO.
Romana Cenſus.
Lunæ 12. Februarij 1663.
ARGVMENTVM. 75.
Subſtinetur contractus initus cum filio familias, qui publicè ex negocijs proprio nomine geſtis reputatur extra Patriam poteſtatem. Propria cõfeſſio non deſtruitur aduerſis Teſtibus, horum dicta publico Inſtrumento non præualent.

R. P. D. PRIOLO.
Romana Societatis Officij.
Lunæ 19. Februarij 1663.
ARGVMENTVM. 76.
Mulier, & Minor non obligantur ſine cauſa, cuius validitas metienda eſt, ſiue à poſitiua vtilitate, ſiue ſaltem à negatione damni, debet illa ſpecificè, & indiuidualiter exprimi, nec ſufficit vaga, & generalis expreſſio adhoc, vt obligationis veritas, & honeſtas inquiratur à Iudice decretum interponente.

R. P. D. NINOT.
Florentina Cappellaniæ.
Lunæ 20. Februarij 1663.
ARGVMENTVM. 77.
Non plus fidei tribuitur Teſtibus ſe reſtringentibus ad libros quam ipſis libris tribueretur.

EMINENTISS. D. CARD. CELSO.
Patauina Penſionis.
Lunæ 19. Februarij 1663.
ARGVMENTVM. 78.
Impugnans cõfeſſionem propriam debet clariſſimo probationum genere errorem, ſuum demonſtrare, etiamſi conſiſtat in negatiua. Pro excluſione delicti militat quæuis interpretatio.

R. P. D. BEVILAQVA.
Fauentina Canonicatum.
Veneris 23. Februarij 1663.
ARGVMENTVM. 79.
Diffamatus de aliquo crimine licet alium non patiatur defectum repellitur ab obtinendo beneficio, obtento non priuatur, niſi fortiores vrgeant probationes.

REVERENDISS. D.CERRO DECANO.
Romana Domus.
Lunæ 26. Februarij 1663.
ARGVMENTVM. 80.
Coniux acquirens ſibi ſi poſtea ex interuallo in Inſtrumẽto acquiſitionis cumulet etiam nomen alterius Coniugis agere præſumitur ſimulatè in fraudem prohibitæ donationis. Teſtis contrarius, & mendax nullius momenti. Propria confeſſio contra confitentem efficacior probatio.

R. P. D. NINOT.
Nullius, ſeù Terræ Pontiani Succeſſionis.
Veneris 2. Martij 1663.
ARGVMENTVM. 81.
Curiales Vrbis benè audiunt, adeòut propter eorum fidem, & integritatem etiã nouum examen litiganti concedatur poſt didicita teſtificata; hoc tamen limitatur quando ad præteritarum depoſitionum diſcuſſionem deuentum fuit, tunc enim ex principalium calliditate articuli ad euertenda deciſionum fundamenta diiudicantur conflati.

R. P. D. OTALORA.
Romana, ſeù Ianueñ Pecuniaria.
Lunæ 5. Martij 1663.
Multitudo Mercium ſicuti aliorum bonorũ poſſeſſio, fugæ ſuſpectionem excludit in Mercatore, quamuis habeat intricata nomina debitorum.

REVERENDISS. D.CERRO DECANO.
Leodieñ Pecuniaria.
Lunæ 5. Martij 1663.
ARGVMENTVM. 83.
Abbas non obligat Monaſterium mutuo recipiendo pecuniam, quæ non probatur verſa in eiuſdem Monaſterij vtilitatem. Hanc verſionem Teſtes de auditu ab eodẽ Abbate non probant, illam excludit malum Abbatis regimen, ſicuti eiuſdem ſolertia, & vigilantia eam præſumptiuè probaret.

R. P. D. BEVILAQVA.
Aeſina Dotis.
Veneris 6. Aprilis 1663.
ARGVMENTVM. 84.
Caracter Sacerdotalis auget fidem in teſte, qui recipitur, licet familiaris ad probationem rei geſtæ inter domeſticos parietes, cuius veritas difficilè poteſt aliundè haberi.

R.P.D.

R. P. D. E M E R I X.
Bononien. Feneſtrarum.
Veneris 13. Aprilis 1663.
ARGVMENTVM. 85.
Aemulatio in ædificante non præſumitur. Statutum prohibens vſum rei propriæ ad euitanda Ciuium diſſidia ſeruandum eſt.

R. P. D. P R I O L O.
Meliten. Parochialium.
Lunæ 21. Aprilis 1663.
ARGVMENTVM. 86.
Contemnit Sedis Apoſtolicæ præcepta, qui mandatis Rotalibus obſequium non præſtat, ideò contra illum declaratoria relaxatur. Præceptum negatiuum, ſeù prohibitiuum ſola patientia adimpletur.

R. P. D. N I N O T.
Ferrarien. Pecuniaria.
Lunæ 30. Aprilis 1663.
ARGVMENTVM. 87.
Loci Statutum informe non habet vim vndè ſuccedit Statutum Ciuitatis Dominantis. In iis, quæ per ſcripturas probari poſſunt fruſtra petitur remiſſoria hæc tamen non denegatur, quoties illa probatio reciperet corroborationem ex teſtibus. Articulus admiſſibilis cœteris, qui reijciendi forent communicat admiſſionem.

R. P. D. B E V I L A Q V A.
Meleuitana Pecuniaria.
Lunæ 30. Aprilis 1663.
ARGVMENTVM. 88.
Baractaria non arguitur ex fuga, niſi hanc doloſè arreptam fuiſſe probetur, quę probatio fieri debet per Teſtes non ſuſpectos. Non eſt in culpa qui ſuperioribus accidentibus cedit.

R. P. D. P R I O L O.
Bononien. Bonorum.
Veneris 4. Maij 1663.
ARGVMENTVM. 89.
Epiſtola ſuſpecta redditur, quando non eſt originalis, & copia deſumpta fuit ex libro non habente numeros marginales, & intitulationem in terminis *Stat. Bonon. for. Mercat. rub.* 19.

R. P. D. B E V I L A Q V A.
Sabinen. Spolij.
Lunæ 7. Maij 1663.
ARGVMENTVM. 90.
Illud intercedit inter ſpolium violentum, & iudiciale diſcrimen, quod vis armata ſecum ferat cōdemnationem ad fructus à die intruſionis, iudicialis expulſio à die motæ litis, & licèt mala fides calore Iudicij non obſtante etiam ante petitam reintegrationem fructuum perceptionem impediat, attamen non omnis mala fides hoc operatur, ſed ea, quæ nulla poteſt excuſatione velari.

R. P. D. T A I A.
Barbaſtren. Decimarum.
Lunæ 28. Maij 1663.
ARGVMENTVM. 91.
Probationes exaduerſo datæ non adimunt parti facultatem probandi.

R. P. D. N I N O T.
Fauentina Parochialis.
Lunæ 4. Ianuarij 1663.
ARGVMENTVM. 92.
Linea per tranſuerſum ducta ſuper Inſtrumento illi non adimit nomen publici, & ſolemnis, cum poſſit eſſe non litura, ſed ſignum reportationis in Protocollum, quando tamen alba verborum intercapedine omiſſum eſſet aliquod ſubſtantiale, linea ita ducta cenſeretur ad delendum.

R. P. D. T A I A.
Tarantina Cenſus.
Veneris 8. Iunij 1663.
ARGVMENTVM. 93.
Cenſus validitas fruſtra impugnatur ex defectu pecuniæ, quando illius Venditor in Inſtrumento iurato fatetur ſe pecuniam recepiſſe numeratam. Conſtitutio Laicalis contractus iuratos non tangit ex carentia Iuriſdictionis.

R. P. D. N I N O T.
Anconitana Fideicommiſſi.
Mercurij 13. Iunij 1663.
ARGVMENTVM. 94.
Notitia pręcedentis Teſtium depoſitionis non impedit nouum examen, quoties, vel materia articulata ſpecificè differt à prima, vel ceſſat calumnia quæ in Actore non conſideratur, cōtra Reum poſſidentem vel abeſt timor ſubornationis, qui non intrat dum agitur de coadiuuandis antiquis probationibus.

R. P. D. T A I A.
Sauonen. Pecuniaria.
Lunæ 18. Iunij 1663.
ARGVMENTVM. 95.
Mutuum admittit aliquando pactum ſpecialis intereſſe, nàm circumſtantiæ poſſunt iuſtificare actum cœteroquin illicitum.

R.P.D.

R. P. D. OTALORA.
Ianuen Iuriſpatronatus.
Veneris 22. Iunij 1663.
ARGVMENTVM. 96.
Agens contra obſeruantiam inſtrumenti iurati incidit in periurium, & à iudicio repellitur, niſi præcedens abſolutio illius actionem ſubſtineat.

EMINENTISS. D. CARD. CELSO.
Bononien Penſionis.
Veneris 22. Iunij 1663.
ARGVMENTVM. 97.
Agens de ſe exonerando ſuſpectus redditur in notulis, & Inuentarij à ſe deſcriptis, creſcit ſuſpicio ex omiſſione, ſiue ex opere, ſiue ex errore mutilata appareat ſcriptura. Teſtis de auditu ab intereſſe habentibus fidem nō facit, nec probat plus quàm probaret relatum, cui nititur illius aſſertio.

R. P. D. BEVILAQVA.
Romana Pecuniaria.
Veneris 22. Iunij 1663.
ARGVMENTVM. 98.
Literarum comparatio fallax, ſed adminiculatiua probatio ad cōcludendum caracterem alicuius eſſe Mors ſcribentis fidem præbet Scripturæ priuatæ, quæ hic à ſuſpicione antidatæ pluribus cōiecturis ſaluatur.

R. P. D. VICECOMITE.
Florentina Oratorij.
Mercurij 47. Iunij 1663.
ARGVMENTVM. 99.
Veriſimilitudo eſt fumus veritatis, & excluſio calumniæ, credulitas articulantis, quod probationes antea neceſſariæ non eſſent, conducit ad conceſſionem remiſſoriæ, quæ præſertim non denegatur poſtquam parti conceſſa fuit ad ſeruandam æqualitatem iudicij.

R. P. D. OTALORA.
Corduben Bonorum.
Mercurij 4. Iulij 1663.
ARGVMENTVM. 100.
Cenſus impoſitio fraudis, & ſimulationis nota non afficitur per Teſtium depoſitiones, quando iſtæ non concludunt probabilem, ſufficientem, & veriſimilem ſimulandi cauſam.

R. P. D. NINOT.
Farfen Bonorum.
Mercurij 4. Iulij 1663.
ARGVMENTVM. 101.
Certitudinem ex publica fama non concludunt Teſtes qui certitudinem illam aſſerunt in ſe non habere. Ignorantiæ præſumptio augetur quando negocium eſt de re ſequuta in diſtanti regione.

R. P. D. BEVILAQVA.
Romana Annuæ præſtationis.
Mercurij 4. Iulij 1663.
ARGVMENTVM. 102.
Dictum Teſtis graue pondus recipit ab illius prærogatiua. Olim Amaſię quis legare non prohibetur, quando de tempore legati non adeſſet ſuſpicio turpis affectionis, & eo magis valebit legatum, ſi illud ſcribitur, vt ad meliorem frugem legataria ſeſe recipiat.

R. P. D. TAIA.
Viterbien Legati.
Veneris 28. Martij 1664.
ARGVMENTVM. 103.
Additio marginalis ac verbum interlineare ſuffectū inferiori lituræ, nō turbant ſcripturæ legalitatem, quando forma characteris non eſt diuerſa, licet atramentum non ſit idem. Plures conuocantur præſumptiones, quibus à manu fraudolenta ſaluatur apoca.

R. P. D. TAIA.
Finarien Sauonen Diœceſis Pecuniaria.
Lunæ 31. Martij 1664.
ARGVMENTVM. 104.
Religioſa vſurarum deteſtatio etiam in paruitate materiæ. Palliatum lucrum, quod in mutuo callidè latet arguto ſignatur digito. Præſcribitur etiam Mercatori forma probandi requiſita ex quibus vſura ducit ſuam honeſtatem.

R. P. D. TAIA.
Viterbien Legati.
Lunæ 23. Iunij 1664.
ARGVMENTVM. 105.
Solidè confirmatur, quod in alia deciſione concluſum. Originalis ſcriptura præualet exemplatæ, & quæ nam ſit originalis ita oſtenditur, vt lituræ, quæ vertebantur in vitiū apocæ, illam deſignent vti matricem.

DECI-

DECISIONES
SAC. ROTÆ ROMANÆ
Additæ ad Tractatum Ioannis Zuffi, De Legitimatione Criminalis Proceſſus.

R. P.D. PEVTINGERIO.

Signina Iuriſpatronatus.

Mercurij 11. *Martij* 1648.

ARGVMENTVM.

Ius præſentandi probatur ex literis patentibus per ſpatium quinquaginta annorum continuatum à Domino factis, quæ literæ ſufficiunt, quod ſint authenticæ, quamuis nõ ſint publicæ. Et immemorabilis præſentandi probatur à Vaſſallis Domini etiam ſine interrogatorijs partis citatæ examinatis, quę ſi illos vult repetere ſuis ſumptibus debent reconduci.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio præſentandi probatur ex continuatis præſentationibus, & effectum ſortitis per annos quinquaginta.*

2 *Præcipuè ſi de illo tempore circa beneficium vacauerit per obitum præſentatorum.*

3 *Præſentationes probantur per authenticas ſcripturas, literas vel patentes cum ſigillo, & ſubſcriptione Patroni.*

4 *Scripturæ extractæ ex originalibus conſeruatis in Cancellaria Epiſcopali fidem faciunt.*

5 *Patentes præſentationum eo magis probant ſi ſint adminiculatæ ex enunciatiuis Ordinariorum in actibus inſtitutionum.*

6 *Præſentationes fieri debent per inſtrumenta coram teſtibus, & Notario rogatæ nec ſufficiant literæ patentes.*

7 *Concilium Tridentinum in præſentationibus faciendis requirit ſcripturas authentias.*

8 *Differunt inter ſe ſcripturæ publicæ, & authenticæ, quia omnis ſcriptura publica eſt authentica, ſed non è conuerſo.*

9 *Conſuetudo faciendi præſentationes per literas patentes valet.*

10 *Conſuetudo inducitur per duos actus cum lapſu* 40. *annorum.*

11 *Literæ patentes habent vim præſentationis cum fuerint ad hunc effectum ordinario exhibitæ.*

12 *Præſentationes diurnæ ſe declarant in eo quod in aliquibus præſentantes ſe declarent patronos, & in aliquibus non ſe enunciantur Dominos.*

13 *Iuſpatronatus præſumitur de pertinentijs Caſtri, quando præſentationes factæ ſunt ab ijs, qui pro tempore fuerint Domini dicti Caſtri.*

14 *Negatiua probanda eſt ab allegante.*

15 *Immemorabilis probatur etiam à vaſſallis etiamſi fuerint examinati ſine interrogatorijs Promotoris Fiſcalis.*

16 *Teſtes ſunt reconducendi ſumptibus petentis.*

DECISIO I.

EXcellentiſſimũ D. Principem Burgheſiũ manutenendum eſſe Domini dixerunt in quaſi poſſeſsione præſentandi ad Rectoratum S. Stephani Oppidi Montis Fortini, quia vltra eius poſſeſſionem, titulum, ac immemorabilem vna cum præſentatio-

nibus continuatis, & effectus ſortitis per annos 50. ex authenticis ſcripturis productis oſtendit, vt voluit *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 18. num. 23. Rota coram Greg. XV. deciſ. 222. num. 2. & apud Modern. Piſan. de Iurepatr. deciſ. 10. num. 5.* Quas præſentationes ſaltem per 50. annos incipiendo ab anno 1594. effectum ſuum ſortitas fuiſſe demon-
2 ſtratur eo ipſo, quod hoc beneficium de illo tempore, citra ſemper vacauerit per obitum præſentatorum iuxta celebre *conſ. Oldrad.* 229. à Rota receptum, etiam in terminis Concilii, vt *in deciſ. 545. num. 2. part. 1. diuerſ.* & *deciſ. 481. num. 1. ad medium par. 1. recent. & coram Cardinali Seraphino deciſ. 1141. num. 2. verſ. & iſtæ præſentationes, & in Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. præſentationes ergo deciſ. 87. num. 5. par. 7. & deciſ. 224. nu. 7. & 8. par. 1. recent.*

3 Præſentationes verò huiuſmodi probantur per authenticas ſcripturas literas, vel patentes cum ſigillo, & ſubſcriptione DD. dicti Oppidi, quæ dicuntur ſcripturæ authenticæ, vt per *Parlador. rerum quotid. cap. fin. par. 1. §. 11. num. 10. & 11.* quem ſequitur *Theod. Hoepingi in Tractatu de iure ſigili. cap. 4. §. 1. num. 24.* eo magis quia extractæ ſunt ex
4 originalibus conſeruatis in Cancellaria Epiſcopali Signina, vndè etiam ratione loci earum fides augetur, *Dec. in cap. 1. n. 12. de fid. Inſtrum. Nicolaus Euberard. in tract. de fid. inſtrum. cap. 2. numer. 2. Scaccia de Iud. lib. 2 cap. 11. cap. 755. vſque ad 758. Franc. Marcu deciſ. 438. num. 1. 2. & 3. par. 1. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 115. num. 19. & 20.* Quæ patentes literæ vlterius adminiculantur tam ex enunciatiuis Ordinariorum in actibus inſtitutionum, quam ex modo earumdem inſtitutionum, atque etiam ex Teſtibus de
5 eiuſdem deponentibus, adminicula verò tribuere fidem ſcripturę etiam in formi minus ſufficienti tradit *Soccin. Sen. conſ. 33. n. 5. lib. 1. Sim. de Præt. conſ. 106. num. 30. Genua de ſcript. priuata quæſt. 4. num. 27. & ſeq.*

Non obſtat, quod hæ præſentationes factæ non fuerint per Inſtrumenta de ipſius præſentationibus coram Notario, & Teſtibus rogata, & per documenta publica probari neceſſe eſſe fuerit dictum *deciſ. 197. numer. 64. par. 5. recent.* Neque ſufficere, litte-
6 ras, patentes, niſi probata conſuetudine, ſed publica Inſtrumenta præſentationum ſub rogitu Notarij, & Teſtium præſentia requiri tradit *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 38. num. 36. & duobus ſequentibus*, ſequendo *Dec. Bellamer. 311.* Vnde cauthelam tradit *Viu. de iur. patr. lib. 11. cap. 7. num. 23.* quod de præſentatione coram Notario, & Teſtibus Inſtrumentum conficiatur.

Quia aduertendum eſt Conc. Trid. in verbis non exigere inſtrumenta publica à Notario confecta, ſed tantum ſcripturas au-
7 thenticas ibi: *authenticis ſcripturis probentur.* Et in hunc ſenſum decreuit Rota vt præſentationes authenticis ſcripturis probentur, *deciſ. 580. ante num. 1. par. 4. diuerſ.* Attamen magna eſt inter publicas ſcripturas, & authenticas differentias, quia omnis ſcriptura
8 publica eſt authentica, ſed non è conuerſo, & quæcumque ſcriptura ex ſe ipſa, vel ratione loci fidem faciens, licet non ſit Inſtrumentum publicum dicitur authentica, *cap. 2. de fid. Inſtrum. & ibi not. Abbas num. 1. & 2. Felin. num. 2. Dec. in cap. 1. nu. 10. & 11. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1170.* vnde *Rot. in d. deciſ. 197. ſub num. 64. par. 5. recent.* requirendo documenta publica, non eſt de inſtrumentis publicis, ſed de ſcripturis authenticis à Concilio literaliter requiſitis intelligenda, quæ ideò ad hunc effectum vim publici documenti habent, & *Lotther.* intel-
9 ligendus eſt iuxta terminos *deciſ. Bellam.* quã ſequitur de literis patentibus, nec ſigillo, nec ſubſcriptione munitis, vltra quod in caſu præſenti intrat limitatio eiuſdem *Lottherii*, quando adeſt conſuetudo faciendi præſentationes per literas patentes, dum quatuor præſentationes factæ fuerint de hoc beneficio per ſpatium 50. & amplius annorum, cum tamen ad conſuetudinem inducendam, duo dumtaxat actus cum
10 lapſu 40. annorum ſufficerent *Iaſ. in l. de quibus num. 95. ff. de leg. Pariſ. conſ. 25. numer. 27. lib. 4. Rot. deciſ. 72. num. 27. part. 2. diuerſ. & deciſ. 355. nu. 2. par. 1. recent.* & Viuiani cauthela, etiamſi ſit omiſſa actum non vitiat, cum nullus exaduerſo allegatus cõtrarium dicat:

Neque fides harum literarum patentium tollitur, ex quo in locis à Curia Epiſcopali Signina diſtantibus ſint confectæ. Quia licet alibi ſcriptæ, & per præſentandum retentæ fuerint, antequam Ordinario pro inſtitutione obtinenda exhiberentur ſufficit præſentatum illas, deindè ad dictum ef-
11 fectum Ordinario exhibuiſſe, tunc enim vim præſentationis habẽt, vt fuit dictum *in Aquilana Iuriſpatronatus 24. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Corrado §. nam pro declaratione,* & tradit *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 6. num. 35. & 38.* præſentationem, quæ fieri poſſe etiam per literas probat *textus in cap. ea noſcitur de his, quæ fiunt à Prælat. & latè Lap. alleg. 75. num. 4. & ſeq. Peregr. conſ. 94. num. 8. in fine lib. 4. Abb. conſ. 76. num. 2. lib. 2. Lambertin. de iur. patr. lib. 2. par. 1. quæſt 4. art. 16. n. 8. ac per totum, Genua de ſcript. priu. lib. 3. q. 26.*

Nec

Nec præſentationes deſtruit, quod ij, qui præſentarunt ſe Dominos dicti Oppidi in omnibus patentibus non enunciauerint.
12 Quia dum aliquæ ſimilem enunciatiuam continent ex iſtis aliæ parirer eodem iure, ac titulo factæ declarantur, dum de alio titulo non docentur factæ *Rot. deciſ. 686. nu. 17. par. 3. to. 3. & deciſ. 184. num. 26. par. 6. recent.* quod comprobant inſtitutiones continuatę factæ per Epiſcopos tanquam de præſentatis à DD. Oppidi, & deponunt hoc expreſsè Teſtes ſuper 8. & iuspatronatus præſumitur de pertinentijs Caſtris, quando præſentationes continuatæ vt hic, factæ fuerint ſemper ab ijs, qui erant pro tempore DD. Caſtri vt dixit *Rota deciſ. 314. num. 3. verſ. & quod, vt in alia parte 4. recent. & Pientina Iuris Patronatus 28. Iunij 1641. coram bon. memor. Pirouano.*

Non obſtat quod inſtitutiones factæ prætendantur non præuio ædicto, quia præter
14 quam quod negatiua probanda eſt ab allegante pro fundamento nullitatis, *Corn. conſil. 89. num. 11. lib. 3. Cephal. conſ. 47. num. 4.* & alij, ex quibus ſic reſoluit *Rota in Parmen. Beneficij 3. Decembris 1635. coram Eminentiſſimo Card. Veroſpio,* non indè infringerentur præſentationes, nec minus quaſi poſſeſſio preſentandi, ad quem ſufficit præſentationes fuiſſe admiſſas, & præſentatum eum effectu inſtitutum, ſiuè bene, ſiuè malè, vt poſt alios *Garz. de benef. par. 5. cap. 5. nu. 104. Rota coram Vrgellen. deciſ. 74. num. 29. & per Viuian. de Iurepatr. lib. 12. cap. 4. num. 4.*

Immemorabilis denique plenè probatur ex pluribus teſtibus pro parte D. Principis
15 examinatis in Rota, qui bene probant licet ſint de Oppido Montis Fortini, & ſic Vaſſalli d. D. Principis, vt in proprijs terminis firmatur in *deciſ. 250. num. 3. par. 4. recent. Farinacc. de Teſtibus quæſt. 55. num. 263.* & etiam ſi fuerint examinati, ſinè interrogatorijs Promotoris Fiſcalis Menſę Epiſcopalis Signinæ, quia citatus ea non dedit, *Decian. conſ. 51. num. 121. in fine lib. 2. Farinac. de teſtibus quæſt. 73. num. 7. & 73. &* & plurimi relati *ab adden. ad Buratt. deciſ. 100. nu. 28. & 29.* Quam probationem non infringit li-
16 centia reconducendi Teſtes ſumptibus petentis obtenta, quia ſibi Promotor Fiſcalis imputare debet, ſi tanto tempore non poterat reconduci Teſtes non curauit, Teſtibuſque expenſas pro acceſſu ad Vrbem, vt debebat, non ſubminiſtrauit. *Rota deciſ. 194. ſub numer. 11. verſ. & non placuerunt inter impreſſ. poſt ſecundum volum. conſ. Farinacc.*

Quare cum requiſita à Concilio Tridentino D. Princeps pro dicto Patronatu probauerit Dominis in quaſi poſſeſſione præſentandi ad hoc beneficium manutendum eſſe reſoluerunt, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Callien. Prioratus.

Lunæ 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Clericus homicida per ſententiam iuſtè damnatus ad beneficij priuationem, hanc patitur etiam antè actualem expulſionem, vndè poteſt alter tamquam de vacanti beneficio ſtatim prouideri, ſed ſi ſententia lata ſit in contumacia, poteſt reus intra annum comparere, & prouiſio interim facta reſoluitur. Ad excluſionem ſubreptionis ſimoniæ, & metus plura ſcitè ponderantur.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ dant Prouiſo iuſtum titulum poſſeſſionis.*
2 *Sententia præſumitur legitimè lata.*
3 *Sententia facit tranſitum in iudicatum ob non interpoſitam appellationem intra decennium.*
4 *Sententia inducit vacationem beneficij etiam antè exequutionem facti.*
5 *Obreptio vt euitetur debet ſumi omnis interpretatio.*
6 *Sententia iniuſta non inducit vacationē beneficij.*
7 *Sententia contumacialis ob non paritionem monitorio parit vacationem.*
8 *Sententia diffinitiua inducit vacationem.*
9 *Sententia probat reo intra annum non comparente.*
10 *Veritas enarrata à prouiſo elicitur executione beneficij facta à priuato ad illius fauorem.*
11 *Beneficium reſtituitur reclamanti à ſententia infra annum.*
12 *Sententia dicitur approbata per ceſſionem factā à priuato.*
13 *Legatus non habet facultatem admittendi ceſſionem ad fauorem.*
14 *Beneficij ceſſio facta coram non habente ad id poteſtatem non aufert ius à reſignanti.*
15 *Confeſſio ceſſioni implicita probat contra confitentem, etiamſi ceſſio eſſet nulla.*
16 *Amplia etiam ſi emanauerit coram non habente poteſtatem.*
17 *Ceſſio facta per priuatum ex ſententia ſine licentia Superioris ei præiudicat.*
18 *Sententia non dicitur adeſſe vbi nō probatur præcedens tractatus, & conuentio.*
19 *Simonia non probatur ex teſtibus de auditu, & ex fide extraiudiciali.*

20 *Simonia excluditur ex præcedenti prouiſione Apoſtolica, & continuata poſſeſſione prouiſi.*
21 *Simonia non deducitur ex concordia inita ad effectum redimendi vexationem.*
22 *Simoniæ incurſus facilis eſt ex prætextu redimendi vexationes ſine beneplacito Apoſtolico.*
23 *Metus debet plenè probari.*
24 *Metus excluditur ex actu facto coram Magnati.*
25 *Ceſſio iurium beneficij ad effectum componendi inimicitias valet.*
26 *Beneficium vacans per priuationem prouiſi non dicitur vacare per ſubſequentem non inceſſum illius in habitu Clericali.*
27 *Reus abſoluitur ex non iure Actoris.*

D E C I S I O II.

PRimam huius cauſæ propoſitionem
ſuper articulo manutentionis ſub die 5.
Iulij 1649. deciſio contra Martinotiū Clo-
tium, non quia eius poſſeſſio non probare-
tur, ſed quia ſuffragari non poterat in con-
curſu Laurentij Andreoni antiquioris poſ-
ſeſſoris, ſubſecuta fuit altera ſuper eiſdem
ſub die 18. Martij 1650. qua Rota manda-
uit videri de bono iure, cuius hodie cogni-
tione habita reſponſum fuit conſtare de
bono iure Martinotij, cum de Prioratu cō-
trouerſo fuerit prouiſus à Sede Apoſtolica,
1 & literas deſuper expediuerit, quæ legitimū
titulum præbent *Mohed. deciſ. 13. vt lit. pend. Caualer. deciſ. 363. num. 4. Rot. in Marianen. ſeu Arrien. Beneficij 13. Maij 1650. coram R. P. D. meo Royas*; ac probant ad omnes effectus
Gabr. conſ. 190. num. 10. lib. 1. conſ. 194. nu. 3. lib. 2. Rot. deciſ. 356. num. 12. par. 1. recent.

Earumq; iuſtificatio ad id neceſſaria non
deeſt; narratiua enim ſententiæ priuationis
contra Laurentium Prioratus poſſeſſorem
latè fer. ſer. ac in iudicatum ob non inter-
poſitam appellationem tranſactæ, iuſtifica-
ta apparet ex publico documento ſententiæ
huiuſmodi præuijs citationibus, ſeruatiſque
2 omnibus alijs terminis in huiuſmodi iudi-
cijs ſeruari ſolitis, prout etiam præſumitur
Buratt. deciſ. 334. num. 8. & ſeq. à qua cum non
fuerit appellatum intra decennium, reſultat
3 exinde eiuſdem tranſitus in iudicatum ob
appellationem non interpoſitam *Auth. hodie Cod. appellat. cap. quoad conſultationem de ſent. & re Iudic. Rot. deciſ. 30. de appellat. in nou. dec. 734. num. 1. par. 5. recent.*

Quod verò Laurentius fuerit per dictam
ſententiam realiter amotus, vt in literis
Apoſtolicis narratur. non debet referri ad
actualem expulſionem, quæ vt facti eſt ab
executoris potius facto, quàm Iudicis ema-
nat, ſed ab ipſam ſententiam, quod ſcilicet
non per fictionem. ſed re vera Laurentium
à beneficijs amouēdum, & ad eorum amiſ-
ſionem condemnauerit; maximè quia id
narratum fuit in ordine ad vacationem, quę
4 ſaltim de iure ex ſola ſententia huiuſmodi
dummodo iuſta, & in iudicatum fuerit trā-
ſacta, reſultat etiam antè aliquam execu-
tionem facti *Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 3. cap. 24. num. 64. & 67. Lotther. de re benef. lib. 3. quæſt. 18. n. 64. & ſeqq. Pariſ. de reſig. lib. 1. q. 4. num. 53. Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 15. §. 2. n. 15. verſ. necnon, & 2. ſeqq. Biſign. deciſ. 5. ſub nu. 4.*
ibi, maximè ex quo ſecuta fuit ſententia de
5 *ſent. & re iudic.* & in dubio omnis interpre-
tatio ſumenda eſt ad euitandam obreptio-
nem *Felin. in cap. nonnulli ſub num. 18. de reſcript. Caſſad. deciſ. 12. num. 6. de præben. & deciſ. 1. de priuileg. Rot. deciſ. 38. num. 3. par. 1. recent. deciſ. 171. num. 1. in fin. par. 3.*

Non obſtat, quod dicta ſententia, vti lata
in contumaciam, & non probato formiter
delicto homicidij, de quo Laurentius accu-
ſatus fuerat non ſit iuſta, & exequibilis, vt
6 ad effectum inducendi vacationem requi-
ritur *Lotther. d. q. 18. num. 65.* Quia cum
Papæ non fuerit narratum homicidium ab
Andreono commiſſum, quod ſanè per ſo-
lam ſententiam contumacialem nō proba-
retur, ſed tantum quod ille per Iudicis ſen-
7 tentiam fuerit beneficijs priuatus, ſatis eſt
ipſa ſententia contumacialis, non ob pari-
tionem Monitorij, vt in caſu *dec. 68. part. 1. diuerſ.* ſed ex probationibus, ac teſtibus pro
informatione Curiæ examinatis lata, quia
8 etiam tunc non ſit diffinitiua priuationem
inducit, vt benè diſtinguendo declarat *d. deciſ. 68. n. 4. & 5.* ac probat reo intra annum
non comparente, ita vt interim potuerit
9 alius de beneficio prouideri reſolubiliter
tamen, quatenus reus intra annum compa-
ruiſſet *Lotther. de re benef. lib. 3. quæſt. 18. numer. 167. & ſeq. Rota in Romana Beneficiatus Sancti Petri 16. Iunij 1561. coram Oradino impreſſ. poſt 1. vol. conſ. Farinacc. deciſ. 3. num. 5. & in Militen. Parochialis 31. Ianuarij 1650. §. nec obſtat coram me.*

Iuncta ſucceſſiua poſſeſſione Martinotij
ex capite dictæ priuationis prouiſi, necnon
ceſſione ad eius fauorem facta à Laurentio
condemnato, qui ſic cedendo videtur in ne-
ceſſarium antecedens agnouiſſe veritatem
10 ſuæ priuationis à Martinotio narratæ, eū-
demque Martinotium canonicè fuiſſe pro-
uiſum, vt per *Bald.* & alios, quos refert, &
ſequitur *Rot. deciſ. 219. num. 3. & 4. par. 5. recent. & in Tiraſonen. Vnionis 26. Iunij 1645. §. alterum, & §. ſeq. coram R. P. D. Otthobono.*
Vndè tantum abeſt, quod intra annum à
11 ſententia reclamauerit, quo caſu debuiſſet
illi beneficium reſtitui *Millin. deciſ. 54. num. 9.*

Lotther.

Lotther. d. quæſt. 18. num. 163. quod imò per
12 dictam ceſsionem approbauit ſententiam
*l. 1. Cod. poſtulat. cap. quo ad conſultationem de
re iudic. Aym. conſ.* 108. *num.* 3. *Rota in Anconi-
tana hæreditatis* 11. *Martij* 1616.*coram bon. mem.
Vbaldo ſeniori*.

Quæ verò contra dictam ceſsionem op-
ponuntur, non releuant; nempè quod non
fuerit facta in manibus Papæ, ſed coram
Eminentiſsimo Domino Cardinali Legato
13 Vrbini, cui poteſtas admittendi ceſsiones
ad fauorem non competit *Rebuff. in prax. tit.
de reſignat. cond. num.* 5. *Pariſ. de reſig. lib.* 7.
quæſt. 13. *num.* 17. quod ſit ſimoniaca, &
meticuloſa.

Nam primum obiectum vrgeret, ſi Mar-
tinotius titulum deſumeret ex ceſsione
quia ea tanquam facta coram non habente
14 ad id poteſtatem non abdicaſſet ius à cedē-
te, vt declaratum fuit *in Colonien. Decanatus*
15. *Maij* 1648. §. *ideò Domini coram me*, ſed
titulus Martinotij educitur ex prouiſione
Apoſtolica tamquam de vacante ob priua-
tionem, & ceſsio allegatur non quia habeat
vim reſignationis, ſed ad narratæ priuatio-
15 nis veritatem comprobādam etiam ex ipſa
confeſsione Laurentij eidem ceſsioni im-
plicita, quæ ſufficit in præiudicium cōfiten-
tis *Egid. deciſ.* 683. *ante num.* 1. *Rot. in Marſi-
cen. Iuriſdictionis* 28. *Ianuarij* 1644. §. *primum
adminiculum in fin. coram me*, quamuis ceſsio
eſſet nulla *Abb. in cap.* 2. *numer.* 14. *de cappell.
Monach. Minad. deciſ.* 37. *num.* 11. & 12. *Put. de-
ciſ.* 6. *de confeſſ.* & in proximis terminis *Rota
deciſ.* 117. *num.* 2. *deciſ.* 171. *num.* 4. vbi loqui-
16 tur de actu geſto coram non habente ſuffi-
cientem poteſtatem *par.* 1. *recent.* & in pun-
cto quod noceat ceſsio facta abſque autho-
17 ritate ſuperioris ab eo, qui per ſententiam
fuerat priuatus tradit *Abb. in cap. niſi num.* 5.
verſ. quidam ſunt il 2. *de renunc. Pariſ. de reſig.
lib.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 8.

18 Simonia non adeſt dum non probatur
præcedens tractatus, & conuentio *cap. Ar-
taldus* 8. *quæſt.* 3. *gloſſ. in cap. quam piè verb. pa-
ctis* 1. *quæſt.* 2. *Dec. conſ.* 118. *num.* 4. *Pariſ. con-
ſil.* 30. *num.* 21. *lib.* 4. *Rota deciſ.* 198. *num.* 4. *de-
ciſ.* 234. *num.* 10. *inter impreſſ. poſt conſ. Farin.*
19 quam non probat fides extraiudicialis, aut
teſtis de auditu *Rot. deciſ.* 187. *num.* 2. *apud Fa-
rinacc ibid. deciſ.* 377. *num.* 4. *par.* 4. *recent.* cūq;
ceſsio facta fuerit longè poſt ius quæſitum
Martinotio ex præcedēti prouiſione Apo-
ſtolica, tanquam de vacanti per priuationē
cedentis, & poſſeſsionem à prouiſo liberè
captam, & ſeptennio continuatam, nulla-
20 tenus dici poteſt commiſſa ſimonia, *Capu-
taq. deciſ.* 239. *num.* 7. *par.* 3. *Put. deciſ.* 171. *nu.* 9.
lib. 2. *Rot. deciſ.* 301. *num.* 5. & 6. *apud Farin.
loc. cit. vbi allegatur concordantes deciſ.* 93. *nu.* 12.
& 13. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Eo minus quate-
nus emanaſſet ad redimendas vexationes,
21 quas ipſe prouiſus, & poſſeſſor forſan de
facto pati potuiſſet à cedente *Pariſ. conſ.* 135.
num. 20. *lib.* 4. *Ferrett. conſ.* 235. *num.* 2. *Sanch.
reſponſ. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 30. *num.* 9. & 11.
Buratt. deciſ. 307. *num.* 5. & 6. quicquid ſit in
aliis caſibus, in quibus periculoſum eſſe
ſub prætextu redimendi vexationes euitare
22 ſimoniam abſque beneplacito Apoſtolico
Rot. deciſ. 95. *num.* 3. *verſ. nec ſatisfacit par.* 4.
recent.

23 Metum tandem clariſsimis probationi-
bus exaduerſo conuincendum *Pariſ. de re-
ſig. lib.* 13. *quæſt.* 1. *num.* 181. *Rot. deciſ.* 343. *n.* 3.
par. 6. *recent.* prorſus excludit inſignis pie-
tas Eminentiſsimi Domini Cardinalis Cy-
24 bo, tunc Legati Vrbini, coram quo ceſsio
facta fuit *Coſt. conſ.* 18. *numer.* 44. *Seraph. de-
ciſ.* 773. *num.* 17. *Buratt. deciſ.* 783. *numer.* 12.
Quippe laudabiliter publico bono de more
intentus, ceſsionem ad componendas ha-
25 rū partium inimicitias approbauit ad tra-
dita per *Sanch. conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 28.
num. 2. *Bonacc. di Simon. diſput.* 1. *quæſt.* 1. §. 1.
num. 11.

Et hæc eo magis Martinotio Prioratus
poſſeſſori ſuffragantur aduerſus Flaminium
qui nouiſsimæ Prioratum impetrauit, ex
quo Laurentius habitu Clericali non ince-
deret, quia cum prius propter homicidium
idem Laurentius fuiſſet beneficio, vt ſupra
per ſententiam priuatus vſque de anno
1640. non potuit ex eiuſdē perſona ob ſub-
26 ſequentem non inceſſum in habitu benefi-
cium vacare, & obtineri *cap. ſuſceptum de re-
ſcript. in* 6. *Sarnen. ſuper regul. de infir. quæſt.* 35.
num. 3. *Lotther. de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 15.
num. 8. *Rot. deciſ.* 562. *num.* 3. *par.* 3. *recent.* &
in Meleuitana beneficij 25. *Iunij* 1649. vbi agi-
tur in ſpecie de dimiſsione habitus clerica-
lis *coram me. Barboſ.* in puncto priuati ob
delictum *de iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 67.
ac ad obtinendam abſolutoriam aduerſus
eumdem Flaminium ex eius non iure vin-
27 cere ſufficit Martinotio poſſeſſori, *Caſſad.
deciſ.* 3. *num.* 5. *de reſtit. ſpoliat.* & *deciſ.* 7. *n.* 9.
ſuper reg. Cancell. Lotther. de re benef. lib. 2. *q.* 42.
num. 25.

Et ita deciſum fuit vtraque parte infor-
mante.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Leodieñ Perſonatus de Fleron.

Lunæ 4. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Tam contũmax in obediendo mãdatis Rotalibus, quam impediens eorum executionem ſubiiciuntur declaratorijs. Oppidum hæreticorum non tutum præbet acceſſum, ex quo perſonalis intimatio ſuppletur per affixionem ad valuas vicinioris Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria danda eſt contra non comparentes, & impedientes executionem literarum Apoſtolicarum, & mandatorum Rotalium.*

2 *Citatio in caſu non tutus acceſſus ad valuas Eccleſiæ præuia dimiſſione illius copia in manibus conſanguinei in domo citati commorantis æquipollet perſonali intimationi.*

3 *Indultum Leonis X. tribuens ius ſuper fructibus beneficiorum fuit abrogatum per conſtitutionem Pij V.*

DECISIO III.

EXpedito ad fauorem Ioannis Stockhem iuxta deciſionem editam coram me 16. Maij 1650. mandato de manutenendo in quaſi poſſeſsione Perſonatus cõtrouerſi, & ſub comminatione cẽſurarum legitimè intimato Bartholomeò Rolantz principali collitiganti, Ioanni Faſsin Oliuerio, Ioanni dell'Abbye, & Nicolao q. Lamberti de Bolſee Decimatoribus bonorum, ac fructuum eiuſdem perſonatus, necnon Paulo Ioanni à Groesbeck Archidiacono Cõdroſij in Eccleſia Leodien. eoque in actis Notarij cauſæ reproducto, & ſeruatis ſolitis quatuor terminis ad docendum ſe paruiſſe, cum Bartholomæus, & Decimatores de aliqua paritione non docuerint, Archidiaconus verò impedire tentauerit effectum, & exequutionem dicti mandati, Domini exiſtimarunt contra eos dandam eſſe decla-
1 ratoriam, vt contra non parentes teſtatur *Caſſad deciſ. 6. num. 10. de cauſ. poſſeſſ. propriet. aliſq; relatis in Burgen. Decimarum 11. Februarij 1650. & in Leodien. Præpoſituræ de Hanſinnes 5. Iunij præteriti coram me*, & contra impedientes executionem literarum Apoſtolicarum, & mandatorum Rotalium tamquã incurſos in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini relatæ inter Conſtitutiones ſa. me. Pauli V. *Bull. nou. tom. 3. Conſtit. 63. ſub §. 14. dixit Rot. coram Buratt. deciſ. 916. ſub numer. 1. verſ. non obſtat quod mandatum, & in Marſicen. Iuriſdictionis 10. Maij 1649. coram Reueren. P. Domino meo Bichio §. vtique tamen, & prius in Leodien. Decimarum 3. Iunij 1647. coram me.*

Idque etiam ſi reſpectu Bartholomæi nõ conſtet de perſonali intimatione, quia cum fieri non potuerit ob non tutum acceſſum, ex quo ipſe commoratur in Oppido Traiecteñ Hæreticorum ſufficiens Dominis viſa fuit affixio copiæ ad valuas Eccleſiæ Parochialis dicti Perſonatus, & Cathedralis Leodieñ vicinioris præuia dimiſsione alterius copiæ in manibus eius ſororis in ipſius
2 Domo commorantis *Summ. informationis numer. 2. & 3.* quæ ad hunc effectum æquipollet perſonali intimationi, *Clement. cauſam §. quod ſi forſan de elect. Clem. 1 de Iudic. Cardin. Seraph. deciſ. 1296. num. 3. Rota deciſ. 48. numer. 21. par. 8. recent. in puncto allegat. in d. Leodien. Præpoſitura de Hanſinnes 6. Martij præteriti coram me.*

Neque Decimatores, & Archidiaconos excuſari poſſunt prætextu Indultorum Leonis Decimi aliorumque Summorum Pontificum, & conſuetudinis illi, (vt aſſeritur) Ius tribuentium ſuper fructibus Beneficiorum in eius iuriſdictione exiſtentiũ. Quia præter quod non iuſtificantur comprehendere Perſonatum controuerſum,
3 fuerunt omninò abrogata per ſubſequentem Conſtitutionem ſan. mem. Pij Quinti *57. dict. Bullar. nou. tom. 2. vt dictum fuit in Leodien. Parochialis 4. Martij 1613. coram Sanctiſſimo Domino Noſtro ſub §. neque ſubſtineri poteſt, & deinde relaxando Declaratoriam in eadem Cauſa 13. Ianuarij 1631. coram bon. mem. Cocceino §. minus etiam.*

Et ita, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana fructuum Dotis.

Lunæ 15. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Vſura eſt fructus dotales exigere poſt mortem vxoris, quando dos promiſſa fuit ex pecunia, licet interceſſerit conuẽtio ex parte Creditoris hanc inueſtiendi in bonis fructiferis poſſet tamen ratione damnorum & intereſſe iuſtificari exactio quando debiror ex parte ſua non adimpleuiſſet inueſtimentum promiſſum, & per interpellationem conſtitutus eſſet in mora. Pactum tunc interpellationi ſufficitur, quando à Iure prolatum eſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotales poſt mortem vxoris exigi non poſſunt , non obſtante ſuperexiſtentia filiorum , & pacto de illis ſoluendis indefinitè in capitulis matrimonialibus appoſito .*

Amplia etiam ſi fuerit conuentum de inueſtienda dote in bonis ſtabilibus , Cenſibus, vel locis montium.num.2.

Limita quando concurrũt mora debitoris,& alia requiſita per Caſtr.in l.3.§.fin.ff. Eo quod cert.loc.*num.*16.

3 *Debitor aſſumens in ſe onus reinueſtiendi abſque alia interpellatione , tenetur ad damna , & intereſſe.*

4 *Fructus non debentur, quando Creditor aſſumpſit in ſe onus reinueſtiendi,niſi ex capite lucri ceſſantis , vel damni emergentis .*

Declara ſemper requiri interpellationem perſonalem ad conſtituendum debitorem in mora . num.5.

Limita quando adeſt pactum;quia tunc interpellatio non requiritur.num.6.

Intellige de pacto licito ; non autem illicito . nu.7.

7 *Pactum de ſoluendo fructus dotales ſoluto matrimonio eſt illicitum .*

8 *Pactum illicitum, & vſurarium habetur pro non appoſito , & ipſo Iure corruit .*

9 *Taxatio certi intereſſe ab initio , eſt permiſſa , ſi illud iuſtum , & veriſimile eſt .*

*Declara id procedere ,quando ab initio paciſci potuerit de fructibus ſoluendis , & vſuræ ſint permiſſæ.num.*10.

11 *Taxatio certi intereſſe ab initio , ex quibus dicatur facta reſpectu onerum matrimonij , ita vt eo diſſoluto corruat.& num.*13.

12 *Obligatio ad fauorem alicuius facta,in illius odiũ retorqueri non debet .*

14 *Promittens ſoluere fructus dotales durante dilatione ad ſoluendam dotem . Vtrum ſi interim moriatur mulier , poſſit Maritus agere ad ſortem principalem,ita vt dies ipſa mortis vxoris habeat vim interpellationis , & conſtituat promiſſorem in mora .*

15 Statutum Vrbis cap. 137. *diſponens viduam poſſe fructus dotales exigere ex eo ſolum, quod debitor interpellatus fuerit , vel pro interpellato ſe habuerit , non extenditur ad virum.*

17 *Interpellatio venit aliundè probanda , quam ex præſumptione reſultante à ſolutione nonnullorũ fructuum, etiam ſi partes confeſſæ fuiſſent,quod interpellatio præceſſerit.*

18 *Actor in Iudicio repetitionis indebiti debet plenè negatiuam probare .*

*Limita num.*19.

20 *Solutiones factæ pro fructibus dotalibus ex alio capite ſubſtineri non poſſunt.*

DECISIO IV.

EO quod ſententia Rotalis condemnans D.Marcellum Creſcentium ad reſtituendum Dominis Fuluiæ , & Mario de Maximis ſcut.842.& 50.ex cauſa fructuum dotis ſoluto matrimonio per mortem Hortenſię vxoris decurſorum exacta , valida , & iuſta eſt , eam confirmandam eſſe in gradu appellationis ad me interpoſitæ DD. cenſuerunt .

Quod enim ſit valida ipſe appellans non negat . Iuſta vero apparet ex optimè deductis in deciſione ædita 21.Aprilis 1651. coram R.P.D. meo Cerro in qua amplectendo opinionem communem Doctorum in
1 *cap.Salubriter de vſur. latiſſime comprobatam in deciſ.91.apud Fenſon.ad Stat. Vrb.* & paſſim à Rota receptam demonſtratur fructus dotales poſt mortem vxoris exigi non poſſe non obſtante ſuperexiſtentia filiorum , & pacto de ſoluendis fructibus indefinitè in capitulis matrimonialibus appoſito , quia vxore defuncta ceſſant onera matrimonij in eius alimonijs ſecundum dignitatem,& quantitatem dotis conſiſtentia, propter quæ conſtante matrimonio licita erat fructuum dotalium promiſſio,& exactio quod prçter allegatos in dicta deciſione tradit *Peregr. conſ. 85.ſub num.14.lib.3.*

Neque promiſſionem, ac exactionem huiuſmodi licitam reddit conuentio de inue-
ſtienda dote in bonis ſtabilibus , cenſibus ,
2 vel locis montium , quia vbi ſolutio dotis non eſt facienda in ipſis inueſtimentis ſeu re fructifera , ſed in pecunia numerata poſtea inueſtienda , multum intereſt an onus inueſtiendi ſit impoſitum debitori , an verò creditori : primo enim caſu fructus qui ex inueſtimento faciendo percepti veroſimiliter fuiſſent,debentur à debitore abſque aliqua interpellatione ratione mandati de inueſtiendo per eum ſuſcepti quod adimplere debuit , & alioquin niſi illi ex iuſta cauſa renunciauerit vel doceat feciſſe diligentias pro inueſtimento reperiendo tenetur ad damna , & intereſſe vt fuit deciſum in *Romana multiplici* 25. *Februarij* 1619. *coram bon.mem.Vbaldo ſeniori,quæ eſt deciſ.*479.*num.*9. & 10. *inter impreſſ. apud Cinc. de Cenſib. & in Romana ſeu Ianuen. Pecuniaria* 1.*Iulij* 1644. §. *neo releuat, & 2.ſeqq.coram me .*

4 Quæ ratio quia ceſſat in ſecundo caſu fructus deberi non poſſunt niſi ex capite lucri ceſſantis vel damni emergentis *Soccen.conſ.38.per tot.lib.4. Rimin.Iun.conſ.218.nu.90.& ſeq.Hond.conſ.30.num.29.conſ.44.num.31. lib.1,Grat.diſcept.911.num.4.&* 5. neutrum autem permittitur niſi debitor per interpella-

4 pellationem perſonalem fuerit conſtitutus
in mora ſoluendi, vt in puncto *Card. Mant.
deciſ. 171. num. 3.* & vtrumque caſum diſtin-
guendo reſpondit, *Rot. in Romana crediti do-
talis 13. Martij 1645. corā R. P. D. meo Veroſpio,
impreſſ. apud Moder. Forolmien. de pignor. dec. 94.
num. 11. & in eadem 16. Martij 1646. §. dum enim
coram eodem Rouit.* in proximis terminis *de-
ciſ. 90. num. 6.* facit *Grat. diſcept. 987. nu. 11. Rot.
deciſ. 7. nu. 6. apud Zacch. de ſociet. Offic. & in Se-
negallien. Pradij 27. Iunij 1644. §. iniuſtitia in fin.
coram R. P. D. meo Meltio.*
6 Non obſtat quod interpellatio non re-
quiratur quando adeſt pactum, vt per *Dec.
conſ. 111. num. 13. verſ mora enim poſt Caſtr. Abb.
& Alex. ibi allegatos Scacc. de camb. §. 1. quæſt. 7.
par. 2. ampliat. 8. num. 148. relatus à Moder. Neap.
in tract. de cred. cap. 2. tit. 7. quæſt. 2. num. 1742. &
ſeq. vbi allegat concordantes Rot. apud Farinacc.
deciſ. 331. num. 9.* Hoc enim quicquid ſit in
pliis caſibus non procedit quando ipſum
pactum eſt illicitum quale eſt iſtud de ſol-
7 uendo fructus dotales ſoluto matrimonio
*Alex. conſ. 221. ſub nu. 7. verſ. nec prædictus lib. 2.
Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 39. num. 14. & ſeq.
Rot. deciſ. 94. nu. 8. apud Moder. de pignor.* ac pen-
dente dilatione *Alex. conſ. 31. num. 14. verſ. vi-
delicet lib. 6. Socc. Hond. & alij ſupra allegati*; pa-
8 ctum namque illicitum, & vſurarium
habetur pro non appoſito, & ipſo iure cor-
ruit ob reſiſtentiam Iuris diuini, Canonici,
naturalis, & ciuilis nouiſſimi, vt latè com-
probat *Rot. deciſ. 301. num. 32. & 8. ſeqq. par. 5.
recent.*
9 Idemque reſpondetur ad aliud obiectum
quod ſcilicet permiſſa ſit taxatio certi inte-
reſſe ab initio ſi illud iuſtum, & veriſimile
ſit, & deinde iuſtificetur, ex allegatis per
*Rot. inter impreſſ. apud Farin. d. dec. 331. & 372.
per tot. & in Romana Pecuniaria 9. Maij 1616. co-
ram bon. mem. Remboldo*; omnes enim loquun-
tur in caſu quo ab initio paciſci potuerit
10 de fructibus ſoluendis, & vſuræ ſint per-
miſſæ *Rot. deciſ. 12. nu. 14. par. 5. recent.* qui non
eſt caſus noſter animaduertendo præſertim
quod contrahentes ad paciſcendum ab ini-
11 tio de certo intereſſe non mouit contem-
platio lucri quod ex inueſtimento perce-
ptum fuiſſet, ſed onerum matrimonij à vi-
ro ferendorum vt conſtat euidenter, tum
quia taxatio excedit quantitatem ex ſtabi-
libus vel locis Montium in quibus pecuniæ
inueſtiri debent percipi ſolitam; benè ta-
men congruit oneribus matrimonij, vt in
ſimili *Aym. conſ. 149. num. 5. Menoch. præſ. 136.
num. 18. lib. 3. Rot. deciſ. 301. num. 3. verſ. præſer-
tim par. 1. recent.* tum quia de ſoluendis fru-
ctibus dotalibus non fuit conuentum poſt
promiſſionem inueſtiendi, ſed antequam
eadem conciperetur, & pactum loquitur
de fructibus decurrendis pendente dilatio-
ne conceſſa ad ſoluendum, & ſic ante quam
veniret dies inueſtimenti faciendi ferēte in-
terim viro onera matrimonij ad quæ pro-
pterea potius quam ad lucrum futuri inue-
ſtimenti pactum correſpectiuum cenſetur
*l. 3. l. cum ex pluribus la 2. ff. ſolut. Par. ſ. conſ. 122.
num. 8. & num. 11. lib. 4. Menoch. conſ. 121. nu. 48.
Grat. diſcept. 224. num. 93. Rot. deciſ. 55. num. 5.
apud Zacch. de ſociet. offic.* Eo magis quia obli-
12 gatio inueſtiendi nec eſt iniuncta debitori
nec adiecta ad commodum creditoris ſed
promiſſoris, in cuius alias odium retorque-
retur quod ferendum non eſt, vt benè ad-
uertit *deciſio coram R. P. D. mro Cerro §. quoniam
13 in fin.* Vnde cum ceſſantibus dictis oneri-
bus per obitum vxoris pactum quoque ex-
pirauerit, vel illicitum redditum fuerit, il-
licita pariter eſt certa taxatio fructuum,
nec tollit interpellationis debitoris neceſſi-
tatem pro habendo lucro ceſſanti requiſitæ
quamuis probetur ſuperueniſſe occaſiones
lucrandi, vt alijs allegatis tradit ad propoſi-
tum *Grat. diſcept. 911. num. 2.* neque dici po-
teſt pecuniam fuiſſe deſtinatam inueſtimē-
to, quia hæc deſtinatio non adeſt durante
dilatione, ſed ſolum poſtea fauore debi-
toris.
Quatenus verò replicatur quod ſuppoſita
nullitate vel iniuſtitia pacti, ceſſat dilatio
14 ad ſoluendum eius contemplatione con-
ceſſa, & ſtatim mortua vxore agi ad ſortem
principalem potuit *Bald conſ. 212. lib. 4. Alex.
conſ. 34. num. 6. lib. 2. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa
par. 1. num. 78. Hering. de fideiuſſor cap. 19. nu. 66.*
vt propterea dies ipſa mortis vxoris vim
habeat interpellationis ad *tex. in l. magnam
Cod. contrh. empt.* Reſpondetur quod licet agi
potuerit ad ſortem, non ideo dotis pro-
miſſor conſtitutus fuit in mora prout ſi
ſoluere promiſiſſet vxore mortua, quia
dum de cætero tempus dilationis durat,
quod ea per ſuperuenientem caſum mortis
vxoris reſoluta fuerit certo non ſciuit debi-
tor ante quam creditor id declararet, vt per
*Ruin. conſ. 35. num. 31. lib. 1. Buratt. deciſ. 54. nu-
mer. 15. Rot. in recent. dec. 447. num. 6. par. 2.* Imo
quia creditor nuſquam petijt ſortem cre-
dere potuit nolle habere dilationem pro
reſoluta ex allegatis *in Caſenaten. Cenſuum 9.
Iunij 1645. §. nam præter quod coram R. P. D.
meo Corrado.* Igitur quamuis non requiratur
interpellatio quando quis promiſit ſoluere
certa die, cum tunc adueniente die debitor
certo ſciret ſe poſſe conueniri *Pacian. cōſ. 57.
num. 22. Rot. deciſ. 275. num. 17. apud Zacch. de
oblig. Camer.* vtique requirebatur in caſu no-
ſtro quo debitor id certo non ſciebat, & vt
ſupra

ſupra cogitare poterat dilationem durare, eoque minus ſciebat in qua re creditor vellet pecunias inueſtire cum promiſſio inueſtiendi eſſet alternatiua, & creditor in qua re vellet fieri inueſtimentum non declarauerit mediante interpellatione; vt oportebat ad conſtituendum debitorem in moram, *Alex.conſ.45.num.5.in fin.& ſeq.lib.5. Natt.conſ.670.n.14.lib.4.Card.Mant.deciſ.171. num.5.*

Præſumptio tandem interpellationis factæ ædučta ex ſolutionibus fructuum ſecutis poſt ſolutum matrimonium recipitur ſolum ad fauorem mulieris viduę quę vigore ſtatuti exigere poteſt fructus dotales ex eo ſolum quod debitor interpellatus fuerit vel per interpellato ſe habuerit abſque alio requiſito lucri ceſſantis vel damni emergetis iuxta ſtatutum Bononiæ de quo loqui-
15 tur exaduerſo allegata *deciſ.153.*vbi præterea aderat diuturna ſolutio fructuum per decennium *par.4.tom.2.recent.* vel iuxta ſtatutum Vrbis lib.1.cap.137. quod ad virum non extendi dixit *Rot. deciſ.607. num.24. & ſeqq.par.4.tom.3.recent.* & de quo loquuntur alij ex aduerſo allegati; non autem admittitur fauore mariti vxore præmortua quia cum illi non ſuffragetur ſtatutum, & de iure communi ſit pœnitus illicitum, & in-
16 terdictum huiuſmodi fructus percipere niſi concurrentibus mora debitoris alijſque requiſitis per *Caſtr. in l.3. §.fin.ff.eo quod cert. loc.* perſonalis requiritur interpellatio probanda aliunde quam ex præſumptione
17 reſultante ab aliquorum fructuum ſolutione, cum nec ſufficeret quod partes confeſſæ expreſſè fuiſſent quod interpellatio præceſſerit, ne alias aperiatur viam vſurariæ prauitati vt benè comprobat *deciſio coram R.P.D.meo Cerro §.quia hæc præſumptio,* & vltra ibi allegatos fuit dictum in ſupracitata *Senogallien. Pradij §. nec releuat coram R.P.D. meo Meltio,* & magis in puncto in *Rom.crediti dotalis 16 Martij 1646.§.nec dubitari,& §.ſeqq. coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Non obſtat quod ſaltem dd. ſolutiones poſſibile reddant quod interpellatio præceſſerit,
18 idque ſatis ſit ne illius negatiua in hoc iudicio repetitionis indebiti ab actoribus probanda, plenè vt debet probata dicatur *Rot. deciſ.38. num.3. & ſeqq. par.5.recent.deciſ.153. nu.26.& 27.par.4.tom.2.* Quia hæc poſterior loquitur, vt dicebam fauore viduæ in terminis ſtatuti, alia vero in terminis laudi lati ab arbitrio qui extraiudicialiter ſe pote-
19 rat informare, & informatus præſumitur; in alijs autem caſibus cum requiratur interpellatio Iudicialis, actoris intentio etiam ad effectum repetendi indebitum probata dicitur ex quo in proceſſu de interpellatione non apparet, vt in puncto reſpondit *Rot. in d.Rom.Crediti Dotalis 16.Martij 1646. §.nec debiti,& §.ſeq.coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Tandem nil facit quod creditor poſt mortem vxoris haberet occaſiones proximas emendi loca montium quia hoc non ſufficiat ad
20 effectum lucri ceſſantis niſi ſimul debitor conſtitutus fuerit in mora: præter quod cũ ſolutiones fructuum factæ non fuerint ex cauſa lucri ceſſantis, ſed nominatim ex cauſa fructuum dotis ex alio capite ſubſtineri non poſſunt, vt præter *allegatos in deciſ. R.P.D.mei Cerri,* notat fere in puncto *Ciriac. contr.540.ſub nu.43.verſ.verum*, & facit *Grat. diſcept.911.num.2.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

EMINENT. D.CARD. CELSO.

Licień, Adminiſtrationis

Luna 18. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Tutor fideliter ſe geſſiſſe oſtendere debet exibendo inuentarium diſtinctum, quia generica rerum pupillarium deſcriptio non releuat, Cambia non iuſtificantur, non probata tranſmiſſione pecuniarum ad nundinas, & literarum expeditione.

SVMMARIVM.

1 *Tutor ad effectum reddendi rationem tenetur inuentarium conficere.*
2 *Inuentarium adhoc vt Tutori ſuffragari poſſit, debet continere deſcriptionem bonorum claram, & diſtinctam, non autem genericam,& confuſam.*
3 *Idem eſt inuentarium non conficere, vel illud minus legitimè, & imperfectè conficere.*
4 *Tutor frui non poteſt beneficio inuentarij, ſi omiſit in eo aliqua corpora deſcribere.*
5 *Scientia præſumitur de ijs bonis qua conſequi debentur.*
6 *Cambia non debentur, ſi non conſtat de tranſmiſſione pecuniarum ad nundinas, & de literis expeditis.*
7 *Relatio Peritorium eſt erronea ſi de contentis in eadem non exhibentur quietantia.*
8 *A Tutore in reddenda ratione ſunt pupillo conſignandæ quietantiæ.*
9 *Onus dotandi ſpectat ad Patrem, non autem ad nepotem, dum adſunt bona Patris, & numer.10.*
11 *Onus dotandi tranſit etiam in fideicommiſſarium.*

DE-

DECISIO V.

REſolutum fuit non conſtare de ſuffi-
cienti redditione rationis, & ſic perſi-
ſtendum eſſe in deciſis ſub die 25. Februarij.
1647. coram Eminentiſſimo Cardinali Ot-
thobono. Nam cum Nicolaus ſuſceperit
tutelam, & curam Matthæi Natalis eius ex
1 Leonardo Fratre nepotis cum obligatione
reddendi bonum, & fidele computum te-
nebatur in primis inuentarium conficere,
cum illud ſit principium, & caput redditio-
nis rationis, *vt ex text. in l. 1. § de ſeruis ff. de
tutel. & ration. diſtrah. Bart. in l. Tutor qui re-
pertorium num. 1. & ſeqq. ff. de adminiſt. tut. Roland.
conſ. 49. num. 18. & 19. lib. 1. coram Seraphin.
deciſ. 1473. num. 1. & in recent. deciſ. 197. in
fin. par. 6.*

2 . Illud autem fuit exhibitum non videtur
tale, quod eidem ſuffragari poſſit, cùm non
contineat claram, & diſtinctam bonorum
deſcriptionem, ſed genericam, & confuſam
abſque expreſſione qualitatis, & quantita-
tis, itaut rerum pupillarium nulla poſſit
certitudo haberi, vt patet ex illis verbis, ibi,
*Vna Maſſaria nominata li Mercianti. Item vn'al-
tra Maſſaria con oliue, terre, e frutti, vna ſeſta par-
te dell'heredità di Giacomo Perſonè. Item pecore, e
capre num. 120.* & ſimilia vt benè in propoſi-
to aduertit *Rolan. de inuent. quaſt. 106. numer. 1.
Eſcobar. de ratiocin. cap. 9. numer. 67. & ſeq. Natt.
conſ. 574. & 575. vtrobiq. num. 1. & ſeqq. Surd. de-
ciſ. 222. num. 3. cum alijs pluribus relatis in Anco-
nitana cenſuum 24. Februarij 1643. corã R.P.D.
meò Rojas.*

3 Etenim paria ſunt Inuentarium non cõ-
ficère, vel illud minus legitimè, & imper-
fectè conficère *l. ſed ſi 11. §. 1. & ibi gloſſ. verbo
apparet, ff. de inſtit. act. l. quoties 6. ff. qui ſatiſd. cog.
Montan. de offic. Tut. quaſt. 32. num. 78. Rolan. de
inuent. quaſt. 110. n. 4. Surd. eodem tract. quaſt. 275.
numer. 2. Mar. Antonin. var. reſolut. lib. 2. reſolut. 8.
nu. 8. Rota coram Verall. deciſ. 119. nu. 3. par. 2. in
Maceraten. redditionis rationis 13. Maij 1642. co-
ram bon. mem. Merlino extenſa per R.P.D. meum
Meltium, & in Bituntina cenſus 24. Maij 1647.
coram Eminentiſſimo Card. Corrado.*

4 Immò in eodem Inuentario non fuerunt
deſcripta quam plura corpora, & ſignanter
portio legitimæ debitæ pupillo in bonis
Matthæi ex perſona partis, nec non rata do-
tis maternæ, & portio Maſſariæ nuncupat.
dell'Acquarole, propter quarum omiſſio-
nem non poſſe frui beneficio Inuentarij,
not. *Bald. in l. fin. §. cum igitur numer. 8. & 10. ibi-
que Caſtr. n. 5. Cod. de iure deliber. Soccin. cõſ. 159.
nu. 8. lib. 2. Dec. conſ. 633. nu. 10. Honded. conſ. 34.
nu. 20. lib. 1. Surd. de Inuent. hæred. quaſt. 275. n. 1.
in fine.*

Nec poteſt Nicolaus excuſari prætextu igno-
rantiæ. Nam quoad prima duo corpora
5 ſcientia videtur clara, dum ipſe vti Frater
Leonardi debebat conſequi eaſdem portio-
nes adnotat. per *Bartol. in l. in bonorum num. 3.
ff. de bon. poſſ. ſec. tab. Roman. conſ. 481. ſub num. 8.
Soccin. iun. conſ. 67. ſub nu. 11. Rot. coram Caualer.
deciſ. 3. num. 5. & deciſ. 151. num. 13.*

Vlterius defecit idem Nicolaus non ſolum in
confectione Inuentarij, ſed etiam in
reddenda ratione de bonis in eo deſcri-
ptis.

Nam eſto, quod libri fuerint exhibiti, adhuc
relatio Peritorum erronea detegitur, &
redditio rationis non poteſt ſuſtineri in du-
catis 523. quæ prætenduntur ſoluta Angelo
Seraphino pro interuſurijs, & fructibus
cambij, dum non conſtat de requiſitis ne-
ceſſarijs, & in ſpecie de tranſmiſſione pæ-
6 cuniarum ad nundinas, & de ſolitis literis,
ſeu diſpacijs, ſine quibus cambia non de-
beri diſponit expreſsè Conſtitutio ſanct.
memor. Pij Quinti Bullario nouo tom. 2.
in ordine 118. & firmat *Nauarr. in Manual.
cap. 17. tit. de vſur. circa cambia, verſic. quare. Ro-
ta deciſ. 173. numer. 3. poſt ſecundum volum. conſ.
Farinac.* & concordantes referunt, *Adden. ad
Buratt. deciſ. 539. num. 8.* ac firmatum fuit *in
Romana Cambij 17. Februarij 1642. in Licien. pe-
cuniaria 29. Maij 1643. & in Romana, ſeu Ianuen.
pecuniaria 1. Iulij 1644. coram R.P.D. meo Bi-
chio.*

7 Præſertim quia de dicta partita prout de
alijs contentis in eadem relatione nullæ
exhibentur quietantiæ, vt voluit *Ancharan.
conſil. 330. numer. 7. circa med. verſic. Item defi-
ciunt. Soccin. conſil. 92. ſub num. 12. verſic. quinto,
& vltimo lib. 4.* Quæ etiam pupillo erant re-
8 ſtituendæ *ad text. in l. cum ſeruus 81. ff. de con-
dit. & demonſtrat. Rota deciſ. 743. num. 6. par. 4.
diuerſor. & in dicta Maceraten. redditionis ratio-
nis 13. Maij 1642. coram bon. memor. Mer-
lino.*

Prout pariter ſuſtineri non valet reſpectu bo-
norum, quæ tradita fuerunt in dotem Ma-
9 riæ pupilli amitæ, & pro ea Donato Anto-
nio Caragnolo illius ſponſo, quia onus
dotandi non ſpectabat ad dictum pupil-
lum, ſed benè ad Matthæum eiuſdem mu-
lieris patrem *ad text. in l. final. Cod. de dot. pro-
miſſ. l. qui liberos 19. ff. de rit. nupt. Molin. de pri-
mogenit. lib. 2. cap. 15. nu. 5. Giurb. deciſ. 45. nu. 27.
& ſeqq.* & fuit dictum *in Terracinen. fideicom-
miſſi 4. Iulij 1646. coram Eminentiſſimo Card. Ot-
thobono.*

10 Nec refert, quod Leonardus eſſet hæres
Matthæi, nam vltra quod fuit grauatus re-
ſtituere, cum adſint bona Matthæi patris
non tenebatur dotare de proprio, ex quo
onus

Digitized by Google

onus dotandi inhæret iiſdem bonis. Ac propterea tranſit etiam in fideicommiſſa-
11 rium vniuerſalem, & quemcumque alium dictorum bonorum poſſeſſorem, vt dixit *Rota deciſ. 28. numer. 2. & ſeqq. & deciſ. 58. num. 1. part. 5. recent. cum alijs in Vrbenetana Legati 4. Maij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita reſolutum fuit vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 15. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Ad exhibitionem librorum, qui priuatim pro rerum familiarium memoria deſcribuntur, nemo tenetur, niſi probata apud ipſum exiſtentia, & iurans ſe eos non habere, nec deſijſſe dolo habere tutus eſt ab actione ad exhibendum.

SVMMARIVM.

1 *Actor proſequi intendens, vti hæres, cauſam defuncti Mercatoris publici, cum fateatur penes ſe libros exiſtere, illos exhibere tenetur.*

2 *Ad exhibitionem librorum priuatorum, & familiarium quis non tenetur, niſi eorumdem exiſtentia penes ipſum probata.*

Maxime ſi iurat ſe illos non habere, nec dolo deſiſſe habere. num. 3.

4 *Deſcriptio facta in Inuentario probat exiſtentiam tantùm penes Inuentariantem.*

5 *Præſumptio exiſtentiæ librorum penes aliquem tollitur, ſi libri fuerunt aliàs producti, & exaduerſo fuit proteſtatum illos non reſtitui.*

9 *Exhibere quis non tenetur libros penes Notarium exiſtentes.*

7 *Exiſtentia debet plenè, & concludenter probari, non autem præſumptiuè.*

DECISIO VI.

FVit reſolutum exhibitionem eſſe faciendam à Mutio Marerio, non autem ab Eminentiſſimo D. Cardinali Columna, cũ enim Marerius ſit actor, & cauſam proſequi intendat, vti hæres Octauii de Donis
1 Mercatoris publici, libroſque, & ordines, ac quietantias fateatur penes ſe exiſtere, hæc omnia, vt obtulit, exhibere debet *l. 3. vbi gloſſ. in verb. ſummatim, ff. de exhib. l. 2. & ibi DD. C. de eden. Rota deciſ. 112. num. 5. deciſ. 143. numer. 1. part. 4. tom. 2. recentior. & in Anconitana Mannæ 31. Iunij 1647. §. licet enim, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Corrado*, & in terminis contra eundem Octauium, & Socios, quod ad huiuſmodi exhibitionem ratione officij, tenerentur firmauit *Rota coram Buratt. deciſ. 345. & 370.* quod procedere etiam in hęrede Mercatoris conſuluit *Bero. conſil. 19. num. 6. lib. 3. Bertrand. conſ. 102. num. 9. lib. 2. Burſatt. conſil. 39. num. 31. lib. 1.* & tradunt alij relat. *per Adden. ad ſanct. mem. Greg. XV. deciſ. 129. num. 8. per Buratt. deciſ. 218. nu. 10.*

Diuerſa autem eſt ratio reſpectu Eminentiſſimi D. Cardinalis Columnæ rei conuenti, qui libros familiares, & priuatos ſuæ do-
2 mus exhibere non tenetur, niſi eorumdem penes ipſum probata exiſtentia *l. Celſus, §. final. l. Theſaurus, ff. ad exhib. Rota deciſ. 239. & 241. numer. 1. part. 4. diuerſor. deciſ. 259. numer. 6. part. 1. deciſ. 194. num. 5. deciſ. 380. nu. 14. part. 3. deciſ. 297. num. 14. par. 6. recent. & in Romana redditionis rationis 27. Iunij 1650. §. fin. coram me*, quæ in præſenti penitus excluditur, quia
3 D. Cardinalis paratus eſt iurare ſe illos non habere, nec dolo deſijſſe habere iuxta receptum *conſ. Aretin. 120. num. 2. verſ. ſed tamen his, Bero. d. conſ. 19. n. 5. lib. 3. Rota coram Seraph. deciſ. 692. n. 5. & 10. coram Card. Millino dec. 51. nu. 2. deciſ. 344. num. 7. cum alijs congeſtis per Add. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 129. numer. 8. verſ. quando verò.*

Non obſtat, quod libri de quibus agitur deſcripti fuerint in Inuentario hæreditatis bo. mem. Marci Antonij Quarti; Quia ex hoc probatur tantum exiſtentia penes inuentariantem, non autem penes D. Cardinalem ex deductis *in Romana ſubhaſtationis 7. Iunij 1651. §. non ſecunda, coram R. P. D. meo Bichio, confirmata 29. Ianuarij proximi præteriti coram R. P. D. Zarate*, ceſſatque prorſus difficultas,
5 ex datis in Summar. ipſius Marerij num. 5. & 6. ex quibus conſtat eoſdem libros aliàs delatos ad acta Columnæ A. C. Notarij, deinde ad Peritos ab hoc Sac. Tribunali electos, fuiſſe poſtmodum ad eumdem Notarium reportatos, emiſſis exaduerſo iudicialibus proteſtationibus ne claræ memoriæ Mag. Comeſtabili Don Philippo reſtituerentur, per quas cum illos rehabere prohibitus fuerit, excluditur quæuis eorum exiſtentiæ præſumptio penes ipſum, & D. Cardinalem eius filium, & hæredem *Rot. poſt Zacch. de ſociet. offic. deciſ. 55. num. 7. verſ. & ex relatione, & in Romana ſocietatis lignorum 28. Ianuarij 1650. coram R. P. D. Bichio*, aduerſus quẽ
6 propterea agi non poteſt ad exhibendum *l. tigni appellatione, §. ſi quis nõ poſſideat, ff. ad exhib. Ruin. conſ. 69. nu. 13. & ſeqq. lib. 4. Rot. deciſ. 663. num. 7. par. 4. recentior.*

Minus obſtare viſæ ſunt partitæ in Summar. D. Cardinalis num. 3. hodie exhibito; Quia

cum

cum aliunde, quam ex dictis libris extrahi
7 potuerint, nullam penes ipſum exiſtentiæ probationem præſeferunt, quæ adhunc effectum plenè, & concludenter, non autem præſumptiuè iuſtificari debet *Rot. deciſ.259.numer.1.part.1.recent. coram Card.Millino d.deciſ.51.num.1. & deciſ.344.num.6.& coram Buratt. deciſ.794. numer.2.cum alijs allegatis per Add. ad ſa:mem. Gregor.XV. d.deciſ.129. num.6.*

Et ita vtraque &c.

EMINENT. D. CARD. CELSO

Meleuitana bonorum.

Veneris 19. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Teſtes diuerſimodè deponentes ſuper eodem facto ſe reddunt ſingulares, ſingularitate obſtatiua, quæ illos inhabiles efficit ad probandum

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio literalis non admittit controuerſiam.*
2 *Teſtes deponenes diuerſimode de eodem actu dicuntur ſingulares ſingularitate obſtatiua.*
3 *Simulationis coniectura non inducuntur ex pacto à Teſtatore non prohibito & de iure permiſſo.*
4 *Confeſſio iuramento munita non poteſt impugnari ab habentibus cauſam à confitente.*
5 *Immiſſio datur creditori habenti hypothecam.*
6 *Immiſſio datur etiam vigore fideicommiſſi.*
7 *Poſſeſſor cum legitimo titulo eſt legitimus contradictor aduerſus venientem ex Teſtamento.*
8 *Dos in pradijs inæſtimatis conſtituta ſpectat ad vxorem ſicuti etiam ſpectatur illi pradia in permutationem accepta.*
9 *Fœmina competunt eodem actiones ſuper pradijs in permutationem acceptis quas habebat in permutatis.*
10 *Bona tranſeunt in Immiſſum cum eorum onere.*

DECISIO VII.

IN deciſione edita 1. Februarij 1651. coram Eminentiſſimo Card. Otthobono reſolutum fuit V. Cumulo Charitatis Melitæ,& Hoſpitali S.Spiritus donatarijs Ioannis conceden.eſſe immiſſionem ſuper Prædijs nuncupatis Taxirin, & Tameimun detentis per PP. S. Dominici; Iſtis verò eſſe denegan.ſuper alijs bonis à Virginia relictis, & per Cumulum, ac Hoſpitale poſſeſſis. Hodiè repropoſita cauſa ſuper iiſdem quoad primam partem Domini perſtiterunt in reſolutis, & quoad ſecundam cenſuerunt deciſionem eſſe reformandam. Etenim reſpectu primæ partis clara viſa fuit ſubſtitutio in fauorem Cumuli,& Hoſpitalis contenta in Inſtrumento donationis facta per prædictum Ioannem Virginiæ filiæ
1 de anno 1584. Itaut illa tanquam literalis nullam prorſus controuerſiam admittat. *Rot.coram Duran.deciſ.126.ſub num.1.& in Bonon.ſucceſſionis 4.Maij 1646. coram R.P.D. meo Bichio.*

Exceptio veró quod talis donatio fuerit ſimulata ceſſat ex deductis in deciſione quę reuidetur. Nam cauſa ſimulandi non adeſt, vel non rectè probatur ex teſtibus ſingularibus datis in Summ.ſub num.6. qui cum diuerſimodè deponant de eodem actu di-
2 cuntur ſingulares ſingularitate obſtatiua, iuxta theoricam *Felin. in cap. licet ex quadam 47.ſub num.2.col.5.verſ.eſt enim duplex de teſtib. Rot.conſ.33.nu.9.lib.2. Farin.de Teſtib.quaſt.64. num.54. Rot.in Car\[p\]entoraten.hæreditatis 28.Iunij 1647.coram R.P.D.meo Bichio, cum pluribus adduct.per Ciriac.contrOu.487.num.1.& ſeqq.*

Coniecturæ verò alias cumulatæ ſunt leues, & illa nouiter ponderata ex facultate conceſſa Angelicæ alienandi bona in vita donantis, & reuocata poſt mortem eiuſ-
3 dem non inducit præſumptionem ſimulationis, dum tale pactum non reperitur prohibitum, ſed potius à Iure permiſſum, vt aduertit *Aym. conſ.319. num.9. in fine.Rot.deciſ.201.nu.42.& 43.par.7.in rec.& coram ſanct. me.Gregor.XV.deciſ.195.& deciſ.459.vtrobique num.9.*

Ceſſat pariter altera exceptio defectus dominij penes donantem, quia cum Virginia, & Angelica ipſo mortuo de huiuſmodi bonis tanquam paternis diſpoſuerint in Inſtrumento matrimoniali, talis confeſſio iuramento munita non poteſt impu-
4 gnari à Patribus qui cauſam habent ab iiſdem mulieribus *Bald. conſ.389. num.3. lib.3. Ruin.conſ.50.num.13.lib.1.Aym.conſ.29.num.1. Rot.deciſ.274.eodem num. & deciſ.277.numer.4. par.7.rec.*

Rectè igitur firmatum fuit Cumulo, & Hoſpitali dandam eſſe immiſſionem ſuper bonis donatis exaduerſo poſſeſſis. Tam ex
5 hypotheca appoſita in donatione pro eius obſeruantia, vt dixit *Rot. poſt Pacif. de Salu. interd.deciſ.292.num.2.& ſeq. in rec. deciſ.539. num.1.par.4.& deciſ.205. eodem num. par.5. & in Meleuitana hæreditatis 17. Decembris 1646. coram R.P.D.meo Rojas.* Quam etiam vigore
6 fideicommiſſi in eadem donatione conſtituti, quod poſſe fieri in contractu diſponit *text.in l.quoties C.de donat.quæ ſub mod.Marzar. de fideicom.par.2.quaſt.2. verſ.Nihilominus. Fuſar.de ſubſtit.quaſt.308.num.78.*& firmatum fuit

fuit *in Bononien. fideicommiſſi 4. Maij 1648. coram me*.

Et ex iiſdem rationibus benè denegarunt Domini immiſſionem Patribus vti hæredibus Virginiæ; Nam cum Cumulus,& Hoſpitale poſſideant bona controuerſa titulo legitimo donationis dicuntur legitimi cōtradictores ad impediendam immiſſionem
7 Patribus venientibus ex teſtamento Virginiæ, vt not. *Bart. in l. fin. num. 21. verſ. ſecundo caſu*, ibique *Zaccard. num. 403. C. de edict. D. Adr. toll. Menoch. de adipiſc. rem. 4. nu. 610. Rot. in rec. deciſ. 127. num. 3. & 4. par. 7. in Romana domus 4. Maij 1648. coram R. P. D. meo Fichio, & in Meleuitana fideicommiſſi 20. Iunij 1650. coram Eminentiſſ. Card. Otthobono*.

Verum quia iidem Patres nō ſolum ſunt hæredes Virginiæ, ſed etiam Angelicæ, ad quam ſicuti ſpectabant dicta duo Prædia Taxirin, & Tamermum, ex eo quia Ioanni donatori eius viro fuerunt tradita in
8 dotem inæſtimata cum pacto illa reſtituendi *l. in rebus 30. C. de iur. dot. Pinell. in l. 1. numer. 14. par. 3. C. de bon. mat. Menoch. de arbi. caſ. 39. num. 20. Fontanell. de pact. nupt. clauſula 5. gloſ. 8. par. 13. num. 20. & ſeqq.* Ita quoq; ſpectare debent Terræ nuncupatæ Eccenſiet ſitæ in contrada Targia S. Petri, ſiuè del Naxaro in permutationem acceptæ *l. ſi donatæ §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. Imperator §. fin. ff. de leg. 2. l. ſi rem, & pretium de petit. hæred. Iaſ. conſ. 231. num. 1. & 2. lib. 2.* Et vltra relatos per *Fuſar. q. 627. num. 46.* firmauit *Rota in Bonon. Bonorum de' Floreantibus impreſſa poſt Giouagnon. reſp. 23. numer. 31. lib. 2.*

Ideò quoad Terras prædictas Domini cenſuerunt deciſionem eſſe reformandam, ac immiſſionem concedendam Patribus cū eaſdem actiones, quæ competebant ad bona
9 propria Angelicæ eædem competant ſuper bonis permutatis *Rot. coram Buratto dec. 229. num. 9. coram Merlino deciſ. 316. num. 22. & deciſ. 428. num. 1.* & tradit *Peregr. de fideicommiſſ. art. 44. ſub num. 30. & ſeq. cum alijs per Fuſar. de ſubſtitut. q. 636. num. 2.*

Nec quicquam facit aff. onus vnciarum decem inhærens bonis prædictis, quia per immiſſionem illi non derogatur, nec ali-
10 quod præiudicium infertur, ſed bona tranſeunt cum eodem onere *l. via §. quæcumque ff. de ſeruit. ruſt. præd. Clem. 1. de cenſib. Dec. conſil. 284. num. 1. cum alijs per Add. ad deciſ. 26. num. 46. & ſeqq. par. 3. rec.*

Et ita deciſum fuit vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Tullen̄ Matrimonij.

Mercurij 15. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Defectus denunciationum matrimonium nō irritat præſentia Parochi, ſuppletur per interuentum Epiſcopi etiam fortuitum. Parochus nō deſcribens in libro Eccleſiæ matrimonium ſibi lethalē culpam inierit, ſed Cōtrahentibus nullum affert preiudicium. Exemptio cenſetur ſolum à lege Diœceſana, non à lege iuriſdictionis, Teſtes examinati contra formam literarum remiſſorialium domeſtici famuli de auditu deponentes de propria credulitate non probant publicam vocem,& famam non concludunt, non indicando Authores, metus reuerentialis non qualificatus vrgentibus circumſtantijs non deſtruit matrimonium, huius libertas è pluribus ducitur coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium initum mutuo coniugum conſenſu eſt validum.*
2 *Matrimonium recipit formam à conſenſu præſtito verbis, vel ſignis exterioribus.*
3 *Matrimonium non irritatur propter omiſſionem denunciationum.*
4 *Matrimonium non inualidatur ex omiſſione adnotationis illius in libris Parochi.*
5 *Matrimonium iuſtificatur non ſolum ex partitis librorum Parochi, ſed & ex alijs probationibus.*
6 *Matrimonium probatur depoſitionibus teſtium.*
7 *Matrimonium ſuppletur ex præſentia Parochi etiam caſuali, & furtiua.*
8 *Epiſcopus ſupplet munus Parochi in contrahendo matrimonio.*
9 *Exemptio reſtricta ad Præpoſitos, Canonicos, & bona Eccleſiæ, non comprehendit curam animarum.*
10 *Exemptio dicitur de iure liberare tantum à lege Diœceſana non autem à lege iuriſdictionis circa ſubminiſtrationem Sacramentorum.*
11 *Iuriſdictio poteſt exerceri in ſubditis extra proprium deuiſorium.*
12 *Teſtes famuli, domeſtici, & ſubditi non probant.*
13 *Teſtes inducti extra locum in literis remiſſorialibus ſtatutum dicuntur nullitèr examinati, & non probant.*
14 *Teſtes de auditu non probant.*
15 *Teſtes non concludunt per genericam depoſitionem.*
16 *Impulſus idem eſt quam incitatio,& eſt licita parentibus in filijs.*

B 17 *Te-*

Digitized by Google

17 *Teſtis deponens de ſua credulitate non probat.*
18 *Teſtibus non præſtatur fides, quando repelluntur eorum Auctores.*
19 *Matrimonium contractum in facie Eccleſiæ non dirimitur ex metu, qui in virum conſtantem cadere non poteſt.*
20 *Matrimonium non irritatur ex metu reuerentiali non qualificato ex grauibus circumſtantijs.*
21 *Metus non qualificatur minis, ſi minans ſit perſona metis naturæ, nec ſolitus illas exequutioni demandare.*
22 *Metum patientis qualitas eſt conſideranda.*
23 *Teſtes non probant publicam vocem, & famam, ſi non referunt auctores à quibus audiuerant.*
24 *Teſtes eliduntur à teſtibus contrarium deponentibus.*
25 *Fama debet eſſe perpetua illeſa, & conſtans apud omnes.*
26 *Metus debet probari interuenire de tempore actus controuerſi.*
27 *Metus excluditur ex ommiſſione illius in proteſtationibus ſuper alijs rebus emanatis.*
28 *Matrimonium non inualidatur ex leuibus diſſidijs.*
29 *Teſtes deponentes de metu, magis probant, quàm mille de ſpontanea voluntate.*
30 *Teſtes deponentes de libero conſenſu, concurrentibus coniecturis, præferuntur deponetibus de metu.*
31 *Metus habet contra ſe præſumptionem iuris.*
32 *Conſenſus arguitur ex hilaritate coniugum in actu deſponſationis.*
33 *Conſenſus deducitur ex geminatione actus.*
34 *Conſenſus elicitur ex præſentia conſanguineorum, & Procerum.*
36 *Metus ſuſpicio excluditur ex præſentia Epiſcopi, ſeu viri Religioſi.*
36 *Metus ſuſpicio tollitur ex longa coniugum cohabitatione.*
37 *Metus ſuſpicio tollitur ex verbis deſignatis in monetis excuſſis.*
38 *Metus ſuſpicio deluitur ex actibus affectum indicantibus.*
39 *Metus ſuſpicio reijcitur ex declaratione mulieris contrarium attentantis.*

DECISIO VIII.

SVmmorum Pontificum monitis,& aliorum Principum ſuaſionibus indulgens bon. mem. Henricus II. Lotharingiæ, & Barri Dux, Sereniſſimam D. Nicoleam ipſius filiam primogenitam Ludouico Guiſio ſponſam, ad tollenda diſſidia, quæ indè ex futura Ducatuum ſucceſſione excitari poterant, nuptui tradere promiſit Sereniſſimo D. Duci Carolo Franciſci Principis Vallemontani ſui fratris filio primogenito, & dotali deſuper confecto Inſtrumento vices Parochi gerente Patre Dominico Ordinis Diſcalceatorum viro eximiæ pietatis, de mandato fel. record. Pauli V. & Greg. XV. in illis partibus ad hunc effectum degente, fuit inter eoſdem adſtantibus Sereniſſimis vtriuſque Parentibus, multiſq; Principibus ſanguine coniunctis, cum nobiliori Procerum caterua contractum die 22. Maij 1621. per verba de præſenti matrimonium, quod hilari Ciuium, populique plauſum, in feſto Sanctiſſimæ Trinitatis proximo, præuia diſpenſatione Apoſtolica repetitum, ac denuò in Capella Ducali à Reuerendiſſimo Epiſcopo Tulleñ. ſolemnizatum fuit: & licet illud per ſubſequutam quoque copulam conſumatum, ex indiuidua vitæ conſuetudine vſque ad nouiſſima Lotharingiæ bella, ac poſtmodum ex literis, alijſq; actibus maritalem affectum redolētibus videretur à Domino Duce Carolo comprobatum, ipſe tamen de anno 1646. varias cauſas deducendo, & præcipuè metum ſibi à Patre incuſſum dedit de nullitate matrimonii, & eius validitatem tuente D. Duciſſa Nicolea; ad probandum incumbentia, fuerunt vigore remiſſoriæ vtrique ab hoc Sacro Tribunali conceſſæ, hincindè plures examinati teſtes, quorum depoſitionibus hodie diligentèr excuſſis, & maturè conſideratis, Domini vnanimitèr cenſuerunt conſtare de validitate matrimonij; quandoquidem ſeruata forma tàm in diſpenſatione Apoſtolica, quàm in Sacro Concilio Tridentino præſcripta ſeſſ. 24. c. 1.
1 de reform. apparet celebratum, ac initum mutuo amborum coniugum interueniente conſenſu, ex quo proindè validùm cenſeri debet *tex. in cap. ſufficiat 27. quæſt. 2. cap. ſi inter virum, c. cum apud, c. tuæ de ſponſalibus. c. licet de ſponſ. duorum. Sanch. de matr. lib. 1. diſp. 18. num. 25. Rot. coram Buratto deciſ. 713. deciſ. 893. per tot. & deciſ. 197. par. 4. deciſ. 130. num. 15. par. 6. recent.* Matrimonium enim à conſen-
2 ſu in totum dependet, ab eoq; ſeu verbis, vel ſignis exterioribus expreſſo formam recipit *D. Thom. in 4. ſent. diſt. 26. quæſt. 2. art. 1. & ex eo notat Suar. ad 3. par. tom. 3. de Sacram. diſp. 2. ſect. 1. Paludan. in 4. diſtinct. 1. quæſt. 4. Card. Bellarm. de Sacram. matr. lib. 1. controu. 2. cap. 6. Caſtropal. oper. moral. par. 5. diſp. 2. punct. 3. num. 2. Rot. deciſ. 124. num. 1. & 2. par. 7. rec. & in Neapolitana Matrimonij 1. Iunij 1650. in princ. coram Reuerendiſſimo D. meo Tarraconen. confirmata 13. Maij 1651. coram Eminentiſs. D. Card. Corrado.*

Nec vrget, quod omiſſis ſolitis denunciationibus fuerit contractum, nec in libro Parochi legatur deſcriptum, quia ab vtrūque facilis patet reſponſio; Denunciationes enim in indulto diſpenſationis expreſsè remit-

mittuntur, & cũ nõ ſint de ſubſtantia, ſed ad benè eſſe, earum defectus matrimonium
3 non irritat, vt ſæpius cenſuit Sac. Concil. Congregatio, & tradunt *Hond. conſ. 72. nu. 23. lib. 2. Sanch. de matr. lib. 3. diſp. 5. num. 3. Gratian. diſcept. 83. num. 7. Nauar. in manual. c. 22. ſub. num. 70. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. allegat. 32. num. 1. Rot. coram Seraph. deciſ. 1099. num. 4. coram Caual. deciſ. 444. num. 3. coram Buratto deciſ. 530. num. 15. in recent. deciſ. 71. n. 11. par. 1. deciſ. 390. num. 5. par. 2. deciſ. 430. n. 11. par. 4. tom. 2. deciſ. 493. num. 16. par. 5. deciſ. 273. num. 31. par. 6. in Valentina illegitimitatis 16. Martij 1612. coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio X. & in Bononien. fideicommiſſi Bartholomæi de Bologninis 12. Maij 1645. §. nec quicquam coram Reuerendiſſ. Terracinen.* prout nec omiſſa illius adnotatio quicquam facit, nã
4 licet ob huiuſmodi incuriam Parochus incurrat culpam lethalem *Sanch. de matr. lib. 3. diſp. 15. num. 22. Barboſ. de off. & poteſt. Paroch. cap. 7. num. 8. & de off. & poteſt. Epiſc. d. alleg. 32. num. 174.* non tamen exindè aliquod partibus reſultat præiudicium, quæ non prohi-
5 bentur alijs documentis matrimonium iuſtificare *Gratian. diſcept. 653. num. 63. & fuit dictum iu Reatina Caſtrorum 3. Iulij 1651. §. nec refragantur coram Reuerendiſs. D. meo Decano*;
6 vel teſtium depoſitionibus, vt hic illud probare *c. ſuper eo il ſecõdo vbi Abb. de teſtib. Sanch. de matr. lib. 3. diſp. 41. num. 1. & firmat Dec. conſ. 163. Socc. Iun. conſ. 31. num. 5. lib. 2. Roland. conſ. 93. num. 4. vol. 3. Rot. deciſ. 26. per totum par. 1. diuerſ. deciſ. 772. num. 1. par. 2. recent. coram Verall. deciſ. 205. par. 2. coram Seraph. deciſ. 1099. num. 2. coram Buratt. deciſ. 143. nu. 1. deciſ. 530. in princip. cum alijs in dicta Neapolitana matrimonij 13. Maij 1651. coram Eminẽtiſſimo Domino Cardin. Corrado, & in Bononien. fideicommiſſi Bartholomæi de Bologninis 5. Iunij eiuſdem anni corã Emineutiſſ. D. Card. Otthobono.*

Minus officit, quod matrimonij ſolemnia non à proprio Parocho, ſed à Domino Epiſcopo Tulleñ peracta fuerint, quia illius præſentia, de qua deponunt plures teſtes,
6 omnem (ſi quis adeſſet) ſupplet defectum, etiamſi foret caſualis, & fortuita *Giouagnon. conſ. 59. numer. 11. lib. 1. Boſſ. de matr. cap. 3. num. 6. Guttier. eod. tract. cap. 69. num. 10. Sanch. vbi ſup. d. lib. 3. diſp. 39. num. 11. Bonacc. de Sacram. matr. quæſt. 2. punct. 8. numer. 18. Ceual. comm. contr. quæſt. 604. num. 66. Barboſ. de off. & poteſt. Paroch. par. 2. cap. 21. num. 50. de off. & poteſt. Epiſc. d. alleg. 32. num. 88. Rot. coram Seraph. d. deciſ. 1099. ſub num. 5. coram Burat. deciſ. 713. num. 10. deciſ. 124. num. 17. par. 7. recent. & in Vlixbonen. matrimonij 16. Nouemb. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, Ceſ. *de reſcript. in 6. Rota deciſ. 466. num. 1. deciſ. 655.* ſatq; difficultas, quia Ordinarius vti Parochus Parochorum, quemadmodũ animaduertit deciſio ſuper remiſſoria edita 26. Iunij 1648. coram Reuerendiſs. Terracinen. ritè potuit huiuſmodi munus obire, iuxtà
8 diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini d. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. *Sanch. de matr. lib. 3. diſp. 28. num. 1. Ponc. eod. tract. lib. 5. cap. 10. num. 5. Boſſ. vbi ſup. cap. 4. §. 18. num. 49. Laiman. lib. 5. tract. 10. par. 2. cap. 4. num. 5. verſ. adde 3. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſc. cap. 15. §. 10. num. 2. Barboſ. eodem tract. d. allegat. 32. num. 117. & de iur. Eccleſ. vniu. lib. 1. cap. 27. num. 89.* Eſto quod Capella Ducalis ab eius iuriſdictione dicatur exempta, exemptio enim, vt patet ex lectura, Præpoſitos, Cano-
6 nicos, & bona eiuſdem Eccleſiæ dumtaxat reſpicit, non autem comprehendit curam animarum, nec populum ſub ea degentem, ad *text. in cap. cum Cappella verſ. quo circa de priuil. Lap. alleg. 139. num. 13. Tambur. de iur. Abb. diſp. 15. quæſt. 7. num. 54. Chokier. de iuriſ. in exempt. par. 1. quæſt. 13. num. 4. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 24. num. 112. cum ſeqq. & ſignanter num. 118. Rota coram Seraph. dec. 1058. num. 6. coram Penia deciſ. 462. num. 13. in recen. deciſ. 324. num. 6. par. 1. & Roſſanen. exemptionis 7. Iunij 1641. coram Reuerendiſſimo Salamantino*, & illa etiam de iure communi liberat tantum à lege Diœceſana, quæ conſiſtit in cipiendo cathedratico, decimis, & ſimilibus
10 non autem à lege iuriſdictionis circa ſubminiſtrationẽ Sacramentorum verſantis, *Chokier. vbi ſup. par. 1. quæſt. 16. num. primo, & par. 2. quæſt. 45. num. 17. Bellincin. de Charit.*
11 *ſubſid. q. 28. & 29.* quæ propterea in ſubditos extra propriam quoque Diœceſim exerceri poteſt, *Bonacc. de Sacram. matrim. d. quæſt. 2. pũct. 8. n. 13. & ſeq. Cenick. eod. tract. diſp. 27. n. 22. Sanch. d. lib. 3. diſp. 19. n. 19. cum alijs congeſtis per Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. citat. alleg. 32. n. 95. de off. & poteſt. Parochi p. 2. cap. 21. num. 58.*

His ita conſtitutis, & validitatem matrimonij præſeferentibus, non obſtat metus ad illud infringendum deductus, quia non probatur ex teſtibus ad inſtantiam D. Ducis Caroli examinatis; nam ferè omnes
12 ſunt eius domeſtici famuli, vel in eius Caſtris merentes *ad tex. in cap. ex literis de teſtib. l. 2. C. eod. Alex. conſ. 150. num. 14. lib. 5. Ruin. conſ. 29. num. 5. lib. 5. Menoch. conſ. 714. nu. 25. Farin. de Teſtib. quæſt. 55. num. 1. & ſeqq. Rot. coram Buratto deciſ. 553. num. 7. coram Duran. deciſ. 148. num. 5. in recent. deciſ. 156. num. 8. par. 6. & in Regien. Iuriſpatronatus 18. Martij 1639. coram bon. mem. Cardinali Panzirolo*, ali-
13 qui non fuerunt inducti in Curia, & ſic cõtra formam in literis remiſſorialibus præſcriptam *c. ſtatutum §. in nullo quoque, vbi DD.*

num. 3. par. 2. deciſ. 156. num. 26. par. 6. recent.
alij cum extra locum in eis præſtitutum
fuerint recepti nulliter dicuntur examinati
vt firmant relati per. *Moderni de Manut. obſerv.*
94. num 28. verſ. prout nec teſtes Rot. deciſ. 30.
de teſtripe. in nou. coram ſan. me. Gregor. XV. de-
ciſ. 518. num. 10. coram Cavalier. deciſ. 410. n. 5.
& conſequenter metum articulatum non
probant *Rot. coram Mano deciſ. 142. nu. 4. verſ.*
ſed non modo coram Coccino deciſ. 119. in princ. &
deciſ. 430. num. 8. deciſ. 516. numer. 16. par. 5.
14 *recent.* Eoque minus, quia ſunt de auditu
c. licet ex quadam & tam literis de teſtib. Bald.
conſ. 406. ſub numer. 2. vol. 4. Aym. conſ. 112.
num. 13. Verall. deciſ. 254. num. 8. par. 3. cum
congeſtis in Bononien. ſeparationis Thori 10. Iunij
1640. §. at ab informantibus coram R. P. D. meo
Bichio; & in Tridentina matrimonij 11. Martij
eiuſdem anni §. qua verò coram me, nec ſpeci-
ficè qualitates, & circumſtantias metus aſ-
ſignant, vt neceſſarium eſt, omnes enim
(primo excepto, plures, vt infra patiente
exceptiones) deponunt dumtaxat D. Du-
cem Carolum vi, ſeu iuſſu Patris fuiſſe ad
15 matrimonium impulſum, quæ generica
probatio non ſuffragatur *l. 2. & l. ad invi-*
diam 6. vbi Bart. & l. ſequenti l. metum 9. C. de
eo quod met. cauſ. l. timorem 7. ff. eodem l. inter-
poſitas 13. C. de tranſact. Alex. in l. ſi cum dotem
23. §. id autem tempore num. 11. ff. ſoluto matri-
monio Farin. par. 2. fragm. verb. metus nu. 168.
Mongal. de met. cap. 10. §. 2. num. 2. Afflict. de-
ciſ. 140. num. 15. Capitaquen. deciſ. 221. nu. 2.
par. 2. Buratt. deciſ. 628. num. 3. Rot. deciſ. 463.
num. 3. par. 2. deciſ. 516. num. 17. par. 5. recent.
& in Colonien. ſeu Triviren. nullitatis profeſſionis
14. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Cerro,
16 ſiquidem impulſio nihil aliud eſt, quam
incitatio, & ſuaſio ad contrahendum, lici-
ta Parentibus, ac permiſſa, vt ex *D. Thom.*
in 3. par. ſummæ in addit. quæſt. 47. art. vlt. in
reſp. & Soc. in 4. diſt. 29. qu. 1. art. 4. tradit Me-
noch. conſ. 69. num. 41. Sanch. de matrim. lib. 4.
diſp. 22. n. 5. Card. Bellarm. lib. 1. eo tract. cap. 19.
propoſ. 1. Gutier. vbi ſupra cap. 79. num. 5. Goſ-
fred. in ſumm. tit. de deſponſ. impub. num. 12.
Sperell. deciſ. 75. num. 22. & 75.

Primus verò teſtis præterquam quod eſt
vnicus, cubicularius D. Ducis Caroli, in
Curia non inductus, & extra locum remiſ-
ſoriæ examinatus, non releuat, dum ait per
Franciſcum fuiſſe vi; & metu expulſionis e
domo, & priuationis bonorum coactum
D. Ducem Carolum ad ineundum huiuſ-
modi matrimonium, quia non deponit de
17 certa ſcientia, ſed propriæ tantum creduli-
tatis indicia, & coniecturas aſſignat *Covar.*
de matrim. par. 2. c. 3. §. 3. n. 9. alijq; relati per Spe-
rell. deciſ. 79. num. 47. & ſeq. Rot. deciſ. 136.
par. 1. deciſ. 589. par. 2. deciſ. 286. vtrobiq; n. 2.
par. 4. deciſ. 380. num. 17. par. 5. deciſ. 259. n. 12.
par. 6. recent. & ipſe quoque cum alijs eſt de
auditu ab eodem D. Duce Carolo de minis
prædictis, vt aſſeritur, conquerente, vnde
18 intrat vulgatum axioma, quod non præſte-
tur fides teſtibus, quorum repelluntur au-
thores *c. fraternitatis de hæreticis ſimiliter 3. q. 4.*
c. licet ex quadam de teſtibus gloſſ. & DD. in auth.
ſi quis in aliquo C. de edend. Aym. conſ. 41. num. 2.
conſ. 112. num. 13. Rot. coram ſanct. memor. Gre-
gor. XV. deciſ. 570. num. 2. coram Buratto de-
ciſ. 323. num. 18.

Et quidem cum verſemur in matrimo-
nio ſolemniter in facie Eccleſiæ contracto,
negari non poteſt, quin ad illud dirimen-
19 dum duriores obiecti timoris expoſtulen-
tur probationes, & talis, qui conſtanti viro
formidinem incutiat *cap. ſignificauit de eo, qui*
duxit in vxorem, cap. cum locum, cap. veniens il
ſecondo de ſponſal. Laderch. conſ. 17. num. 1. Me-
noch. lib. 3. præſumpt. 4. num. 3. Decher. diſert.
iur. l. 1. diſert. 9. num. 5. Bonacc. de ſacram. matrim.
quæſt. 3. punct. 8. num. 8. Sanch. eod. tract. lib. 4.
diſp. [illegible] num. 10. cum alijs per Add. ad Buratt.
deciſ. 628. num. 9. Rota coram Penia deciſ. 1140.
num. 5. & 6. deciſ. 600. num. 1. par. 4. deciſ. 516.
num. 13. par. 5. recent. poſt ſecundum vol. conſ.
Farinacc. deciſ. 218. num. 2. & in Meſſanen. nul-
litatis profeſſionis 5. Decembris 1640. coram R. P.
D. meo Pentingerio; adeout ſolus metus re-
uerentialis, nulla ad effectum, de quo agi-
20 tur ſit habenda ratio, niſi ſit qualificatus
minis, & verberibus, vel grauioribus cir-
cumſtantiis, *cap. ex litteris de deſponſ. impub.*
cap. conſultationi de ſponſal. l. ſi patre cogente 22.
ibiq; Bald. & Salycet. ff. de rit. nupt. Felin. in
cap. cauſam matrimonij num. 3. vbi Dec. num. 8.
de offic. de leg. Aldobr. conſ. 94. num. 6. Sanch. de
matrim. lib. 4. diſp. 6. num. 7. Gutier. eod. tract.
cap. 77. num. 1. Bonacc. d. q. 3. punct. 8. num. 7.
Gail. pract. obſeru. lib. 2. cap. 147. num. 17. Pa-
riſ. de reſignat. benef. lib. 13. quæſt. 1. num. 172.
Rebell. de oblig. iuſt. par. 2. lib. 2. quæſt. 11. ſect. 1.
num. 10. Gram. deciſ. 103. num. 49. Boer. de-
ciſ. 100. num. 11. Capicc. deciſ. 159. numer. 33.
Verall. deciſ. 221. num. 9. par. 2. Buratt. d. de-
ciſ. 628. num. 5. & poſt Tamburin. de iur. Abb.
deciſ. 3. num. 10. illæ autem in præſenti non
concurrunt, & ſimplices minæ, quatenus
hic probarentur, nullius eſſent momenti,
tam attento mitis & ſuaui ingenio, ac in-
21 dulgenti natura ipſius Franciſci erga filios,
ac alios, nec ſoliti illas executioni deman-
dare *ad text. in d. l. metum 9. C. de his, quæ vi*
l. vnica C. ſi quis Imperatori l. famoſi 7. ff. ad l.
Iul. Maieſt. Felin. in d. cap. cauſam matrimonij
num. 4. verſ. ſed nunquid de offic. deleg. Sanch. de
matrim. lib. 4. diſp. 1. num. 20. Ponc. eod. tract.
lib. 4.

Digitized by Google

lib.4.cap.5.num.7.Spor.l.d.deciſ.79.num.43.Ve-
rall. d.deciſ.221.num.7.par.2.Penia deciſ.1140.
num.7. Rota deciſ.463.numer.3.par.2.deciſ.516.
num.18.par.5.recent.quàm perſpecta magna-
nimitate Domini Ducis Caroli, qui vſque
tunc bello incumbens armorum ſtudioſus,
& poſteà tot exercitiuum ſtrenuus Impera-
tor, non ita de facili terreri poterat,& inui-
tus paternis mandatis ad contrahendum
22 matrimonium vrgeri;Qualitas autem me-
tum patientis eſt conſideranda, vt ad pro-
poſitum animaduertit gloſſ. in cap.cum locum
verb.metus de ſponſali Alberic.à Roſſate in l. me-
tus autem cauſa 3.in princip.ff.ex quib.cauſ.maior.
Sanchez de matrim. dicto lib.4.diſput.3.nu.4.Co-
ninch.eodem tract.diſput.28.num.30. Guttier. vbi
ſupra cap.77. num.12. & 13.Ponc.d.lib.4.cap.3.
num.10.Menoch.de arbitr.caſ.135.num.4. Sot.de
iuſt.& iur. lib.7. quæſt.2. Campanil. in ſuo diuer.
rubr.12.cap.1.Boer.deciſ.100.num.2.Rota coram
ſanct.mem. Greg.XV. deciſ.326.nu.25.deciſ.374.
num.7.& deciſ.115.num.12.par.7.recent.

Nec vis aliqua fieri poteſt in publica vo-
ce, & fama, quam de coacto matrimonio
præfati teſtes aſſerere conantur; nam illis
23 non eſt adhibenda fides, nedum ex eo,
quod illius authores, & à quibus audiue-
rint, non referunt Innoc. in cap. qualiter, &
quando de accuſ.Bart.in l.de minore 10.§.plurium
numer.23. de quæſt. Alex.conſ.79.numer.9.lib.1.
conſ.25.num.6.lib.4.Ruin.conſ.51.nu.14.conſ.52.
numer.7.lib.5.Valenzuel.conſ.169.num.109.Ce-
phal.conſ.65.num.49. Cyriac.controu.488.nu.90.
Rota deciſ.256. num.9.deciſ.359.numer.2.par.6.
recent.Sed etiam quia eorum dicta eliſa pe-
24 nitus remanent ex teſtibus pro Domina
Duciſſa Nicole à examinatis de ſpontaneo,
& libero conſenſu deponentibus idem Va-
lenz. conſ.92. num.209.Rota deciſ.182.numer.7.
par.prima deciſ.276. num.15.deciſ.299.numer.3.
par.4.tom.3.deciſ.205.num.10.par.6.recent. Fa-
25 ma enim, vt ſit attendenda, debet eſſe
perpetua, illæſa, & conſtans apud omnes
Bald.in l.conuenticula 15.C.de Epiſc.& Cler.Ro-
land.conſ.3.num.48.& 49. vol.1.Surd.conſ.151.
num.79.Rota deciſ.277. num.3.deciſ.335.num.5.
par.2.recent.corã ſanctæ mem.Greg.XV.dec.445.
num.6.deciſ.498. num.13. & 14.coram Caualer.
deciſ.6. num.5. & in Toletana decimarum de Ca-
pilla 4.Iunij 1640.coram bon.mem. Card. Hiero-
nymo Veroſpio.

Præterea animaduertebant DD. quod
teſtes non percutiunt tempus ſecundi ma-
trimonij à Domino Epiſcopo Tullen.cum
diſpenſatione Apoſtolica ſubinde celebra-
ti, quapropter impulſiones paternæ, ſi quæ
anteà fuerant, & auerſiones animi Domi-
ni Ducis, cum potuerint tractu temporis
purgari, in illud non influunt, nec eius
26 nullitatem important, cum in ipſius actu
metus non probetur incuſſus, ad text.in l.1.
§.metus d.l.metum 9. in princip.ff.quod met. cauſ.
& in terminis obſeruat Neuizan.conſ.46.nu-
mer.29. & ſeqq. Pariſ.conſ.10.num.56.lib.1.La-
derch.conſ.17. ſub num.4. verſ.quin & ſi aliquem
Ricc.deciſ.Archiep.Neapol.110. numer.10.par.4.
tom.2.Rota coram Mantic.deciſ.142.num.4.verſ.
præterea & deciſ.600.nu.2.par.4.deciſ.516.n.19.
par.4.recent.

Nec releuant diſſidia, quæ conſumato
iam matrimonio inter hos Coniuges di-
cuntur interceſſiſſe; prout nec proteſtatio
antea per Dominum Ducem Carolum
vnà cum Patre facta; iſta ſi quidem, vt ex
eius lectura dignoſcitur,conuentiones tan-
tùm dotales, & prætenſam in Ducatibus
ſucceſſionem concernit, non autem tangit
fœdus matrimonij, cuius reſpectu, ſi quis
27 metus illatus fuiſſet, de facili Dominus
Dux eadem proteſtatione declaraſſet, vt in
terminis ponderat Laderch.d.conſ.17.numer.3.
verſ. quarto multum mouet Aymon. conſ.120.nu-
mer.3.& 4.Illa verò vt pote leuia,& per ſub-
ſecutam reconciliationem ſublata, matri-
28 monium non irritant, nec ad hunc effe-
ctum ſunt in aliqua conſideratione haben-
da gloſſ.in cap.plerumque verb.nec reconciliata de
donat. inter Vir. & Vxor. Bertazzol.conſ.crimin.
228.nu.12.lib.primo Bimin. iun.conſ.174.nu.28.
Rota coram Seraphin.deciſ.1315.nu.3. in Hiſpa-
len. ſeparationis thori 27.Februarij 1627. coram
Eminentiſſimo Domino Cardinali Macchiauello in
Bononien. Separationis thori 21.Februarij 1650.
§.quatenus verò coram R.P.D.meo Bichio, & in
Tridentina matrimonij 11.Martij eiuſdem anni §.
fin.coram me.

Et hinc non applicatur regula,quod ma-
gis credatur duobus teſtibus de metu de-
29 ponentibus, quam mille ſpontaneam vo-
luntatem affirmantibus ex doctr.Innoc.in cap.
ſuper hoc de renunciat. Quia non procedit,
quando pro validitate matrimonij, & libe-
30 ro conſenſu præſumptiones concurrunt,
& coniecturæ Dec.in cap. final.num.25.& 26.
de appellat.Burſatt.conſ.72.num.48.lib.1.Cepoll.
conſ.2.nu.14.Pacian.de probat.lib.1.cap.50.n.26.
Sanchez de matrim.lib.4.diſput.27.numer.2.& 7.
Boſſ.eodem tract.cap.12. numer.397. & ſeqq.Pa-
riſ.de reſignat.lib.13.quæſt.1.nu.89.& 90. Gabr.
de teſtib.concluſ.4.num.16.& ſeqq.Farinac.par.2.
fragment.verb.metus num.157.& num.174. plu-
res autem in præſenti, & vrgentiſſimæ af-
feruntur, quia vltra præſumptionem iuris,
31 quæ ſtat pro excluſione metus l. interpoſitas
13.C.de tranſact.lib.2.C.de his quæ vi &c. præ-
ſertim in Patre erga filium Sanchez vbi ſupra
dicto lib.4.diſput.6.num.8.verſ.verum ferè omnes
Ricc.dicta deciſ.110.numer.8.Rota coram Verall.

deciſ.221.num.8.par.2. coram Mantic.deciſ.142.
num.1. coram Buratto deciſ.628. num.4. Con-
currit mutua vtriuſque Coniugis in actu
32 deſponſationis hilaritas, quam pro liber-
tate conſenſus ponderat *Pariſ.conſ.170.n.21.*
& 22.lib.4.Menoch.lib.3.præſumpt.4.numer.29.
33 matrimonii geminatio *idem Pariſ. conſ. 10.*
numer.57.lib.1.Aym.conſ.134.numer.8.Mandell.
conſ.4.nu.37. Principum conſanguineorum,
34 & aliorum procerum præſentia *l.tranſactio-*
nem.35. vbi Iaſ..num.1. C.de tranſact.Bart.in l.
frater à fratre 38.nu.51.ff.de condict. indeb.Ruin.
conſ.170.poſt nu.17.lib.primo. Sanch.de matrim.
lib.4.diſput.27.numer.2. Menoch.lib.3.præſumpt.
126. numer.4. Maſcard. de probat.concluſ.1053.
num.23.Rota coram ſanct.mem.Gregor.deciſ.120.
numer.24.coram Buratto deciſ.783.num.12. Do-
mini Epiſcopi Tullen. & Patris Dominici
aſſiſtentia, & cooperatio, vt in terminis,
quod ex interuentu Epiſcopi, ſeu alterius
35 Viri Religioſi omnis in matrimonio ceſſet
metus ſuſpicio tradit *Cephal.conſ.91.num.49.*
Caball.conſil.176. numer.10. vol.1. Grammat.
deciſ.66.numer.64.Sperell.deciſ.5.numer.26.Ro-
ta coram ſanct.mem. Gregor.XV. deciſ.188.nu.9.
ſubſequuta copula *cap.ſignificauit de eo qui du-*
xit &c.cap.is qui fidem de ſponſal.Abb.in cap.ve-
niens il primo num.7.eodem tit. Pariſ. d.conſ.170.
numer.25. lib.4. Sanch.de matrim. dicto lib.4.di-
ſput.18.num.2.& 12.Buratt.dicta deciſ.628.n.7.
36 longæua cohabitatio per ſpatium quinde-
cim annorum *cap.ad id de ſponſal.Ferett. conſ.*
340.num.11.lib.2.Neuizz.conſ.46.num.32.Me-
noch.lib.3.præſumpt.4.numer.24.Boſſ.de matrim.
cap.12.numer.390. Buratt.vbi ſupra Mantic.di-
cta deciſ.142.nu.13.verſic.tertio. Edicta vtriuſ-
que nomine publicata, monetæ vtriuſque
imagine cuſſæ, literæ Domini Ducis Ca-
roli, in quibus Domina Duciſſa Nicolea
37 ſæpius amantiſſima ſponſa, & coniux nun-
cupatur *Ricc. in collect.219. verſ. item probari*
Creſcen.deciſ.22. de probat. Rota deciſ.772.nu.7.
& 8. part.2. recent.coram Cardinali Millino de-
ciſ.75.numer.4.verſic.5. ex pluribus literis coram
Buratto deciſ.143.numer.23. & 24.deciſ.192.nu-
mer.6. alijque actus poſitiui longè per in-
formantes recenſiti, qui poſt obitum Patris
38 ab eodem geſti, & maritalem affectum
præſeferentes omnem præcedentis metus
ſuſpicionem excludunt *Burſatt.conſ.98.nu.7.*
lib.1.Menoch.conſ.15.num.11. & 12.Petr.Albi-
gnan.inter conſ.matrim.diuer.conſ.67.nu.9. lib.1.
Maſcard. de probat. concluſ. 1023. & concl. ſeq.
Guttier.de matrim.cap.40.numer.6.verſic.verum
& cap.71. numer. 12. Rota coram Cauaier. de-
ciſ.444.num.2.coram Buratto deciſ.530. num.6.
& deciſ.463. numer.3. verſ. quinimò par. 2. re-
cent.

Iſta verò cum militent etiam pro liber-
tate conſenſus Dominæ Duciſſæ Nicoleæ,
cuius ſuſpiria, & lachrymæ ad aliam cau-
ſam per teſtes aſſignatam referri debent,
non autem ad vim aliquam, quæ ei, vt
huiuſmodi ſponſalibus aſſentiret, fuerit il-
lata, quia hæc non probatur; ideò vlterio-
ri non indigent diſcuſſione, quæ de præ-
tenſo metu illi incuſſo obijciuntur, præſer-
tim quia ipſa matrimonium ſponte, ac li-
berè initum profitetur, & mulieris decla-
39 rationi ſe non fuiſſe timore inductam affir-
mantis ſtandum eſt, vt in terminis di-
xit *Rota coram Buratto dicta deciſ.628. nu-*
mer.8.

Et ità deciſum vtraque parte acerrimè
informante.

R.P.D. VEROSPIO.

Viterbien fideicommiſſi

Veneris 2.Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Teſtes quamuis inhabiles recipiuntur in materia difficilis probationis Patris incertitudinem non probant. Teſtes niſi concludant pluribus patuiſſe acceſſum ad mulierem, de tempore conceptionis partus, de quo agitur.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio ex parte eſt dificilis probationis ideò probatur argumentis & coniecturis.*
2 *Filiatio probatur ex commercio carnali habito ab aliquo cum muliere tempore conceptionis, & ex exluſione acceſſus ad illam aliorum virorum.*
3 *Filiatio probatur ex nomine à patre in Baptiſmate impoſito ad imaginem ſui genitoris.*
4 *Filiatio probatur ex tractatione, & educatione facta à Patre vti filio & ex appellatione ſub nomine filij & è contra.*
5 *Filiationis actus & præſumptiones conſtituunt in quaſi poſſeſſione filiationis & reyciunt onus probandi aſſerenti contrarium.*
6 *Filiatio arguitur ex publica voce & fama.*
7 *Filiatio probatur ex confeſſione & agnitione auctoris etiam contra habentes cauſam ab eo.*
8 *Teſtium exceptiones perſonales non attenduntur in materia filiationis imò admittuntur inhabiles.*
9 *Teſtis vnicus non percutiens tempus præciſum conceptionis non concludit acceſſum patentem ad mulierem vnicuique ex duplici capite.*
10 *Filiatio probatur ex enunciatiuis emanatis in inſtrumentis publicis ab auctore negantis facti.*

Filia-

11 *Filiatio arguitur ex præpoſitione ſuper aliqua rè à perſona coniuncta genitori, vti filio alicuius, facta.*

12 *Filiatio deſumitur ex inſtrumentis locationum factis de bonis communiter cum alijs de familia & ex conſenſu præſtito in venditionibus factis ab auctore negantis.*

12 *Solemnitates ſtatutariæ in confeſſione, & agnitione filiationis non ſunt neceſſariæ.*

14 *Confeſſio principalis elidit coniecturas contrarias.*

15 *Filiatio non probatur ex matrimonio tantum ſed debet concurrere copula ſiue coniugum cohabitatio, ſeu mariti ad vxorem acceſſus.*

DECISIO IX.

SVper prædiò à Franceſchino modo poſſeſſo, ac olim fauore Columnelli Spiritus eiuſque deſcendentium fideicommiſſo ſuppoſito, cum fratres de Spiritibus, vti filij Bartholomæi coram me ad immiſſionem egiſſent, Domini mandarunt, vt ipſius Bartholomæi filiationem ex parte Patris acriter impugnatam exaduerſo legitimis documentis oſtenderent quam ſatis hodie iuſtificaſſe Domini reſponderunt, ſed an ipſis fratribus in prædio controuerſo competat exinde ſucceſſio particulari dubio reſeruarunt. Filiatio enim ex parte Patris difficillimæ probationis exiſtit, nec directè proinde oſtendi valet, ſed iuſtificationem aſſumit ex coniecturis dumtaxat, ac argu-
1 mentis, quæ tamen contra quoſcunque plenè concludunt ad *text. in c. per tuas de probat. l. ſi vicinis C. de nupt. vot. gloſ. in l. lucius ff. de condit. & demonſtrat. DD. in c. tranſmiſſa qui fil. ſint legit. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 38. num. 4 & 5. Rota deciſ. 430. num. 12. & 14. par. 5. recent. & in Romana filiationis 10. Iunij 1611. coram bo: mem. Pirollano impreſſ. poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 332. num. 1. & 2. & in Romana hæreditatis de Gratianis 28. Maij 1649. coram R. P. D. meo Cerro in princ. & in Bononien. fideicommiſſi de Bologninis 5. Iunij 1651. in §. & cum agatur coram Eminentiſſimo D. Card. Ottbobono, & in Farfen. bonorum 23. Ianuarij 1647. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado,*

Plures autem recenſentur à Teſtibus pro fratrum parte productis. Hi namque in ſua atteſtatione deponunt Columnellum Spiritum de tempore conceptionis Bartholomæi cum eiuſdem matre carnale commercium exercuiſſe cæterorum tunc
2 temporis excludentes acceſſum ac ipſius conſequenter filiationem includentes iuxta *gloſ. in c. Michael de fil. præsbit. & in auth. quibus modis nat. effic. ſui cap. 4. ad fin. not. Bald. in l. filiũ ſub num. 17. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in conſ. 129. num. 3. lib. 2. Alciat. in rub. de liber. & poſtb. ſub numer. 46. & in reg. 3. præſumpt. cap. 37. Paleot. de noth. ac ſpur. cap. 26. n. 6. Rot. deciſ. 314. num. 14. par. 6. recent. & in Romana hæreditatis de Gratianis 7. Februarij 1642. in §. quinta elicitur fuit coram Reuerendiſſ. Taraconen. & in Romana fideicommiſſi de Arronijs 23. Iunij 1642. in §. caſui noſtro non applicatur coram R. P. D. meo Bichio,* cum maximè aſſerant eundemmet Columnellum ad repræſentandam ſui Patris imaginem huic in Baptiſmi fonte idem-
3 met Bartholomæi nomen indixiſſe, ac alimenta ipſius præſtitiſſe Nutrici, quas coniecturas ad eliciendum filiationis probationem ponderat *Surd. in conſ. 1. num. 45. & 46. Gionag. conſ. 21. num. 2. & 3. lib. 1. Rota in adducta Romana filiationis 11. Decembris 1634. coram bo: me. Merlino impreſſ. par. 6. deciſ. 314. num. 7. & 8,* Nec non etiam eundem ſemper tractaſſe,
4 vt filium, ac educaſſe hoc quoque nomine filij ſæpius appellando ſeque ipſius genitorem ex quibus ſufficiens quoque deſumitur coniectura filiationis ex *not. in cap. per tuas de probat, vbi poſt gloſſ. in verbo nominatus Abb. & Butr. numer. 8. Bal. num. 4. circa med. idem Abb. in c. Michael num. 1. in fin. Butr. num. 5. de fil. præsbit. Rot. deciſ. 641. num. 1. par. 3. & deciſ. 409. numer. 4. par. 5. recent. & in adducta Romana hæreditatis de Gratianis 28. Maij 1649. in §. 2. ex nominatione coram R. P. D. meo Cerro,* Hi quippe actus Bartholomeum in quaſi poſſeſſio-
5 ne filiationis conſtituere, & in aduerſarium ſucceſſiuè tranſmiſerunt onus probandi contrarium vt *not. Bart. in l. nonnullis num. 2. C. de probat. & in l. 1. numer. 3. C. quorum bonorum ibique Ang. nu. 4. Alber. nu. 2. Surd. conſ. 1. nu. 46. Dec. conſ. 54. num. 1. vol. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. caſ. 89. numer. 69. Paleott. de noth. ac ſpur. fil. cap. 22. num. 1. Rot. deciſ. 472. num. 3. par. 1. recent. & coram Caual. deciſ. 46. num. 2. & 3.* Atteſtantur præterea ijdemmet Teſtes Bartholomæum, dum extitit in humanis pro filio Columnelli publicè ac palam habitum fuiſſe ac reputatum quinimmo ab eademmet Portia ipſius vxore, ac Franceſchini autrice in hoc prædio vti talem agnitum ac educatum bene concludunt, dum publica vox, & fama ſolet exhibere non leue argumentum filiationis, cujus directa probatio, vel impoſſibilis vel ſaltem dificilli-
6 ma reputatur ad tradita per *Butr. in cap. tranſmiſſa qui fil. ſint. legit.* quem ſequitur *Dec. in cap. 1. num. 71. de appellat. Felin. in c. veniens numer. 7. in fin. & in cap. præterea num. 2. de teſtibus. Iaſ. in l. cum ita C. de tranſact. Alex. conſ. 51. nu. 2. lib. 1. & conſ. 88. num. 11. lib. 7. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 89. num. 86.* Portiæ vero agnitio, atque confeſſio contra ipſam ac Franceſchi-
7 num ipſius in hoc prædio autricem filia-

tio-

Digitized by Google

tionem Bartholomæi comprobat atque
concludit *Aym. conſ. 29. numer. 1. Socc. conſ. 11.
vol. 1. in fin. & conſ. 13. num. 4. in fin. lib. 3. Rot. de-
ciſ. 776. num. 1. par. 1. diuerſ. & deciſ. 367. num. 5.
coram Buratt. & in Bononien. fideicommiſſi Bar-
tholomæi de Bologninis 3. Iunij 1641. in §. & ſexto
coram Eminentiſſ. D. Card. Ottobono.*

Horum autem Teſtium diſpoſitiones
perperam impugnantur exaduerſo exce-
ptionibus contra perſonas deductis cum in
hac materia probationis omnino difficilis
8 exceptiones contra perſonas non admit-
tantur, ſed recipiantur inhabiles ex *tradit.
in cap. veniens 34. ibique gloſ. in princ. de teſtib. c.
vlt. de teſtib. cogend. c. cum dilecti ibiq. gloſ. in ver-
bo, & ſi tres de elect. Gabr. de Teſtib. concluſ. 7. nu-
mer. 1. & 7.* cum alijs adductis in *Romana hæ-
reditatis de Gratianis 7. Februarij 1642. coram
Reuerendiſſ. Taraconen. & in Romana nullitatis
Matrimonij 19. Ianuarij 1646. in §. ex quo naſci-
tur coram bo: mem. Arguell.* Allegata vero con-
tradicta non afficiunt Teſtes præuia remiſ-
ſoria A. C. in partibus examinatos, quatenus
verò alter ex ijs in ordine decimus aſſerit
ad Luciam Bartholomæi Matrem cætero-
rum quoque patuiſſe acceſſum; ac conſe-
quenter deponere de eiuſdem genitore vi-
deatur incerto, non concludit vel tanquam
9 vnicus ad *text. in c. veniens de teſtibus,* vel quia
non percutit tempus præciſum conceptio-
nis Bartholomæi vt reſpondit *Rot. in Roma-
na filiationis 10. Iunij 1611. coram bo: mem. Piro-
uano in §. quia fuit dictum, & in Romana hæredi-
tatis de Gratianis 7. Februarij 1642. coram Reue-
rendiſſ. Taraconen. in §. minus obſtat.*

Quæ ſanè probationum ſpecies robur
aſſumunt ex pluribus Inſtrumentis, qui-
bus ab eademmet Portia Bartholomæus vt
Columnelli filius tractatus probatur, ac
agnitus, in altero enim ſtipulato de anno
1615. Cenſus ab eodemmet Bartholomæo
vti Columnelli filio ſuper prædio de quo
agitur enunciatur impoſitus, accedente
quoque fideiuſſione Portiæ ſolemniter
præſtita, cum proximiorum videlicet in-
teruentu, ac Iudicis decreto, quod regula-
10 riter omnia, & ſingula afficiens enunciata
in Inſtrumento præſumptionem proindè
veræ filiationis inducit ibidem expreſſæ *Rot.
deciſ. 647. num. 2. par. 2. recent. & in Perusina bo-
norum Emphiteuticorũ 7. Iun. 1641. corã R. P. D.
meo Bichio,* præſertim quia impoſitus fuit
ſuper prædio ab eadem Portia poſſeſſo, quæ
vero ſimiliter paſſa non foret, ſi Bartholo-
mæus Columnelli filius non extitiſſet, de
cuius ideo filiatione, tanquam arctiſſimo
11 vinculo coniuncta viro, Informata præ-
ſumitur *ad text. in l. Octaui ff. vnde Cognat. & in
l. non hoc C. vnde legit. not. Bal. in l. quoniam fore-
rem C. de iur. delib.* quem refert, & ſequitur
*Dec. conſ. 445. num. 35. Natt. conſ. 162. num. 44.
Ruin. conſ. 141. numer. 10. lib. 5. Surd. deciſ. 104.
numer. 17.* In alio edito de anno 1620. legitur
communiter facta locatio bonorum om-
nium ſpectantium ad familiam de Spiriti-
bus; In alio anteceedenter confecto de an-
no 1618. hortum aquatilem familiæ de Spi-
ritibus eandem Portiam, Bartholomæi ac-
12 cedente conſenſu, dixtraxiſſe qui cum ne-
ceſſarius aliter non fuiſſet, eundem proin-
dè Columnelli filium extitiſſe demonſtrat
ad *text. in l. velles C. de reuocand. donat. & in ſi-
mili ponderauit Ciriac. contron. for. cap. 29. nu. 38.
& 251. num. 27.*

Non obſtat quod talis agnitio in filium
facta fuerit à Portia nullis intercedentibus
ſolemnitatibus ſtatuti, ſine quibus eidem
nocere non valeat ſiquidem præfatæ ſolem-
nitates in propoſitio caſu non reputantur
13 neceſſariæ, dum agitur de probanda ſolum-
modo filiatione Bartholomæi, non autem
de induoenda obligatione Mulieris, vt di-
ſtinxit *Rot. in Romana dotis 10. Ianuarij 1600.
coram Card. Sacrato,* ac talis prætterea confeſ-
ſio pluribus adminiculis fulcita dignoſci-
tur, quibus concurrentibus, licet ſolemni-
tatibus ſtatuti deſtituta mulieri ac minori
præiudicium inferre cenſetur, vt dixit *Rot.
coram Achill. deciſ. 1. de Confeſſ. & in Romana
Societatis 9. Februarij 1607. coram Otthembergo
impreſſ. poſt Zacch. de Societ. offic. deciſ. 24. nu. 5. &
in Romana Pecuniaria 6. Nouembris 1637. coram
clar. mem. Coccin.*

Hinc vrgere non poterunt coniecturæ
exaduerſo deductæ, tanquam ex ipſiuſmet
14 Portiæ confeſſione contraria penitus eliſæ
ad *text. in c. per tuas vbi gloſ. in verbo confirmare
de probat. & in c. per tuas qui filij ſint legitimi, &
in l. generaliter C. de non num. pecun. & in l. etiam
ff. de probat.* Nec non etiam eiuſdem Bartho-
lomæi aſſertio, dum legitimationem de
tempore quo maior extiterat petijt, atque
obtinuit, ſe videlicet ex Lucia Matre tunc
temporis coniugata ortum traxiſſe. Præter-
quam enim erronea conuincitur ex fide
obitus viri ſubſecuti, biennio ante ipſius
confeſſionem, ex contraria quoque Portiæ
confeſſione deſtruitur adducta præſumptio,
dum maximè de tempore conceptionis
Bartholomæi non probatur aſſertum mari-
tum cum Lucia matre cohabitaſſe, vel ad
eam tunc habuiſſe acceſſum, quorum alte-
rum eſſet pernoceſſe probandum, cum filia-
tionis præſumptio non ex matrimonio
15 dumtaxat, ſed ex ſucceſſiua Coniugum
cohabitatione, ſeu acceſſu mariti induca-
tur, vt *not. Alex. in conſ. 78. numer. 14. lib. 7. Soc-
cin. Iun. conſil. 80. numer. 40. lib. 2. plenè Surd.*

conſ.

Digitized by Google

conſ. 1. 2. 54. *Rota deciſ.* 409. *num.* 18. *par.* 5. *rec.* Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Romana pecuniaria.

Lunæ 26. *Maij* 1653.

ARGVMENTVM.

Ponderantur actus eliciti ab eo, qui laborat in extremis, & flectuntur in præſumptionem etiam fauorabilem concurrente ſanguinis nobilitate, morum candore, & dignitate perſonæ.

SVMMARIVM.

1 *Si quis ſummam pecuniarum alicui nihil reflagranti dederit: An talis contractus dicatur cõtractus innominatus, vel mutui, aut depoſiti, ſiue dicatur donatio, colligitur ex coniecturis, & circumſtantijs.*

2 *Donatio arguitur ex amicitia, & ſanguinis coniunctione inter dantem, & recipientem, ac nobilitate, & dignitate eorumdem, & num.* 12. *&* 15.

3 *Dans pecunias alicui non requiſitus cum verbis demonſtrantibus meram liberalitatem, cenſetur quod voluerit illas donare.*

4 *Dictio* ſolo *in fine poſita totam diſpoſitionẽ præcedentem qualificat, & aliam quamcumque cauſam excludit.*

5 *Pecuniam quis donaſſe præſumitur ſtantibus verbis in eius epiſtola tranſmiſſa omnimodam largitatem præſeferentibus, & ſtante diuerſo ſolito ſcribendi.*

Maximè ſi epiſtola fuerit tranſmiſſa tertiæ perſonæ num. 6.

7 *Verba quando dicantur officioſa, & curialia.*

8 *Ex verbis ſubſequentibus dignoſcitur qualis fuerit animus in antecedentibus.*

9 *Confeſſio filij adminiculat contra Patrem.*

10 *Donatio præſumitur ex occaſione veriſimili, & proportionata, ſcilicet ex promotione recipientis ad Cardinalatum.*

11 *Ex longa taciturnitate dantis pecunias, præſumitur donatio.*

13 *Donatio præſumitur ex tractatibus à recipiente factis ex cauſa donationis.*

Præſertim ſi recipiens in articulo mortis commemoratus fuerit omnia debita, & de pecunia eidem donata mentionem non fecit num. 14.

16 *Agens ex mutuo plenè, & concludenter illud probare tenetur.*

16 *Ordo ſubſequens quando cenſeatur emanatus in confirmationem præcedentis loquentis de mutuo.*

18 *Referenti magis ſtatur quam relato, quando apparet diſponentem aliter voluiſſe.*

DECISIO X.

Nonnullas conſcripſerat litteras nobilis vir Lucas Iuſtinianus, tunc Ianuenſis Reipublicæ Dux, Mauritio eius correſpõſali; in quarum alia ſub die 22. *Octob.* 1644. certioratus, quòd bon. mem. Horatius Iuſtinianus promotus fuerat ad Epiſcopatum Nucerinum demandauit dicto Mauritio, in hæc verba. *V. S. mi farà gratia dargli la qui incluſa, & accennarli, che ſe io vaglio in ſeruirlo, me le offero prontiſſimo, e ſe di preſente biſognaſſe valerſi, per maggior ſua commodità, di ſcudi mille di giulij dieci V. S. glie li dia, con prenderne riceuuta, & obligo, come parrà à V. S. perche me li renderà, quando più comandarà, e gli ſarà di guſto*: in alia autem ſub die 10. *Martij* 1645. promoto eodem Horatio ad Cardinalatus apicem, declarans ingens ipſius animi gaudium, non ſine magna ſpe ſublimioris fortunæ, iniunxit eidem Mauritio, ibi, *Voglio credere, che V. S. debba hauer fatta l'offerta al Signor Cardinal noſtro, ſecondo l'ordine, che gli ne diede meſi ſono, e che egli mi haurà fatto l'honore, e gratia di valerſene; quando nò, ne confermo à V. S. l'ordine, & è, che le paghi ſcudi tre mila di coteſta moneta, dico tre milia, ad ogni ſuo cenno, parendomi, che di preſente poſſa biſognarne, e lo ſeruirò di ſomma anco maggiore, quando ſi compiacerà d'accenarmelo, douendo egli eſſer padrone di me, e di quanto poſſiede, ſenza però volere, nè pretendere da S. E. &c. ſolo la ſua gratia, e ſeruirlo &c.*

Primus ordo nullum habuit effectum, quia Horatius, tunc Epiſcopus, mutui oblationem accipere recuſauit; poſt aliquot tamẽ menſes iuxta præſcriptum alterius epiſtolæ tranſmiſſæ dicta die 10. *Martij* 1645. fuerũt perſoluta eidem Horatio, tunc Cardinali, ſcuta tria millia, ipſoque in humanis agẽte, Lucas nec vnquam illorum reſtitutionem vllo modo requiſiuit, nec de ea verbum ſaltem aliquando habuit; poſtquam verò Cardinalis vita functus eſt, tunc iudicium coram A. C. introduxit pro illorum repetitione contra eius hæredem, fauorabilemque ſententiam reportauit; Verùm, deuoluta ad me cauſa appellationis, dubitaui, An conſtaret de credito ſcutorum trium millium: & ter maturè diſcuſſo negotio negatiuam ſententiam Domini fuerunt amplexi.

Licèt enim ad quæſtionem à Doctoribus agitatam, *in l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* inter ſe diſcrepantes nonnulli putauerint, ſimilem oblationem eſſe contractum mutui, alij ve-
1 rò depoſiti, vel innominatum, & demùm gratuitam alij donationem; omnes tamen conueniunt, quòd ſi ex verbis à tradente vel

vel recipiente prolatis in ipſo actu traditionis qualitas contractus congruè dignoſci non valeat, huiuſmodi controuerſia ex facti circumſtantiis, peculiaribuſque coniecturis veniat dirimenda, itaut prudens, & æquus Iudex talem initum fuiſſe contractũ exiſtimet, qualis probabiliter ſuadetur, perpenſis omnibus, quæ, vel perſonam dantis, vel recipientis merita, & qualitates, vel tempus, vel actus ipſos contemporaneos concernunt; ita magiſtraliter docet *Bart. in d.l. cum quid num.11. verſ. ſed ſi ſimpliciter, ibique Alciat. num.58. cum duob. ſeqq. ff. ſi cert. petat. cum alijs concordantibus, relatis in Romana ſcutorum* 4000. 4. *Iulij* 1635. *coram bon. me. Merlino inter eius impreſ. deciſ.*692. *ſub num.*19. *repetita in recent. deciſ.*69. *eodem num.*19. *par.*7. *& in Romana pecuniaria* 17. *Martij* 1647. *corā Reuerendiſſ. Tarraconen. ſub* §.1.

In propoſito autem caſu plures, atque vrgentes facti circumſtantiæ, & coniecturæ perpenſæ fuerunt, quæ mutuum, vel depoſitum omninò excludentes, liberam viſæ ſunt præſeferre donationem; præmiſ-
2 ſis enim arctiſſima amicitia, & ſanguinis coniunctione, quæ inter dantem & recipiẽtem intercedebant, vt conuincunt mutuæ vtriuſque epiſtolæ ſub diuerſis temporibus exaratæ, eorumdemque nobilitate, ac dignitate, cum Lucas tunc eſſet, vt dictum eſt, Dux Reipublicæ Ianuenſis, & ditiſſimus; Horatius verò S.R.E. Cardinalis, quas qualitates pro euincendo donandi animo ponderarunt *Bart. in d.l. cum quid ſub d. nu.*11. *verſ. item ſi erat forte, ibique Alciat. n.*59. *Surd. conſ.*534. *num.*40. *&* 41. *Card. Mantic. de tacit. lib.*12. *tit.*19. *num.*9. *& tit.* 22. *num.*7. *cum alijs adductis in dicta Romana ſcutorum* 4. *mill. num.*20 *cum ſeptem ſeqq.* Superiùs relata verba dictæ
3 poſterioris epiſtolæ poſt datum ordinem emiſſa ibi *ſenza però volere, ne pretendere da S.E. &c. ſolo la ſua gratia, e ſeruirlo,* præciſam aperiunt mandantis voluntatem, quòd ſicut ex ſua mera liberalitate non requiſitus, ſed proprio motu præfatam trium milliũ ſcutorum numerationem fieri iubebat; ita pariter numerandam quantitatem recipiẽti acquiri intendebat, vt nunquam amplius ad ſe ipſum foret reuerſura; hoc enim abſolutè conuenit donationi, nam vt ait *Vulpianus in l.*1. *in princ. ff. de donat. Dat aliquis ea mente, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti, & propter nullam aliam cauſam facit, quam vt liberalitatem, & munificentiam exerceat; hæc propriè donatio appellatur*, idemque ſubdit in ſubſequenti §. *igitur*, ibi, *& factum demonſtramus, quod ab eo proficiſcitur, qui liberalitatis gratia aliquid dat, vt confeſtim fiat accipientis, nec vnquam vllo facto ad ſe reuerti velit*, cum cæteris congeſtis *per modern. Neapolit. in ſumm. deciſ. tom.*3. *tit. de donat. inter viu. & donat. cauſ. mort.* 10. *num.*1. *uſque ad nu.*9
4 attentatâ præcipuè illa dictione taxatiua, *ſolo*, quæ tanquam in fine poſita, totã præcedentem qualificat diſpoſitionem, & quãcumque aliam excludit cauſam, vel remunerationem *l. non ſolum* §. *tale ff. de liber. leg.* Perindè ac ſi Lucas dixiſſet, ex cauſa huius ſolutionis nolo, quòd Cardinalis nihil ad aliud teneatur, quàm ad ſuam præſtandam gratiam.

Quod clariùs comprobatur ex præcedẽti oblatione, dum recipiens erat tantum Epiſcopus; Iſta enim cum diuerſis cautelis mutuum redolentibus facta fuit, ibi, *V. S. glie li dia con prenderne riceuuta, & obligo, come parrà à V.S. perche me li renderà quando più commandarà, e gli ſarà di guſto*; Vnde dum in dicta poſteriori epiſtola non ſolum omnia
5 præfata omiſis, ſed verba, omnimodam largitatem præſeferentia, adiecit, & efflagitatem prius reſtitutionem in hac non requiſiuit; ſed dumtaxat recipientis beneuolentiam præoptauit, vtique ex huiuſmodi diuerſo modo offerendi, enumerata pecunia, non animo repetendi, ſed gratuito donandi verè tradita fuiſſe cenſetur, vt ponderat *Surd. d. conſ.*534. *ſub num.*29. *verſ. poſtremo quod dotes Rota in dicta Romana ſcutorum* 4. *mill. ſub num.*41. *verſ. præſertim verò, & nu.* 42. Prætenſio autem, quod verba dictæ poſterioris epiſtolæ ſint curialia, & officioſa in propoſito non ſubſiſtit; Tum quia non fue-
6 runt emiſſa cum ipſo Cardinali recipiente, ſed cum tertio nempe Mauritio, cui eius animum apertè declaraſſet, prout fecerat in antecedenti ſi mutuare intendiſſet ex adductis per *Odd. conſ.*64. *num.*81. *&* 83. Tum
7 etiam quia verba tunc conſiderari ſolent vti officioſa, quando cum eis non concurrit aliquis actus poſitiuus, in quibus terminis loquuntur *Corn. conſ.*129. *num.*7. *lib.*3. *Ladercb. conſ.*101. *ſub num.*1. aliique ab altera parte allegati; ſecus autem quando cum eis coniungitur, prout hic, traditio rei; hoc enim caſu non amplius poſſunt dici officioſa, & curialia cum executio oſtendat oppoſitum, vt optimè declarat *modern. Mantuan. controu. forenſ. cap.*120. *num.*49. Idque certius conuincitur, ſiue ex ſubſequenti declaratione facta ab eodemmet Luca in alia epiſtola *ſub die* 6. *Ianuarij* 1646. ibi, *il Signor Cardinale non ha altra nè maggior obligatione meco, che di honorarmi de ſuoi commandamenti &c.* ſiue ex confeſſione Laurentij illius filij, nũc in cauſa actoris, qui viuente Cardinali explicitè faſſus fuit dictas pecunias illi fuiſſe donatas, *ſumm. hæredis num.* 4. *&* 7. Ex ſub-

ſe-

ſequentibus enim optimè dignoſcitur qua-
8 lis fuerit animus in antecedentibus, *l. ſed & Iulianus , §. proinde ff. ad Maced. l. ſi ſeruus plu-*
rium §. fin. ff. de leg. 1. & confeſſio filij magnũ
9 facit adminiculum contra patrem , cuius
voluntatem præſumi debet ab ipſo non
ignorari, vt benè in ſimilibus terminis no-
tauit *Alexand. conſ. 69. nu. 5. lib. 2. cum alys rela-*
tis per Menoch. conſ. 1153. num. 14. & 15.
Valdè etiam vrget occaſio, quæ ſolutio-
ni cauſam dedit , nempè promotio recipiẽ-
10 tis ad Cardinalatum , & maior inde ſpes à
Luca concepta , ac in dicta Epiſtola cum
maxima animi alacritate ſignificata ; ſolet
enim huiuſmodi perſonarum gratia, & be-
neuolentia , nedum actuali , & continuo
ſeruitio , ſed etiam muneribus aucupari ,
atque ideo exindè proportionata , & veri-
ſimilis adfuiſſe videtur occaſio , quæ Lucã
ad donandum potiùs quam mutuandum
impuliſſe cenſetur; ad eliciendam enim vo-
luntatem agentis ſemper recurrendum eſt
ad cauſam motiuam diſpoſitionis , à qua
ipſa diſpoſitionis , à qua ipſa diſpoſitio re-
gulatur , extenditur , & ampliatur , vt op-
timè ponderauit *in dicta Romana ſcutorum 4.*
mill. coram bon. mem. Merlino ſub num. 27. verſ.
tertia coniectura eſt cum trib. ſeqq,
Accedunt pariter tam taciturnitas ipſius
11 Lucæ , qui donec vixit Cardinalis nunquã
dictarum pecuniarum reſtitutionem petijt
ſiue iudicialiter , ſiue extraiudicialiter , vt
animaduertitur *in eadem Romana ſcutorum 4.*
mill. nu. 36. vbi admiſſa fuit taciturnitas per
duos tantùm annos, *& in dicta Romana pecu-*
niaria coram Reuerendiſſ. Tarracon. §. ſecundam
recenſebant ; quam aſſertio dicti Mauritij ,
quòd ipſe Lucas , & Petrus Iuſtinianus ,
alius conſanguineus , concurrebant inuicẽ
liberali æmulatione erga Cardinalem *dicto*
ſumm. num. 5. Vt verificetur itaque terminus
iſte concurſus æmulationis pernecesse ſe-
quitur , quòd ſicut Petrus donauerat, ita
12 pariter Lucas donare voluerit , præſertim
cum non ſolùm pari nobilitate , & diuitijs,
ſed ſublimioris gradus , dignitate præful-
geret , quòd pro iudicanda mente , & vo-
luntate diſponentis multum inſeruit *Aldob.*
conſ. 99. num. 21. lib. 1.
Præterea plures concurrunt declaratio-
nes emiſſæ à Cardinali de donatione ſibi fa-
cta à Luca , & honorifici tractatus hac ex-
preſsè de cauſa ab eodem habiti erga Lau-
rentium Lucæ filium , necnon eiuſdem
13 Cardinalis cõmemoratio in articulo mor-
tis totius æris alieni, quod relinquebat nul-
la facta mentione de huiuſmodi pecuniarũ
ſumma ; integerrima enim, & ſemper per-
ſpecta innocens religioſiſſimi Cardinalis
14 conſcientia , tàm notabilem pecuniarum
quantitatem ſilentio nullatenus prætcrijſ-
ſet , ſi dono verè acceptam non habuiſſet ;
præſertim in extremo vitæ diſcrimine, in
quo æternæ ſaluti ſedulò inuigilãs vir pro-
bitate , & ſcientia inſignis ſeſe quacunque
etiam minima , leuiq; culpa exonerare vo-
luiſſe cenſetur , adeout ſicut de alijs debi-
tis quantumuis exiguæ, & paruæ quantita-
tis mentionem fecerit, ita etiam de contro-
uerſa feciſſet, ſi dubitare potuiſſet eam ſibi
non fuiſſe donatam , ſed mutuatam , vt in
ſimilibus terminis *dixit Rota in Vrbeuetana*
cenſus 22. Iuny, & 17. Decembris 1635. ac 18.
Aprilis 1636. coram bon. mem. Motmanno in rec.
deciſ. 72. num. 2. cum ſeqq. deciſ. 81. num. 7. & 8.
& deciſ. 119. num. 2. par. 7. & in Romana fructuũ
cenſus 11. Decembris 1645. coram me. §. eoque
magis ; & licet donatio principaliter metiẽ-
15 da videatur ab animo dantis, attamen præ-
ter quod ex animo etiam recipientis Rota
deduxit coniecturam donationis , ſi in ipſo
prout hìc, nobilitatis , bonæ famæ, ac mo-
rum , & integritatis certa qualitas concur-
rat , *vt in dicta Romana ſcutorum 4. mill. nu. 43.*
In caſu noſtro animus recipientis habet cõ-
comitantiam præſumptæ voluntatis ipſiuſ-
met dantis , quæ ex ſupradictis ſaltem om-
nibus ſimul iunctis concludenter reſultat ,
cum tamen ſatis ſit reddere dubiam proba-
tionem actoris , vt obtinere non valeat, ex
16 quo agens ex mutuo plenè, & concluden-
ter illud probare tenetur. *l. actor. 23. vbi Bal.*
in princ. C. de probat. Pacian. hoc t act. lib. 1. c. 68
num. 53. & in his terminis Rota in dicta Romana
ſcutorum 4. mill. num. 67. & in dicta Romana pe-
cuniaria §. 6. fuit in fine .
Nec ſubſiſtit quòd poſterior ordo ema-
nauerit in confirmationem præcedentis lo-
quentis de mutuo ob illa verba ibi , *Voglio*
credere, che V. S. debba hauer fatto l'offerta al Si-
17 *gnor Cardinal noſtro ſecondo l'ordine , che glie ne*
diede meſi ſono &c. quando nò, ne confermo à V. S.
l'ordine, & è &c, Ideòque in ipſo eadem cau-
ſa repetita dicatur addita ſolùm maiori quã
titate *ex Caſtr. conſ. 418. per tot. par. 2.*
Quia præter quod diuerſitas notabilis
ſummæ , & qualitatum in dicta poſteriori
epiſtola *ſub die 10. Marty 1645.* expreſſarum
nullo modo compatibilium cum præce-
denti *ſub dicta die 22. Octobris 1644.* præſu-
mere facit, quòd poſtremus ordo non refe-
ratur ad iſtam cum cautelis , & reſeruatio-
nibus , mutuum redolentibus exaratam ,
ſed ad aliam intermediam, quæ dictæ viri-
mæ *ſub dicta die 10. Marty 1645.* conueniat
in ſumma & qualitatibus ; dum ordo po-
ſterior continet verba donationem præſe-
ferentia , ipſi inhærendum eſt , non
au-

Digitized by Google

autem priori relato *Cardinal. Seraphin.*
18 *decif.* 1083. *numer.* 4. Cùmque ex ſupra ponderatis clarè prorſus appareat, diſponentem aliter voluiſſe diſponere in ordine referente, quam diſpoſuerat in relato, ille, non autem iſte videtur attendendus, *ut ex Decio firmat Peregr. de fideicom. artic* 16. *numer.* 111. *verſ. limita niſi, quem refert, & ſequitur adden. ad bon.mem. Buratt. decif.* 52. *num.* 13. Præſumitur enim quòd ſcuta mille, quæ Lucas mandauerat ſolui Horatio tunc Epiſcopo ex cauſa mutui, poſt quinque menſes ipſa cum alijs ſcutis biſmille intelligi voluerit donata eidem Horatio, tunc inter Cardinales adſcripto, dum ex prædictis, tam apertè deſumitur donandi animus.

Nec refert, quod Cardinalis quietantiam fecerit Mauritio de pecunia recepta, quodque Lucas in ſuis Codicibus familiaribus poſt aliquot dies illum ſcripſerit debitorē. Quia vtrumque reijcitur *in dicta Romana ſcutorum* 4000. *num.* 42. *verſ. nullius comprobata in dicta Romana pecuniaria* §. *non obſtat numeratio*, ex quo ſcilicet geſta præſumuntur in ordine ad campſorem, & in omnem euentum illis præualere debent tot aliæ coniecturæ ſupra ponderatæ, & deſumptæ ex verbis ipſius ordinis, diuerſitate diſponendi, cauſa diſpoſitionis, & actibus ab vtraque geſtis tàm contemporaneè, quam poſt factam numerationem, ex quibus non mutuandi, ſed donandi certus animus, & voluntas elicitur.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. B I C H I O

Albiganeñ Præcedentiæ.

Veneris 20. *Iunij* 1653.

A R G V M E N T V M.

Confratres non admittuntur ad Teſtimoniū ferendum pro ſua Confraternitate preſertim in re magni honoris, & emolumenti, ſed hoc procedit quando in eos, vt ſingulos, honor, & emolumentum redundarent, cæteroquin pro Confraternitate plene probant.

S V M M A R I V M.

1 *Antiquiori, ac digniori Confraternitati dignior locus debetur.*

2 *Confraternitas quod ſit dignior altera demonſtratur ex inceſſu illius Prioris ad dexteram alterius, & num.* 11.

3 *Communis hominum opinio iu materia præcedentiæ multum attenditur, & num.* 18.

4 *Confraternitatem altera ſuperiorem eſſe, demonſtratur ex vſu iubendi in functionibus publicis. Item ex eo quod ad eam conuocandam adhibeatur Campana magna, & pro alia parua n.* 5. *Item ex poſſeſſione præcedendi num.* 6.

7 *Confratres non probant ad fauorem confraternitatis in re magni honoris, ſi vt ſinguli honorem reportarent, alioquim plene probant, & num.* 8.

9 *Teſtes plene probant contra inducentem.*

10 *Confraternitas illa præcedit, quæ eſt in quaſi poſſeſſione præcedendi, & prius ſaccis vſa fuit.*

12 *Vnicus actus ſufficit ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præcedendi.*

13 *Sacerdos ſi interfuerit proceſſioni tamquam Confrater, & præceſſerit, cenſetur præceſſiſſe tantum vti Confrater, non autem vti Sacerdos.*

14 *Locus dignior quando dicatur pars illa, quam reſpicit cornu epiſtolæ, & quando illa, quam reſpicit cornu Euangelij, & num.* 15. *&* 17.

16 *Confraternitates laicales nullam partem habent in conſeſſu Altaris, & Præsbiterij.*

19 *Conſuetudo in materia præcedentiæ multum attenditur, & num.* 24.

20 *Inceſſus proximior Clero in aſſociatione Cadauerum dicitur locus dignior.*

21 *Confraternitas deferens vexillum videtur dignior altera ſub eodem vexillo incedente.*

22 *Poſſeſſio præcedendi dicitur vniuerſaliter quæſita ex ſola præcedentia in aſſociatione Cadauerum ſtante cauſa vniuerſali.*
Limita num. 23.

25 *Actus æquiuoci poſſeſſionem præcedendi non tribunt.*

D E C I S I O XI.

ATtendatur diſpoſitio iuris communis, ſiue Conſtitutio fæl.record. Greg. XIII. relata *per Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg.* 78. *nu.* 32 *& per Moder. Hiſpanum de exempt. regular. dub.* 368. *num.* 1. præcedentiam, ac digniorem locum in proceſſionibus publicis, ſeu priuatis, ac alijs functionibus deberi in Terra Tabiæ Confraternitati Confalonis ſub inuocatione SS. Fabiani, & Sebaſtiani in cōcurſu Confraternitatis Sanctiſſ. Trinitatis, deciſum hodie fuit præuia particularis dubij geminata diſcuſſione.

1 Ius enim commune dignorem locū tribùit antiqniori *can. ſtatuimus, vbi gloſſ. verb. noui diſtinct.* 61. *l.* 1. *Cod. cenſul. lib.* 12. *l. fin. Cod. Tyronib. eod. lib. Thob. Nonius conſ.* 71. *num.* 35. *Rot. decif.* 718. *num.* 1. *par.* 4. *diuerſ. & in Oppiden. proceſſionum* 17. *Maij* 1646. *coram R.P.D. meo Veroſpio*, ac digniori *cap. ſtatuimus de maior. & obed. Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 29. *& ſeqq. vbi allegat concord. Rot. decif.* 138. *num.* 2 *par.* 1. *recent.*

At

Digitized by Google

At Confraternitatem Confalonis eſſe antiquiorem concedunt teſtes aduerſariæ, ac probant examinati ad inſtantiam huius Confraternitatis, nec non publicum inſtrumentum fũdationis, & approbationis obtẽtæ ab Ordinario de anno 1454. vt in *Sum.*
2 *nouo num.* 1. Digniorem verò demonſtrant, tum inceſſus, de quo infra dicam Prioris huius Confraternitatis ad dexteram Prioris aduerſariæ *cap. ſolitæ de maior. & obed. gloſſ. in l. decernimus verb. reſidendi Cod. ſacroſan. Eccleſ. Tiraquell. de primogen. in præfat. num.* 15. *& ſeq. Grat. diſcept.* 106. *num.* 40. *Bobadill. politic. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 12. Tum probata per te-
3 ſtes communis hominum opinio, quæ in hac materia attenditur, *vt ex text. in l. Athletas §.* 1. *ff. his, qui notan. infam. & in l.* 1. *ff. flumin. cap. cum olim de conſuetud. tradit. Vaſq. in præfat. ad quæſt. Illuſtr. nu.* 85. *Grat. diſcep.* 111. *num.* 74. *& ſeqq. Caſtill. de tert. reg. cap.* 41. *num.* 38. *Buratt. deciſ.* 483. *num.* 13.

Tum vſus iubendi aduerſariæ in functio-
4 nibus publicis præire ſatagenti, vt ſiſtat cũ ſucceſſiua aduerſariæ obedientia, & acquieſcentia, de qua deponunt primus, ſecundus, quartus, & quintus teſtis dati in primo *Sum.* Confalonis ſub *num.* 8. hoc enim ſuperioritatem demonſtrat *gloſſ. in cap. olim, il terzo de reſtit. ſpoliat. Alber. in diction. verb. maioritas attenditur, verſ. item in obediendo Bald. in l.* 2. *ſub numer.* 79. *verſ. ſecundo caſu Cod. ſeruit. & aqua Alex. conſ.* 43. *num.* 3. *lib.* 1. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 301. *num.* 4. *Merlin. deciſ.* 461. *n.* 6.
5 *& ſeqq.* Tum diuerſitas in modo conuocandi; nam ad id pro aduerſaria adhibetur campana parua, pro alia verò magna, quæ ſicuti dignior eſt illa ex alleg. per *Barboſ. in cap. patentibus num.* 5. *circa fin. de priuileg.* arguit digniorem eſſe, quem conuocat, non ſecus ac dignior dicitur, quem dignior inſtituit data in cæteris paritate *l.* 2. *ff. alb. ſcriben. gloſſ. in cap.* 1. *verb. maior, & in c. per tuas verb. Subdiaconus de maiorit. & obed. Decian. reſponſ.* 19. *num.* 214. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 126. *num.* 33. *& ſeq. conſ.* 902. *num.* 17. *Boer. de auth. magn. conſil. num.* 81. *cum alijs alleg. à Modern. Hiſpan. de præceden. quæſt.* 1. *num.* 20. Tum tandem in-
6 fra ponderanda poſſeſſio præcedendi, *Felin. in rub. de maiorit. & obed. num.* 10. *alijq; relati à d. Modern. Hiſpan. de præceden. quæſt.* 17. *ſub num.* 1. *verſ. & tales dicuntur Rot. deciſ.* 456. *numer.* 12. *par.* 1. *recent.*

Non obſtat quod de prædictis deponant
7 teſtes, qui ſunt Confratres ipſius Confraternitatis Confalonis, ac proinde ad eius fauorem non mærcantur fidem; præſertim in re magni honoris; *Bald. in cap. cum Nuncius num.* 1. *ad fin. de teſtib. Felin. in cap. inſuper num.* 6. *eod. tit. Rot. deciſ.* 136. *num.* 1. *p.* 1. *recent.* Quia obiectum procederet ſi exindè emolumentum aliquod, vel honorem, vt ſinguli reportarent: cum autem minimè reportent, quia vt ſingulis non debetur honor debitus, vt vniuerſis; *Prepoſ. in cap. concilia §. Epiſcopum num.* 3. *diſtinct.* 17. *Grat. diſcept.* 298. *num.* 46. *& ſeqq.* alioſq; refert *Modern. Matritenſis in ſumm. quæſt. Regular. vol.* 1.
8 *tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 23. plenè probant pro Confraternitate *Bald. in d. cap. cum inſuper num.* 3. *de teſtib. Hond. conſ.* 79. *num.* 39. *&* 40. *lib.* 1. & in ſpecie de Confratribus, *Rot. deciſ.* 290. *num.* 13. *par.* 5. *recent. in Anconitana bonorum* 13. *Ianuarij* 1645. *§. quia etiam coram R.P.D. Meltio,* & magis in puncto *in Taurinen. delationis Baldachini* 4. *Iulij* 1646. *§. & licet coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado:* maximè quia ſupplentur ex numero, & adminiculantur ab inſtrumento antiquitatis,
9 ac in aliquibus etiam à teſtibus exaduerſo inductis, plenè probantibus contra inducẽtem *l. ſi quis teſtibus Cod. de teſtib. Surd. conſ.* 390. *num.* 18. *Mant. deciſ.* 274. *num.* 1. *verſ. & quod amplius.*

Conſtitutio Gregoriana pariter ſuffraga-
10 tur Confraternitati Confalonis, quia inter Confraternitates mandat præcedere eam, quæ eſt in quaſi poſſeſſione præcedendi, vel hoc ceſſante, quæ prius ſaccis vſa fuit. Hanc verò Confraternitatem eſſe in quaſi poſſeſſione præcedendi probatur. Primò, quia in proceſſione aliàs facta ad Eccleſiam nuncupatã S. Mariæ dell' Alma, in qua mixtim vtriuſque Confraternitatis Confratres bini, ac bini incedebant, Prior, & Subprior Confalonis inceſſit ad Prioris, & reſpectiuè Sub-
11 prioris aduerſariæ Confraternitatis dexteram, quæ dignior habetur, quia inde eſt localis motus principium, *gloſſ. in l. decernimus verb. reſidendi Cod. ſacroſan. Eccleſ. Caſſan. in in Chatal. glor. mund. par.* 3. *conſider.* 2. *Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 90. *Peña in puncto proceſſionum deciſ.* 456. *numer.* 4. *& ſeqq.*
12 ſufficitque vnicus actus ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præcedendi iuxta theoricam *Rip. in cap. cum Eccleſia num.* 91. *& ſeqq. de conſtit.* quam alijs allegatis ſequitur in terminis præcedentiæ *Caſtill. de Tert. Reg. cap.* 41. *num.* 61. *Xamar. de offic. Iud. & Aduocat. par.* 1. *quæſt.* 2. *numer.* 69. *Rot. in Taurinen. delationis Baldachini §. quia cæteris coram D. Cardin. Corrado.*

Gratiſq; dicitur Priorem præceſſiſſe, quia Sacerdos erat, cum enim fuiſſet in Priorem electus, non vt Sacerdos, ſed vt Confrater,
13 & vt Confrater proceſſioni intereſſet, hoc tantum nomine, non autem illo potuit præcedere; *Abb. in cap. auditis num.* 4. *de elect. Lanar. conſil.* 38. *num.* 16. *& ſeq. Anton. de Prat. de In-*

de Iuriſd. Epiſc. cap. 6. num. 55. inter tract. di-
uerſ. tom. 13. par. 2. fol. 367. Contilor. de præ-
ceden. num. 20. & ſeqq. Grat. diſcept. 111. nu-
mer. 14. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 30. nu-
mer. 117. alijq; relati à Modern. Hiſpano de præ-
ceden. quæſt. 27. num. 10. & 11. Rot. deciſ. 288.
num. 2. par. 1. rec. & in d. Taurinen. delationis
Baldachini §. quia non agitur; præter quod in
Subpriore, qui ſimiliter præceſsit, qualitas
Sacerdotij non concurrebat.
Secundo quia, vt affirmant concorditer
teſtes vtriuſque partis occurrentibus occa-
ſionibus proceſsionum, & vtraque Confra-
ternitate illarum progreſſum expectatura,
14 manente in Eccleſia, Vexillum, & Con-
fratres Confalonis ſteterunt in ea parte Ec-
cleſiæ, quam reſpicit cornu Epiſtolæ, Con-
fraternitatis verò aduerſariæ, in ea parte,
quam reſpicit cornu Euangelij, quod in
his terminis cenſetur minus dignum. Nam
vt habetur *in Sacr. Cærem. Roman. lib. 3. ſect. 2.*
cap. 1. col. 4. in fin. verſ. hoc enim, ac tradit Pa-
riſ. de Graſſ. de Cæremon. Card. & Epiſc. cap. 31.
in princ. dupliciter conſideratur pars dextera
in Altari, vno videlicet modo reſpectu ip-
ſius Altaris verſi ad populum, & ſic dexte-
rum, ac dignius eſt cornu Euangelij, quia
illuc dexteram protẽdit Crux in medio Al-
taris poſita, ibique legitur Euangelium,
quod eſt dignius. Alio modo reſpectu Sa-
cerdotis celebrantis verſi ad Altare, & ſic
pars dextera eſt cornu Epiſtolæ, quia illuc
tendit dextera ipſius Sacerdotis; atq; hinc,
ibi aſsiſtit Sacerdoti Diaconus, vt tradit *Ca-*
ſtald. in prax. Cæremon. lib. 1. ſect. 7. n. 8. & 26.
qui eſt Subdiacono aſsiſtenti à parte Euan-
gelij dignior *cap. ſtatuimus, de maior. & obed.*
Petr. Gregor. Syntag. iur. lib. 16. cap. 7. num. 4.
Pariterq; cornu Epiſtolæ dicitur dextera
habito reſpectu ad ingreſſum in Eccleſia,
quia illud reſpicit pars dextera ingredien-
tium, vt ſenſui patet.
Primus modus attenditur in iis, quæ sũt
quodammodò pars Altaris, & Præsbyterij,
15 & ab Altare regulantur, aut vertuntur ad
populum. Eademq; ratione in Sacris Con-
cilijs, in quorum medio poni conſueuit Sa-
croſanctum Dei Euangelium, ad quod vul-
tus omnium conuerſi eſſent, quia illud re-
præſentabat ipſum Deum ſiſtentẽ in medio
Sinagogæ, dignior pars cenſebatur, quã dex-
tera ipſius Dei ſic repræſentãti reſpiciebat;
ita vt à dextris eſſent, qui habito reſpectu ad
ingreſsũ ſedebant à ſiniſtra, & è conuerſo à
ſiniſtra, qui ſedebant ad dexteram, vt notat
Cardinalis Baron. Annal. tom. 3. ann. 325. pag. 273.
litt. C. & tom. 6. ann. 451. pag. 141. litt. C. Car-
din. Bellarm. in contron. lib. 1. de Concil. cap. 19.
verſ. itaque. Seuerin. Binius in not. ad Concil. Ni-
cenum tom. 1. Concilior. Generalium pag. 314. ſub
verſ. quibus Ordinibus. Vnde etiam in om-
nibus conſeſsibus, pars illa eſt dignior,
quæ eſt à Latere dextero perſonæ primariæ
in medio, & è conſpectu aſtantium ſeden-
tis, *Anton. de Pret. de iuriſd. Epiſc. cap. 6. ſub*
num. 56. verſ. ideò qui ſedet, poſt gloſſam Alexan-
drum, & Baldum ibi alleg. Hæc autem omnia
procedunt in conſeſſu, & inter perſonas il-
lum integrantes, ac per alias Ordinibus di-
ſpoſitis ſe inuicem reſpicientes: diuerſa ve-
rò eſt ratio in progreſſu, vt ait *Baron. Annal.*
tom. 6. d. pag. 141. litt. C. ibi *alia in progreſſu, in*
conſeſſu ratio alia attendatur.
16 Cum igitur Cõfraternitates laicales nul-
lam partem habeant in conſeſſu Altaris, ac
Presbyterij *cap. 1. vbi gloſſ. verb. ſecus Altare*
de vit. & honeſt. Cleric. cap. Sacerdotum de con-
ſecrat. diſtinct. 2. Pauin. de Viſitat. par. 2. qu. 8.
num. 26. Guglielm. Durand. de mod. celebran.
Concil. General. rubr. 55. num. 2. Rot. in Roma-
na proceſſionis 6. Februarij 1615. coram S. D. N.
& in Pampilonen. Scamni 16. Ianuarij 1640. co-
ram bon. mem. Card. Panzirolo; neque in figu-
ra conſeſſus, ſed progreſſum expectantes
ad Altare verſæ turmatim in corpore Eccle-
17 ſiæ cuius dexteram partem eſſe cornu Epi-
ſtolæ tradit *Gauant. in Theſ. ſac. rit. p. 2. tit. 6.*
num. 4. litt. X. pag. 101. maneant vti pars cæ-
teri populi, cuius dexterum eſſe latus Epi-
ſtolæ aut idem *Gauan. ibid. par. 2. tit. 7. ſub nu-*
mer. 10. col. 4. litt. D. pag. 113. ſequitur, vt
illa Confraternitas fuerit in digniori loco,
quæ ſtetit in parte collaterali cornui Epi-
ſtolæ; præſertim, quia in loco Tabiæ com-
munis opinio, & extimatio hominum in
18 his materijs ex ſupra allegatis attendenda,
hæc eſt, vt deponunt teſtes, & comprobat
vſus eiuſdem loci, nam ibi dignior pars
Magiſtratus laicalis ſolemniter aſsiſtentis,
qui dubio procul præcedere debet, ac ma-
nere in loco digniori quam Confraternita-
tes, reſidet à cornu Epiſtolæ, quamuis locus
à cornu Euangelij ſit vacuus in eodemque
loco reſpiciente cornu Euangelij ſedeant
alij minus digni, & ab vſu, ſeu conſuetu-
19 dine præcedentias metiri debere, tradit
Zabarell. conſ. 62. num. 1. ac dixit Rot. dec. 288.
in fin. par. 1. recent. deciſ. 779. num. 2. adud Mer-
lin. & in Oppiden. proceſſionum 18. Maij 1646.
coram R. P. D. meo Veroſpio, in d. Taurinen. de-
lationis Baldachini coram Eminen. D. Cardinali
Corrado.
Tertiò quia in funeralibus, & aſſociatio-
ne cadauerum Confratres Confalonis Cle-
ro proximiores, quam aduerſarij inceſſe-
20 runt, qui locus dignior habetur, quia di-
gniori vicinior eſt *l. 1. C. præpoſit labor. lib. 12.*
cap. perlectis 22. diſtinct. Caſſan. in Cathal. glor.
mund.

nuid. ſu. 4. conſider. 75. verſ. mihi tamen Boer. de auth. magn. conſil. num. 79. verſ. quin in proceſſionibus. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 36. n. 6. Cyriac. contr. 201. num. 164. in puncto ſuſtentatione Anton. de Prat de iuriſd. Epiſcop. ſup. cit. cap. 6. ſub num. 56. verſ. eo quia, quamuis Vexillorum antè omnes regulares præeuntium illud aduerſariæ minus à Clero diſtaret; nam à Vexillo deſumitur dignioritas
21 illud deferentis reſpectu alterius Collegij ſub eodem Vexillo incedentis, in quibus terminis loquitur *Decian. reſponſ. 67. num. 7. lib. 2.* vel quando cætera correſpondent, & paria ſunt, vt declarat *Ant. Capic. deciſ. 27. num. 47. in fin.* ibi *quoniam cæteris paribus*.

Nec dubitandum quin à præcedentia in aſſociatione cadauerum quæſita fuerit poſſeſsio præcedendi in omnibus proceſsioni-
22 bus, ſtante cauſa vniuerſali ſupra probatæ dignioritatis, & antiquioritatis, *Bald. in repet. l. 1. num. 24. verſ. in dic. Cod. emancipat. liber. Felin. in cap. auditis num. 19. de præſcript. Rot. deciſ. 139. num. 12. par. 2. diuerſ. & in Romana locorum montium 4. Iunij* 1640. *coram rec. mem. Coccino Decano*, quam antiquioritatem Conſtitutio Gregoriana poſſeſſori non abrogat *Modern. Hiſpan. de præceden. quæſtion. 45. ſub num. 12. verſ. circa prædicta*: licet ſecus eſſet ſi quo ad alia eſſet aduerſaria in
23 poſſeſsione præcedendi, vel præcedentia in aſſociatione cadauerum emanaſſet ex aliqua particulari ratione, puta quia cadauer aſſociatum, fuiſſet alicuius ex Confratribus alterius Confraternitatis in quibus terminis loquitur *Merlin. deciſ. 779. n. 6. & ſeqq.* quod non probatur in caſu noſtro; imò teſtes deponunt vniuerſaliter de aſſociatione cadauerum, & aduerſaria in alijs functionibus non docet ſe eſſe in quaſi poſſeſsione præcedendi.

Nihil ad id ſuffragante, quod Confraternitas aduerſaria in alijs proceſsionibus præeunte Confraternitate Confalonis inceſſerit proximior Clero, quia vt ait *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 26. num.* 109. *in fin.* dignior,
24 aut præcedit, aut ſubſequitur ſecundum locorum conſuetudinem, ſed an locus ſubſequens fuerit aduerſariæ conceſſus ex cauſa præcedentiæ, & an iuxta communem opinionem in Terra Tabiæ præcedentiam fauore aduerſariæ importet, necne diſcordant teſtes, & fides extraiudiciales hinc inde datæ, vt propterea actus huiuſmodi, ſal-
25 tem quia æquiuoci poſſeſsionem præcedendi aduerſariæ non tribuerint. *Rota deciſ. 229. num. 7. deciſ. 333. num. 6. par. 1. recent. deciſ. 46. num. 7. apud Modern. Peruſin. de manu.* Eò minus cum teſtes affirment, quod Confraternitas Confalonis aduerſariam aliquando tentantem præire coercuit, & ſubſequi coegit; quod ſi locus ſubſequentis dignior fuiſſet habitus, non feciſſet, nec aduerſaria acquieuiſſet, & per huiuſmodi acquieſcentiam aduerſaria, vel id implicitè faſſa videtur, vel ſaltem ſibi præiudicauit iuxta *text. in cap. ex ore, verſ. per hoc de his, quæ fiunt à maior. par. cap. gloſſ. in cap. Abbate, verb. Abbatem Monacum de verbor. ſignif. Felin. in cap. paſtoralis nu. 5. de offic. ordin. Aym. de antiq. tempor. par. 4. §. materia iſta num. 81. Dec. conſ. 206. num. 7. verſ. vbi exhibens*, & in proximis terminis *Rot. in ſupracitata Pampilonen. ſcamni coram Card. Panzirolo §. nec releuat, verſ, imò aliqui*.

Fortius quia in dictiſmet proceſsionibus Confratres, & Vexillum Confalonis, dum in Eccleſia Morabantur ſteterunt, vt dicebam in loco digniori, & in alia proceſsione facta ad Eccleſiam dell'Alma inceſſerūt ad dexteram aduerſariæ, gaudentq; prærogatiua tum antiquioritatis, tum alijs ſuperius ponderatis.

Ex quibus omnibus ita deciſum vtraque parte bis informante.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO

Meleuitana Parochialis.

Lunæ 15. Decembris 1653.

ARGVMENTVM.

Dictum Teſtis ſpecificātis ſummam per verbum circiter verificatur etiam in decima parte minus, remiſſoria vni ex collitigantibus conceſſa fit alteri communis ad reprobandum teſtes, ſed hoc procedit quando in remiſſorialibus, nominatim datur terminus reprobatorius alioquin Iudex remiſſorialis, vtpotè carens iuriſdictione non admittit ad reprobandum, tenetur tamen recipere proteſtationem.

SVMMARIVM.

1 *Qui attentauit non poteſt in negotio principali ad vlteriora procedere, niſi ipſe liquidauerit fructus, & damna reficien. vel inſteterit præfigi terminum parti ad liquidandum.*
2 *Terminus quatuor menſium præfigitur in Curia ad probandum extra Italiam.*
3 *Dictio* circitèt *aliquid minuit arbitrio Iudicis.*
4 *Et verificatur in diminutione decimæ partis.*
5 *Valor Beneficij probatur per teſtes, qui libros, & res benenefficij tractare conſueuerint.*
6 *Liquidatio fructuum admittit leuiores probationes.*
7 *Fructus perceptos fuiſſe præſumitur ab eo, qui poſſedit maximè cunctis alijs præſumptionibus.*

 8 *Re-*

8 *Remiſſoria data vni ex collitigantibus fit alteri communis ad reprobandum teſtes.*
9 *Limita ſi in ipſis literis remiſſorialibus non detur terminus reprobatorius vel facultas admittendi reprobationem.*
10 *Contra Teſtium perſonas non admittuntur exceptiones in Summariſſimo Iudicio poſſeſſory.*
11 *Item quandò non requiritur plena ſed ſufficit leuis probatio.*
12 *Teſtium approbatio dando interrogatoria, & conſtituendo interpretem operatur, vt contra ipſos niſi ſint omnino inhabiles excipi non poſſit.*
13 *Teſtes deponentes de proprio Iudicio nihil probant.*

DECISIO XII.

POſt relaxatum à me de ordine Rotæ mandatum de manutenendo ad fauorem Ioannis Matthæi Habelæ contra Dominicum Magrum, in poſſeſſione Parochialis controuerſę pro reuocatione attentatorum iuxta deciſiones æditas 26. *Maij,* & 31. *Iulij* 1651. ac poſſeſſione ſubſecuta, dictus Dominicus condemnatus ad reſtitutionem fructuum facto deposito vnius iulij, cum obligatione ſoluendi reſiduum poſt illorum liquidationem, obtinuit commiſſionem mihi directam præfixionis termini pro liquidatione facienda iuxta ſtylum, cuius vigore petens procedi ad vlteriora in negotio principali poſtquam attentauit, ipſe liquidare debet fructus reſtituendos, vel impetrare commiſſionem,
1 vt præfigatur terminus alteri Parti ad liquidandum, vt de huiuſmodi ſtylo teſtatur *Rota coram Card. Seraph. deciſ.* 655. *num.* 4. & *in Pientina iuriſpatronatus* 1. *Februarij* 1599. §. *Neque obſtabat, quod fructus coram Corduba, quam poſteà ſæpiſſimè approbauit, vt in Meleuitana bonorum prima Iulij* 1622. *coram Nauarro*, §. *Probatur enim, confirmata* 4. *Iuly* 1650. *corã R.P.D. meo Peutingerio*, §. *Neque vniuerſitas*, & *in* Melcuitana *territory* 26. *Iunij* 1651. *coram me* §. *Vltimo*; Cuius commiſſionis vigore ad inſtantiam eiuſdem Dominici, præuia citatione aſſignaui Ioanni Mattheo terminum quatuor menſium, prout regulariter fieri ſolet ad fauorem Actoris ad probandum
2 quandò præfigitur extra Italiam, vt eſt Inſula Melitæ, *vt per text. in l.* 1. *C. de dilat. teſtantur Seneroł. de remiſſ. litigat. cap.* 24. *numer.* 2. & 3. *Buccacc. de litter. remiſſ. cap.* 7. *num.* 4. vbi in fine dicit, quod ita in Curia ſeruatur: Compilato autem proceſſu, eoque in Rota tranſportato, dubitaui, Pro qua ſumma eſſet relaxandum mandatum; tam pro fructibus, quam pro damnis, & intereſſe. Et DD. quoad fructus relaxandum eſſe dixerunt in Teſtis 290. Teſtes enim concorditer deponunt redditus Parochialis controuerſæ ſpectantes ad Parochum abſque vllo onere expenſarum annuatim aſcendere ad ſcuta 250. computatis tam certis, quàm incertis, & à die 8. *Auguſti* 1650. qua Magrus attentatè illius poſſeſſionem accepit vſque ad diem 3. *Octobris* 1651. qua Habela illam recuperauit, Procuratorem Attentantis fructus percepiſſe ad ſcuta 300. circiter aſcenden. *d. Summ. numer.* 7. & 9. Dictio enim, *circiter*, aliquid minuit prudentis iu-
3 dicantis arbitrio, *Buratt. deciſ.* 722. *numer.* 3. & verificatur etiam in decima parte minus,
4 *Corn. conſ.* 59. *numer.* 5. *lib.* 4. *ſan. mem. Gregor. deciſ.* 128. *num.* 6. *Rota in Bononien. terrarum* 16. *Iunij* §. *finali* 12. *Decembris* 1642. §. *Tandem coram R.P.D. meo Bichio*, & *in Romana penſionis* 19. *Ianuarij* 1646. *coram me* §. *penultimo*. Vndè diſtribuendo annuum valorem ſcutor. 250. in 13. menſes, & dies 25. fructus attentatè percepti ad prædictam quantitatem ſcut. 290. aſcendere calculantur.

Nec dubitatum fuit, quin dicti Teſtes plenè iuſtificent præfatum valorem, quia ipſi non ſolum deponunt de auditu, ſed etiam teſtificantur per optimas rationes, ex quò nempè viderunt libros parochiales, &
5 ex quò ſunt practici dictæ Parochialis, quē eſſe verum modum probandi valorem, tradit *Bart. in l.* 1. *num.* 15. & *ſequen. ff. ſi cert. pet. Felin. in cap. Cum cauſam num.* 5. *verſ. Tertio declara de teſtib. Farinac. eod. tract. quæſt.* 70. *nu.* 164. & *ſequen. Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 24. *numer.* 1. *cum ſeqq.* Quos in his terminis ſecuta fuit *Rota in Calaguritana beneficij* 2. *Decembris* 1652. *coram R.P.D. meo Bichio* §. *Vt conſtat*, eoque magis ad effectum liquidationis fructuum, de qua agitur, quæ vtpotè difficilis probationis contentatur leuioribus iuſtificationibus, *vt poſt Bald. Corn. & alios reſpondit Rota*
6 *coram Card. Seraph. deciſ.* 1132. *num.* 1. & *per totam*, & *in recent. deciſ.* 271. *num.* 2. *cum duob. ſeqq. par.* 8.

Minuſque hæſitandum videtur, quin fructus dicti temporis perceperit Dominicus, Tum quia concludenter probatur à dictis Teſtibus eos fuiſſe perceptos ab eius Procuratore, Tum etiam quia dum toto eo tempore controuerſam Parochialem poſſedit, eos percepiſſe præſumitur, maximè iunctis partitis adnotatis in libro Paro-
7 chiali, & relatis in *dicto Summario numer.* 11. *Card. Seraph. deciſ.* 1245. *num.* 6. *ſa. mem. Gregor. deciſ.* 50. *numer.* 2. *Card. Caualer. deciſ.* 586. *numer.* 1. *Buratt. deciſ.* 173. *numer.* 3. & 4. *ibique Adden. numer.* 9. *Rota in recent. deciſ.* 269. *numer.* 2. *par.* 1. & *in Aquiſgranen. Canonica-*

tus

tus 22. Maii 1648. coram me, §. & licet

Non obſtat, quod Iudex remiſſorialis denegauerit probationes à Dominico petitas ſuper reprobatione teſtium.

Licèt enim regulariter remiſſoria data Vni ex collitigantibus, ſit communis etiam alteri ad reprobandum *iuxtà doctrinam Vitalin. in Clem. ſæpè §. verùm num. 25. ff. de verb. ſi-*
8 *gnif. Seuerol. vbi ſupra cap. 22. numer. 4. Adden. ad Buratt. deciſ. 501. num. 3.* Hoc tamen procedit quando in literis remiſſorialibus ſpecialiter datur terminus reprobatorius, ſecus autem quandò (prout hìc) in literis datus non fuit, tunc enim Iudex remiſſorialis non poteſt admittere partem ad reprobandum, cum careat iuriſdictione, etſi eam admitteret proceſſus reprobatorius eſſet
9 nullus, *vt dixit Rota coram Buratt. deciſ. 587. num. 7. in fine. Adden. ad eund. dicta deciſ. 501. numer. 3. verſ. At niſi.* Ex communiori enim DD. ſententia dictus Iudex non poteſt recipere teſtes ſuper reprobatione, niſi ſpecialiter talis facultas ſibi conceſſa fuerit, licet recipere teneatur proteſtationem. *Innoc. in cap. licet cauſam ante num. 1. verbo Potuit, ibique Io. Andr. num. 4. & Bellamer. num. 8. in 1. oppoſitione de probat. Iaſ. in l. 3. num. 9, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Specul. tit. de teſte §. Qualiter n. 21. Seuerol. vbi ſupra cap. 36. per tot. Afflict. in conſtit. Regn. lib. 2. rub. 29. de conſtit. in pecuniar. nu. 3. verſ. Tertio quæro, Buccac. vbi ſupra cap. 8. nu. 11. verſ. de iſta clauſula.*

Plura inſuper concurrunt, quę huiuſmodi reprobationem excludere videntur, Et primo, quod agitur de liquidatione fructuum pro terminatione reuocationis attentatorum, & ſummariſſimi iudicij poſſeſſorij, in quo regulariter non admittuntur exceptiones contra perſonas teſtium,
10 *Couarr. pract. quæſt. cap. 17. numer. 4. verſ. ſeptimo eſt. Capic. deciſ. 55. per tot. Farinac. de teſtib. quæſt. 62. limit. 9. num. 193. cum duob. ſeqq. Card. Seraph. deciſ. 342. in fine, & deciſ. 561. in princ. ſaltem: Gregor. deciſ. 449. numer. 10. ibique adden. litt. E. Card. Caual. deciſ. 44. numer. 4. Rota deciſ. 564. in fine par. 5. & deciſ. 156. num. 4. par. 6. recent.*

Secundo quod dictæ exceptiones perſonales non recipiuntur quando, (prout hic) non requiritur plena, ſed ſufficit leuis pro-
11 batio *Zuccard. in l. fin. numer. 302. verſ. ſi verò lex. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Menoch. de arbitr. quæſt. 32. numer. 11. Farinac. d. quæſt. 62. d. limit. 9. num. 195.*

Tertio demum, quod Dominicus approbaſſe videtur perſonas dictorum Teſtium, dum interrogatoria dedit, & Interpretem conſtituit pro illis examinandis ſine vlla proteſtatione reſpiciente illorum perſonas, & non agitur de teſtibus omninò inhabilibus, *vt notat Imol. in cap. Cum di-*
12 *lectus il. 2. numer. 34. de conſuetud. Felin. in cap. Intimauit nu. 10. de teſtib. Clar. in §. fin. quæſt. 34. in annot. num. 39. Afflict. deciſ. 351. nu. 8. Farinac. d. quæſt. 62. lim. 8. num. 175. cum ſeqq. vbi nu. 185. diſtinguit inter approbationem dicti, & approbationem perſonæ.*

Quo verò ad damna, & intereſſe in ſcutis 60. à Ioanne Mattheo prætenſa, Domini dixerunt non eſſe relaxandum mandatum, nam Teſtes pro huiuſmodi liquidatione examinati ſimpliciter deponunt de
13 proprio iudicio *Summ. num. 10.* Ideòque nullum gradum probationis faciunt *Honded. conſ. 79. numer. 37. lib. 1. Caputaq. deciſ. 278. numer. 1. par. 3. Rota deciſ. 245. numer. 1. par. 1. deciſ. 173. numer. 6. & deciſ. 407. numer. 35. par. 5. recent.*

Et ità vnica tantum &c.

R. P. D. ALBERGATO

Tulleñ Matrimonij

Lunæ 12. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria bis in eadem cauſa non concedenda, non ſolum ſuper iiſdem, ſed nec etiam ſuper de nouo productis articulis præcipuè poſt publicationem anteactarum depoſitionum; hæ tamen in Curia publicatæ non cenſentur ob receptionem ſimplicis Summarij effectus præſumptæ Procuratorum probitatis. Nullitas examinis in vim prioris remiſſoriæ peracti illius reiterationem expoſtulat, ſed hoc impeditur ab irreleuantia.

SVMMARIVM.

1. *Remiſſoria in eadem cauſa non eſt bis concedenda.*
2. *Amplia & ſi producantur noui articuli.*
3. *Præſertim publicato proceſſu & poſt didicita teſtificata. & num. 5.*
4. *Publicationem teſtium non inducit in Curia receptio Summarij ipſorum dictorum.*
6. *Publicatio proceſſus qualis requiratur ad impediendum nouum examen. & num. 7.*
Et quod ſufficiat ſi pars habuerit facultatem ſcrutandi depoſitiones teſtium. ibid. &c.
8. *Remiſſoriæ petitio poſt didicita teſtificata cenſetur excogitata ad euertenda deciſionis fundamenta.*
9. *Teſtes non ſunt examinandi ſtante periculo ſubornationis & ſuſpicione calumniæ.*
10. *Examen teſtium ſi fuerit nullum poteſt reiterari.*

11 *Limita ſi articuli irreleuantes deteguntur.*
12 *Termini remiſſoriæ prorogationi obſtat diuturnitas temporis à die illius conceſſionis.*
13 *Examinatis teſtibus præelectis præſumitur facta melior probatio quæ potuerit.*
14 *Et hinc eſt quod negatur terminus ad examinandos alios teſtes.*
15 *Teſtis qui nihil releuans poteſt deponere non eſt admittendus.*
16 *Probationes irreleuantes nec in Summarijs, & priuilegiatis Iudicijs admittuntur.*
17 *Matrimonialis Cauſa indiget celeri expeditione.*

DECISIO XIII.

DElato ad Vrbem remiſſoriali proceſſu compilato in hac cauſa matrimoniali vertente inter Sereniſſimos Principes D. Ducem Carolum, & D. Duciſſam Nicolearn à Lotharingia, eoque diligenter perſpecto, ac maturè conſiderato ſub die 15. Ianuarij anni præteriti fuit vnanimi DD. voto deciſum conſtare de validitate Matrimonij, vt pote inter eoſdem contracti adhibitis omnibus ſolemnitatibus tàm in diſpenſatione Apoſtolica, quam in Sacroſ. Concil. Tridentino præſcriptis ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. Verum cum ex defectu conſenſus adhuc impugnaretur à D. Duce Carolo, metumque ſibi à Patre incuſſum probari poſſe contenderet mediante alia remiſſoria, ac nouo termino, illa pro repetendis iiſdem teſtibus nulliter, vt cenſuit Rota, examinatis, hoc autem pro examinandis duobus alijs teſtibus coram Officiali Pariſien. alias inductis, ſed ad examen hactenus non adductis; ſuper huiuſmodi inſtantia conſulti hodie Domini; nec remiſſoriam, nec nouum terminum eſſe concedendum reſponderunt.

Vrget enim pro denegatione petitæ remiſſoriæ, ac militat vulgata regula, quod
1 in eadem cauſa bis non ſit concedenda, *clem. 2. de teſtib. Farin. eo tract. quæſt. 77. num. 30. Seuerol. de remiſſ. cap. 6. num. 2. Scacc. de iud. lib. 2. cap. 8. numer. 181. Rot. coram S. M. Greg. XV. deciſ. 367. num. 2. coram Merlin. deciſ. 653. numer. 2. in recent. deciſ. 406. num. 2. par. 2. deciſ. 235. nu. 1. par. 5. deciſ. 306. num. 7. par. 6.* vbi teſtantur ita ſeruari de ſtylo Sacri Palatij nedum ſuper iiſdem articulis, ſed etiam ſuper alijs, quatenus de nouo producerentur. *Veſtr. in prax.*
2 *lib. 6. cap. vlt. numer. 3. Rot. deciſ. 16. de teſtibus in nou. coram Buratt. deciſ. 180. num. 2. & deciſ. 385. num. 1. & 2. par. 4. recent. in Cordouen. decimarum 4. Iuny 1610. coram Sanctiſſ. D. N. D. INNOCENTIO X. impreſſa apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 287. numer. 1. in Senogallien. ſucceſſionis 23. Iunij proxime præteriti coram R. P. D. meo Meltio.* præſertim quando, vt hic, petitur, publicato iam proceſſu, & poſt didicita te-
3 ſtificata, ac diſcuſſas teſtium depoſitiones *c. fraternitatis, vbi communiter DD. de teſtib. clem. fin. eo tit. Auth. at qui ſemel C. de probat. Rot. coram S. M. Gregor. XV. deciſ. 477. num. 1. coram Durano deciſ. 137. num. 9. & deciſ. 140. num. 11. par. 5. recent. in S. Angeli Lombardorum 20. Aprilis 1641. coram bo: mem. Card. Panzirolo in Romana ſucceſſionis 4. Iulij 1742. coram Reuerendiſſimo Salamantino,* & in indiuiduo cauſæ Matrimonialis fuit deciſum in *Florentina Matrimonij 6. Martij 1570. coram Oradino, & in Raguſina Matrimonij 10. Martij 1578. coram Bubalo;* Quidquid enim ſit vbi ſimplex tantum concurrit receptio Summarij, quæ in Curia ob
4 præſumptam probitatem Procuratorum, non operatur publicationem, vt dixit *Rota coram Card. Seraph. deciſ. 688. numer. 3. ac in alijs congeſt. in Bergamen. Canonicatus 27. Iunij proxime præteriti §. non obſtat coram R. P. D. meo Bichio,* certum eſt quod vbi originalis proceſſus, vt in præſenti, fuit publicatus, & traditus Parti, quæ dictis teſtium perſcrutatis
5 cauſam acriter in Rota diſcuſſit, non eſt amplius indulgendum nouum examen, *Bart. in auth. at qui ſemel numer. 18. ibique Bald. num. 4. in fin. Salycet. ac alij C. de probat. Gabriel de teſtib. concl. 21. numer. 10. & per tot. Rot. coram S. M. Gregor. XV. deciſ. 583. num. 2.* vbi quod non eſt neceſſaria ad iſtum effectum ſolemnis publicatio; ſed ſufficit quod pars habuerit liberam facultatem perſcrutandi depoſitiones teſtium *Rot. corā Penia deciſ. 656.*
6 *num. 5. & deciſ. 41. num. 4. par. 7. recent. in Monopolitana penſionis 7. Februarij 1648. §. didicta coram R. P. D. meo Bichio,* vbi quod non refert an proceſſus originalis deuenerit ad manus Procuratoris, vel principalis per
7 *text. in d. auth. at qui ſemel verſ. ſi vero ibi vel aliquis Aduocatorum eius, vel alius pro eo agens. C. de probat. in c. pen. ibi neque per alium de teſtib.* & diſtinguendo inter traditionem ſimplicis Summarij, & publicationem originalis proceſſus firmauit *Rot. in Romana dotis 28. Iunij 1651. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado;* hoc enim caſu remiſſoriæ petitio cenſetur
8 excogitata ad euertenda deciſionis fundamenta *Rot. deciſ. 381. numer. 18. par. 4. tom. 2. deciſ. 606. num. 6. par. 5. deciſ. 142. num. 8. par. 6. deciſ. 31. numer. 7. par. 7. recent. in Mediolanen. bonorum 9. Maij 1597. coram præcl. mem. Card. Hieronymo Pamphilio,* & vehemens inſurgit calumniæ ſuſpicio, ac timor ſubornationis,
9 cuius periculo teſtes non ſunt ſubijciendi *d. c. fraternitatis c. intimauit c. cum veniſſet de teſtib. Clem. 2. eo tit. Sard. conſ. 176. num. 3. Cocc. deciſ. 20. nu. 5. Merlin. deciſ. 665. nu. 6. & deciſ. 226. num.*

num.2.par.6.deciſ.41. num.1. par.7.rec. in Vlixbonen. nullitatis profeſſionis 27. *Iunij* 1646. *corã. bo.me. Arguelles in Leodien. dominiorum* 7. *Febr.* 1650. *coram R.P.D. meo Veroſpio in Piſauren. iocalium* 11. *Martij eiuſdem anni* §. *ſecundus coram R.P.D. meo Meltio*, & *in Reatina ſaluiani* 18. *Martij* 1652. *in princ. coram Me*, *cum alijs per add. ad Buratt.deciſ.28.num.23.*

Non obſtat quod examen vigore prioris remiſſoriæ peractum ſit nullum, ideoque
10 debeat reiterari iuxta *deciſ.Caual.425.num.2* Quia id procedit vbi circumſcripta nullitate conſtaret de releuantia depoſitionũ, quę in præſenti prorſus ceſſat; quia incuſſi timoris exceptio à D. Duce Carolo propoſita in præcedenti deciſione coram me edita, vltrà nullitatem examinis, principaliter refellitur ex eo, quod teſtes circumſtantias, & qualitates metus, & quidem in virum conſtantem cadentis, vt requiritur, non aſſignant, neque percutiunt tempus ſecundi matrimonij ſubinde coram D. Epiſcopo Tullen. præuia diſpenſatione Apoſtolica celebrati, vnde cum vis non ſtet in nullitate, ſed in irreleuantia, deneganda venit remiſſoria, ne ſit melioris conditionis qui nulliter, quam qui valide teſtes examinari curauit, vt in ſpecie aduertit *Rot. in Pacen.*
11 *Collegij* 1. *Iulij* 1639. *coram Reuerendiſſimo Terraconen.* & *in Firmana Penſionis* 12. *Maij* 1642. *coram R.P.D. meo Bichio.*

Hæc autem, quæ de remiſſoria diximus, procedere quoque viſa ſunt quoad nouum terminum, quia præter ſubornationis timorem ex publicatione proceſſus, vt ſupra reſultantem, obſtat eius præfixioni conceſſa ſæpius prorogatio, ac diuturnitas temporis à die conceſſæ remiſſoriæ elapſi *l.1.C*
12 *de dilat. Caſſador.deciſ.2. eo tit. Rot.deciſ.381.num.7.par.4.tom.2.recen.in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentorijs* 26. *Iunij* 1651. *coram R. P. D. meo Peutingerio*, & vrget irreleuantia depoſitionum 31. teſtium examinatorum, ex quibus vti melioribus prælectis, cum facta cenſeatur plenior probatio, quæ potuerit *Aym.conſil.134.num.3. Egid.deciſ.38. verſ. quia*
13 *præſumitur Buratt. deciſ.23. num.2.* & *3. S. M. Gregor.XV.deciſ.414.num.1.* nouus propterea terminus pro eximandis ſubinde alijs duobus teſtibus Pariſijs commorantibus præſumitur calumnioſè petitus ad protrahendã cauſæ expeditionem, ideoque venit denegandus *Egid.deciſ.427. per tot. Caual. dec.208.*
14 *num.4. Duran. deciſ.131. num.3.* & *4. Merlin. deciſ.369.num.1.* & *deciſ.590.num.14.par.5.recen. cum aliis congeſtis in Barbaſtren. decimarum* 25. *Iunii* 1640. §. *penultimo coram Reuerendiſſimo Salamantiuo*, & *in Leodien. bonorũ* 15. *Decem. proxime præteriti coram me*, præſertim quia alter ex eis, videlicet Comes de Marchemilla examinatus ad inſtantiam D. Duciſſæ Nicoleæ faſſus eſt, ſe non adfuiſſe Nanſey de tempore ſecundi initi matrimonij quapropter cum nihil releuans poſſit deponere, non eſt admittendus ad examen *Gratian.*
15 *diſcep.803.num.5. Rot. coram Duran. deciſ.196. num.15. coram S.M. Gregor.XV.deciſ.37.num.3 coram Card.Millin.deciſ.5.num.1. in recen. deciſ. 146.num.8.par.5.deciſ.319.num.16.par.6.* & *in Pampilonen. decimarum de Vſſurb.* 1. *Iulii* 1650. §. & *propterea coram R.P.D. meo Celſo.*

Nec refragatur, quod cauſa hæc remota appellatione ſit commiſſa, quia vbi probationes ſunt irreleuantes, & veriſimiliter non profuturæ, ac alijs defectibus ſuperius
16 recenſitis obnoxiæ, in iudicijs quantumuis Summarijs, & priuilegiatis non ſunt admittendæ *Menoch. de arbitr.quæſt.34.num.3.* & *4. Gabr. de teſtib. quæſt.21. num.16. Farin. eo tract. quæſt. 75. num. 83.* & *85.* eoque minus quando agitur de cauſa matrimoniali, quę
17 celeri indiget expeditione *Rot. coram Verall. deciſ.58.num.9.par.3. coram S.M. Gregor. XV. deciſ.229.num.2.*

Et ita deciſum vna tantum Parte informante, altera verò 17. citationibus laceſſita, ac ſæpius monita, & informare recuſante.

R. P. D. ALBERGATO.

Tulleñ Matrimonij.

Lunæ 9. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Poſitiones etiam poſt cõcluſum in cauſa, publicataſque Teſtium depoſitiones produci poſſunt; limitatur quando vtraque pars ad inuicem contrarias ſuas fecit probationes, vt euitetur in reſpondente affirmatiuè periurium, & in reſpondente negatiuè ſuperfluitas negationis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſolemniter celebratum, conſumatum & conſenſu approbatum cenſetur validum.*
2 *Vnde non poteſt diſſolui.*
3 *Metus reuerentialis non ſufficit ad annullandum matrimonium, ſed requiritur grauis.*
4 *Teſtis nimis affectate, & de propria credulitate deponens redditur ſuſpectus.*
5 *Teſti non adducenti cauſam ſcientiæ & ſolum de audito deponenti non creditur.*
6 *Teſtis vnicus non probat.*
7 *Matrimonium contractum ob ſimplicem adhortatio-*

tionem, & incitationem parentum tenet, & ad illius nullitatem requiruntur minæ & increpationes preciſæ & repetitæ.

8 *Matrimonium non irritat ſuaſio fundata in lucro, ſed requiritur metus incuſſio.*

9 *Metus ad annullandum matrimonium requiritur de tempore illius contractus nec ſufficit præcedens.*

10 *Metus excluditur ſi matrimonium per actus maritalem affectum præſeferentibus fuerit deinde approbatum.*

11 *Poſitiones poſt concluſum in cauſam, & publicatas teſtium depoſitiones poſſunt produci.*

12 *Poſitionibus reſpondendum non eſt quando vtraque pars ſuper articulis de directo contrarijs ſuas expleuit probationes.*

13 *Item quando materiam alias articulatam, & non probatam atque irreleuantem continent.*

14 *Teſtes non ſunt vlterius producendi quando aliorum dicta conſentientibus partibus publicata fuerunt.*

DECISIO XIV.

IN hoc grauiſſimo nullitatis matrimonij Iudicio per Sereniſſimum D. Carolum Ducem Lotharingiæ intentato contra Sereniſſimam D. Duciſſam Nicoleam ſub die 15. Ianuarij 1653. fuit concordi omnium Dominorum ſuffragio reſolutum conſtare de validitate matrimonij, vt pote quia apparet contractum ſeruata forma tam in Breui diſpenſationis Apoſtolicæ, quam in Sacros Conc. Triden. præſcripta ſeſſ. 24. c. 1. de reformat. ac initum iuſtificatur ſpontè, & liberè, non autem vi, & metu, vt late probatur in *deciſ. præinſerta die cor. Me edita:* quam ſolidiſſimis agnoſcens innixam fundamentis D. Dux Carolus, ad eam euertẽdam petiit alteram ſibi decerni remiſſoriã pro repetendis teſtibus in prima nulliter examinatis, & pro examinandis alijs duobus iam pridem inductis nouum conſtitui terminum, ſed de vtroque ſub die 12. Ian. proximè præteriti, Conſulta Rota neutrũ cenſuit eſſe concedendum, quia pręter vulgatas regulas, quod remiſſoria in eadem cauſa bis non ſit danda, & nouus terminus poſt completum, & publicatum proceſſum non ſit prorogandus, obſtant aliæ rationes in deciſione nuper extenſa deductæ, & ſignanter irreleuantia priorum depoſitionũ, quæ cum alterari non poſſint *Card. Caual. dec. 425. nu. 2.* inanis redderetur remiſſoria, & nouus terminus præſumitur exindè petitus ad protrahendam cauſæ expeditionẽ, quia ex teſtibus magno numero examinatis vti melioribus præelectis cenſetur facta plenior probatio, quæ potuerit *iux. conſil. Aym. 134. nu. 3. ac alias authoritates in d. dec. congeſtas*; Quibus cum nec etiam acquieſcerent Agentes D. Ducis Caroli, quaſdam cum illius ſpeciali mandato exhibuerunt in actis poſitiones, hiſque inſteterunt per D. Duciſſam reſponderi, ſed ipſa ſe non teneri replicante, fuit per Rotam ordinatũ, vt de iſtis haberetur ratio in diſcuſſione dubij principalis, ſuper quo reaſſumpta hodie diſputatione Domini vnanimiter ſteterunt in deciſis, cum enim huiuſmodi matrimoniũ ſolemniter in facie Eccleſiæ fuerit celebratum, per ſubſequutam copulam conſumatum, per indiuiduam vitæ conſuetudinem, alioſque actus liberum con-

1 ſenſum præſeferentes approbatum debet propterea cenſeri validum *iux. tex. in c. ſufficiat 27. qu. 2. c. cum apud c. tuæ c. ſi inter virum de ſponſal. c. licet de ſponſ. duor.* & intrat præceptum Domini dicentis apud *Matth.* 19.

2 Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet *c. 1. de coniung. lepros. c. dixit Dominus 32. q. 1. c. puto §. cum ergo c. præceptum 32. q. 5.*

Non obſtat metus ex parte D. Ducis Caroli ad annullandum hoc matrimonium deductus, quia cum reuerentialis non ſufficiat, & grauis in præſenti non probetur,

3 nullius eſt momenti *c. cum locum c. conſultationi c. veniens il 2. de ſponſal. l. ſi Patre cogente ff. de ritu nupt.* Omiſſis enim alijs teſtibus de ſimplici publica voce, & fama deponentibus, quibus ſatis reſponſum fuit in *dec. quæ reuidetur ſub §. his ita, & §. nec vis aliqua,* primi tres, ſuper quibus totum exaduerſo cõſtituitur fundamentum, nihil quod releuet concludunt; nam Gabriel de Calabre, vltra quod eſt nulliter examinatus, redditur valde ſuſpectus, cum nimis affectate, & de propria dumtaxat credulitate deponat *c. re-*

4 *latus 5. q. 2. Rot. cor. Card. Caual. dec. 375. n. 3. cor. bo. me. Cocc. dec. 388. n. 6. & in fauentina legati 28 Aprilis 1653. §. non obſtant cor. R. P. D. meo Celſo,* eique non venit præſtanda fides, quia non adducit certam cauſam ſcientiæ, & eſt

5 ſimpliciter de auditu ab eodem D. Duce Carolo *c. fraternitatis de hæret. c. licet ex quadã de teſtib. c. nullus 3. q. 2.* & in ea parte, in qua affirmat à Principe Franciſco fuiſſe filium impulſum ſub minis priuationis bonorum, eiectionis è domo, & reductionis in miſerimum ſtatum ijſdem repellitur exceptionibus, & eſt etiam vnicus in ſuo dicto, cum ex tot teſtibus examinatis nullum habeat

6 conteſtem, & ſic non probat *c. licet c. veniens de teſtib, Gratian. diſcept. 140. num. 4. diſcep. 144. num. 10. Reſtaur. Caſtaldus in tract. de Imperat. q. 111. verſ. 76. Sperel. dec, 79. nu. 47. Rot. cor. ſan. me. Greg. XV. dec. 178. num. 1. dec. 215. num. 4. deciſ. 838. num. 11. & in Bononien. ſeparationis thori*

ri

ri 10. *Iunij* 1650. §. *at ab Informantibus cor. R.*
P. D. meo Bichio.
Secundus Valtrinus Platen redarguitur
de contrarietate, & nihil aliud deponit, ni-
ſi, quod viderit aliquando Principē Fran-
ciſcum obiurgantem, & compellentem in
ſuo Gabinetto D. Ducem Carolum, vt hu-
iuſmodi ſponſalibus conſenſum præſtaret,
qualitates veró, & circumſtantias minarum
non aſſignat, nec ſpecificè de certa vi teſti-
ficatur, ideoque hæc generica impulſio re-
ſoluitur in ſimplicem adhortationem, &
incitationem Parentibus licitam, vt ex *Me-*
7 *noch. conſ. 69. nu. 41. ac alijs animaduerſum fuit in*
præcitata deciſ. §. his ita conſtitutis in fin. ad effe-
ctum autem, de quo agitur, minæ debent
eſſe præciſæ, increpationes aſſiduæ, & ſæ-
pius repetitæ *Sanchez. de matrim. lib. 4. diſput. 7.*
per tot Cratian. diſcep. 659. num. 9. cum alijs copio-
sè congeſtis per modern. Lucan. conſ. 5. n. 69. & 70.

Tertius denique Ioannes Regnaut famu
lus Gubernatoris eiuſdem D. Ducis, nec ip-
ſe qualitates refert minarum, & ſolum af-
firmat audiuiſſe à Petro Vicent primo Cu-
biculario, & à Nicolao à Turri mobilium
Cuſtode, quod Princeps Franciſcus pluries
ac pluries dixit velle abſolutè, vt filius præ-
fatum iniret matrimonium cum ſereniſſi-
ma Nicolea, vtpote quia erat vtile, & ne-
ceſſarium ad conſeruandos Ducatus in pro-
pria domo; ex hoc autem elici non poteſt
metus incuſſio, ſed potius reſultat quædam
ſuaſio fundata in lucro, & ſpe acquirendi,
quæ non irritat matrimonium, *l. cum ita le-*
8 *gatum ſit 62. verſ. ſi titio nupſerit l. titio centum*
70. §. titio centum ff. de condit. & demon. l. 2. C. de
inſtit. & ſubſtit. Bart. in l. ſi quis in teſtamento cir-
ca med. ff. de condit. inſtit. Mant. de coniect. ult. vo-
lunt. lib. 11. tit. 18. num. 1. & 2. Pelaez. de meres.
de maiorat. par. 1. q. 50. num. 1. Molin. de iuſtitia
tom. 1. tract. 2. diſp. 207. verſ. ſi hæreditas, San-
chez de matrim. lib. 4. diſp. 5. num. 28. Renia deciſ.
1140. ſub num. 2.

Sed omnis ceſſare viſa eſt difficultas, quia
vt deducitur in §. præterea alterius deciſio-
nis; nullus ex his teſtibus percutit tempus
ſecundi initi matrimonij coram D. Epiſco-
po Tulleñ, & ideo impulſiones paternæ, ſi
quæ antea fuerant, & auerſiones animi D.
Ducis, cum potuerint intermedij tempo-
ris curſu euaneſcere, prædictum non red-
dunt irritum matrimonium, niſi in ipſius
actu metus quoque probetur incuſſus, vt
9 in puncto firmat *Meniz. conſ. 46. num. 29. &*
ſeqq. Pariſ. conſ. 10. nu. 56. lib. 1. Laderch. conſ. 17.
ſub num. 4. Ricc. dec. Cur. Archiep. Neap. 110. n. 10
par. 4. tom. 2. Rot. cor. Mant. deciſ. 142. num. 4. verſ.
præterea, & dec. 600. num. 2. par. 4. dec. 516. n. 19.
par. 5. recen. ille vero prorſus excluditur in
præſenti ex alijs teſtibus de ſpontaneo & li-
bero conſenſu deponentibus, necnon ex
pluribus actibus poſitiuis in eadem deciſio-
ne recenſitis; ponderabatur enim mutua
vtriuſque Coniugis in ipſa ſponſalium ce-
lebratione hylaritas, matrimonij gemina-
tio, Principum conſanguineorum, & alio-
rum Procerum præſentia, D. Epiſcopi Tul-
leñ, & P. Dominici notæ integritatis Viri
aſſiſtentia, & cooperatio, ſubſequuta co-
pula, longæua cohabitatio per ſpatium 15
annorum, conſiderabantur edicta vtriuſ-
que nomine publicata, monetæ vtriuſque
imagine cuſſæ, literæ D. Ducis Caroli, in
quibus Sereniſſ. Nicolea dilectiſſima ſpon-
ſa, & vxor amantiſſima nuncupatur, quæ
ſingula maritalem affectum redolentia, &
poſt obitum Patris, vt plurimum, geſta
pro excluſione cuiuſcumque præcedentis
10 metus conferre tradunt *Burſat. conſ. 98. nu. 7.*
lib. 1. Menoch. conſ. 15. num. 11. & 12. Gutierez.
de matrim. cap. 40. num. 6. verſ. verum, & cap. 71.
num. 12. Rot. dec. 463. num. 3. verſ. quinimo par. 2.
recen. cor. Caual. deciſ. 444. num. 2. coram Buratt.
deciſ. 530. num. 6. ac alii plures adducti in altera
deciſ. §. & hinc non applicatur.

His pro validitate matrimonij firmatis
deciſum quoque fuit Poſitiones exaduerſo
exhibitas non eſſe admittendas, eiſque D.
Duciſſam Nicoleam non teneri reſponde-
re, quia eſto quod etiam poſt concluſum
in cauſa, & publicatas teſtium depoſitio-
nes poſſint produci *Specul. tit. de poſitio. §. 4.*
11 *num. 2. Pereg. deciſ. Patauin. 126. num. 9. Theſaur.*
deciſ. 93. per tot. Fontanel. deciſ. 25. num. 4. Id ta-
men non procedit, quando vtraque pars
ſuper articulis de directo contrarijs ſuas fe-
cit probationes, vt in noſtro caſu, in quo
cum vir matrimonium controuerſum vi
& metu contractum, mulier vero ſponte
& liberè initum cum iuramento articula-
uerint, iſta modo cogi non debet poſitio-
nibus reſpondere, ea ratione quia ſi metum
vt ponitur quemadmodum veriſimile eſt,
negaret, hoc ei eſſet ſuperfluum, cum il-
lum hic non concurrere aliunde ex teſti-
bus, & alijs documentis probauerit, ſi ve-
ro fateretur, eſſet ſibi ipſi contraria, & in-
cideret in periurium, quod eſt euitandum
12 *iux. gloſ. communiter receptam in Auth. principa-*
les §. quod obſeruari verb. exiſtimet, verſ. nec ad
eam C. de iureiur. propter calumn. Lanfranc. de
Orian. in c. quoniam num. 14. verb. reſponſiones
in fin. de probat. Neuiz. conſ. 7. num. 6. Maſcard. de
probat. concl. 1177. num. 65. Scacc. de Iud. lib. 2.
cap. 7. num. 278. Rebuf. ad conſtit. Galliæ tom. 3.
tit. de reſponſ. verb. credidit art. 6. gloſſ. vnica n. 4.
Oſaſc. deciſ. Pedemon. 10. num. 7. & 8. Surd. dec. 17
num. 5. ibique Add. num. 3. & ſeqq. Eoque mi-
nus

nis illæ in præſenti fuit admittendæ, vt pote, quia eandem materiam alias articulatã, nec per D. Ducem probatam: præſeferentes, metum cum ſuis qualitatibus, & circumſtantiis, non continent, neque percutiunt tempus ſecundi matrimonii, & tamen omninò neceſſarium eſſe ſuperius deductum,
13 & probatum fuit in vtraque huius cauſæ deciſione, ob quę propterea non tenetur Domina Duciſſa reſpondere. *Franch. in cap. 2. num. 10. de confeſſ. in 6. Iacob. de Arena de poſit. in præfat. verſ. conſiderandum eſt. Pract. Papien. in forma except. contra poſit. § impertinentes. Ferron. ad ſtil. Vrb. lib. 1. cap. 68. num. 91. Capic. deciſ. 15. num. 7. in fin. Vincen. de Franch. deciſ. 220. num. 1. Rot. coram Veral. deciſ. 827. lib. 2. cor. Cauul. deciſ. 562. num. 2.*

Non obſtant ea, quæ de nouo termino in memoriali in præterita Rota porrecto replicabantur circa inductionem duorum teſtium examinandorum; Quia cum aliorum dicta fuerint hincinde partibus volentibus, & conſentientibus publicata non licet vlterius teſtes producere, vel productos examinare, nam ex huiuſmodi conſenſu taci-
14 ta reſultat renunciatio futuro examini teſtium etiam alias inductorum. *Abbas in cap. fraternitatis num. 6. de teſtib. Burgarat. conſ. 59. num. 1.* vbi hanc ſententiam veriorem firmat de Iure Canonico, *Surd. conſ. 8. nu. 19. & 20.*

Et ita deciſum fuit altera tantum parte informante. Altera tamen monita, & ſæpius citata.

REVERENDISS. D. SEGOBIEN.

Calaguritana Decimarum, Sancti Aſcenſi, & Daualillo.

Veneris 17. Aprilis 1654.

ARGVMENTVM.

Teſtes contra inducentem grauiter vrgent; confeſsio ex proprio ore dubitandi locum non relinquit; vacuum eſt teſtimonium, quod deficit in ratione.

SVMMARIVM.

1 *Parochialitas probatur per teſtes illius requiſita concludentes.*
2 *Perceptio Decimarum Parochialitatem probat contra eum, qui curam non habens illas ſoluit.*
3 *Situatio probatur per teſtes.*
4 *Optima probatio propria confeſſio.*
5 *Decimas illi eſſe debitas quis fatetur contra quem petis exemptionem.*
6 *A Territorio tempore diſputando, infertur ad terminos ſpirituales.*
7 *Curam exercens habet iuris aſſiſtentiam pro Decimarum exactione ſuper quibuſcumque fructibus, & primitiis. & num. 8. & 9.*
10 *Multa Decimarum ſolutio pro manutentione obtinenda ſufficit.*
11 *Immemorabilis optimum titulum oſtendit.*
12 *Præſcriptio ab allegante probanda eſt in ſpecie, imò in indiuiduo. & num. 13.*
14 *Expreſſa derogatio cap. ſuper de decimis requiritur in priuilegio exemptionis; nec generaliſſima ſufficit. & num. 15.*
16 *Et in communicatione priuilegiorum exemptionis indiuidua mentio Decimarum Parochialium fieri debet.*
17 *Immemorabilis cum ſuis requiſitis probari debet.*
18 *Illi repugnat oſtenſio tituli, & principij.*
19 *Teſtibus, quibus fauet aſſiſtentia iuris magis credendum.*
20 *Sicuti teſtibus deponentibus ſuper affirmatiua.*
21 *Immemorabili læditur ex vmbra actus contrarij.*
22 *Et teſtes ſuper ea debent concludere, quod ſi in contrarium aliquid geſtum fuiſſent ipſi sciuiſſent.*
23 *Præſcriptio probanda eſt vna cum acquieſcentia illius contra quem præſcribitur in actu denegatæ ſolutionis. limita num. 27.*
24 *Scientia dicitur, quæ per euidentem modum quæritur.*
25 *In re præiudiciali clarè probanda.*
26 *Præſcriptio, & immemorabilis donec per tres conformes canonizentur, non impediunt manutentionem.*
28 *Teſtes de auditu non releuant.*
29 *Deponentes ſuper diſpoſitiue ſcripturæ deperditæ illius præexiſtentiam, ſubſtantiam, & qualitatem afferre debent.*
30 *Solemniter fieri debet concordia ſuper iuribus Eccleſiæ licet cum alia Eccleſia firmetur.*
31 *Concordia vtpote ſtricti iuris ad futura non extenditur.*
32 *Concordia, quæ cum aliquo fit intuitu ipſius paupertatis illi non ſuffragatur poſt diuitiarum acquiſitionem.*
33 *Scriptura extracta ab Archiuio ſine inſpectione, etiam recognitione originalis non probat.*
34 *Referens ſine relato non probat, nec ſupponens non iuſtificato ſuppoſito. & num. 35.*
36 *Confirmatio in forma communi actus confirmati fines non egreditur.*
37 *Confeſſio ſolutionis in parte, niſi probetur, hanc taxatiuè fuiſſe receptam ſuffragatur totum petenti.*
38 *Tranſitus bonorum in dominium alterius Eccleſiæ non præiudicat quoad Decimas Eccleſiæ, cui prius ſoluebatur.*
39 *Negatiua ſolutionis Decimarum non probatur ex non facta annotatione.*
40 *Sumptum de ſumpto non probat.*

41 Acta

41 *Acta inter alios non præiudicant.*

42 *Laudum in falſo ſuppoſito fundatum, licet antiquiſſimum non eſt attendendum.*

43 *Maximè concurrente contraria obſeruantia.*

44 *Iuriſdictio prorogatur ex prorogatione termini probatorij vtraque parte conſentiente.*

45 *Teſtium depoſitiones ab alijs etiam probationibus pondus reſpiciunt.*

46 *Manutentio in exactione decimarum concedenda vbi nihil releuans allegatur in contrarium.*

DECISIO XV.

REctoribus, Capitulo, & Beneficiatis Ec-
cleſiæ Sancti Aſcenſi, & Dauallillo ex
vna prætendentibus manutentionem in
quaſi poſſeſſione exigendi integram Deci-
mam magnam, & minutam, necnon pri-
mitias de quadraginta vnum iuxta quanti-
tatem conſuetudine taxatam de omnibus
bonis intra limites ſuæ Parochiæ ſitis, &
Monaſterio, ac Monacis B. Mariæ de Eſtrel-
la ex altera diſceptantibus ſuper manuten-
tione in quaſi poſſeſſione ſoluendi ratione
decimæ, vnum de quinquaginta dumtaxat
detritico, vino, & hordeo, & in quaſi poſ-
ſeſsione totalis exemptionis à decima re-
ſpectu bonorum de Villaricca, vineæ del
Campo, ac ſitus Cerrado nuncupatis, nec-
non etiam reſpectu Primitiarum, ac per ap-
pellationem deuoluta cauſa ad hoc Sacrum
Rotæ Auditorium, & mihi commiſſa dedi
dubium, An cui, & quomodo ſit danda
manutentio, & die 16. Ianuarij præteriti
Domini mandarunt, vt bonum ius etiam
ad effectum manutentionis inſpiceretur,
Hodieq; de bono iure Capituli, Rectorum,
& beneficiatorum etiam ad huiuſmodi ef-
fectum conſtare dixerunt.

Siquidem dictam Eccleſiam S. Aſcenſi
Parochialem eſſe oſtenditur ex depoſitio-
1 nibus Teſtium in Curia examinatorum de-
ponentium de requiſitis ad Parochialitatē
iuxtà *gloſ. in verb. impendat in Clem. dudum de
ſepult. vbi Imol. num. 32. Barboſ. de iur. Eccle-
ſiaſt. lib. 1. cap. 20. num. 18. Rota coram Man-
tic. deciſ. 48. num. 5. deciſ. 228. num. 4. par. 2.
deciſ. 380. num. 15. & 15. par. 5. recent. in Pla-
centina, ſeu Abulen. decimarum 23. Iunij 1642. in
fine coram R.P.D. meo Bichio.* Potiſsimè con-
currentibus ex parte Monachorum ſolutio-
ne, & ex parte Capituli, Rectorum, & Be-
neficiatorum perceptione Decimarum, quę
2 iura Parochialis Eccleſiæ præſeferunt, &
contra non habentes Curam, prout ſunt
Monaci ſufficienter fundant intentionem
Capituli, Rectorum, & Beneficiatorum,
*cap. fin. de Parochijs, cap. non contingat, vbi Abb.
num. 8. de decim. Rota deciſ. 131. num. 15. de-
ciſ. 143. num. 16. coram Comitolo,* & compro-
batur *in Vercellen. Decimarum 13. Nouembris
1645. ac 31. Maij 1647. coram R. P. D. meo
Cerro.*

Ex eiſdem pariter Teſtibus, ac alijs aperi-
tur Monaſterium, & omnia eius bona, &
præſertim illa Villaricæ eſſe intra eiuſdem
3 Eccleſiæ limites, quam probationem ad ef-
fectum ſituationis concludentem eſſe habe-
tur *in cap. cum cauſam in fine de probat. Rota in
recent. deciſ. 261. num. 4. & ſeq. par. 6. coram
Buratto deciſ. 578. num. 6. in dicta Placentina,
ſeu Abulen. Decimarum 23. Iunij 1642. §. Imò
coram R.P.D. meo Bichio, in Beneuentana iuriſ-
dictionis 13. Maij 1652. §. Verum etiam, & 27.
Ianuarij 1653. in princip. coram me.*

Et prædicta confirmantur ex replicata
confeſsione Monachorum, qui in hoc iu-
dicio cum hac Parochialitatis qualitate cō-
uenti, nunquam negarunt, quin ipſimet
cum eadem qualitate decimas ſoluiſſe do-
cent vſque de anno 1430. & anno 1465. ob-
tinuiſſe prætenſam confirmationem Apo-
ſtolicam aſſertæ concordiæ ſuper huiuſmo-
di decimis oſtendunt. Regula enim gene-
4 ralis eſt, quod propria confeſsio in idicio
omne probationum genus ſuperat contra
ipſos confitentes *l. cum te 9. C. de probat. l. cum
à matre 14. C. de rei vendic. l. generaliter 13. C.
de non numer. pecun. cap. per tuas 10. de probat.
Rota in Melevitana mercium 22. Maij 1648. §. Et
hanc veritatem coram bon. mem. Arguelles,* Ea-
demque deducitur ex Teſtibus per eoſdem
examinatis in antecedenti inſtātia, de quo-
rum ſingulis in *Summ. Beneficiatorum à nu. 8.
vſque ad 12.* nec in dubium reuocari poteſt,
dum Monaci à ſolutione decimarum exē-
ptionem prætendunt, cum inde per neceſ-
ſarium antecedens fateantur Eccleſiam eſſe
Parochialem, bonaque controuerſa intra
limites dictæ Parochiæ reperiri, & decimas
5 de iure communi exemptione ceſſante ad
illos ſpectare, *Purpurat. conſ. 466. numer. 17.
Ricc. in praxi reſolut. 43. num. 1. pa. 2. Rota de-
ciſ. 207. num. 2. & 3. par. 2. deciſ. 655. num. 1.
in fine par. 3. recent. in Treueren. decimarum 17.
Maij 1628. coram R.P.D. meo Decano.* Maxi-
mè cum non doceatur ſub eodem Terri-
torio de exiſtentia alterius Eccleſiæ, in qua
cura Animarum exerceatur, ſed potius di-
cti Teſtes Beneficiatorum in Curia exami-
nati *Sum. num. 5.* deponunt vnicam prædi-
ctam Eccleſiam Sancti Aſcenſi, & Dauallil-
lo exiſtere, vnde ex eis, & alijs Teſtibus de
Partibus comprobata remanet ſituatio bo-
norum intra fines eiuſdem Parochiæ, quā-
uis iſti deponant intra terminum, & territo-
rium Sancti Aſcenſi, quia à terminis, & ter-
ritorio temporali optime arguitur ad ſpiri-
tuales

Digitized by Google

tuales terminos Parochiæ, quando vnica
6 tantum adeſt in loco; vel non probatur plures adeſſe *Text. in d. nulli verſ. quod ſi in vico, vbi gloſſ. Bald. n. 13. C. de Epiſc. Butr. in cap. 1. num. 15. de Religioſ. domib. Tuſch. Marc. dec. 352. per totam par. 2. Rota coram Dunozetto deciſ. 454. num. 4. deciſ. 304. num. 2. in fin. cum. ſeq. par. 2. recent.* Præſertim cum iidem Teſtes identitatem huiuſmodi ingenuè explicent profitentes idem eſſe terminos, & decimatorium Sancti Aſcenſi, ac afferentes bona iſta in termino, & iuriſdictione Sancti Aſcenſi, & ſub illius Campana, & Decimatorio, quod præfert terminos Parochiæ, quæ Campanam, & Decimatorium habet.

Atque ex iis certum eſt dictos Rectores,
7 Capitulum, & Beneficiatos curam exercentes habere iuris aſſiſtentiam pro exactione Decimæ in toto Parochiæ Territorio, *cap. cum contingat, cap. cum in tua de decim. cap. fin. de reſtit. ſpoliat. in 6. Moderni Aſcanio quæſt. Beneſic. cap. 164. num. 16. & 31. Rota coram ſan. me. Greg. XV. dec. 449. n. 1. & coram Seraph. dec. 802. num. 2. in Cracouien. diſmembrationis decimarũ 9. Iulij 1650. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. in Cracouien. decimarũ 23. Ianuarij 1651. in princ. coram eodem, in Cracouien. Decimarum 15. Maij 1651. §. Habet ſiquidem coram R.P.D. meo Bichio, in Pampilonen. decimarum 26. Aprilis 1652. §. His Poſitis coram eodem, & in Cracouien. decimarum 24. Ianuarij præteriti in principio coram R.P.D. meo Veroſpio.* Et cum ex hac iuris aſsiſtentia eis decima proficiſcatur tam integram, & non in parte comparare debent de omnibus prorſus fructibus tam maioribus, qui in decima groſſa recenſentur, quam reliquis,
8 qui in decima minuta comprehenduntur, *cap. commiſſum, cap. peruenit, cap. ex tranſmiſſa, cap. non eſt de decim. Barboſ. de iur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 20. num. 47. & lib. 3. cap. 26. §. 1. num. 40. & 41. monet. & de decim. cap. 6. nu. 48. Rota in recent. par. 1. deciſ. 469. nu. 1. deciſ. 540. num. 4. & deciſ. 541. num. 1. par. 2. in Placentina decimarum 28. Maij 1646. §. Circa verò coram R.P.D. Meltio, Pampilonen. decimarum de Vſurbil 1. Iulij 1648. coram R. P.D. meo Celſo.* Idque protenditur etiam ad primitias pariter Eccleſiæ Parochiali debitas, pro quibus Parochus fundat intentionem ſuam ad quãtitatem conſuetudine taxatam, quæ in loco
9 probatur ex Teſtibus Beneficiatorum eſſe vnum de quadraginta: *d. cap. cum contingat, cap. tua de decim. Rebuff. de decim. quæſt. 7. nu. 3. Barboſ. de iur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 25. num. 8. & 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 425. numer. 42. Boer. deciſ. 276. num. 51. ad med. Rot. deciſ. 480. num. 1. par. 1. deciſ. 261. num. etiam 1. par. 6. & deciſ. 292. num. 1. & 2. par. 7. recent.*

Et harum Decimarum, & Primitiarum ſolutio hodie à Monacis difficiliùs cuſtari poteſt, cum Rectores, Capitulum, & Beneficiati ab immemorabili ſint in poſſeſsione illas integras percipiendi ab omnibus alijs Parochianis nedum de vino, hordeo, & tritico, ſed & de alijs ſpeciebus, & ſignantèr de bonis de Villarica a Monacis poſſeſsis; quod eis non ſolum ſuffragatur ad effectum manutentionis pro qua obtinenda vnica
10 decimarum, & primitiarum ſolutio ſufficeret, *Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 54. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rot. deciſ. 422. nu. 3. par. 1. diuerſ. deciſ. 44. ſub num. 4. par. 4. recent. in d. Placentina, ſeu Abulen. decimarum 27. Ianuarij 1652. §. Quia teſtes coram R.P.D. meo Bichio* verùm etiam ad illorum bonum ius deducendum in petitorio ex eo, quia immemorabilis ſemper optimum, & abſolutiſſimum
11 titulum oſtendit, *cap. ſuper quibuſdam §. Præterea, & ibi gloſ. verb. non extat memoria de verbor. ſignif. Rota coram Baratto deciſ. 673. num. 5. apud Merlin. deciſ. 795. num. 14. in allegata Placentina, ſeu Abulen. d. §. Quia teſtes in fine, & in Viennen. vnionis 24. Nouembris 1649. in fine coram bo. mem. Arguelles.*

Nec allegatam exemptionẽ ratione primitiarum Monaci elicere valent ex Priuilegis, vel Teſtibus. Nam priuilegium non extat; & de huiuſmodi primitijs Teſtes non deponunt cum requiſitis ad conſuetudinem
12 contrariam, & præſcriptionem neceſſarijs, quæ tamen in ſpecie probanda eſſet, *Surd. conſ. 426. nu. 16. Gionagn. reſponſ. 94. num. 14. lib. 1. Rota deciſ. 799. in fine par. 1. diuerſ. & coram Caualer. deciſ. 172. num. 5. deciſ. 637. n. 13.* Imò in indiuiduo *Staiban. Iur. reſolut. 98. numer. 102. Rota coram Durán. deciſ. 453. num. 2.*
13 Et in hiſce materijs viget axioma tantum præſcriptum quantum poſſeſſum, *Caſtropal. in ſuo oper. moral. tom. 2. tract. 10. diſput. vnic. punct. 19. num. 6. circa fin. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 425. num. 1. & ſeqq. & num. 17. Rota deciſ. 335. n. 16. & deciſ. 402. n. 4. p. 5. recent.*

Minuſq; exemptionem prætendere poſſunt ratione Decimarum, & illarum quotę modo ſupra explicato ex eodem, videlicet, defectu priuilegij, & probationis. Priuilegia enim huiuſmodi ordinis fuerunt aliàs ad hunc effectum exemptionis diſcuſſa, & reiecta in hoc Tribunali in *Valentina decimarum 28. Nouembris 1603. coram Lancellotto, de qua Marcheſan. de commiſſ. par. 1. fol. 639. & in Toletana Decimarum 28. Ianuarij 1650. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.* Et meritò quia nec Priuilegia communicata per ſan. me. Clementem VIII. omnibus Monaſterijs Sancti Hieronymi ſuffragantur, cum in eis requiratur expreſſa derogatio *cap. nuper de decim.* ex quo illud emanauerit in Concilio gene-

Digitized by Google

14 generali Lateranen.ſub Innocētio III. Rota
coram Caualer. deciſ.229. n.3. & deciſ.247.n.10.
penes Coccin. deciſ. 279. num. 6. in Hiſpalen. de-
cimarum 27. Iunij 1644. coram Eminentiſſ. Cor-
rado,in Hiſpalen. decimarum 15.Februarij 1647.
§. Quia cum non appareat coram R. P. D. meo
Meltio, & in dicta Toletana decimarum 28. Ia-
nuarij 1650. §. Nec pariter coram Reuerendiſs.
Tarraconen. Nec generalis, nec generaliſſi-
ma derogatio ſufficit ad tradit.per Archidiac
in cap. 1. num.2. verſ. vel dic planius de conſtit.
in 6. Rota in Hiſpalen. decimarum de Baraona 16.
Martij 1646. §. Non obſtant priuilegia coram
R.P.D. meo Cerro, & tamen communicatio
15 Priuilegiorum exemptionem à Decimis
non comprehendit, niſi in indiuiduo de
16 Decimis ratione Parochiæ debitis mentio
facta fuerit Tamburin. de iur. Abbat. tom.1. di-
ſput.15. quæſt. 18. num. 34. & ſeqq. Rota in di-
cta Valentina decimarum apud Marcheſan.num.2.
& ſeqq. coram Caualer. deciſ. 247. num. 10. &
in citata Toletana Decimarum §. Aut dictæ Mo-
niales.

17 Neque etiam fundamentum aliquod cō-
ſtituere poſſunt in prætenſa conſuetudine
immemorabili, ſeu præſcriptione, vel quia
requiſita Gloſſ. in cap. 1. de præſcript.in 6. deſi-
derantur, Rota coram Seraphin. deciſ.102. nu.2.
ſa.me.Greg.XV. deciſ. 196. num. 1. Merlin. de-
ciſ. 532. num.16. in Placentina, ſeu Abulen. de-
cimarum 12. Decembris 1650. in princip. coram
R. P. D. meo Celſo in Leodien. Decimarum 22.
Aprilis 1652. §. Hinc reſultat coram R.P.D.meo
Meltio,& in d.Beneuentana iuriſdictionis 13. Maij
1652. §. Nec magis coram me: vel etiam quia
18 ceſſat cum detur principium erectionis
Monaſterij in ſumma paupertatae, & alle-
gatur titulus concordiæ per Monacos, qui
immemorabilem deſtruit Rota coram Burat-
to deciſ. 551. num.1. vbi Add. nu. 11. & plenè
in Hiſpalen. decimarum 15. Februarij 1647. co-
ram R. P. D. meo Meltio §. quia natura. Vel
quia per Rectores, Capitulum, & Benefi-
ciatos dantur Teſtes, quorum fidei magis
19 inhærendum,tum propter iuris aſſiſtentiã,
Iaſ. conſ. 163. num. 2. vol. 2. Pariſ. conſ. 88.
num.23. vol. 3. Rota coram Mantic. deciſ. 366.
numer. 6. penes Seraphin. deciſ.1135. numer. 4.
apud ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 51. num. 2. in
dicta Hiſpalen.decimarum 27.Iunij 1644.§. quia
ſunt coram Eminentiſſimo Corrado, & in dicta Be-
neuentana decimarum 8. Maij 1649. §. eoq; magis
coram Reuerendiſſimo Tarraconen. Tum quia
20 deponunt ſuper affirmatiua ſolutionis, Fe-
lin. in cap. noſtra num. 4. de teſtib. Pariſ.conſ.67.
num. 117. tom. 3. Alex. conſ.169.num.12.lib.5.
Rota coram Seraphin. deciſ.607. numer. 2. coram
Buratto deciſ. 572. num. 14. apud ſan.mem.Gre-
gor. XV. deciſ. 449. num. 3. penes Merlin. de-
ciſ.97. num. 4. & 5. Et demum de facto prō-
prio Gabr. de teſtib. concl. 4. num. 7. Rota penes
Caſ. de Graſſ. deciſ. 5. num. 4. 5. & 6. de teſtib.
ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 351. numer. 11. de-
ciſ. 521. num. 2. & apud Merlin. deciſ.714. nu-
mer. 19. & expreſſè in medium afferunt cō-
tinuatam poſſeſſionem in percipiendo De-
cimas, etiam aliarum ſpecierum, ac fructuũ
21 omnium de bonis præcipuè Villaricę,cum
tamen immemorabilis,nec etiam vmbram
contrarij actus admittat, Adden. ad ſan. mem.
Gregor. XV. deciſ. 298. num. 13. cum alijs Con-
geſtis in d. Beneuentana iuriſdictionis 27. Ianuarij
1653. §. Immemorabilis coram me. Et expo-
ſcat depoſitiones teſtium, qui deponant
22 nihil actum fuiſſe in contrarium, quin ipſi
ſcirent Modern. Auenion. quæſt. beneſic. d. cap.
104. num.13. Rota deciſ. 274. num. 3. deciſ.324.
num.13. par.1. recent. in allegata Pampilonen.de-
cimarum de Vſurbil.1.Iulij 1648. §. Tum etiam
coram R.P.D. meo Celſo.

Et inſuper pro præſcriptione Teſtes non
probant (prout requireretur) Capitulum,
Rectores,& Beneficiatos petijſſe totius De-
cimæ ſolutionem, Monacoſq; recuſaſſe, &
prætenſam quotam ſolum ſoluiſſe, & Ca-
23 pitulum, Rectores,& Beneficiatos acquie-
uiſſe, Rota deciſ.469. num.2. par. 1. deciſ. 265.
num. 36. par. 5. deciſ. 23. num. 4. & ſeq. par.6.
recent. in Hiſpalen. Decimarum 25. Iunij 1649.
coram R. P. D. meo Bichio, in dicta Beneuentana
Decimarum 8. Martij 1649. ac Sancti Seuerini
Decimarum 14. Ianuarij 1650. §. Nec quidquam
coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & in Leodien.
Decimarum 16. Iunij 1651. & 22. Aprilis 1652.
coram R.P.D. meo Meltio. Nec etiam proba-
ri poteſt ſcientia, & patientia Capituli, Re-
ctorum, & Beneficiatorum (quicquid de
ea conentur dicere Monachorum Teſtes)
quia deficiunt in ratione, dum numquam
affirmant deferentes decimas ad horreum
Capituli ſermonem habuiſſe cum Rectori-
bus, & beneficiatis,eiuſq; quidquam de ta-
li prætenſa quota indicaſſe. Imò extat con-
ſuetudo, quod ipſi Parochiani deferūt De-
cimas ad horreum Capituli, illaſq; aſsignãt
Aſsiſtenti, qui nulla facta menſuratione
ſolum ſcribit quantitatem, quam quilibet
deferens aſſerit ſecundum quam conſuetu-
dinem nuper etiam fuit iudicatum in Tri-
bunali Ordinarij, liberando Parochianos à
prætenſione Promotoris Fiſcalis præten-
dentis decimas infuturum menſurandas ne
præiudicaretur Eccleſiæ, vt in probationi-
bus, & ſententia per Rectores, & Beneficia-
tos exhibitis Sum. num.15. ſcientia enim eſt,
24 quæ per certum, vel alium modum euidē-
ter quæritur l.2. §. quod obſeruari C. de iure iu-
ran. per calumniam dand. Menoch. de præſumpt.

Digitized by Google

lib.1. quaſt.7. numer.56. & lib.6. præſumpt.94.
num.20. vt ex actibus geſtis abſentibus Re-
ctoribus, & Beneficiatis cum alijs, & ma-
ximè in Monaſterio, & ab ipſiſmet Mona-
cis, in quibus videntur depoſitiones Te-
ſtium Monachorum fundari, non benè
inferatur ad illorum ſcientiam in hac re
25 præiudiciali *Rota in dicta Hiſpalen. Decima-*
rum 27 Iunij 1644. *§. Nec vllibi coram Eminen-*
tiſſ. D. Cardinale Corrado.

Præterea auxilio præſcriptionis, vel im-
memorabiles Monaci deſtituti reperiun-
tur, cum neutra remaneat approbata per
tres ſententias conformes, quibus ceſſanti-
bus bonum ius Capituli, Rectorum, &
Beneficiatorum etiam ad effectum Manu-
26 tentionis non excluditur *Mareſcott. var. re-*
ſolut. lib.1. cap.11. num.6.7. & 8. Rota *poſt Mo-*
dern. de manut. deciſ.197. numer.2. deciſ.273. nu-
mer.1. part.2. recent. in dicta Hiſpalen. Decima-
rum 15. *Februarij* 1647. *§. vnde coram* R. *P. D.*
meo Meltio in allegata Beneuentana Iuriſdictionis
27. Ianuarij 1653. *§. Præterea coram me.*

Nec turbare debet, quod Rota aliquan-
27 do tenuerit actum non ſolutionis negatiuũ
probari poſſe abſque eo quod petitio vel
acquieſcentia creditoris intercedant, hoc
enim intelligendum alio concurrente cer-
to, & claro titulo, vt reſpondetur in præ-
citata *Toletana Decimarum* 28. *Ianuarij* 1650.
§. Et licet coram Reuerendiſſ. *Tarraconen.* Nam
alias regulariter cum ſolo titulo apto ad
præſcribendum hæc requiruntur ex ſupra
deductis.

Verum in præſenti Monaci nullum exhi-
bent titulum, cum hæc Priuilegia, & im-
memorabilis deficiant, vt fuit demonſtra-
tum, & afferta concordia non meretur al-
legari cum non exhibeatur, & licet deper-
ditam aſſerant Teſtes ad illam probandam
inducti, non veniunt attendendi, quia ſunt
28 tantum de auditu *cap. licet ex quadam vbi*
Doct. omnes de teſt. Rota *deciſ.14. num.5. deciſ.498.*
num.4. & deciſ.567 num. etiam 4. coram Buratto;
Et nihilominus non ſolum de illius præce-
denti exiſtentia, & ſubſequuta amiſſione
deponere debent ſed etiam de eius tenore,
ſubſtantia, & qualitatibus, adhoc, vt co-
gnoſci poſſit, An ſit valida, & attenden-
da; Et inſuper debent eſſe legales, integri,
29 & periti *cap. cum olim vbi gloſ. verſ. ſine repre-*
henſione Abb. num.8. Butr. num.3. & ſeqq. & nu-
mer.11. de priuil. Bar. in auth. ſi quis in aliquo nu-
mer.6. C. de eden. Surd. conſ.109. à numer.13. &
conſ.144. per tot. Larrea deciſ. Granat.56. num.4.
verſ. quod maximè. In hac præſertim materia,
in qua ſolemnitates nedum in ordine ad
ſcripturam, ſed etiam ad concordiam ſu-
30 per iure Eccleſiæ neceſſariæ ſunt etiamſi
cum alia Eccleſia emanet, *Quarant. in Summ.*
Bull. verb. alienatio num.15. Piaſet. in prax. Epiſc.
par.2. cap.5. n.30. Gratian. diſcept. forenſ. cap.517.
num.9. Rota *coram Merlin. deciſ.826. nu.1. verſ.*
etiamſi. Inſuper cum non oſtendatur de
quibus Decimis hæc aſſerta concordia lo-
quatur vtique ad Decimas tunc temporis
debitas referenda eſſet, & non ad omnes,
quæ ex bonis poſtea acquiſitis, vel acqui-
rendis præcipuè à Parochianis, ex quibus
Decimæ, & Primitiæ antea integræ præ-
ſtabantur, eſſent perſoluendæ; Concordia
enim ſtricti iuris eſt, neque ad futura regu-
31 lariter extenditur *Text. in l. ſi, de certa vbi*
Bart. num.1. & 6. C. de tranſact. l. Rutilia ibi gloſſ.
in verb. tunc fuit ff. de contrahen. empt. Boer. de-
ciſ.147. numer.11. Dec. conſ.179. numer.11. verſ.
Primo ergo Pariſ. conſ.95. numer.16. vol.3. Surd.
conſ.418. numer.22. Rota *coram ſanctæ mem. Gre-*
gor. XV deciſ.158. num.1. Canaler. deciſ.172. n.7.
& 8. in recent. par.2. deciſ.362. nu.5. & in Bono-
nien. fideicommiſſi 28. Martij 1650. in princip. co-
ram R. *P. D. meo Celſo.*

Et quando dicta concordia reperiretur,
eademque ſolemnis, & omnino valida
exhiberetur, & ius futurum explicitè com-
prehenderet, attamen cum exemptio, quæ
ab initio leuis præiudicij ob Monaſterij
paupertatem Capitulo, & Beneficiatis eſſe
poterat hodie apprimè auctis opibus vt de-
ponunt Teſtes exprimentes valorem bo-
norum acquiſitorum, & redditum ingen-
tis quantitatis, nimium oneroſa euaderet,
quia non ſupereſſet congrua Rectoribus, &
32 Beneficiatis, vt propterea Monaſterio ſuf-
fragari non poſſit *cap. ſuggeſtum, & cap. dile-*
cti de decim. Rebuff. de decim. quaſt.14. numer.55.
Rota deciſ.65. nu.4. par.2. diuerſ. deciſ.659. nu.8.
par.2. recent. & in Craconien. Decimarum 5. Ia-
nuarij 1650. *§. quia præterquam coram* R. *P. D.*
meo Veroſpio.

Nullo modo releuare aſſertam confir-
mationem Apoſtolicam eiuſdem concor-
diæ Domini exiſtimarunt, quia non dedu-
citur niſi ex ſumpto extracto ab Archiuio
eiuſdem Monaſterij ſine inſpectione, & re-
cognitione originalis, & ipſius Archiuij per
Iudicem compulſorem iuxtà *Text. in cap.*
33 *fin. de fid. Inſtrum. gloſ. in cap. Abbate 25. verb. fiat*
poſt med. vbi Panorm. de verb. ſignificat. gloſ. in l.2.
verb. Iudice ff. eodem, & in auth. ſi quis in aliquo
C. de eden. Gratian. diſcept. forens. cap.577. nu.33.
Afflict. deciſ.273. nu 4. in fine Rota coram Burat-
to deciſ.200. n.1. & ſeqq. in recent. part.2. dec.683.
num.1. in Vicen. Parochialis 20. Iunij 1650. *§. in-*
ſtrumenta coram R. P. D. meo Bichio.

Vltra quod cum ad inſtantiam Mona-
ſterij emanauerit non expreſſo tenore ip-
ſius concordiæ, ſed cum expreſſa relatione
ad

Digitized by Google

ad Inſtrumentum illius, & cum ſuppoſito ex narratiua ſupplicantium facto quod fuerit ritè facta, & hactenus pacificè obſeruata, ac in alterius præiudicium non redundet certè huiuſmodi confirmatio, vel nihil operatur, ipſo relato non exhibito, *Auth. ſi quis C. de eden. lib. 1. C. de mand. Surd. conſ. 5. numer. 57.* & in puncto de confirmatione loca-
34 tionis, de qua non conſtat *Rota deciſ. 171. numer. 5. & ſeq par. 4. tom. 2. recent.* ac ipſo ſup-
35 poſito non iuſtificato *cap. 2. de reſcript. Gonzal. ſuper 8. regul. Cancell. in annot. contra nullit. numer. 228. cum ſeqq. Garz. de Benef. par. 6. cap. 2. num. 22. Rota coram Buratto deciſ. 175. numer. 1. & ſeq. vbi Add. numer. 21. & ſeq. & deciſ. 498. numer. 2. par. 4. recent.* Vel tanquam conceſſa in forma communi, actus confirmati fines non egreditur nullumque ius ex ea Mona-
36 ſterium in Capituli, Rectorum, & Beneficiatorum præiudicium nanciſcitur *Abb. in cap. 1. numer. 6. & cap. examinata num. 3. & 6. de confirmat. vtil. vel inutil. Pariſ. conſ. 23. numer. 8. lib. 1. Rebuff. in cap. cum ſuper num. 24. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Conzal. ad regul. 8. gloſ. 45. §. 1. numer. 76. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 47. ante num. 1. & num. 2. verſ. Et nihilominus Rota coram Mantic. deciſ. 222. num. 1. & 2. Duran. deciſ. 146. numer. 6. & ſeqq. Canaler. deciſ. 385. num. 1. in recent. part. 4. tom. 3. deciſ. 552. numer. 11. & 12. & par. 5. deciſ. 166. num. 5. deciſ. 220. num. 20. & 24. part. 7. in dicta Vicen. Parochialis 20. Iunij 1650. §. Inſtrumenta verſ. imò aliquo coram R. P. D. meo Bichio.*

Quemadmodum nec concordiam initã fuiſſe elicitur ex libris Capituli Calaguritañ, & Calciateñ, in quibus legitur ſolutio quinquageſimæ partis, vltra quod enim iſtæ partitæ extractæ, & ad Rotam delatæ dicuntur ſumptæ de ſumpto, non autem illæmet, quæ ex ipſis libris extractæ fuere, nec de decima controuerſa libri loquuntur, nec ſi loquerentur eſſent attendẽdi, cũ contineant tantum aſſertionem eorumdem Monachorum in relatione proprij redditus facta abſentibus Rectoribus, & Beneficiatis, Reſpondetur quod ibi non habetur taxatiuè huiuſmodi ſummam fuiſſe receptã,
37 ſed potius in hac partis ſolutione bonum ius capituli magis conuincitur ex traditis per *Adden. ad ſacmem. Gregor. XV. deciſ. 557. numer. 11. Rota in dicta Pampilonen. Decimarum de Vſurbil coram R. P. D. meo Celſo,* precipuè cum iſta Prædia ante eorum acquiſitionem factam à Monacis eſſent Decimabilia, & Incolæ decimas integrè perſoluerent; Vnde quando etiam prædia in alterius Eccleſiæ Dominium tranſierunt, eorum Decimæ ſpectant ad eam Parochiam intra cuius fi-
38 nes ſita ſunt eadem prædia, & cui prius ſoluebantur *Text. loquens in ſpecie de Regular. in cap. fin. §. Cæterum de decim. in 6. & poſt Gutier, & alios latè Valenzuel. conſ. 46. num. 2. & ſeq. Monet. de decim. cap. 5. quæſt. 1. numer. 18. & ſeqq. Reuerendiſſ. Epiſcopus Eugubinus deciſ. 35. numer. 3. Rota coram Mellino deciſ. 393. numer. 1. & ſeqq.*

Sicut nec merentur allegari partitæ vulgo Taxmie nuncupat. Decimas ad horreum Capituli delatas continentes, in quibus non leguntur annotatæ decimæ aliorum fructuum à Monaſterio dèlatæ, ſed ſolum Decimæ vini, tritici, & hordei quia non inde probatur negatiua illas nõ ſolutas quemad-
39 modum ſolutas dicunt Teſtes, cum potuiſſet omitti deſcriptio, ſeu annotatio *Ruin. conſ. 35. num. 19. lib. 1. Rota deciſ. 5. num. 4. par. 1. diuerſ. & in puncto librorum, ac computorum coram Andrea deciſ. 32. num. 6. Buratt. deciſ. 10. numer. 6. & Adden. ad deciſ. 120. num. 42.*

Demum, nec Decimarum, & primitiarum ſolutio euitari poteſt à Monacis ex bonis exiſtentibus in Territorio Villaricæ ſub prætextu, quod Eccleſia eius loci eſſet Parochialis, & ad Monaſterium in vim vnionis ius eorumdem bonorum, & ſic Decimæ peruenerint veluti, & iudicatum non ſemel pro integra ſolutione Decimarum ad eius fauorem prætendunt, & per aſſertum laudum datum anno 1458. in *Summ. Monachorum numer. 1.* & per aliud anni 1476. atque per ſententiam anno 1479. *Summ. Monachorum reſponſionis ſub littera D.* Ex eadem enim Bulla vnionis, & ſententia exequutoris habetur Eccleſiam fuiſſe Ruralem, & ſine cura, eumdemque locum de Villarica eſſe intra limites Territorij, & Parochiæ Sancti Aſceuſi controuerti non poteſt. Sicuti nec reuocari poteſt in dubium, Rectores, & Beneficiatos ab immemorabili eſſe in poſſeſſione erigendi Decimas, & Primitias, quia optimè iuſtificatur ex prædictis.

Ad obiectum deductum ex ſententia, & laudis, facilis eſt reſponſio nedum quia à Rectoribus, & Beneficiatis impugnantur tanquam informia, & ſumpta de ſumpto à proprio Archiuio ſine ſolemnitatibus *Ca-*
40 *putaquen. deciſ. 41. num. 2. & 3. par. 1. Add. ad Buratt. deciſ. 667. numer. 18. Rota in Tiburtina Caſtri Sancti Angeli 18. Iunij 1646. §. Accedit verſ. Archiuium coram R. P. D. meo Meltio,* & inter
41 alios, & non cum eiſdem Rectoribus, & Beneficiatis emanata *l. ſæpe ff. de re iudic. & C. res inter alios acta in rubric. & nigro Purpur. conſ. 367. num. 6. Seraphin. deciſ. 1012. ſub num. 1.* Ac loquuntur de Decimis debitis ab alijs, non autem de Decimis ab ipſis Monachis ſoluendis eiſdem Rectoribus, & Beneficia-

tis ratione Curæ, de quibus in præſenti agi-
tur, laudum etenim anni 1458. datum le-
gitur inter ipſos Monachos de Eſtrella, &
Monachos Sanctæ Mariæ de Nagera per
quemdam Arbitratorem electum in con-
trouerſia ſuper Decimis per ipſos Mona-
chos de Nagera debitis. Laudum de an-
no 1476. eſt à quodam Iudice deputato ab
ipſo Priore, & Monacis, ac Conſilio, &
Hominibus loci de Ormilleja ſuper Deci-
mis pecudum nulla facta expreſſione Paro-
chialitatis, ſeu Curæ, Sententia deinum
anni 1574. eſt inter eoſdem Monachos, &
Clericos Beneficiatos, & Capitulum Op-
pidi de Vruñuela ſuper medietate Decima-
rum ſoluen. ab eiſdem Clericis, necnon
de Decimis per quemdam Ioannem, & li-
tis conſortes ferentes in termino de Villari-
ca pariter ſine vlla expreſſione Parochiali-
tatis, & Curæ.

Verum quia eadem ſententia, & lauda
fundata ſunt in falſo ſuppoſito dictæ vnio-
nis ſcilicet Eccleſiæ de Villarica vti Paro-
chialis qualem non fuiſſe conuincit ipſa-
met proximè memorata Bulla vnionis, in
qua exprimitur Eccleſiam vnitam fuiſſe
Ruralem, & ſine cura quod replicatur in
ſententia executoris cum narratiua, quod
ita ipſi executori conſtiterat ex informatio-
ne facta à Monacis executionem vnionis
petentibus, adeout etiamſi ſolemnia, &
antiquiſſima eſſent allegata lauda, & ſen-
tentia veritati non noceant, nec ſint atten-
denda contra Rectores, & Beneficiatos, qui
42 habent iuris aſſiſtentiam, & ab immemo-
rabili ſunt in poſſeſſione exigendi Decimas
controuerſas, vt in terminis laudi antiquiſ-
ſimi vltra ſecula fuit reſponſum in *Placenti-
na Beneficij 11. Maij 1646. §. Non obſtat ſenten-
tia 23. Ianuarij 1647. §. Ratio reſolutionis coram
Reuerendiſſimo Terracinen.* ceſſante præcipuè
obſeruantia, Imò contraria concurrente,
cum iam Beneficiati, & Capitulum Sancti
Aſcenſi, vt ſupra diximus ſint in poſſeſſio-
ne immemorabili exigendi Decimas, &
43 Primitias etiam à Monacis ex huiuſmodi
bonis de Villarica *Rota deciſ. 48. nu. 13. coram
Millino in Leodien. Decimarum 23. Iunij 1653. §.
Nec obſtat in fine coram R.P.D. meo Cerro.*

Nec officit nullitas examinis Teſtium
Beneficiatorum coram Ordinario, ex quo
Monaci tanquam exempti iuriſdictionem
declinauerint, quia conſtat examen ema-
naſſe præcedente remiſſione Cauſæ ad Or-
dinarium facta per Reuerendiſſimum Nun-
cium ad quem Monaci appellarunt ratione
eiuſdem declinatoriæ, & exemptionis; &
eius vigore ab ordinario prorogato termi-
no probatorio de vtriuſque Partis conſen-
ſu, ex quibus illius iuriſdictio dicitur pro-
44 rogata *cap. gratum 20. vbi gloſ. in verb. receſſum
de offic. deleg. cap. ſolicitudinem de appell. Rota co-
ram ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ. 292. num. 1. vbi
Adden. num. 4. in Auenionen. attentatorum 10. Iu-
nij 1648. §. Prætenſio coram R.P.D. meo Celſo.*
Quinimo ex tot confeſſionibus Monacho-
rum, depoſitionibus Teſtium in Curia, &
alijs ſupra ponderatis certam, & indubita-
45 tam Parochialitatis ſituationiſque bono-
rum veritatem præſeferentibus optimè
prædictorum aliorum Teſtium probatio
coadiuuatur *Alex. in l. ſi duo Patroni num. 7. ff.
de iure iuran. Farinacc. cum ibi citatis tractat. de
teſtib. quæſt. 62. num. 335. Merlin. Pignattel. contro-
uer. forenſ. cent. 2. cap. 29. num. 16. Rota deciſ. 314.
num. 1. poſt 2. vol. conſil. Farin. deciſ. 269. num. 5.
& poſt Modern. de manut. deciſ. 315. num. 4. par. 5.
recent.*

Vnde ex his omnibus fuit reſolutum
conſtare de bono iure Capituli, Rectorum,
& Beneficiatorum, eiſque dandam eſſe
manutentionem in quaſi poſſeſſione perci-
piendi integram Decimam, & primitias ex
ſingulis dictis bonis Monaſterij intra limi-
tes ſuæ Parochialis Eccleſiæ poſitis cum
ipſorum quaſi poſſeſſio iuſtificata rema-
neat nedum ex generali exactione ab om-
nibus alijs Parochianis, ſed ſpeciali ab ipſo
Monaſterio cui non exemptio non imme-
morabilis, non præſcriptio, non allegata
concordia ſuffragatur iuxta deducta in di-
46 cta *Leodien. Decimarum 27. Ianuarij, & 26.
Iunij 1651. coram R.P.D. meo Meltio, & dicta
die 23. Iunij 1653. coram R.P.D. meo Cerro.*

Atque ita vtraque Parte acerrime infor-
mante &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Meleuitana Commendæ

Veneris 19. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Nobilitas, & conſpicua qualitas ſcribentis, &
conſonantia ſcripturarum cuiuſcumque
antidatæ ſuſpicionem remouent.

SVMMARIVM.

1 *Collationes antecedentes conferendi capacitatem
demonſtrant in collatore.*
2. *Alternatiuam, in vno ex alternatis verificari
ſufficit.*
3 *Ex Turni præpoſteratione non turbatur ius colla-
torum.*
4 *Votum captandæ mortis irritat collationem.*
5 *Sed eo ceſſante collatio non læditur.*

Nobi-

Digitized by Google

6 *Nobilitas ſecum fert præſumptionem operandi ad tramites iuris.*
7 *Maximè quando adſtringitur iuramento.*
8 *Antidata excluditur ex conſonantia cum alijs ſcripturis.*
9 *Et falſitas præſumitur abeſſe ab eo qui nobilitate præfulget.*
10 R*atificatio vim habet nominationis.*
11 *Vacatio non conſumitur per actum qui deficit in neceſſarijs.*
12 *Obſeruantia optima diſpoſitionum interpres.*
13 *Aſſertio Eminentiſſimi M.M. Meliten. Cardinalium, aliorumque magnorum Principum habens in conteſtem alterius expoſitionem plenam fidem aſſequitur.*
14 *Obſeruantia ex ſententijs ſuper ea editis validè probatur.*
15 *Et iuſtificata remanet eo ipſo quod probatur ita aliquando ſeruatum fuiſſe.*

DECISIO XVI.

COmmendam Montis Peſulani à Venerabili Prouinciæ Lingua antiano Equiti de Berre, ſucceſſiuè vero Equiti Angles præuia ſmutitione collatam, à D. vero Priore S. Aegidij ex Priorali præeminentia D. Equiti Henrico Vallettæ nepoti tributam, huic adiudicandam fore hodie Rota decreuit ex diſpoſitione Statuti Hieroſolymitani 29. de Commend. Deferentis ex tribus Commendis vacantibus in limitibus cuiuſcumque Prioratus intra quinquennium, vltimam Priori, ſiue ex obitu duorum, ſiue trium Equitum vacatio ipſa contigerit: Huius namque virtute Statuti Commenda hæc debet Equiti Vallettæ deferri qui propriam edocet habilitatem, necnon etiam ex duabus antecedentibus collationibus à Vener. Lingua Prouinciæ, & ab Eminentiſſimo Magno Magiſtro peractis,
1 collatorem ſuum oſtendit eſſe legitimum, & conferendi capacem *ad text. in cap. dilectus, vbi gloſſ. not. in verb. plus iuris de offic. legat. Rot. deciſ. 337. numer. 1. part. 2. recent. coram Vrgellen. deciſ.* 100. *n.* 1. *& in Balneoregien. Iuriſpatronatus* 28. *Iunij* 1651. *in princ. coram Eminentiſſimo D. meo Card. Otthobono,* & in his terminis reſpõſum fuit *in deciſ.* 562. *par.* 5. *recent. in princ.*

Hinc obeſſe non poterit, quod ex duorum dumtaxat Equitum obitu triplex Cõmenda vacauerit; Ad tripartitum quippe numerum Commendarum ſolummodo reſpexiſſe ſtatutum eiuſdem ſequentia verba demonſtrant. *Duorum, aut trium Commendatariorum.* Hæc namque alternatiua, aut alternati dumtaxat vnius implementũ expoſcit, non autem verificationem vtriuſque copulatiuè requirit *ad text. in l. ſi is qui*
2 *ducenta* §. *vnum ff. de reb. dub. l. Quintus Mutius ff. de aur. & arg. leg. not. Bald. in l. ea lege num.* 37. *C. de condit. ob cauſ. Honded. conſ.* 35. *num.* 17. *cum ſeqq. lib.* 2. *Decian. conſ.* 42. *nu.* 10. *lib.* 1. cum alijs per *Mandoſ. in gloſ. facultas* §. *ac etiam in verbo aut fol. mihi* 63. *col.* 2.

Neque ex ordine inter Vener. Prouinciæ Linguam, ac Eminentiſſ. Magnum Magiſtrum in antecedentium collationum vacatione poſthabito, præſens poterit impugnari collatio, itaut dum hic de proxima antecedenti diſpoſuit, Commendam immediatè vacantem debeat ex Statuti diſpoſitione Lingua ibidem ſecundo loco vocata conferre; Siquidem ad hunc effectum conferendi non ſpectatur ordo collationis, ſed ſolamet ipſa collatio, quæ pro tertia vice à Statuto tributa Priori, non potuit ab alijs collatoribus ius conferendi antecedenter habentibus, ex turni præpoſteratione
3 retardari ſecundum *Pariſ. conſ.* 144. *num.* 23. *cum ſeqq. lib.* 4. *Gemin. conſ.* 89. *numer.* 2. *Gonz. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 45. §. 3. *nu.* 8. *Rota coram Caſſad. deciſ.* 10. *num.* 3. *de conceſſ. præben. & deciſ.* 21. *de præben. in antiquis.*

Hanc quoque magni Prioris collationẽ irritam, nec reddit facultas conferendi, Procuratoribus demandata ante vacationis aduentum; quippe quæ relationem habens ad litteras miſſiuas, ipſis ſequenti die tranſmiſſas, ac præcipientes nominationem Equitis Vallettæ nepotis ad Commendam primitus vacaturam, eiuſdem conſequenter Equitis perſonam includat virtute relationis habitæ in mandato, ac ſi expreſſis verbis ibidem ipſius mentio contineretur, quæ facultatem proinde conferendi ſiue mandatum, ac collationem ſucceſſiuè ſubſecutam ob votum captandæ mortis implicitũ ex iuris diſpoſitione irritat atque annullat *in cap. fin. de conceſſ. præben. & in cap. deteſtanda,*
4 *& in cap. nec captans eod. tit. lib.* 6. *Carz. de benef. part.* 10. *cap.* 1. *numer.* 22. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 18. *Rota coram Caſſad. deciſ.* 5. *nu.* 1. *de iur. pat. coram Gregor. deciſ.* 420. *nu.* 4. *&* 5. *& coram Burait. deciſ.* 21. *n.* 22. & notat vtrobique *add. nu.* 9. *&* 29.

Quoniam ceſſat prædicti iuris ratio in caſu propoſito, votum ſcilicet captandæ mortis implicitum, ac ceſſare conſequenter debet eiuſdem iuris diſpoſitio rationi
5 prædictæ innixa *ad text. in l. adigere* §. *quamuis ff. de iur. patron. & in l. quod dictum ff. de pact. not. gloſſ. in l. cum tale* §. *falſam cauſam verbo non cohæret. ff. de condit. & demonſt. Bart. in l. demonſtratio nu.* 17. *ff. eod. tit.* cum alijs per *Surd. conſ.* 127. *numer.* 77. & in his ferè terminis *Lambert. de iur. patr. part.* 1. *lib.* 2. *art.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 8. Interdicta namque dignoſcitur literarum inſpe-

ctio ante vacationis aduentum. Procuratoribus, quorum clara nobilitate præfulgeat non credentur pandiſſe Secretum, nec literas præter Scribentis voluntatem aperiſſe, ac contra iuris diſpoſitionem id ipſum
6 prohibentis *in l. 1. §. is qui aperit. ff. ad l. Corn. de falſ. Nauarr. in manual. cap. 18. num. 51. §. dico 4. verſ. decimaſecunda. Lazzar. de monitor. ſect. 3. quæſt. 16. num. 1. Silueſtr. verb. confeſſio 3. quæſt. 20 in fin. & verbo Teſtis quæſt. 8. Gabr. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 6. artic. 2. contuſ. 7. Franc. Marc. dec. 856 num. 4. par. 2.* [illegible]

Cum maximè in actu exequutæ nominationis præuio Sacramento firmauerint, ſe ante vacationem literas non perſpexiſſe,
7 non aperiſſe, vt ponderauit *Rota coram Mantic. deciſ. 325. num. 1. ad fin. & in deciſ. 199. n. 17. par. 5. & in deciſ. 11. num. 9. par. 7. recent.*

Neque vrgere Dominis viſa fuit in propoſito caſu exceptio antidatæ literarum de recenti. Hanc quippe excludunt inſignis qualitas Prioris eaſdem Conſcribentis, & diuturna ſenectute ſpectabilis, & ob præſtita erga Sacram Religionem longæua, ac non contemnenda ſeruitia Venerabilis, nec non etiam Epiſtola à Procuratore ſucceſſiuè conſcripta Priori, ibidem ſpopondente ſe ante vacationis aduentum literas non inſpecturum, tum repetita denique prohibitio in actu ratificatæ nominationis cum iuramento. Harum namque conſonantia ſcripturarum cuiuſcumque antidatæ ſuſpi-
8 cionem elidit, vt aduertit *Mandoſ. conſ. 50. num. 11. verſ. fient etiam Rot. coram Buratt. deciſ. 419. num. 10.* ac vtriuſque etiam non con-
9 temnenda nobilitas excluſiua propterea præſumptæ falſitatis ſecundum *Bald. in l. quoties §. ſed ſi non in corpore num. 2.* propè finem *ff. de hæred. inſtit. Rimin. iun. conſ. 52. nu. 32. cum ſeqq. Aym. conſ. 65. nu. 52. Dec. conſ. 175. numer. 5. cum aliis per Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 20. num. 5. & per Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 960. numer. 8.* & in terminis antidatæ, vt eiuſdem ſuſpicio ex nobilitate penitus excludatur dixit *Rota coram Seraphin. deciſ. 878. num. 7. & in Romana diſcuſſionis bonorum 26. Iunii 1630. coram bon. mem. Coccino.*

Ex hac vero ratificatione Prioris, nouam quoque nominationem continente in perſona nepotis poterit enim collatio ſuſtineri, cum nominandi facultas à Statuto delata Priori, nec aliqua limitatione temporis circumſcribatur, neque eidem interdicta noſcatur ex mandato vacationem præcedente *cap. relatum de conceſſ. præben. cap. vlt.*
10 *de iur. patr. vbi poſt gloſſ. in verb. ex vi not. Hoſtienſ. num. 1. Guidop. conſ. 189. num. 1. Rebuff. in praxi benef. de form. Vicar. Archiep. nu. 19.* quod potius tunc irritum redditur, ac nullum

cap. 3. de conceſſ. præben. vbi Abb. num. 3. Zabarell. num. 2. Anchar. num. 1. Hoſtienſ. in cap. fin. de conceſſ. præben. Henrich. Boich. in cap. 2. num. 6. eod. tit.

Et licet poſterior hæc nominatio ſubſequuta fuerit ſmutitionem Equitis Berre, quæ in ipſius proinde præiudicium retrotractionem nominationis, ac vim videatur impedire ſecundum *Rebuff. loco prox. cit.* Nõ tamen poterit poſterior hæc nominatio corruere, dum collatio Priori competebat nec ſmutitio conſequenter corruens in ra-
11 dice vacationem conſumpſerat *ad trad. per Iaſ. in l. cauſas num. 8. C. de tranſact. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 22. nu. 21. Rot. deciſ. 628. numer. 7. part. 4. tom. 3. & deciſ. 569. num. 32. part. 5. recent. coram Buratt. deciſ. 209. num. 7. & in Firmana beneficii 23. Maii 1653. in §. cum enim coram R.P.D. meo Bichio.*

Collationem vero Commendæ duntaxat cõpetiiſſe Priori Hieroſolymitani Statuti diſpoſitio iuſtificat *in cap. 29. & 30. de Commend.* pro tertia vice eidem deferens Turnum Commendarum, quæ in cuiuſque limitibus Prioratus vacauerint intra quinquennium; Et licet Eques, ex cuius perſona contigit præſens vacatio, non intra limites Prioratus, ſed Pariſiis occubuerit: intra tamen eiuſdem Prioratus confines deceſſiſſe cenſetur in vim ordinationis editæ de anno 1558. coram clar. mem. magno Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ Magiſtro Valletta, ampliantis cuiuſcumque limites Prioratus ad totius Regni confines, vbi illi conſiſtunt. Quæ ſane ordinatio relata in antiquo Statutorum volumine cap. 30. de Commend. licet in fine referat, Commendatarios in mare, vel extra confines ſuorum Prioratuum decedentes tunc cenſeri eoſdem in Conuentu occubuiſſe, non tamen limites ſupra memoratos exinde reſtrinxit ad ambitum Prioratus, ſed iuxta declarationem antecedenter expreſſam accepit, vt obſeruantia ſucceſſiuè declarauit, quæ ad interpretandam diſpoſitionem dubiam (qualis hæc redditur ex antecedenti limitum declaratione ibidẽ pauló ante habita) ſemper admittitur *ad*
12 *text. in l. ſi de interpret. ff. de leg. Pariſ. conſ. 50. num. 19. lib. 7. Aym. conſ. 365. num. 11. Menoch. conſ. 361. num. 5. & 23. Rota coram Buratt. deciſ. 390. n. 3. & deciſ. 365. nu. 1. part. 2. recent.* & Dominis viſa fuit poſſe deſumi ex depoſitione Eminentiſſimi Magni Magiſtri id ipſum conſultò, ac in veritatis verbo teſtantis; cum maximè eadem depoſitio plurium eiuſdem Sacræ Religionis Equitum atteſtationem ſuper hac obſeruantia tacta cruce deponentium habeat in Conteſtem, quæ ple-

plenam proinde fidem meretur, ac aſſequi debet prout in terminis aſſertionis Cardinalium, ac magnorum Principum alterius
13 depoſitionem habentis in Conteſtem notat *Bart. in l. ambitioſa num.27, & 28.ff. de decret. ab Ord.fact. Ruin.conſ.175. num.15. & 16. vol.1.conſ.20. & conſ.200. num.1. vol.2. Soccin. conſ.27.nu.4.lib.3, Maſcard. de probat.concl.264. num.7. Rota coram Bellam. deciſ.228. & coram bon.mem. Coccin. deciſ.19. num.1. & 2.* Dum maximè corroboratur ex duplici ſententia ædita in Conſilio de anno 1624. & 1648. pro parte Equitis Vallettæ producta, & ad inducendam, ſeu probandam obſeruantiã quoque perapta *ex not. in cap. ita nos 25. q.2.*
14 *& per gloſſ. communiter approbatam in l. 3. in verb. conſuetudini C. de Epiſ. audien. & in cap. per Venerabilem in verb. ſucceſſionem de election. Vincent. de Franch.deciſ.91.num.16.par.1.Barz. deciſ.98.num.12.* & in terminis duplicis ſententiæ notat *Bart. in l. de quibus poſt gloſſ.n.12. & 13. Zaſi nu.24.ff. de legibus Menoch.conſ.501 num. 38.* Tum etiam ex prouiſione iuxta prædictam declarationem de anno 1641. effectum ſortita, quæ ad probandam obſeruantiam quoque poterit ſuffragari ad quẽ effectum ſatis eſt iuſtificare, ita aliquando fuiſſe obſeruatum, vt aduertit *Aymon. con-*
15 *ſil.118.num.2. Rot.deciſ.448.nu.3.par.1.rec. & coram Duran.deciſ.647. num.11. coram Caualer. deciſ. 479. num.5. & in Florentina iuriſpatronatus de Ricaſolis 11. Februar.1604. coram Lancellotto.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. DOMINO SEGOBIEN

Calaguritana Decimarum S. Aſcenſi, & Daualillo.

Mercurij 1. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Teſtes viſu, non auribus ſibi fidem conciliant.

SVMMARIVM.

1 *Parochialitate Eccleſiæ probata non poteſt ei denegari integra decima ex bonis intra illius fines poſitis.*
2 *Primitiæ decimis æquiparatæ ſub eadẽ obligatione debentur.*
3 *Conſuetudo attenditur in taxanda quantitate primitiarum Parochiæ debitarum.*
4 *Generalis communicatio priuilegiorum nõ transfert priuilegium exemptionis à decimis.*
5 *Solutio continuata integræ decimæ excludit exemptionis priuilegium.*
6 *Exemptio à decimis conceſſa intuitu paupertatis monaſterij reſtringenda eſt ſuperuenientibus diuitijs.*
7 *Parochialitas debet concludenter probari, præſumuntur enim beneficia ſimplicia.*
8 *Teſtes de auditu nihil probant, & 13.*
9 *Exiſtentia alicuius loci intra limites Parochiæ probatur ex perceptione decimarum.*
10 *Sententiæ non probata illarum effectuatione nihil releuant.*
11 *Conſuetudo ſoluendi decimam pro certa rata quomodo inducatur.*
12 *Nuncius tanquam Iudex exemptorum poteſt alios ſubdelegare.*
15 *Confirmatio ſe referens ad actum confirmatum nil releuat niſi exhibeatur relatum &c.*

DECISIO XVII.

RAtiones, & Iura iterum per Monachos Beatæ Mariæ de Eſtrella adducta non valuerunt remouere Dominos meos à reſolutione capta 17. Aprilis præteriti coram Me, quia illa non deſtruunt Parochialitatẽ Eccleſiæ S. Aſcenſi probatam ex propria Monachorum confeſſione, ex Teſtibus, alijſque in deciſione conſideratis §. *ſiquidem* Nec minus excludunt exiſtentiam Monaſterij, eiuſque bonorum, & præſertim illorum loci Villaricecæ, de quibus res peculiariter agitur, intrà eiuſdem Eccleſiæ Parochialis terminos iuſtificatam ex eiſdem Teſtibus, *vt in d. deciſione §. Ex iiſdem pariter Teſtibus*. Quibus inconcuſſis remanentibus indubitatum eſt quod ex iuris aſſiſtentia dicti Rectores, Capitulum, & Beneficiati de omnibus fructibus, & bonis Monachorum intrà ſuæ Parochiæ fines poſitis integram decimam ſibi comparare debent *cap. ex parte il 2.cap. cum eſt cap. Nuncios extra de decim. Rota in Carpentoraten. decimarum 1. Iulij 1647. §. Ideo coram R.P.D. meo Bichio in Narnien.iuris decimandi 4. Iulij 1653. in princ. & 19. Iunij præteriti §. Releuantia verſ. Et hoc coram me, cum alijs in prima deciſ. §. Atque ex iis*, ſicut & primitias decimis æquiparatas, & ſub ea-
2 dem obligatione debitas *cap. reuertimini 16. quæſt.1. Ioan. Franciſcus Leones Theſaur. for. Eccleſ.par.2. de primit. & oblat. cap. 13. num.1.* & dicitur in deciſione in hac cauſa ſuper Remiſſoria ædita 26. Iunij præteriti §. *Paruiſa-*
3 *cienda, verſ. In quibus quidem primitijs coram me.* At quia earum quantitas non reperitur determinata *cap.1. verſ. ac vero primitiæ de decimis*, recurrendum eſt ad conſuetudinem, quæ in hoc loco eſt vnum de quadraginta; vt in alia deciſione dicitur §. *Atq; ex iis verſ. Idque protenditur*:

Iterum perperà allegatur exemptio ex Pri-

Priuilegijs Religionis, quoniam vrget re-
ſponſio in prima deciſione conſiderata §.
Minuſque exemptionem, quod illa non exhi-
bentur, nec communicatio poteſt operari,
vt iam reſolutum fuerat per hoc Sacrum
Tribunal in *Valentina decimarum coram Lancel-*
4 *lotto, & in Toletana decimarum coram Reuerendiſſ. Tarraconen. in dicto* §. *Minuſque allegatis*, &
plenè in *Carthaginen. decimarum coram Penia*
deciſ. 1090. *num.* 13. *& ſeqq. Barboſ. ſuper cap.*
nuper numer. 4. *de decim. & de iure Eccleſiaſtico*
lib. 3. *cap.* 26. §. 3. *num.* 41. *Modern. de iur. Abbat.*
tom. 1. *diſp.* 15. *quaeſt.* 18. *num.* 34. *& ſeqq.* Hinc
parum releuat quod aliàs deciſum fuerat
huiuſmodi Religionem eſſe in priuilegio
exemptionis de bonis proprijs manibus, &
ſumptibus cultis, vt coram *Seraph. deciſ.* 827
& penes Peniam deciſ. 911. & ideo Monacis
hodie etiam proprijs manibus, & ſumpti-
bus omnia bona excolentibus Priuilegia
in dd. Deciſionibus enunciata ſuffragari de-
beant. Quoniam talia Priuilegia non fue-
runt Dominis exhibita, vt erat neceſſarium
eiſque Monaſterium carere præſumitur dū
ex prætenſa concordia, quoad ſitum del
Cerrado, & vineam del Campo totalem
exemptionem prætendit, quoad cætera bo-
na exemptionem, excepta quinquageſima
de frumento, vino, hordeo, & quoad illa
Villariccæ titulum vnionis Eccleſiæ S. Ae-
miliani in medium affert, & tamen vſque
ad tempus motæ litis conſtat Monaſterium
ſemper ſoluiſſe etiam integram decimam
de omnibus bonis Villariccæ, vnde exemp-
5 tionis Priuilegia excluduntur, quia alias
non ſoluiſſent ex *reg. in l. cum de indebito* 25.
verſ. qui non ſoluit ff. de probat. l. qui vas §. *ve-*
tare 3. *ff. de furt.* Et quatenus etiam dicta Pri-
uilegia exhiberentur talia qualia in ſupra
citatis deciſionibus Seraphini, & Peniæ ſup-
ponuntur. Attamen Monaſterium eorum
clipeo ſe tueri non poſſet ab integra deci-
mæ ſolutione, quia cum illa ſumma Mo-
nachorum paupertas, ſimilium conceſſio-
num cauſa, conſiderata in *cap. ſuggeſtum. de*
decim. in præſenti ceſſet, (quia Teſtes Re-
ctorum dati *in Summ. poſitionis* 26. *Iunii præ-*
teriti num. 3. aſſerunt Monaſterium B. Mariç
de Eſtrella multis fortunæ bonis à tertijs
acquiſitis affluere) quæ dicta Priuilegia re-
ſtringenda ſunt ad eam ratam tantùm, quæ
6 pro neceſſitate Monachorum ad vitam tra-
ducendam poteſt deſeruire *iux. tex. cap. ex*
parte il primo de decim. vbi Abb. num. 3. *Anch.*
num. 2. qui conſiderant quod alias Parochus
omnibus decimis priuari poſſet *Modern. de*
iur. Abb. tom. 1. *diſput.* 15. *quaeſt.* 18. *num.* 3. *Barb.*
de iur. Eccleſ. lib. 3. *cap.* 26. §. 3. *ſub num.* 46. *Ro-*
ta deciſ. 493. *ſub num.* 1. *par.* 4. *recen.* & ita in
ſpecie declaratur in *dd. deciſ. Seraph.* 827. *nu.* 6.
& ſeq. & in alia Penia 1272. & etiam admit-
titur in *alia deciſ.* 936. *num.* 5. à qua, & ab
alijs receditur in *dicta deciſ.* 1090. *eiuſdem Pe-*
niæ.

Nec ancipites reddiderunt Dominos Te-
ſtes pro parte Monachorum examinati in
eorum *Summario num.* 1. deponentes locum
Villariccæ fuiſſe aliquando locum, & Be-
neficium Curatum de per ſe, eiuſque Ec-
cleſiam, Monaſterio vnitam, Monachos
ratione huiuſmodi vnionis integram deci-
mam exigere, & Rectores, Capitulum, &
Beneficiatos ab Incolis in eodem Oppido
laborantibus ſolam medietatem ratione
Campanæ, vt ipſi aiunt percipere. Quo-
niam huic obiecto plenè ſatisfacit deciſio
ſuper Remiſſoria 26. Iunij præteriti à §. *Par-*
tifacienda, quia Teſtes non probant Paro-
chialitatis requiſita de quibus concluden-
ter deponere deberent cum Rectores, Ca-
pitulum, & Beneficiati iuſtificent eſſe lo-
cum intrà limites ſuæ Parochiæ, & ratio-
ne ſitus bonorum decimam prædialem de
omnibus fructibus tam ab Incolis Sancti
Aſcenſi, quam ab alijs, & præcipuè à Mo-
naſterio, & Monacis percipere. Regulare
enim eſt quod ſe fundans in Parochialitate
debet illam concludenter probare cum ex
iuris præſumptione Beneficia ſimplicia
7 præſumantur *Barboſ. de Parochis part.* 7. *cap.* 1.
num. 36. *Rota deciſ.* 258. *num.* 5. *& ſeqq.* 1. *recent.*
& coram ſ. r. mem. Greg. XV. deciſ. 387. *num.* 4. *&*
ſeqq.

Vltra quod Teſtes vniformiter deponūt
de præterito, & de auditu, nec poteſt iu-
ſtificari ex certa ſcientia ante vnionem, fun-
dantque perceptionem decimarum à Mo-
nacis in Bulla vnionis, ex qua, & ſententia
Executoris conſtat de contrario, vt dictum
eſt in vtraque deciſione, proindeque tan-
8 quam de auditu nihil probant *cap. ex literis*
de teſtib. cum aliis per Farinac. eodem tract. q. 69.
num. 1. *& ſeqq.*

Præterea circa aſſertum ius Monachorū
percipiendi decimas in dicto loco Villaric-
cæ, ceſſat quæuis difficultas ex obſeruantia
contraria cum à Rectoribus, Capitulo, &
Beneficiatis probata fuerit ipſorum quaſi
poſſeſſio exigendi decimas ab immemora-
bili etiam ex bonis Villariccæ, vt in *deciſio-*
ne qua reuidetur, §. *Et harum decimarum*, *&* §.
Verum quia in fine, & hinc benè infertur ad
exiſtentiam eiuſdem loci intrà Parochiæ
9 Sancti Aſcenſi limites *Butr. in cap.* 1. *num.* 15.
in fine de Relig. domib. Menoch. de præſumpt. præſ.
69. *num.* 13. *lib.* 6. *Rota deciſ.* 718. *num.* 5. *par.* 2.
recent. In nihilo reſiſtentibus ſententijs latis
cum earum effectuatio non probetur *Rota*
de-

10 deciſ.171.num.5.par.5.deciſ.24.num.12.par.7. rec. Et illæ tanquam inter alios,& in diuerſis cauſis Rectores, Capitulum, & Beneficiatos non afficiunt, vt in *alia deciſione §. Ad obiectum deductum ex ſententiis*.

Et nihil faciendum, quod decima non ſit debita niſi in quantitate quinquageſimę & de certis bonis iuxtà ſolitum. Tum quia ex Teſtibus Rectorum, Capituli, & Beneficiatorum illam integraliter ſolutam fuiſſe apparet, tum etiam quia dum bona diuerſo tempore acquiſita fuerunt, etiam non docto de requiſitis ſiue ad immemorabilē, ſiue ad præſcriptionem 40. annorum neceſſarijs nunquam pro certa dumtaxat rata
11 ſoluendi conſuetudo induci poteſt *Rebuff. de decim.quæſt.13.num.53. & 69. Rota dec.441. num.2. in fine par.2.deciſ.23.num.1.par.6.recent.*

Non vrget iterum obiecta nullitas examinis Teſtium Rectorum, Capituli, & Beneficiatorum deſumpta ex defectu in Ordinario Iuriſdictionis, quam Monaci declinarunt tanquam exempti. Nam obiectum hoc tollitur ex reſponſionibus datis in alia deciſione §. *Nec officit*. Atque etiam deducitur validitas examinis ex præcedenti Nuntij Apoſtolici remiſſione ad eumdem Ordinarium, cuius iuriſdictio tali remiſſione, aut fuit confirmata, aut conceſſa ab ipſo Nuntio tanquam Iudice exempto-
12 rum, qui poteſt alios ſubdelegare, iuxta *reg.text. in l. à Iudice, vbi gloſ. & Doct.C. de iudic.Chok. de iuriſd.Ordin. in exempt.par.2.q.14. per tot.*

Minus aſſerta Concordia turbat, quia non exhibetur, & Teſtes ſuper eius admiſſione examinati, cum ſint de auditu, & de eius exiſtentia tenore, ſubſtantia, & qualitatibus non deponant reijciendi veniunt, vt
13 in *prima deciſione §. Verum in præſenti*, quapropter nullum conſtitui poteſt fundamētum in *deciſ.461.par.4.rec.* quia ibi *vt in nu.6* de Concordia per publicum documentum conſtabat.

Demum nec vis fieri poteſt in dictæ Cōcordiæ confirmatione, quia iſta illius tenorem non continet, & inſtante Monaſterio emanauit, & ad Inſtrumentum ſe refert vt propterea non operetur niſi idem Inſtru-
14 mentum exhibeatur *Rota in Mindonien. Parochialis 3.Martij 1653. §. Qua ſtante coram me, cum aliis in prima deciſ. à §. vltrà quod*.

Cæterum quoad reliqua in hodierna diſputatione per Monacos readducta Domini cum eiuſdem primæ deciſionis reſponſionibus ſine vlla difficultate tranſierunt.

Atque ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO

Bononieñ Succeſsionis de Zanis.

Mercurij 9. Decembris 1654.

ARGVMENTVM.

Iuſta cauſa conualidans egreſſum à Religione Societatis IESV probatur ex aſſertione Patris Generalis. Votum redeundi ad religionem, à qua quis fuit egreſſus non obligat ad redditum, niſi acceptatus fuit à Superioribus illius Religionis. Diſcrimen inter votum Religionis in vniuerſum,& Religionis determinatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ excludit fœminas à ſucceſſionibus ab inteſtato extantibus maſculis.*
2 *Monachus non poteſt egredi Religione niſi concurrentibus cauſis requiſitis.*
3 *Monachus dimiſſus illis non concurrentibus non liberatur à nexu Religionis.*
4 *Monachus egrediens animo redeundi non dicitur egredi.*
5 *Monachi egreſſum è Religione ex iuſtis cauſis proceſſiuè ſtatur aſſertioni Generalis.*
6 *Reo ſatis eſt reddere nubidas probationes actoris.*
7 *Monachus ſi è Religione receſſerit, & deindè ingredi vult, nouum votum emittere debet, nec priori iam emiſſo ligatur.*
8 *Pacti reſolutiui conditio purificatur per ſolum factum, quamuis modico duret.*
9 *Soror præfertur Patruo in ſucceſſione fratris.*
10 *Statutum excluſiuum fœminarum à ſucceſſionibus ab inteſtato cenſetur honeſtum, & fauorabile & inductum ad publicam vtilitatem.*
11 *Statutum non ligat Eccleſiaſticos, niſi copulatiuè concurrant voluntas, & poteſtas ſtatuentium.*
12 *Statutum non ſoluit ius commune quoad ſucceſſiones ab inteſtato niſi prædicta concurrant.*
13 *Statutum tollit ius commune quoad perſonas laicas tantum.*
14 *Ius Ciuile ligat Eccleſiaſticos, vbi contractum non diſponit per ius Canonicum ex approbatione Pontificis.*
15 *Pontificis approbatio quoad ius ciuile non extenditur ad iura municipalia.*
16 *Statutum laicale præferens primogenitum ſecundogenito procedit etiamſi ſecundogenitus efficiatur poſtea Clericus.*
17 *Statuti verba directa ad tempus delatæ hæreditatis non ligant niſi eueniente caſu delationis.*
18 *Primogenituræ ius dicitur à primogenito ſpe quæſitum à die natiuitatis, etiam viuente patre.*
19 *Hæredis habilitas, & potentia ad ſuccedendum metitur à tempore delatæ hæreditatis tantum.*
20 *Statutum laicale an comprehendat hæreditates Cleri-*

Clericorum; vide inferius vſque ad numerum 26. vbi declarantur DD. Opiniones.

27 *Statutum confirmatum à Pontifice cum clauſula* dummodò contra libertatem Eccleſiaſticam non tendat, *non ligat Eccleſiaſticos ex defectu voluntatis.*

28 *Statutum quando dicatur lædere libertatem Eccleſiaſticam. vſque ad num. 33.*

34 *Immunitatis Eccleſiaſticæ fauore in dubio eſt pronunciandum.*

35 *Succeſſiones Eccleſiaſticorum facilè euitantur à laicis reportationem renunciationis futuris ſucceſſionis ante ingreſſum Religionis.*

36 *Statutum habet locum in ſucceſſionibus ab inteſtato tantum.*

DECISIO XVIII.

CEnſuerat Rota ſub die 17. Maij 1641. immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum Comitis Angeli de Zanis non eſſe dandam Fabroniæ, ſiue Monaſterio Monialium Sanctiſſimę Trinitatis, in quo profeſſa erat, ſed Carolo defuncti nepoti, licèt illa tanquam Soror Germana proximior eſſet defũcto, & Carolus ingreſſurus Religionem Societatis IESV quibuſcumque hæreditatibus renunciaſſet, & in eadem Societate tria vota, quæ ſimplicia vocant emiſiſſet, quia concurſum Sororis
1 tollit ſtatutum Bononiæ excluſiuum fœminarum propter maſculos *ſub rubr. de ſucceſſ. aſcenden. & Collater. §. d. verò Fratres,* quod fauet etiam maſculis legitimatis qualis erat Carolus; emiſſio autem trium votorum ſimplicium iuxtà Cõſtitutiones Societatis IESV non reſiſtit acquiſitioni tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ad nutum Superioris, eo minùs poſtquam Carolus cum licentia Patris Generalis fuerat è Religione egreſſus; Vndè etiam euanuit ipſa renunciatio cum eſſet concepta ſub expreſſo pacto reſolutiuo in caſu egreſſus è Religione, vt latius hæc omnia comprobantur in deciſione ædita coram me dicta die, & anno 1641.

Quam partes approbarunt mediante trãſactione paulò poſt inita, & ferè hactenus obſeruata, cuius effectus extinctiuus litis cum fuerit nuper euacuatus ſpeciali reſcripto Sanctiſs. D. Noſtri emiſſo in plena Signatura Gratiæ, Monaſterium præfatarum Monialium, vna cum Co. Carolo Antonio Zano primam litem, etiam vigore nouæ commiſſionis proſequendo, duo vt a deciſis recederetur, obiecit, nempè pactum reſolutiuum ſupramemoratæ renunciationis non fuiſſe purificatum per egreſſum Caroli è Societate IESV, & Moniales non ſubiacere ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos.

Primum obiectum eduxit negãdo egreſſum Caroli fuiſſe licitum, quia nulla concurrebat ex cauſis ad hunc effectum requi-
2 ſitis, & enumeratis *à Caſtropal. oper. moral. to. 3. diſput. 4. punct. 20. num. 7. & ſeqq. qui numer. 9.*
3 ſubdit aliter dimiſſum non liberari à nexu Religionis *Sanchez. de præcept. decal. lib. 6. c. 9. num. 66. Suarez. de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 9. num. 11. & ſeqq.* necnon aſſerendo Carolum tempore egreſſus vouiſſe coram Patre Prouinciali reditum ad Religionem ſtatim ac negotia quædam temporalia, ob quæ egrediebatur compleuiſſet, & ſic egreſſum fuiſſe ſimulatum ſub colorato prætextu vtilitatis, neque exindè purificatam conditionẽ
4 adiectam pacto reſolutiuo renunciationis, quia non dicitur exire, qui exit animo redeundi *l. quid ſit fugitiuus ff. de edilit. edict. Bald. in l. 1. num. 27. Cod. de ſeru. fugit. Gonz. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſ. 43. num. 5. & ſeqq. Rot. coram ſan. memor. Gregor. XV. deciſ. 70. num. 5.*

Verum informantes pro Collegio reſpõdebant de iuſtis cauſis egreſſus conſtare ex
5 aſſertione Patris Generalis, cui iuxta ſuas facultates adhibenda eſt fides, *Sanch. d. lib. 6. cap. 9. num. 62. & ſeqq. Suar. de relig. d. lib. 3. c. 9. num. 15. in princ. Caſtrop. d. punct. 20. numer. 8.* aſſertum autem votum redeundi non probari ſcripturis informibus in id productis, eo minus pugnantibus hincindè teſtibus, & concurrente contrario facto decennalis perſeuerãtię Caroli, in ſæculo, in quo obijt, declarato ſæpiſſimè animo ducendi vxorẽ, adeòq; fidentis de ſuſceptione liberorum, vt ex ſe naſcituros in vltimis tabulis morti proximus hæredes inſtituerit, ſatiſq; eſt du-
6 bias reddere probationes actoris ne ſuffragentur *c. in præſentia de probat. Caſtr. in l. penult. §. docere n. 45. ff. ne quis eum Dec. conſ. 37. ſub numer. 9.* cum alijs allegatis *in Aſten. Coadiutoriæ 21. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Celſo.*

Nec idem votum (eſto quod probaretur) releuaret, niſi cognitum, & acceptatum fuerit à Superiore ſufficienti adhoc poteſtate ſuffulto; nam alioquin non obligaret ad redeundum; quippe obligatio, quam inter Religionem, & Religioſum vota ſimplicia repererant non ſuſpenſa, ſed omninò ſublata ſemel ex vtriuſque libero conſenſu reuiuiſcere preciſè, & arctare ad ingreſſum non potuit, niſi vtroque iterum conſentiẽte, vt diſtinguendo inter votum Religio-
7 nis in vniuerſum, & alicuius Religionis determinatæ probant *Diuus Thomas in 2. 2. quæſt. 189. ar. 3. in reſponſione ad 2. & ibidem Caietanus verſ. ad hoc dicitur, Azzor. Inſt. moral. par. 1. lib. 11. cap. 23. q. 5. Caſtrop. oper. moral. tom. 3.*

tom. 8. tract. 16. diſput. 1. punct. 3. num. 10. & ſeqq. Sanch. in præcept. Decal. lib. 4. cap. 15. n. 28.

Vt propterea fateri ſemper oporteat
conſtare de vero egreſſu tam de iure,
quam de facto licet ad purificandam cõdi-
8 tionem pacti reſolutiui ſolum factum ſuffi-
ceret *l. meuius ff. de cond. & demonſt. l. filius
familias §. cum quis rogatus ff. leg. 1. Caſtren. in
l. ſi marito §. 2. num. 2. ſolut. matr. Rot. in Ro-
mana fideicommiſſi de Soricys 22. Maij* 1643. *co-
ram Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Salamantino,*
quamuis modico tempore duraſſet *l. ſi quis
hæredum Cod. inſtit. & ſubſtit. Rot. coram ſa. me.
Greg. XV. deciſ. 5. num. 10.* aliiq; relati ab *Al-
tograd. conſ. 54. num. 100. conſ. 60. num. 1. & 4.
lib. 1.* & in puncto *Modern. Placentinus e So-
cietate IESV in Manul. Regular. tract. 2. cap. 9.
num. 62. quæſt. 30. & num. 63.*

Replicabant informantes pro Monaſte-
rio ſcripturas ad probandum votum pro-
ductas eſſe in forma probanti, coadiuuari,
ex quo Carolus viuens curauit abſolutio-
nem à voto regrediendi ad Religionem
animo poſt abſolutionem ducẽdi vxorem,
idemq; probari poſſe coniecturis, neq; te-
ſtes eſſe diſcordes.

His, & alijs diligenter ponderatis cõcor-
dia non fuerunt ſuper hoc obiecto ſuffragia
Dominorum, & ex ſolo ſecundo capite
9 proximioritatis gradus præferente ſororem
Patruo in ſucceſſione inteſtata fratris *l. con-
ſanguinitatis Cod. legit. hæred. §. ſi igitur defun-
ctus, il ſecondo, Auth. de hæred. ab inteſt.* receſ-
ſum fuit à deciſis, non ſuffragante ſtatuto
excluſiuo fœminarum in præiudicium
Monialium, & Monaſterij, etiamſi longè
poſt illud conditum Fabronia Soror mona-
ſticam profeſſionem emiſerit, vt enim ſta-
tutum laicorum afficiat perſonas Eccleſia-
ſticas emanaſſe ad publicam vtilitatem, &
honeſtum, ac fauorabile eſſe quale cenſeri
10 ſtatutum excluſiuum dixit *Rota in Spoleta-
na ſucceſſionis 19. Iuny 1651. coram R.P.D. meo
Celſo,* non ſufficiat cum ſemper deficiat po-
11 teſtas, imò, & voluntas ſtatuentium in
Eccleſiaſticos copulatiuè neceſſaria, *Dec. in
cap. Eccleſia Sancta Mariæ numer. 186 & 187.
de conſt. Garz. de vlt. fin. num. 159. in fin. verſ.
nec obſtat ratio. Surd. conſ. 301. num. 18. Ambro-
ſin. de immunit. Eccleſ. cap. 121. num. 13. & ſeq.
vſque ad 29.* & proindè nec dici poteſt ſub-
latum à ſtatuto ius commune quoad ſuc-
ceſſionem, ità vt hæreditas non deferatur
12 amplius iure communi, ſed municipali, vt
ratiocinatur *Caſtr. conſ. 304. col. penult. lib. 1.*
quia hoc non militat niſi quoad perſonas
13 laicas, quas ſtatuentes voluerunt, & potue-
runt excludere, vt in ſpecie reſpondet *Al-
bertus Eun. ſuper ſtatut. extan. maſc. art. 6. n. 47.*
quodque dicit iura ciuilia ligare Clericos,
vbi ius Canonicum aliter nõ diſponit pro-
14 cedit ab expreſſa approbatione Papæ relata
*in cap. 1. de iuram. calum. in cap. 1. de oper. nou.
nunc. cap. vt inquiſitionis de hæret. in 6.* quæ
non porrigitur ad leges poſteà latas, & mul-
15 tò minus ab ſtatuta, vt diſtinguendo inter
ius ciuile Romanorum, & ſtatuta tradit
Hoſtienſis in cap. fin. num. 11. de ſolut. quem ſe-
quitur *Rebuff. in Conſt. Reg. tom. 1. in proem.
gloſſ. 1. numer. 62. & 72. Cott. in memor. verb.
Clerici ligantur verſ. ſed ita deberent;* vbi ait
hoc eſſe iluſtre dictum *Surd. d. conſ. 300. nu-
mer. 51, Vaſq. de ſucceſſ. tom. 1. lib. 3. §. 26.
num. 71.*

Prout neque reicuar, quod mulier antè
ingreſſum in Monaſterium fuerit ſubiecta
poteſtati ſtatuentium, & propterea ex tunc
ſtatutum iniecerit vinculum excluſionis,
quod per ingreſſum iu Religionem non diſ-
ſoluitur ob quam rationem habemus in ſi-
mili, quod ſtatutum præferens primogeni-
16 tum ſecundogenito locum habet, etiamſi
ſecundogenitus poſtea Clericus efficiatur.
*Abb. in cap. quod Clericis num. 39. & 40. de for.
compet. Azzor. inſt. moral. pa. 1. lib. 6. cap. 13.
quæſt 8. verſ. item ſolet,* aliiq; relati, *à Carol. de
Graſſ. de effect. Cleric. effect. 2. nu. 122. & 123.
& num. 169. cum 2. ſeqq.*

Nam obiectum vrgeret, ſi ãte ingreſſum
fuiſſet hæreditas delata, alias ſi ſtatuti ver-
ba diriguntur in tempus delatæ ſucceſsionis
nullum antea fuiſſe vinculum iniectum,
colligitur, tum ex verbis in illud tempus
collatis, qualia eſſe verba initio ſtatuti Bo-
nonienſis appoſita, ibi, *ſi quis inteſtatus deceſ-
ſerit, &c,* notant infra allegandi, tum ex eo,
17 quod antea efformata non erat, aut appli-
cabilis excluſio, cum ad ſucceſſionem Fra-
tris viuentis Sorori nullum ius competeret
nec re, nec ſpe probabili, *Bart. in l. qui Romæ
§. duo fratres num. 3. & 4. ff. de verb. oblig. Rip.
in l. 1. num. 25. Cod. pact. Bertazz. conſ. ciuil.
57. num. 4. & ſeqq. Cephal. conſ. 526. num. 71.
& ſeqq.* & in hoc differt ius ſucceſſionis à iu-
re primogeniture, quod ex die natiuitatis,
18 etiam in vita Patris, quia à Patre aliter di-
ſponi non poteſt, dicitur ſaltem ſpe quæſi-
tum *Mandoli. conſil. 523. ſub num. 19. Tiraquel.
de iure primogenituræ quæſt. 43. num. 14.* ac tran-
ſmiſſibile *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 6. n. 36.
& 37. Gratian. diſcept. 456. num. 80. & 81. Ci-
riac. contr. 23. nu. 34. Giurb. de ſucceſſ. feud. cap.
118. §. 2. gloſſ. 6. num. 27. Matth. ad leg. Hiſp.
lib. 5. tit. 7. gloſſ. 5. num. 6. Rot. in Ariminen. ſe-
cundogen. 18. Maij proximi præteriti §. non atten-
to coram me.* Tum tertio, quia regulare eſt,
quod potentiam, ſeu habilitatem in per-
19 ſona ſuccedere volentis non metimur à
teni-

tempore antecedenti, ſed dumtaxat delatæ ſucceſſionis *Bald. in l. 2. Cod. iur. emphit. Menoch. conſ. 220. num. 127. Peregr. conſ. 33. ſub num. 22. lib. 2. Valenz. conſ. 83. num. 34.*

Adeò quod quicquid ſit in terminis primogenituræ, vel ſtatuti excludentis ſimpliciter fœminas propter maſculos, abſque
20 verbis in tempus mortis directis, in quibus terminis loquuntur pleriq; contrariæ opinionis ſectatores, & ſignanter *Burſat. conſ. 93. num. 39. Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 17. n. 197.* aliiq; relati *à Modern. Pedem. diſquiſit. Cler. p. 1. tit. de exempt. Cleric. à ſtat. §. 5. num. 23. à Modern. Neapolit. de Immunit. Eccleſ. cap. 8. dub. 11. ſect. 4. num. 5. Carol. de Graſſ. ſupracit. effec. 2. num. 122. in fin. & nu. 269.* Ceſſat prorſus ratio vinculi iniecti ante monacatum in terminis ſtatuti in tempus delatæ hæreditatis concepti, & per conſequens ex defectu poteſtatis laicalis non excluditur, quæ tempo-
21 re mortis, ac delatæ ſucceſſionis Monialis eſt, vt originaliter tradit in puncto *Salic. in Auth. Caſſa 14. Cod. Sacroſan. Eccleſ. Ruin. conſ. 200. num. 8. & 9. lib. 2. Roland. conſ. 57. nu. 29.* vbi benè diſtinguit inter ingreſſum Monaſterium antè, vel poſt delatam hæreditatem, & ſubdit quod ſi attendenda eſſet præce-
22 dens iniectio vinculi, ſemper Clerici ſubiicerentur ſtatutis laicalibus; quia laici nati fuerant *lib. 2. Ceph. conſ. 95. num. 14. & ſeqq.* vbi reſpondendo contrariis ait Soccinum, Decium, & alios intelligi non poſſe de ſtatuto, quod ſuum effectum confert in tempus ſucceſſionis delatæ, quia cum illud antea, nec fœminam excludat, nec maſculũ includat dici nequit inieciſſe vinculum excluſionis; neque ſibi cõtrariatur in *conſ. 146. num. 26.* quia ibi loquitur de ſtatuto exclu-
23 dente ſimpliciter fœminas propter maſculos, ſic etiam *Mart. de iuriſd. par. 4. caſ. 5. n. 1.* qui ſibi contrarius non eſt, *in conſ. 118. n. 15.* quia eo caſu ſtatutum ſimpliciter excludebat, *Surd. deciſion. 20. num. 8. Sperell. deciſ. 11. num. 20. & ſeqq.* vbi latè comprobat, & hanc communem, & magis veram opinionem ait, eamdemq; opinionem fauore Monialis amplexa fuit. *Rota in Spoletana Bonorum 13. Aprilis 1646. §. viſa fuit*; vbi ſignanter ponderatur defectus poteſtatis, & voluntatis ſtatuentium, & dicitur hæc opinio verior, atq;
24 tenenda quicquid alii ſenſerint, quorum rationes verè non ſubſiſtunt, *coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado in Tudertina ſucceſſionis 29. Maij 1652. per tot. coram R. P. D. meo Meltio.* & fauore Clerici, *in Rauennaten. hæreditatis 5. Iunij 1648. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono, in Bononien. Hæreditatis 28. Iunij 1652. coram me, & in eadem 30. Maij 1653. coram eodem Domino meo Meltio,* vbi, & ſi agatur de ſucceſſione paſsiua Clerici, idẽ
25 militat ibi ponderatus poteſtatis, ac voluntatis defectus in ſucceſsione actiua ex allegatis per *add. ad Surd. d. deciſ. 20. nu. 4. Mart. conſ. 118. ſub num. 16. verſ. quia maius.*

26 Neque contrarium aliquando ſenſit Rota, nam *deciſionem Antonij Auguſtini impreſſam inter deciſ. Putei deciſ. 99. lib. 3. in antiq.* mendoſam eſſe, & in nouiter impreſsis exemplatis, ex ipſo originali manu Putei cõſcripto non reperiri monemur *in Montisfalſici fideicommiſſi 16. Decembris 1619. coram clar. me. Coccino Decano, relata à Moderno poſt tract. de iur. Abbatiſſar. deciſ. 29. ſub num. 5. verſ. attamen, deciſ. 1. Biſign. de conſuetnd.* ait, quod per tres ſententias concluſum fuerat contra fœminam, quæ nuſquam fuit Monialis vocata, aut nominata, & quod poſtea de hoc fuit in Cancellaria quæſtio, quam non dicit fuiſſe reſolutam. *In Ciuitatis Caſtelli legittim. 15. Martij 1604. coram Cardinali Lancellotto*; non agitur de ſtatuto habente verba explicitè directa in tempus mortis, nec diſputatur articulus principalis excluſionis contra fœminas, ſed ſolum firmatur, quod fœmina facit partem ad augendam legitimam maſculorum. *Deciſ. pariter 63. coram ſan. mem. Gregor. XV.* habet dumtaxat, quod Monialis debet dotari ſtante ſtatuto excluſiuo, atque ita ſupponit Monialem acquieſcere excluſioni, an autem acquieſcere teneatur non diſcutit. Et animaduertendum eſt, quod poſt has omnes deciſiones exaduerſo recenſitas, *Rota in ſupracitata deciſ. 29. ſub num. 5. apud Modern. de iur. Abbatiſſ.* dixit, quod in ſententia Rotæ fundari non poteſt excluſio Monialium, & quo ad magis cõmunem opinionem, Doctores, & eorum rationes eſſe ponderandas, quibus deindè maturè ponderatis in ſupradictis deciſionibus coram Eminentiſsimis Dominis Cardinalibus Otthobono, & Corrado, & coram R. P. D. meo Meltio, & me, fuit pluries pro Monialibus, & Eccleſiaſticis perſonis reſponſum.

Non obſtat, quod ſtatuto Bononiæ obiici nequeat defectus ſtatuentium, aut voluntatis, quia in verbiſ loquitur de ingreſſis Religionem, ibi, *Et ſi tales fœminæ, &c. Religionem intraſſent,* aut poteſtatis, quia mnnitur ampliſsimis confirmationibus Apoſtolicis. Ex ipſa enim petitione porrecta à ſtatuentibus pro obtinenda confirmatione, & ex verbis expreſsis cõfirmationis Iulij II. iuxtà quam ſubſequentes ſunt in hac parte intelligendæ apparet noluiſſe illos ſtatuendo, & Pontifices confirmando ledero libertatem Eccleſiæ, vt legitur, ibi, *dũmodo contra*
27 *libertatem Eccleſiaſticam non tendat,* quod in pun-

puncto ponderant præmemoratæ deciſiones *in Bononien. hæreditatis 28. Iuny 1652. §. fin. coram me, & 26. Ianuary 1654. §. eoque minus; & 2. ſeq. coram R.P.D. meo Meltio*, & tradit, *Eugen. conſ. 99. num. 38. lib. 2.* Hoc verò ſtatutum ſi Moniales excluderet, tendere contra libertatem Eccleſiæ patet quia Moniali faculta-
28 tem ſuccedendi, quam haberet de iure communi tolleret iuxta teoricam communiter traditam à *Doct. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſt. Eugen. dicto conſ. 99. num. 38. verſ. nec dicatur, & num. 40. lib. 2. Carol. de Graſſ. effect. Cleric. 2. num. 68. & 2. ſeqq.* nec non quia exer-
29 ceret poteſtatem in perſonam Monialis de tempore quo iam Monialis eſt, cōtra textus apertiſſimos in *cap. ſignificaſti de for. compet. in d. cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ de Conſt. in cap. decernimus de Iudic. cap. fin. de vit. & honeſt. Cler. cap. 1. de Immun. Eccleſ. in 6.* Nec enim vt ſupra dicebam attendi debet tempus, ac ſtatus laicalis ante delatam hæreditatem; quia non niſi poſt delatam ſtatutum voluit maſculum includere, & fœminam excludere.
30 Atquè hinc gratis etiam dicitur nullum inferri præiudicium Eccleſiæ, eo quod fœmina niſi Monialis eſſet adhuc excluderetur ab hæreditate vigore ſtatuti, vt ratiocinatur, *Brun. ſuper ſtat. ſtant. maſc. art. 6. numer. 52.* quia cum de tempore in quod confertur excluſio ſtatutaria illi mulier non ſubiaceret, & per conſequens poſſet de iure communi ſuccedere, graue ſentiret præiudicium ſi à ſtatuto excluderetur, non ſecus, ac ſi poſt ingreſſum in Religionem, & delatā
31 hereditatem conditum eſſet ſtatutum; quo caſu Monialem non excludi affirmat ipſe *Caſtr. conſil. 104. lib. 1. & alij allegati à Carol. de Graſ. effect. Cler. 2. num. 121.* Fatendum ergo eſt quod ſtatutum in capite excluſiuo Eccleſiam lederet, licèt ſecus ſit in capite incluſiuo maſculorum, quod etiam perſonis Eccleſiaſticis fauere vtile eſt Eccleſię, & in his
32 terminis loquitur *Rot. in exaduerſo alleg. deciſ. 438. num. 59. & duob. ſeqq.* vbi querebatur an ſtatutum Bononiæ includens Patruum fœminis excluſis prodeſſet Patruo in aliqua
33 Religione profeſſo *par. 4. tom. 2. recent.* vel ſi de hęreditate contenderent ſolum laici, qui eſt caſus exaduerſo allegatę, *dec. 51. par. 1. rec.*

Tandem momenti non eſt declaratio felic. record. Greg. XIII. quod à ſtatuto excluſiuo deleatur clauſula ſine pręiudicio locorum piorum, & perſonarum ibi exiſtentiū eo quod iuris, & equitatis ratio expoſcit, vt par ſit conditio fœminarum pia loca ingredientium, quam nubentium; quia ea declaratio emanauit ſuper ſtatuto Peruſino; & ex quo ille Pontifex voluit id indulgere Ciuibus Peruſiæ; inferri non poteſt; quod alij Pontifices idem concedere voluerint Bononienſibus, Præſertim dum contraria voluntas euidentiſſimè reſultat ex clauſula non delata, ſed replicata, tum in petitione, tum in confirmatione ſtatuti, ibi, *dummodo contra libertatem Eccleſiæ non cedant.* Exageratum verò præiudicium quod fit laicis excipiendo Moniales, non meretur allegari, quia nemini facit iniuriā, qui vtitur facultate ſibi à iure communi conceſſa, nec laicis fauendum cum læſione
34 immunitatis Eccleſiaſticæ, pro qua etiam in dubio eſt pronunciandum, *l. ſunt perſonæ ff. relig. & ſumpt. funer. Alex. conſ. 190. in fin. lib. 6. Decian. conſ. 89. nu. 22. lib. 3. Bott. conſ. 87. nu. 52. Carol. de Graſſ. effect. Cler. 3. num. 160.* & facile
35 laicis eſt id euitare reportando ab ingreſſuris renunciationem futuris ſucceſſionibus, vt aduertit, *Sperell. dicta deciſ. 11. n. 23. circa fin.*
36 necnon quia non tollitur Patri, & Matri facultas ad libitum teſtandi de bonis ſuis, & ſtatutum locum habet ab inteſtato duntaxat; *Alex. conſ. 131. nu. 2. verſ. vnde propter lib. 1. Curt. Sen. conſ. 27. numer. 17. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 358. nu. 1. & 2. & coram Buratto. deciſ. 262. num. 14. vbi allegantur concordantes.*

Et ita deciſum vtraque parte informāte.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Cenſus

Veneris 30. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

Nota fraudis inuritur literis cambij tranſmiſſis ad mercatorem, qui ex plurium atteſtatione non adeſt in loco, quo fit tranſmiſſio fraudolenti mores agentium influunt in actum, illumque reddunt ſuſpectum.

SVMMARIVM.

1 *Exceſſus in deliberatione impedit deliberatario acquiſitionem dominij poſſeſſioniſque.*
2 *Continuatæ ſolutiones præcedentes terminos fuiſſe ſolutos arguunt præſumptione legali.*
3 *Etiam in materia cenſuali.*
4 *Et ex hoc impeditur exequutio Cameralis obligationis.*
5 *Imo talis præſumptio habetur pro liquidiſſima probatione.*
6 *etiam ſi ſtatutum vel lex probationem inſtrumentalem deſideraret.*
7 *Diuturna acquieſcentia creditoris egentis fortiorem reddit præſumptionem ſolutionis.*
8 *Creditum præſumendum illius ſummæ pro qua obtinentur mandata exequutiua.*
9 *Maximè quando pecunia debetur creditori vigilanti, vt ſunt Ianuenſes.*
10 *Debitum cuius adiecta non venit dies ſub cambij poni non poteſt.*

E *Facul-*

11 *Facultas cambiandi conceſſa creditori in caſu moræ debitoris cenſetur conditionalis, & mora non probata euaneſcit.*
12 *Interpellatio fieri debet illi cuius debitum ſub cambijs ponitur.*
13 *Non obſtante quod intimationi ſit renunciatum quando agitur de grauioribus cambijs.*
14 *Literarum tranſmiſſio debet iuſtificare cambiorum curſum.*
15 *Etiam ſi pactum adſit quod creditoris aſſertioni ſtetur.*
16 *Simulatio contractus ex moribus contrahentium arguitur.*
17 *Vtiliter excipit Creditor ex iuribus debitoris quæ habet hypothecata.*
18 *Hæredis eſt defuncti iura tueri.*
19 *Tertius ad excipiendum admittitur in materia vſuraria & ſimilibus, quæ ipſo iure agentis intentionem deſtruunt.*

DECISIO XIX.

Eceptiſſima eſt Iuris concluſio deliberationem exceſſiuam nullum tribuere ius deliberatario ſuper re deliberata, neque
1 quoad poſſeſſionem, neque quoad dominium *l.4.§.condemnatum ff.de re iudic.Bart.in l. ſi in ſortem §.ſi centum numer.7. ff.de cond.indeb. Crauett.conſ.319. ſub num.12. verſ.ex Fulgoſ.id ſignificantius Hier.Leo deciſ.Valent.109. num.7. Rota deciſ.411. num.26. part.5.recent.deciſ.112. num.17.& ſeqq.penes Poſth.de ſubhaſt.Gregor.deciſ.198.numer.1. vbi adden. & deciſ.373.num.2. & in terminis Cenſus deciſ.153.num.7. poſt Cen. de Cenſ.& in Romana Cenſuum 16.Martij 1646. coram Reuerendiſſ. Terraconen.* Hinc Domini reſoluerunt non eſſe exequendum mandatum A.C.ad fauorem Saulij, & Bezzij deliberatariorum ratæ ſcutorum quindecim mil.cenſus in maiori ſumma ſcutorum 50. mil. vt à prædictis prætenditur, debiti per DD.Ducem,& Fratres de Sfortijs Alexandro Pallauicino, quia dicta deliberatio ab exceſſiuitatis labe ſaluari non poteſt, dum fuit obtenta pro ſcutis 8645. & tamen ex calculo dato pro parte D. Ducis apparet creditum dd.Saulij, & Bezzij cum bo:me: Duciſſa Sforzia occaſione Cambij ſcutor. 10. mil. in quo erat obligatus dictus Pallauicinus pro ſolutione annuorum ſcutor. 1200,tunc aſcendiſſe tantummodo ad ſcuta 3969.quamuis, & hæc etiam poſt deliberationem à DD.de Sfortijs ſoluta prætendantur.

Nec ex dicto calculo ſunt expugendæ tres primæ paghæ ſub diebus 10. Maij, & 10.Nouembris 1629.ac 10.Maij 1630.in totum conſtituentes ſummam ſcutor. 1800. de quibus non exhibentur quietantiæ,quia cum dentur quatuordecim ſubſequutæ ſolutiones continuatę de ſemeſtre in ſemeſtre ſcutor.600.pro qualibet, intrat legalis præ-
2 ſumptio ſolutionis pagarum antecedentiũ deprompta ex *l.quicumque C. de Apoch. public. lib.10. & notat Baldus, ibi numer.9. verſ. item Quæro, Socin conſ.118.num.3.lib.4. Menochius præſumpt.139.num.13.lib.2.Grat.qui alios cumulat cap.716.numer.12.& ſeqq.Carol.de Graſſ.except.25.num.13.Gabriel.de præſumpt.concluſ.11. numer.14.verſ.contrarium, Rota deciſ.3.de locat. in nouis. Et in Maceraten.Cenſus 22.Iunij 1646. §.ſecundo deducebatur coram bo:mem. Arguelles,*
3 quæ procedit etiam in contractu Cenſuali *Baldus in cap.litteris numer.10. de dilation. Rota deciſ.92. numer.2.part.1.diuerſ.& in Bononien.de Carnalibus impreſſ.poſt Marcheſ.de Commiſſ.par.*
4 *2.num.8.fol.545.* Et admittitur ad impediendam executionem obligationis Cameralis *Matthæus Coler. de proceſſ. execut. part.4. cap.1. numer.129. & 130.Gratian.deciſ.March.152.in addit. numer.5. & ſeqq.* immo dicta præſumptio dicitur liquidiſſima probatio, vt in
5 terminis *per Gratian. d. deciſ.Marcheſ.152.numer. 3.* Et habet locum etiam ſi Statutum, vel lex requirerent probationem Inſtrumentalem *Baldus in d. l. quicumque numer. 1.*
6 *Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius verſ. ſi abſque liberis moreretur, el ſecondo numer.86. de teſtam.Sadel.in l.1.n.10. Cod.de fideiuſſ.cum alijs per Menoch.dicta præſumpt.139.nu.23. Caroc de locat.part.4.fol.223.ampliation.8.num.25.*

Adminiculatur efficacia dictæ præſumptionis attenta taciturnitate tot annorum, receptione multarum pagarum abſque vlla proteſtatione, ſeu reclamatione, non enim eſt veriſimile, quod Saulius, qui pecuniis egebat, tanto tempore diſtuliſſet petitionem prædicti crediti ad *not. per Pariſ.*
7 *conſ.83.num.27.lib.1.& conſ.137.num.12. lib.4. Menoch.conſ.715.numer.4.lib.7. Rota deciſ.224. numer.8.part.6.recent.& in Romana Dotis 5.Iunij 1648. coram R.P.D. meo Celſo.* Et fortior redditur eadem præſumptio ex quo Thomas Saulius frater creditoris, illiuſque procurator ad exigendum morabatur domi Duciſſæ Eleonoræ principalis debitricis ſua negotia gerendo, & in actu ſolutionis, quę de ſemeſtre in ſemeſtre in maiori ſumma fiebat ab Alexandro Pallauicino debitore eiuſdem Duciſſæ Eleonoræ d.Thomas erat ſolitus detrahere ſummam ſuo fratri, & Bezzo debitam ex ea dicti cambij, prout etiam defuncta dicta Duciſſa ipſi Saulius, & Bezzus per quatuor annos ſubſequentes ſemper eamdem ſummam adamuſſim exegerunt vigore mandatorum executiuorũ, quæ certe obtenta fuiſſent pro tota quan-
8 titate ſi in maiori ſumma creditores extitiſſent,

tiſſent, mores enim patriæ Ianuenſis ſum-
9 mam diligentiam in exigendo ſuadent *Rota Ianuen.deciſ.139.num.9. Merlin.deciſ.714.numer.22.* Quare in hoc fuiſſe ſupinos non eſt præſumendum *Afflict.deciſ.13.num.29. Surd. deciſ.105.num.2. Cyriacus controu.516. num.14.* Et ex abundanti quando etiam mora reſpectu alicuius termini potuiſſet conſiderari (cum tamen nulla prorſus concurrat) vtique quantitas illius termini potuiſſet ſub cambii rigoroſis tranſmitti, non autem tota ſumma cambij, compræhenſis etiam
10 terminis quorum dies ſolutionis non ceſſerat, vt eſt *text.clarius in l.Seia 12.ff.de Vſur.*

Inſuper dictus calculus inutiliter impugnatur, ex quo debuiſſent poni cambia rigoroſa, ſtante expreſſa conuentione contenta in Inſtrumẽto cambij ſcutor.10. mil. cum Duciſſa celebrato ſumendi ſummam debitam per D. Duciſſam ad cambia currentia in caſum moroſitatis Pallauicini delegati in ſoluendis annuis ſcutis 1200. Quia, cum dicta facultas cambiandi non ſit pura ſed conditionalis in caſu moræ, & hæc non probetur contracta ob non purificatam conditionem, ſub qua fuit conceſſa, eua-
11 neſcit, nec cambia rigoroſa debentur. *Buratt.deciſ.151.num.1.& 2.& in Cremen.ſeu Ianuen.pecuniaria 1.Iulij 1648. §.nec dicatur, coram Reuerendiſſ. Tarraconen.* immo mora prorſus excluditur ob dictas ſolutiones, vt ſupra probatas; & cum D. Duciſſa non ceſſauerit in ſolutione conuenta ſcutorum 1200. annuorum non poterat grauari in cambijs, & recambijs, quæ in omnem caſum requirebant interpellationem ad hoc vt D. Duciſſa ſciret debitum eſſe ſub vſuris rigoroſis, & mediante ſolutione poſſet
12 ſe ab illis liberare *Rota deciſ.52. per totam par.2.recent.& deciſ.60.num.6.penes Salgad.*

Non obſtat quod eſſet data facultas ſumendi ad cambium abſque vlla intimatione; Nam licet non requireretur intimatio, vt pecunia debita poni poſſet ſub cambijs ob renunciationem, intimationis (quatenus in Inſtrumento fuerit appoſita) attamen poſtquam pecunia fuerat girata ſub cambijs rigoroſis, vt debitor certò ſciret ſuum debitum eſſe ſub vſuris grauioribus, & ab illis ſe poſſet eximere, eſſentialiter requirebatur intimatio non obſtante illius renunciatione, vt firmat *Rota in Romana*
13 *cambior.24.Iunij 1618.coram bo:mem.Manzanedo, & in Anconitana cambiorum 10. Martij, & 2.Aprilis 1649.coram R.P.D.meo Peutingerio.*

Præterea ceſſant prætenſa cambia cum non conſtet legitimè de tranſmiſſione litterarum ad nundinas, quo caſu illa non
14 debentur *Rota deciſ.775. num.1.part.4.diuerſ. & coram Mellin.deciſ.12.per totam cum alijs adductis per Adden. ad Buratt. deciſ.532. numer.8.* Nihil refragante pacto, quod de cambijs ſtetur aſſertioni,& partitis creditorum, quia pactum huiuſmodi habet tacitam condi-
15 tionem, quatenus cambia ſint realia *Decius conſ.216.num.96. verſ.ſecundo reſpondetur: Rota deciſ.559.in fine part.1. recent. Capic.Latr. deciſ.106.numer.46.* cum aliis, quos in puncto refert, & ſequitur *deciſio in Romana cambij 17. Februarij 1652. §. ad ſecundum coram R.P.D.meo Bichio.* Et aſſertæ litteræ exhibitæ laborant ſuſpicione fraudis ex fidibus plurium perſonarum affirmantium numquam adfuiſſe in Ciuitate Lugdunenſi mercatorem nuncupatum Ioſephum Oliuerium, ad quem litteræ cambij tranſmiſſæ figurantur, & augetur ſuſpicio ex quali-
16 tate perſonarum, quas feciſſe alios contractus ſimulatos conſtat ex *deciſ. Merlin. 714. per totam.*

Nec hęſitandum eſt prędictam exceptionem exceſſiuitatis, & nullitatis deliberationis poſſe opponi per DD. Ducem, & fratres de Sfortijs, quia ſicut poſſet opponi à Pallauicino, qui paſſus fuerat deliberationem, ita poteſt dari ab eiſdem, qui vti hæredes Duciſſæ Matris habent hypothecata omnia iura Pallauicinorum occaſione alterius cenſus ſcutorum 50. mil. & propterea omnia Iura,& exceptiones competentes Pallauicino vtiliter exercere poſſunt, non ſecus ac ipſe Pallauicinus poſſet
17 directo *l.ſicut l.penult. Cod.de non numer.pecuniar. Barboſa in lege 1.part.6.numer.37. ff. ſolut. matrimon. Cæſar Manent.conſ.124.num.34. alijſque allegatis à Moderno Neapolitano de credito cap.4.quæſt.11. numer.1770. & ſeqq. & per Salgad in laberin.credit.par.1. cap.40.n.10.& ſeqq.* Tum quia eorum intereſt dare de Iniuſtitia deliberationis vti emanatæ pro debito matris, cuius ſunt hæredes ne alias eneruet cenſum maternum integre ad illos vti hæredes ſpectantem, *Gratian.diſcept.691.nu.18.*
18 *Rota deciſ.175.numer.11.part.1.recentior.& deciſ.186.num.37.poſt Zacchiam de obligation.Cameral.& in Romana Domus 25. Februarij 1641. coram R.P.D.meo Cerro.* Eoque facilius cum exceptio ſit excluſiua ipſo Iure intentionis agentis propter exceſſum, & vſurariam prauitatem, & alias rationes ſuperius firmatas,& propterea benè etiam per tertium opponi potuiſſet. *Surdus conſil.415.numer.16.*
19 *à verſ.2.reſpondeo,& nu.17.Menoch conſil.395.n.66.& 91.lib.4.& conſ.665.n.11.Muta dec.20.num.19.in fin.& dixit Rota coram me in Romana Saluiani 4.Iulij 1640.*

Et ita fuit deciſum mandatum A.C.non eſſe exequendũ vtraq; parte informãte,&c.

REVERENDISS. D. SEGOBIEN.

Bononien. Fideicommiſſi de Victorijs.

Mercurij 5. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Teſtis inimicus deponens dubitatiuè fundans aſſertionem in propria credulitate non informatus, teſtificans de auditu ab habente intereſſe, examinatus abſque partis citatione nihil probat. Adulterium per atteſtationes de fama non conuincitur. Epiſtola agit contra ſcribentem: Examinantur coniecturæ, quibus redditur inuincibilis, *Text. in l. miles, ff. ad l. Iul. de adult.*

SVMMARIVM.

1 *Filiatio concludenter praſtanda quando eſt fundamentum ſuccedendi ad fideicommiſſum.*
2 *Et priuandi tertium ſua poſſeſſione.*
3 *Tractatus filiationem probat.*
4 *Quod. præiudicium tractantis non autem tertij, & redditur ratio. num. 5. & 6.*
7 *Probationes quæ trahunt originem à tractatu paterno filiationem contra tertium non concludunt.*
8 *Qui poteſt uti iure proprio confeſſionem ſui donatoris impugnare poteſt.*
9 *Donationem recipiens ut iura iuribus cumulet, quoad iura antiqua ſibi non præiudicat, & ea poteſt exercere aduerſus factum Donantis.*
10 *Producens legitimationem ubi quis aſſeritur filius alicuius cenſetur hanc filiationem appellate, niſi producat in parte, & partibus. num. 11.*
12 *Sententia ſuper ſtatu probat quoad omnes.*
13 *Limita.*
14 *Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam parte non citata, & lite pendente non probant.*
15 *Item non informati.*
16 *Item inimici.*
17 *Item deponentes de auditu, dubitatiuè. num. 21. & ex propria credulitate. num. 22.*
18 *Famam non probant niſi deponant eam ante motam litem fuiſſe ortam.*
19 *Et originem ſumpſiſſe à parte non intereſſata.*
20 *Adulterium non probatur per Teſtes affirmantes de fama.*
23 *Contra præſumptionem* l. miles, §. defuncto, ff. ad l. Iulian. de Adulterijs, *liquidiſſimæ probationes deſiderantur. num. 24.*
25 *Probationes imperfectæ uti ſingulæ, unitæ non acquirunt perfectionem.*
26 *Filius præſumitur ex marito conceptus.*
27 *Quamuis mater ſit adultera.*
28 *Et licet hæc præſumptio admittat probationem contrariam.*
29 *Probatio debet eſſe concludens quod maritus acceſſum non habuerit.*
30 *Incluſio unius eſt excluſio alterius.*
31 *Tempus abſentiæ mariti indiuidualiter probandũ ab eo qui propter abſentiam dicit maritum non acceſſiſſe ad uxorem.*
32 *Epiſtola contra ſcribentem probans.*
33 *Scriptura falſitas deduci non poteſt quando per duas conformes ſuper ea impoſitum fuit ſilentium.*
34 *Comparatio importat recognitionem characteris.*
35 *Subreptio ex cauſa intereſſe habentis præſumitur.*
36 *Iuramentum Teſtis ab initio examinis præſtitum attenditur, non illud quod poſt examen, licet in continenti.*
37 *Declarationi factæ in ultimo vitæ ſpiritu multũ tribuitur.*
38 *Declarat facti exiſtentiam, qui illud factum dicit per errorem.*
39 *Deſcendentia per antiquas, & diuerſas enunciatiuas probatur.*
40 *Item, & per Teſtium depoſitiones ubi nullo iuris reſiſtentia concurrit.*

DECISIO XX.

IN ultimis tabulis Leonellus Senior de Victorijs Proximiores maſculos de illius agnatione, caſata, & familia vocauit, quando eius filij hæredes inſtituti, & deſcendentes ſubſtituta ſine filijs decederent.

Vltimus ex deſcendentibus maſculis, qui ſine filijs e vita migrauerit, Andreas fuit, ob cuius obitum Dominus Equ. Horatius de Victorijs, tanquam proximior de agnatione, caſata, & familia Teſtatoris, prætendens fideicommiſſum ad ſui fauorem purificatum, petebat immitti in poſſeſſionem bonorum per d. Andream relictorum, & à Domino Benedicto de Victorijs vti proximiore agnato poſſeſſorum, ſed Auditor generalis, & deindè Rota Bononieñ, coram quibus cauſa actitabatur pronunciarunt D. Equitem non eſſe immittendum; Hinc per eundem appellatione interpoſita, cauſa ad hoc Sacrum Rotæ Auditorium deuoluta, & dato dubio, An Equiti Horario danda ſit immiſſio, Domini negatiuè reſponderunt, ea ratione; quia d. Equit. qui tanquam proximior immiſſionem conſequi contendit, per imperfectas, & irreleuantes coniecturas deducit, Galeatium, à quo ipſe deſcendit, fuiſſe filium Dionyſij de Victorijs, & tamen hanc prætenſam filiationem iuſtificare debuiſſet per concludentiſſimas probationes, dum eam affert ad effectum
1 ſuccedendi in fideicõmiſſo, *l. 3. C. de alen. lib. Burſatt. conſ. 88. ſub num. 5. circa med. lib. 1. Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 223. num. 2. verſ.*

verſ.& filiatio,in Romana filiationis 1.Iulij 1639
coram Reuerendiſſ. Compoſtellano, §. ea moti ra-
tinne, &c. in Romana fideicommiſſi de Aronijs
23.Iunij 1642. coram R.P.D. meo Bichio, §.ca-
ſus noſtro verſ.præſertim,&c. & in Farſen. Bono-
rum 23.Ianuarij 1647. §.hæc tamen, &c. coram
Eminentiſſ. Corrado. Et priuandi bonis ter-
tium poſſeſſorem, Corn. conſ.78. num.5.& 6.
lib.3. Socin. Iun. conſ.86. num.43. lib.2. Decian.
2 conſil.40. ſub num.1. circa med. verſ.& præcipuè
cum agatur, &c. vol. 5. Maſcard. de prob. con-
cluſ.787. nu.17. Rota deciſ.164.nu.9. verſ.atque
hæc, &c. part.7. recent.

Quod autem hæ coniecturæ ſint imper-
fectæ, & irreleuantes, patet, ſingulas exa-
minando. Siquidem admodum leuis vi-
detur ea, quod Dionyſius Galeatium vti
filium tractauerit, eundem legitimauerit,
3 & hæredem inſtituerit. Quoniam licet fi-
liatio per hoſce tractatus probetur, Gloſſ. in
cap.tranſmiſſæ verbo nota. Qui filij ſint legiti-
mi Caſtr.in l.non nudis in fin.C.de probat. Aldobr.
conſ.36.num.6.& conſ.80.numero etiam 6. lib.1.
Rota deciſ.289.num.6. part.1.recent. Id intelli-
gendum quoad præiudicium Patris huiuſ-
4 modi actus gerentis, non autem tertij Mar-
cabr. conſ.13. num.98. Maſcard. de probat. con-
cluſ.789. num.36. Rota deciſ.409.numer.30. de-
ciſ.597.nu.8.part.5. recent. & in allegata Farſen.
Bonorum §. cætera coram Eminentiſſ. Corrado.
Eà optima ratione, quod non debet eſſe in
poteſtate vnius facere aliquem ſibi filium,
& ſic per nominationem,& tractatum mu-
5 tare veritatem facti, l.neque profeſſio, C. de te-
ſtament. Pariſ. conſ.11. num.20. & ſeqq. vol.2.
Barz.conſ.vnico poſt ſuas deciſiones Bononiæ n.56.
Maſcard. de probat. concl.788. num.15. Lotth. de
re benef. lib.2. quæſt.38. nu.6. & ſeq. vbi quod
6 educatio, nominatio, & tractatus ſunt à re-
motis, cum vel à falſa cauſa, vel etiam à
credulitate originem habere poſſint, Reue-
rendiſſ. Eugub. deciſ.174. num.107.

Nihil facienda eſt altera coniectura,quod
Leonellus Iun. Conſtantius, & Andreas,
à quo Dominus Benedictus cauſam habet
mediante donatione admiſerint Galeatium
vti filium Dionyſij in pluribus epiſtolis ad
Alexandrum de Victorijs conſcriptis.
Quoniam prædictæ epiſtolæ Leonelli Iun.
Conſtantii,& Andreę nihil operantur, cum
ortum habuerint à principio infecto, ſcili-
cet à Patris nominatione, & tractatione,
propter quam ij facilè potuerunt allucina-
ri in hoc deferentes iudicio paterno: vndè
7 non elicitur deliberata filiationis Galeatij
admiſſio in tertij pręiudicium, Pariſ.conſ.12.
num.107. vol.2. Pacian. conſ.1. nu.38. Menoch.
de arbitr. Iud. caſ.89. num.72. & præſumpt.53.
nu.25. lib.6. Rota d.deciſ.597.num.12. cum ſeq.
part.5.recent. Præterquamquod ex admiſſio-
ne præiudicare non poſſunt D.Benedicto,
qui non tam ex dictorum Leonelli Iun.
Conſtantij, & Andreæ Donatoris, quàm
8 ex proprio iure tanquam proximior agna-
tus venit; ideò eorum confeſſiones impu-
gnare poteſt, Natt. conſ.470. num.13. Crauet.
conſ.200. num.7. cum alijs per Fuſar. de ſubſt.
quæſt.557. num.8. & in adducta deciſ.597.nu.15.
& 16. part.5. recent. Eoque faciliùs, cum ci-
tra nouationem, & præiudicium antiquo-
rum iurium ſibi competentium ex maio-
rum fideicommiſſis, immò cumulatiuè
non extinctiuè ad primæua iura donatio-
nem acceptauerit; adeout omne ius ipſi
9 competens totum ſibi reddidiſſe cenſeatur,
Ciriac. contron.46. nu.10. & contron.211.nu.14.
Surd. deciſ.163. nu.17. Rota in Bonon. fideicom-
miſſi de Guidottis 23.Ianuarij 1649. §. præterquā
coram bon. mem. Arguelles.

Nec ex eo, quod ex parte Benedicti fue-
rit producta legitimatio in qua Galeatius
filius Dionyſij aſſerebatur, dici poteſt eun-
dem Benedictum vti talem approbaſſe,
Doctores in cap. cum venerabilis de except. & in
10 l.1. §.editiones, ff.de eden. Iſta enim legitima-
tio producta fuit pro Equ.Horatio, nec re-
periebatur illius tenor referens Galeatium
filium adulterinum,& ad probandam hanc
qualitatem per Procuratorem eiuſdemmet
Benedicti fuit exhibita in parte tamen, &
partibus, & non animo admittendi quic-
quam, quo pars coadiuuari peſſet, ac pro-
11 indè productio non eſt apta præiudicare
Benedicto, Rota deciſ.29. num.49.& deci.ſ56.
num.23. part.7. recent.

Sententiæ verò ab Equ.Horatiò contra
Creditores Fabij de Victorijs obtentæ, &
pro tertia coniectura adductæ, licet ſuper
ſtatu probare, & ius quoad omnes facere
videantur, l.ingenuum, ff.de ſtat. hom. Rot. co-
12 ram Camitolo deciſ.102. num.2.& in Aeſina fi-
deicommiſſi 28.Iunij 1652. §.vlterius coram me:
Attamen nullum afferre valent præiudi-
cium Benedicto, & quia in compromiſſo
fuit expreſsè conuentum, quod ex aduerſo
gerenda cōtra creditores eidem Benedicto
non nocerent, & quia eo æquale ius ha-
bens non fuit citatus, Abb. in capit. quamuis
13 num.19. de re iud. Alex. l.ſæpè num.16.& ſeqq.
ff. eod. Bald. in l.2. num.4. C. quib. res iud. non
noc. Rota in Britinorien. fideicommiſſi 24. Martij
1642. §.& quamuis coram R.P.D. meo Bichio.

Parui quoque momēti eſt quarta conie-
ctura elicita ex depoſitionibus Teſtium,
quibus Alexander Equ. Horatij Pater vſus
fuit, vt in Equeſtri ordinatione Sancti Ste-
phani adſcriberetur,quia eorum depoſitio-
nes receptæ fuerunt ad perpetuam rei me-

moriam, parte non citata, & lite pendente,
14 cap. 2. vbi DD. de Teſtib. l. ſi quando, C. eodem,
Rot. in Sancti Seuerini fideicõmiſſi 18. Iunij 1649.
in fin. coram bon. mem. Arguelles, & in Interamn.
fideicommiſſi 27. Nouembris 1652. §. oculariter
coram R.P.D. Ameo Bichio. Et ij non iuformati
deteguntur, Naturalem enim referunt Ga-
15 leatium, quem tamen adulterinũ Diony-
ſius prætenſus Pater in legitimatione ex-
preſſerat, Rot. deciſ. 20. num. 3. deciſ. 371. num. 6.
part. 2. recent. penes ſan. me. Greg. XV. deciſ. 578.
num. 11. & coram Buratt. deciſ. 42. numer. 6. Et
16 cæteri Teſtes, qui fuerunt formiter inducti
reiiciuntur, vel tanquam inimici, Rota co-
ram Mellino deciſ. 54. num. 5. penes Buratt. de-
ciſ. 726. num. 7. deciſ. 261. num. 16. part. 4. tom. 2.
recent. Vel tanquam de auditu ab ipſo Dio-
nyſio, & Galeatio: vndè non plus proba-
17 tionis, quam illi conſtituunt, d. cap. licet ex
quadam de Teſtib. Surd. conſ. 135. num. 96. lib. 1.
latè Farinacc. de Teſtib. quæſt. 69. num. 85. Rota
in Romana nullitatis matrimonij 19. Ianuar. 1646.
§. nec aliquid, verſ. tamen cum ſint de auditu coram
bon. mem. Arguelles. Vel quia allegatam fa-
mam ſuper controuerſa Galeatij filiatione
non probant, cum minimè deponant, ta-
18 lem famam ante motam litem extitiſſe,
d. cap. ex quodam de Teſtib. Rota coram Verall.
deciſ. 9. part. 2. & deciſ. 170. num. 17. part. 6. rec.
19 Eamque ab intereſſe non habentibus ori-
ginem ſumpſiſſe, Grat. diſcept. foren. cap. 78.
num. 39. Maſcard. de prob. concluſ. 849. num. 14.
Rota deciſ. 739. num. 35. part. 4. tom. 3. recentior.
Prętereà cum verſemur in materia obiecti-
ua, nempè de probando adulterio, non eſt
ſatis depoſitio Teſtium de fama affirman-
20 tium, Bald. in cap. tam literis num. 1. de Teſtib.
Reuerendiſſ. Eugub. deciſ. 173. num. 45. Rota co-
ram Cæſare de Graſſ. deciſ. 184. aliàs 2. numer. 2.
de Accuſat. & coram ſan. me. Greg. XV. deciſ. 322.
num. 2.

Nullaque vis fieri poteſt in quinta coniec-
ctura, quoad Teſtes à Benedicto inductos,
21 cum primus dubitatiuè deponat, ibi: Fù
figliolo ſi ben mi ricordo Galeatio di Dioniſio, &c.
Lancell. Gall. conſ. 32. nu. 24. Menoch. conſ. 1111.
num. 13. lib. 2. Farin. de Teſtib. quæſt. 68. num. 8.
Rota coram Buratt. deciſ. 538. numer. 10. & 12.
Secundus verò ſolum moueatur ex propria
credelitate; & opinione, quod Galeatius
eſſet filius Dionyſij, ibi: Al mio credere di me,
io credo di sì. Iaſ. in rubr. ff. de iureiur. numer. 2.
22 Socin. Iun. conſil. 86. numer. 36. vol. 2. Decian.
conſ. 40. num. 12. verſ. ſimiliter, vol. 5. Aldobr.
conſil. 125. num. 33. lib. 2. Rota coram Comitolo
deciſ. 7. num. 4. deciſ. 71. num. 12.

Minus attendenda ſexta coniectura ex
publicis documentis, & alijs, in quibus Ga-
23 leatius enunciatur filius Dionyſij: Cum
enim illi reſiſtat pręſumptio, l. miles, §. defun-
cto, ff. ad leg. Iul. de adult. de qua inferius, in-
ſufficiens reputatur, & ad probandam tali
caſu filiationem apertiſſimæ probationes
deſiderantur, l. vltima vbi gloſſ. ff. quod met. cauſ.
24 Galiaul. in l. centurio nu. 307. ff. de vulg. & pupill.
Menoch. lib. 1. præſumpt. 31. num. 5. Reuerendiſſ.
Eugub. d. deciſ. 174. num. 59.

Quapropter cum ſingulæ ex coniecturis
allatis ſint imperfectiſſimæ, non poſſunt
coniungi, ita vt ſi non diuiſæ, ſaltem vnitæ
probent, Alex. conſ. 11. nu. 3. & 5. lib. 4. Gabr.
25 de prob. concluſ. 1. num. 33. Rota coram Mantic.
deciſ. 307. num. 11. & in Florentina, ſeu Bononien.
de Barbadorijs 25. Iunij 1640. §. tandem coram
Coccino. Eo minùs, cum plures in contra-
rium longè vrgentiores pro excluſione fi-
liationis Galeatij à Dionyſio certatim con-
currant: Quarum prima, & quidem po-
tiſſima eſt, quod de tempore conceptionis,
& natiuitatis Galeatij adhuc viuebat Aloy-
ſius Anguillaria Catherinæ matris maritus,
26 & ideò intrat certiſſima iuris præſumptio
in d. l. miles, §. defuncto, ff. ad leg. Iul. de adult. &
l. filium, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. quod
ſcilicet Galeatius cenſeri potius debeat filius
Aloyſij mariti, quam Dionyſij adulteri,
Pero. conſ. 161. nu. 7. lib. 2. Natt. conſ. 205. nu. 1.
Eugen. conſ. 52. num. 5. lib. 1. Rota coram Achil.
de Graſſ. deciſ. 1. nu. 1. qui fil. ſint legit. deciſ. 138.
num. 1. coram Mellino, deciſ. 488. numer. 15. &
deciſ. 797. num. etiam 15. coram Merlino. Etiamſi
27 dicta Catherina eodem tempore comercium
carnale cum Adultero habuiſſet, vt ex d. l. mi-
les, §. defuncto, Pariſ. conſ. 10. nu. 83. & conſ. 29.
num. 97. 98. & ſeqq. lib. 2. Pereg. deciſ. Patau. 9.
num. 2. Mart. vot. Piſan. 26. per tot. Reuerendiſſ.
Eugub. dicta deciſ. 174. num. 48, Rota deciſ. 164.
num. 1. part. 3. recent.

Et quamuis prædicta præſumptio, quæ
ex matrimonio exoritur ſecundum cõmu-
niorem DD. ſententiam ſit iuris præſump-
tio admittens probationes in contrarium,
28 Cozad. conſ. 13. nu. 62. Decian. conſ. 1. nu. 127.
Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 89. nu. 24. Reuerendiſſ.
Eugub. d. deciſ. 174. num. 40. Rota coram Achil.
de Graſſ. d. deciſ. 1. num. 4. d. deciſ. 164. num. 2.
part. 3. recent. & poſt 2. vol. conſ. Farin. deciſ. 171.
numer. etiam 2. Attamen eſt adeò efficax, vt
ſemper inconcuſſa permaneat, quoties eui-
denter non probetur, de tempore concep-
tionis Aloyſium maritum ob grauem infir-
mitatem Catherinam vxorem cognoſcere
non potuiſſe, vel fuiſſe abſentem, vel libe-
29 rum ad eam acceſſum non habuiſſe, d. l. fi-
lium, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Socin. Iun.
conſ. 86. num. 44. & ſeqq. lib. 2. Reuerendiſſ. Eu-
gub. d. deciſ. 174. numer. 42. Rota coram Coccino
deciſ. 7. num. 3. & deciſ. 597. num. 2. & 9. part. 5.
re-

recent. Quæ tali caſu certè forent probanda per Eq. Horatium, qui aſſerit Galeatium fuiſſe filium adulterinum, *Pariſ. conſil.*64. *num.*5. & 6. *vol.*3. *Brun. conſ.*15. *num.*2. *Petra de fideicomm. quæſt.*11. *numer.* 361. *Reuerendiſſ. Eugub. d. deciſ.*174. *num.*14.

Nec vrget aſſerta probatio abſentię Aloyſij deprompta ex depoſitione Laurentię eius ſecundæ vxoris aſſirmantis illum viuente Catherina altera vxore Pataùii moratum: quinimò depoſitio hæc retorquetur contra Eq. Horatium, dum iſta mulier per hęc verba deponit: *Miſſer Luigi m.io marito mi diſſe. che egli, e detta Caterina ſua moglie habitauano nella Città di Padua, &c.* Ex quibus abſentia Aloyſii à Catherina non verificatur, ſed ex oppoſito remanet probata cohabitatio in Ciuitate Patauij, & exclusus acceſſus Dionyſij ex vulgari regula contrarij vnius in-
30 greſſus, alterius contrarij operatur egreſsũ, *cap. cum renunciatur* 32. *quæſt.*1. *Reuerendiſſ. Eugub. deciſ.*69. *num.*11. Præterquamquòd nec prędicta mulier, nec etiam Teſtes à Benedicto inducti, qui affirmant, Aloyſium conſueuiſſe per mundum vagari, dum deponunt de abſentia, non percutiunt præcisè tempus conceptionis, cum tamen huiuſmodi tempus in primis inſpiciendum ſit ad agnoſcendum, an quis ſit ex legitimo matrimonio natus, & proindè idem tempus in quo tota vis conſiſtit indiuidualiter eſſet probandum ex traditis per *Caſtr. in l. Menia, §. fundus num.*4. *ff. ſolut. matrim. Rota deciſ.*141.
31 *numer.*7. *coram Durano, & in Romana Domus* 29. *Maij* 1645. *§. præterea corã Reuerendiſſ. D. meo Decano*. Cũ aliàs inſufficiens probatio exoriatur ad *not. l. mater, C. de prob. Surd. conſ.*407. *num.*14. *Rota in Bonon. Cenſus* 28. *Martij* 1639. *in fin. coram Coccino*.

Alia coniectura excludens prædictam ex Dionyſio filiationem reſultat ex Epiſtolis Galeatij ad Aloyſiũ Anguillariam ſcriptis, ibi: *Voſtro figliolo Galeatio Vittorij.* Hinc enim deſtruitur prætenſa filiatio, & deſcendentia à Dionyſio, quia, iſtæ Epiſtolæ contra ſcribentem probant, *l. Publia* 26. *§. fin. ff. Depoſ.*
32 *l. cum indebito* 25. *§. fin. C. de prob. Menoch. de arbitr. Iud. caſ.*94. *nu.*9. *& ſeq. Rota poſt Modern. Peruſ. in addit. ad tract. de ſubh. deciſ.*179. *nu.*13. Et quamuis eædem Epiſtolæ vſque ab anno 1581. tanquam falſę impugnatæ fuerint, nihilominùs cũ ſtatim Leonellus Iun. obtinuerit duas ſententias conformes imponentes perpetuum ſilentium, perpera dedu-
33 citur aſſerta falſitas, ex traditis in *l. ſi cui* 7. *§. iiſdem, ff. de accuſ. cap. de his* 6. *eod. tit. l. licet* 6. *§. fin. ff. naut. caup. ſtab.* Prout nec ex defectu recognitionis redargui poſſunt, cum conſtet, eaſdem à Peritis electis fuiſſe per comparationem recognitas *l. comparationes, C. de*
34 *fid. Inſtr. Ruin. conſ.*70. *num.*4. *vol.*4. *Rota coram Buratt. deciſ.*143. *nu.*28. Nec quicquam officit, quod ipſius recognitionis relatio non reperiatur, cum ſubrepta fuerit, & ſub-
35 reptio præſumitur ex cauſa intereſſe habentis, *Bald. in l. vltima poſt numer.*5. *verſ. item quod illa res ſubtracta, ff. de quæſt. Maſcard. de prob. concluſ.*831. *num.*12. *Farinacc. de falſ. & ſimul.* 153. *num.*209.

Iſtis accedit atteſtatio dictæ Laurentiæ ſecundæ vxoris dicti Aloyſij aſſerentis audiuiſſe ab eius viro, quod Dionyſius adoptauerat Galeatium in filium, & hoc idem vlterius audiuiſſe ab eodem Galeatio: cuius aſſertionis robur nõ eliditur ex eo, quod completo examine prædicta mulier dixerit ſe iuraſſe in animã Locumtenentis, & Notarij, quia cum ante examen congruè iuraſſet tale iuramentum poſt depoſitionem, etiamſi incontinenti fuiſſet præſtitum, nunquam attenditur, iuxta veriorem ſententiã,
36 quam tuetur *Salic. in l. iuſiurandi nu.*3. *verſ. ego puto, C. de Teſtib. Bellam. in cap. de Teſtibus numer.*11. 13. *& ſeqq. Abb. num.*8. *Aret. poſt nu.*5. *de Teſtib. Farinacc. de Teſtib. quæſt.*74. *num.*39. *& ſeq.*

Poſtrema coniectura prouenit ex Teſtamento Dionyſij anno 1552. condito, in quo ipſe expreſsè pro exoneratione eius conſcientiæ fatetur, Galeatium non eſſe ſuum filium, ſeque ex falſis Catherinæ matris ſuggeſtionibus coactum quodamodo fuiſſe ad illum legitimandum, & hæredem inſtituendum, quæ declaratio in eo ſupremo vitæ actu cum emanauerit, contra aſſertam filiationem plurimi eſt facienda,
37 *l.*5. *C. Famil. hercis. Aym. conſ.*5. *nu.*51. *Decian. d. conſ.*40. *num.*16. *vol.*5. *Farin. in prax. crimin. de Indic. & tortur. quæſt.*54. *num.*4. 5. & 6. *Rota cum ibi congeſtis deciſ.*684. *num.*20. & 21. *coram Merlino*.

Neque ab Eq. Horatio in dubium reuocari poteſt dicti Teſtamenti exiſtentia. Hanc enim ipſe ſatis eſt confeſſus, dum articulauit illud fuiſſe erroneè confectum, allegando ex eadem ratione erroris à dicto Dionyſio reuocatum, atque ita oſtenditur
38 illius exiſtentia ad *text. in l. decem* 117. *ff. de verb. oblig. l.*4. *§. condemnatum* 6. *ff. de re indic. l. nec vtilem* 20. *ff. ex quib. cauſ. maior. cum ſimilibus*. Cum igitur Eq. Horatius Deſcendentiam à Dionyſio non probauerit, omiſſa eſt diſcuſſio aliarum exceptionum, quas Benedictus propoſuerat.

Cęterum Benedicto poſſeſſori iure proximitatis gratis obijcitur eum deficere in probatione eius deſcendentiæ ab Andrea de Victorijs cõmuni ſtipite. Oſtenditur enim

Anto-

Digitized by Google

Antonium dicti Benedicti Abauum fuiſſe filium Andreæ ex inſtrumento emptionis factæ anno 1497. per Thomam filium q. Andreæ de Victorijs ementem pro ſe , ac Leonello, Antonio, ac Dioniſio fratribus ac filijs dicti q. Andreæ de Victorijs Item ex inſtrumento emptionis alterius Domus factæ anno 1493. per Leonellum, & Thomam Fratres, & filios olim Andreæ de Victoriis ementes tam ſuo nomine, quam etiam vice, & nomine Antonij, & Dioniſij ſuorum fratrum. Rurſus ex inſtrumento depoſiti facti anno 1497. per Leonellum q. Andreæ de Victorijs, occaſione emptionis Domus alias factæ per Thomam nomine proprio Leonelli, Antonij, & Dioniſij ſuorum fratrum.

Ab Antonio ortum fuiſſe Benedictum Proauum apparet ex inſtrumento emptionis petiolæ terræ factæ anno 1546. per Benedictum q. Antonij de Victoriis. Inſuper ex inſtrumento abſolutionis factę anno 1523. per Andream q. Dioniſij de Victorijs occaſione depoſiti librarum 480. facti ad fauorem Benedicti q. Antonij de Victorijs. Certum eſt enim, quod enunciatiuę plures emanatæ in diuerſis inſtrumentis, & antiquæ deſcendentiam probant. *Negueroll. allag. 25. num. 258. Rota coram Buratt. deciſ. 709. nu. 3. deciſ. 405. in fine par. 1. rec. & in Bononien. fidcicom. de Pancaldit. 16. Februarij 1640. coram Card. Panzirolo §. quod autem* Præſertim vbi,
39 vt hic; emanauerint ab iis, qui præſumuntur ſcire iura ſanguinis. *Maſcard. de prob. concl. 812. num. 17. Modern. Cremonen. conſ. 62. n. 16. Rota in Placentina Bonorum 10. Iunij 1653 §. ex teſtamentis coram me.*

Et tandem à dicto Benedicto deſcendiſſe Andream Auum, & ab iſto Vincentium Patrem Benedicti, qui hodie poſſidet, conſtat ex depoſitionibus Teſtium in præſenti cauſa formiter, & cum interrogatorijs partis examinatorum. *Rota coram Caual. dec. 46. num. 4. & in dicta Aeſine fideicommiſſi 28. Iunij 1652. §. deſcendentia coram me.* Atque ideo hic vbi nulla concurrit iuris reſiſtentia re-
40 manet probata deſcendentia cum ſcilicet ex prædictis inſtrumentis, & Teſtium depoſitionibus, & quidem per gradus diſtinctos euidentiſſimè deducatur *d. cap. licet ex quadam 47. de Teſtib. Rota deciſ. 185. numer. 4. par. 1. diuerſ. coram Duran. deciſ. 8. num. 5. penes Peniam deciſ. 1559. num. 2. apud Buratt. dec. 147. num. 2. coram Comitolo deciſ. 141. num. 3. & in præcitata Placentina Bonorum §. ex quibus coram me.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. VEROSPIO

Meleuitana Commendæ.

Veneris 24. Maii 1654.

ARGVMENTVM.

Articuli materiam obiectiuam continentes ſunt reijciendi niſi talis exhibeatur fumus, qui ſemiplenam probationem faciat Antidatæ ſuſpicio diluitur ex inſertione ſcripturæ ſuſpectæ in inſtrumento publico.

SVMMARIVM.

1 *Articuli irreleuantes non admittuntur in Curia.*

2 *Extra territorium poteſt impleri actus voluntariæ Iuriſdictionis.*

3 *Articuli non dicuntur releuantes quando ad cauſæ victoriam non conferunt.*

4 *Articuli obiectiui & contra decus nobilium perſonarum reiiciendi ne inducatur fumus qui ſemiplenam faciat probationem num. 5.*

6 *Peritorum fides extraiudicialis ex contrario fumo deſtruitur.*

7 *Antidatæ ſuſpicio deſtruitur ex Inueriſimilitudine.*

DECISIO XXI.

REmiſſoriam ex parte Venerabilis Linguæ Prouinciæ petitam ad infringendã collationem, à Procuratoribus M. Prioris S. Aegidij in perſonam Equitis Valettæ, Nepotis peractam, hodie Domini denegarunt, ex irreleuantiæ potiſſimum fundamento, quæ admiſſionem etiam articulorum in Curia regulariter excludit, ne partes inutilibus diſpendijs grauari contingat
1 *ad text. in l. ad probationem, C. de probationib.* & dixit *Rota coram Verallo deciſ. 32. num. 3. p. 2. coram Caſſad. deciſ. 5. num. 6. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. & in deciſ. 647. num. 3. par. 3. diuerſ. & deciſ. 134. num. 1. par. 2. recent.*

Hæc autem articulorum irreleuantia in propoſito caſu deſumitur ex noua collatione ab ipſo M. Priore poſt ſecutam vacationem habita in perſona Nepotis, quæ licet extra Conuentum exercita, reputatur eſſe legitima, ac robur obtinet firmitatis, dum facultas conferendi ex ſtatuti diſpoſitione attributa Priori, eidem nulla temporis limitatione præſcribitur, vt ponderatum fuit in deciſ. præterita, §. *præterea*, nec prohibetur extra Conuentum, ac eam proinde potuit tanquam actum voluntariæ iuriſdictionis explere extra territorium, &
2 vbique *ex tradit. per Calderin. conſ. 2. num. 2. de elect. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 50. num. 81. & 82.*

& 82. Rota in Tceuerin. Archidiaconatus 13. Iunii 1644. in §. quia cum eidem coram R.P.D meo Cerro.

Dum itaque articuli antecedentem duntaxat collationem à Procuratoribus actam infringunt, non videntur ad cauſæ victoriam pertinere, ac irreleuantiæ poterunt
3 proinde fundamento repelli *iuxta tex. in l. ad probat. C. de probat. c. cum contingat, ibique gloſ. in verbo nihilominus de off. deleg. Oldrad. conſ. 316. num. 1. Rota coram Mant. deciſ. 312. num. 2. & coram Mohed. deciſ. 5. num. 5.*

Eos præterea articulos Domini reijciendos eſſe cenſuerunt, quod probationem præſeferant obiectiuam, literas videlicet à M. Priore conſcriptas, ac nominationem perſonæ eligendæ continentes contra expreſſum ipſius præceptum à Procuratoribus quibus directæ fuerant, ſtatim apetras fuiſſe, & antequam vacatio ipſa contingeret publicatas, necnon etiam alias literas concernẽtes prohibitionem aperitionis ante vacationis aduentum, conſcriptas fuiſſe de recenti, nec omnibus fuiſſe procuratoribus communicatas, vt Prior ipſe præceperat: ſapiunt quippe deducus, ac delictum nobilium perſonarum concernunt, nec de-
4 bent proinde admitti *iuxt. text. in authent. apud eloquentiſſimum, C. de fid. inſtrum. & dixit Rot. coram Verall. deciſ. 60. 62. & 63. part. 3. coram Caualer. deciſ. 512. num. 1. coram Buratt. deciſ. 28 num. 7. coram bo. me. Millin. deciſ. 129. num. 1. & deciſ. 675. in fine par. 3. & 302. num. 14. & 15. part. 5. recent.* Niſi magno ſaltem exhibito
5 fumo, qui pro ſemiplena probatione deſeruiat, vt dixit *Rot. d. deciſ. 302. num. 15. par. 5. recent. & coram Pen. deciſ. 149. num. 1. & 2. & in Cremonen. Parochialis 15. Iunij 1646. §. & licet teſtes, coram R.P.D. meo Cerro; & in Bononien. fideicommiſſi de Bologninis 16. Aprilis eiuſdem anni, §. quod materia, coram Reuerendiſſ. Terracinen.* licet de iure dantis exiſterent, vt dixit *Rota in Valentina Parochialis 23. Ianuarij 1647. §. nihil ergo, coram R.P.D. meo Cerro, & in Calaguritana Beneficij de Cornago 15. Ianuarij 1646. §. tollitur etiam, coram me;* Qui ſanè fumus reſpectu primi, & ſecundi articuli nullatenus exhibetur. Alterius verò reſpectu articuli continentis antidatam literarũ pro legitimo fumo deſeruire non poterit atteſtatio extraiudicialis peritorum, dum ex contrario fumo deſtruitur, reſultante ex contraria depoſitione plurium Equitum, tum ex epiſtola reſponſiua Equitis Torneſij, tum ex inſigni nobilitate, ac virtute conſpicua M. Prioris S. Aegidij, ex quibus peritorum atteſtatio deſtruitur, & nullius
6 debet ad hunc effectum roboris reputari, vt dixit *Rota coram Buratt. deciſ. 27. num. 8. deo. 273 num. 4. cum ſeqq. in Cæſarauguſtana Beneficij de Linares 26. Iunij 1645. §. 1. in fine coram R.P.D. meo Bichio, & in Bononien. fideicommiſſi de Bologninis 16. Aprilis* 1646. *coram, Reueren. Terracinen.* Quinimò antidatæ ſuſpicio remouetur ex tenore Inſtrumenti ratificationem ſiue nouam nominationem concernentis editi 26. Ianuarij 1648. In eo quippe continetur tenor epiſtolæ conſcriptæ 12. Februarij antecedentis anni, ac prohibentis aperitionem, & publicationem contentorum in præcedentibus; Inde enim antidatę ſuſpicio penitus remouetur, dum id cuius bis meminit Inſtrumentum ratificationis non potuit poſtea confici ad ſuſtinendam
7 electionem ſucceſſiuè peractam, vt reſpondit *Rota coram Seraphin. deciſ. 879. num. 3. & deciſ. 1221. num. 4. & 5.*

Et ita eoſdem articulos tanquam irreleuantes, ac obiectiuos reiciendos eſſe reſponſum fuit, vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO

Meleuitana Commendæ.

Veneris 21. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Suſpicio falſitatis ceſſat ex inueriſimili plurium nobilium perſonarum concurſu ad illam conficiendam Collatio Commendæ ante vacationem facta nulla remanet ob votum captandæ mortis, hoc tamen excluditur, quando negocium clauditur literis, quarum adaperitio prohibetur, & Eques tacta Cruce teſtans ſe illas non aperiuiſſe, ab aperitionis delicto cenſetur immunis.

SVMMARIVM.

1 *Collatio commendæ ante vacationis aduentum facta annullatur ob implicitum votum captandæ mortis.*
2 *Collatio poſt vacationem legitima reputatur.*
3 *Priori hieroſolimitano non prohibetur extra territorium voluntariæ iuriſdictionis actum exercere.*
4 *Neque ex antecedenti collatione nullitati obnoxia conferendi facultate priuatur.*
5 *Literæ clauſæ tranſmiſſæ quarum aperitio prohibetur ante aduentum negocij carent ſuſpicione.*
6 *Teſtes nobiles cenſentur immunes a quouis delicto.*
7 *Falſitas non præſumitur quando interueniunt nobiles perſonæ.*
8 *Literæ ſuſpicione falſitatis ac antidatæ non laborant quando & aliundè probantur.*
9 *Terminus præcedentis diſpoſitionis debet per neceſ-*

ceſsè referri ad ſequentem diſpoſitionem.
10 *Commendatarius decedens intra fines Regni cenſetur deceſiſſe intra limites Prioratus.*
11 *Teſtes ex aduerſo deducti ſi non recenſent caſus particulares non conſtituunt aliquem probationis gradum.*
12 *Teſtes conformes diſpoſitioni ſtatuti in concurſu præferri debent.*

DECISIO XXII.

DOmiuo Equiti Henricò Vallettę Commendam controuerſam iterum adiudicandam fore hodie cenſuit Rota coram me ex eodem deciſionis præteritæ fundamento, quod ſe habilem, & à collatore capaci legittimè prouiſum fuiſſe probauerat, vt alias in his terminis firmauit *Rota deciſ.562. par.5.recent.*

Neque vrgere viſa fuit obiectio denuo
repetita ex mandato procuræ, à M. Priore
ante vacationis aduentum eiuſdem fauore
1 Equitis expedito, quod dum implicitum
votum captandæ mortis includit, ſubſęcutam huius vigore mandati collationem cõ-
ſequenter irritat, atque annullat per *text.in*
2 *c.fin. de conceſſ.præbend. & in cap. deteſtanda eod.*
tit.lib.6. Adducta enim obiectio deſtruitur ex collatione poſt vacationis notitiam ſucceſſiuè habita à M. Priore in perſona Nepotis, quæ à DD. legittima reputatur in *c. vlt. de iur. patron. ibique Hoſtien. num. 1. & 4. Anania num.3. Mareſcott.var.lib.2.c.33.num.21. Rota deciſ.16.num.3.infra med.verſ. & ita de renunciat. in antiq.* licet eadem collatio extra Conuentum fuerit expedita, cum idemmet
Prior non prohibeatur extra Territorium
3 voluntariæ iuriſdictionis actum exercere,
vt declarat *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 50. num.81. Calder. conſ.2.num.1. de offic. Vicar. & conſ.2. de elect. Rota in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunii 1644. in §. quia cum idem coram R. P.D. meo Cerro.* Neque ex antecedenti collatione nullitati forſan obnoxia conferendi facultate priuatur à iure *iux.text. in c.3. de conceſſ.præbend. ibique Abbas num.3. Ancharan. num.1. Henric. de Boich.c.2.num.6.eod.tit.*

Præterea literæ mandatum procuræ cõ-
tinentes, ipſiſmet Procuratoribus clauſæ
5 tranſmiſſæ fuerant, ac ſub præcepto ne ante aduentum vacationis aperirentur, quæ proinde ante aperitionem votum captandę mortis præſeferre nequibant, dum interim nomen perſonæ ibidem contentæ, earumque tenor remanebat occultus, vt in terminis teſtamenti clauſi probat, *text. in §.fin. autem quis, inſtitut. de pupillar. ſubſtit. l. qui teſtamento §. vlt.ff. de teſtam.l. vbi §. vlt. ff. de legat.2. Rolan.conſ.76.num.16.lib.1. Rot.deciſ.553. num.19.par.4.tom.3.recent.*

Hoc verò præceptum fuiſſe fideliter
expletũ tacta Cruce teſtantur iidemmet
Procuratores, qui virtute nobilitatis ingenitæ
6 à delicto aperitionis exinde cenſentur im-
munes *iux. gloſſ. in c. illud 40. diſtin. & aduertit Bar. in l.1.§.penult.ff. de re militar. Dec. conſil.175.num.5. Burſatt.conſ.135.nu.31. Honded. conſ.33.num.48.lib.2. Menoch.conſ.378.num.24. Grati.diſcept. forens c.625.num.27. Boer.dec.217 num.9.* Necnon etiam ex altero tranſmiſſionis literarum de recenti, quod pariter ex-
7 cluditur ac penitus remouetur, tum ex in-
uerſimili tot nobilium perſonarum concurſu in huius confectione falſitatis, vt aduertit *Aymon. conſ.75. num. 19. Surd. conſ.132. num.25. Dec.conſ.78.num.21.* cum aliis latè deductis per *Farinacc. quæſt. 113. num. 116. cum ſeqq.* Tum etiam ex Inſtrumento ratificatæ collationis, ſeu iterum habitæ à Priore ſub
die 26. Ianuarij 1646. in quo bis recenſetur
8 tenor epiſtolæ prohibentis aperitionem
ante vacationis aduentum, atque conſcriptæ ſub die 12. Februarij antecedentis anni, quæ perperam exaduerſo proinde ſupponitur de recenti conſcripta, & conſequenter laborare ſuſpicione falſitatis, ac antidatæ, vt ponderauit *Rota coram Seraph. deciſ.879. num.3. & deciſ.1221, num.4. & 5.*

Corruere quoque viſa fuit altera obiectio deducta ex ſtatuto 29. de comen. deferente M. Priori collationem commendę vacantis dumtaxat extra Conuentum in limitibus linguæ, de qua Prioratus exiſtat, cũ ſub huiuſmodi diſpoſitione ſtatuti præſens nequeat contineri vacatio, ſubſecuta per obitum Commendatarij, qui Pariſijs occubuit, & conſequenter extra limites Prioratus deceſſit, ſiquidem in ſeq. c. 30. antecedenti coherenter annexo regnum
vniuerſum, vbi conſiſtunt Prioratus, pro
eorumdem confinibus aſſignatur; ad cuius
9 proinde terminos diſpoſitionis pręcedentis
ac de collatione Commendarum diſponẽtis, debet per neceſſe referri ſequentis cap. diſpoſitio coherenter annexa, & per viam declarationis adiecta, quæ iuxta terminos declarari regulariter ſumitur, *iuxt.tex. in l. hæredes palam §. ſi quid poſt factum ff. de teſtamentis not. Gloſſ. in c. per tuas in verbo de nouo de donat. Dec. in l. edita num. 47. C. de eden. Rom. conſ.65.num.3.verſ. ſupradictis tamen Rot. deciſ. 453.num.2. par.1. rec.* Præſertim quia in fine cap.30. diſponitur Commendatarios tunc in Conuentu deceſſiſſe, quoties occubuerint ſuper mare, & extra limites Prioratũ. Qui ſanè prioratus accipi debent diſtributiuè ad effectum conferendi; prout ad eundem

dem effectum accipi debent confinia lin-
guæ in antecedenti capitulo recenſita, at-
que confinia Prioratuum in ſequenti decla
tione expræſſa, vt huius ſcilicet reſpectu
collationis inſpici debeat, an Commenda-
tarius diem ſuum extremum clauſerit in
Conuentu, vel extra, intra verò clauſiſſe
cenſeatur decedentem extra terminos Prio-
ratuum, hoc eſt totius Regni confines *iux.
ſeq. declarationem ſtatuti c.30.*

Dum itaque Commendatarius Pariſijs,
hoc eſt intra Regni fines occubuit, deceſ-
10 ſiſſe proinde cenſetur intra limites Priora-
tus, ac conſequenter intra linguæ confines
vbi Prioratus continetur, *iux. text. in l. ſi fi-
nes C. de euict. l. Patronus §. 1. & 2. ff. de legat. 3.
Alex. conſ. 54. in princ. lib. 3. Aymon. conſ. 105. nu-
mer. 1. Rom. conſ. 5. num.* 1. propè finem, *Rota in
Romana Caſtri Orciani* 18. *Maij* 1590. *coram
Orano, & deciſ.* 683. *num.* 5. *par.* 1. *& deciſ.* 164.
num. 20. *cum ſeqq. par.* 6. *rec.* cum alijs latè de-
ductis per *Gratian. c.* 657 *num.* 26.

Cum maximè ex obſeruantia id robur
aſſumat ponderata in deciſione præterita,
quæ ex aliorum depoſitione Teſtium
11 exaduerſo deducta, dici nequit eliſa; dum
hi non recenſendo caſus particulares aliquẽ
nequeunt gradum probationis conſtituere
*iux. text. in l. de quibus ff. de legib. & not. Bart.
in l. 2. quæſt. 27. in fine C. quæ ſit longa conſuetudo,
ibique Cyn. verſ. ſed quæro Alex. conſ.* 45. *num.* 1.
lib. 2. *Rota in Ceſaraugustana fructuum* 10. *Iunij*
1600. *coram Corduba, & in deciſ.* 264. *num.* 28.
par. 6. recent. in concurſu præſertim atteſta-
12 tionis Eminentiſs. M. Magiſtri, aliorum
Equitum depoſitiones habentis in conteſtẽ
& diſpoſitioni ſtatuti conformis, quæ de-
bet proinde præferri ad *text. in l. ob carmen §.
fin. in principio, vbi Bald. ff. de teſtam. not. Innoc.
in c. auditis nu. 4. verſ. hinc colligunt de præſcript.
Butr. in c. licet cauſam num. 46. de probat. Pariſ.
conſ.* 88 *num.* 23. *vol.* 3. *Ruin. conſ.* 12. *num.* 2. *&* 3.
vol. 5. *Dozad. conſ.* 79. *num.* 23. *Boer. dec.* 13. *n.* 95.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO

Romana Pecuniaria.

Veneris 18. *Iunij* 1655.

ARGVMENTVM.

Copiæ Inſtrumenti collationatæ perinde, ac originali præſtatur fides, quæ nec etiam denegatur ſcripturæ informi, quæ ſit adminiculis munita. Clericus vti poteſt fauorabili laicorum ſtatuto ad inſtar priuilegij ſi in limine contractus id expreſſit, ſine qua expreſſione poſt motam actionem intempeſtiuè declarat ſe velle vti.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet exequutionem paratamet parit viam exequutiuam.*

2 *Commiſſio facta Rota cum facultate A. C. tribuit ei omnes facultates eiuſdem.*

3 *Inſtrumenti Copia cum eo collationata facit fidem ſicuti originale.*

4 *Inſtrumentalis Copiæ exemplum, & ſcriptura informis iunctis adminiculis probant maxime in antiquis.*

5 *Statutum Vrbis tanquam laicale non ligat perſonas Eccleſiaſticas.*

6 *Statutum confirmatum à Pontifice non ligat perſonas Eccleſiaſticas, ſi de eis non fuit facta mẽtio ſpecifica.*

7 *Clericus in fauorabilibus poteſt vti ex priuilegio ſtatutorum laicorum.*

8 *Intellige tamen ſi hoc declarauit in limine contractus ſecus autem poſt motam litem.*

9 *Inſtantia de iure Canonico eſt perpetua.*

10 *Deſertio non inducitur ex diuturna taciturnitate niſi clare conſtet de non iure agentis.*

DECISIO XXIII.

NVpſit Erſilia de S. Cruce anno 1563. Franciſco Cincio cum dote ſcut. 5000. monetæ quam infra quinquenniũ proximũ illi ſoluere promiſerat ſub obligatione Camerali b. m. Proſper de S. Cruce tũc EpiſcopusGhiſſaneñ ſponſę Patruus, ſed elapſo quinquennio & Dote nõ ſoluta egit Franciſcus corã A. C. & an. 1572. cõtra promiſſorem ad Cardinalatus apicem promotum mandatum exequutiuum obtinuit pro ſc. 1500. ſinè præiudicio reſidui, verum interpoſita appellatione, & cauſa commiſſa prout in prima bo: mem: Cardinali Mellino tunc Sacræ Rotæ auditori cum facultatibus A. C. nuper Chriſtophorus Cincius vti ceſſionarius Fiſci illam reaſſumpſit coram me in illius locum ſuffecto tam pro conſequutione ſcut. 3500. occaſione reſſidui ſortis principalis dictæ dotis quam pro fructibus decurſis quouſque matrimoniũ durauit, & citato D. Marchione Tarquinio de S. Cruce hærede mediante eiuſdem promiſſoris obtinuit dari dubiũ, an & pro qua ſumma ſit relaxandum mandatum, cui reſponderunt DD. mandatum eſſe relaxandum pro reſiduo ſortis reſeruato, vt de fructibus particulariter videatur. Cùm enim Inſtrumentum promiſſionis factę per Cardinalem contineat obligationem Cameralem *Summ. Actoris num.* 2. habet exequu-

Digitized by Google

1 quiſitionem paratam *vulg. iurib.* & eius vi-
gore procedi poteſt exequutiuè ad relaxa-
tionem mandati contra bona hæreditaria
illius dùm ex commiſſione relata *ſub num.* 5
2 communicaſſe fuerunt facultates A. C. vt
in Portueñ. aſſictus 4. *Martij* 1652. *coram*
R. P. D. meo Bichio §. 1. *pars* vbi allegantur
concordantes.

Non obſtat quod d. Inſtrumentum non
ſit originale; ſed copia, quæ regulariter nõ
probat pręſertim, quia pars prout hic appo-
ſuit in termino generalia contra.

Quoniam Notarius A. C. per cuius acta
hæc cauſa introducta, & agitata fuit atte-
ſtatur Inſtrumentum publicum & origina-
le ibi fuiſſe perducendum, & producendum
ſucceſſiuè reſtituendum dimiſſa iſta copia
cum eo collationata *Summ. actorum num.* 1.
& 2. quæ propterea facit fidem ſicut ipſum
3 met originale *Rota coram Cardinal. Seraph.*
deciſ. 1192. *num.* 3. *coram Buratto deciſ.* 584. *nu-*
mer. 5. *& in Vercellen. vniuerſitatis Capituli* 24.
Aprilis 1643. *coram Reuerendiſſimo D. meo De-*
cano §. *nam quoad ſcripturam*, præcipuè cum
adminicularetur Tum ab effectuatione ma
trimonij eiſdem anno, menſe, & die ſe-
quenti *iuxta formam dicti Inſtrumenti d. num.* 1.
ſub num. 2. Tum ab expreſſa ratificatione
poſt aliquot dies facta à Franciſco ſponſo
num. 5. Tum etiam ex iudicio poſt 9. annos
ab eo ſucceſſiuè moto, & fauorabiliter pro-
ſequuto per relaxationẽ mandati exequuti-
uũ pro ſcutis 1500. ſine præiudicio reſidui
num. 4. certum enim eſt quod etiam exem-
plum copiæ, & ſcriptura alias informis
4 iunctis adminiculis, & preſertim in anti-
quis plene probat *Caputaquen. deciſ.* 234. *nu.* 2.
par. 1. *Rota diuerſ. deciſ.* 717. *num.* 5. *verſ. Non ob-*
ſtat in fine par. 4. *in rec.* 198. *num.* 2. *deciſ.* 310.
num. 7. *& deciſ.* 650. *num.* 8. *& in fin. par.* 1. *&*
& deciſ. 418. *par.* 1. *& deciſ.* 418. *num.* 5. *par.* 2.

Nec refert quod antiquum ſtatutum
vrbis annullentur quæcunque promiſſio-
nes dotis vltra ſummam ſcut. 1500.

Quia huiuſmodi ſtatutum vti laicale
non compræhendit Cardinalem dotis pro-
5 miſſorem tanquam perſonam Eccleſiaſticã
auctoritatem ſtatuimus *C. de Epiſ. & Cler.*
Rota in Romana liberationis a fideiuſſione 4. *Maij*
1630. *coram bon. mem. Merlino inter eius impreſſ.*
deciſ. 901. *num.* 1. *& in Romana donationis de*
Caſtellanis 23. *Iunij* 1631. *coram bon. mem. Coc-*
cino in rec. deciſ. 58. *&* 128. *&* 52. *par.* 6. *in Ro-*
mana ſucceſſionis de Comitibus 15. *Ianuarij* 1642
§. *& indubitanter ceſſare circa fin. coram Reueren-*
diſſimo D. meo Decano in Romana dotis 21. *Feb.*
1627. *& in Romana domorum* 15. *Decembris*
1649. *in fin. coram R. P. D. meo Bichio*.

Et licèt allegata fuerit deciſio in Romana
dotis 21. *Februarij* 1567. *coram Robuſterio* quæ
in his terminis firmat præfatum ſtatutum
compræhendere etiam Cardinales; attamẽ
quicquid ſit de legalitate huius deciſionis
quæ circumfertur manuſcripta fundatur in
ſola ratione, quod vigorem Apoſtolicæ
confirmationis ſtatutum ſit Papale, quam
rationem niſi ſtatutum loquatur in ſpecie
de Clericis, vel habeat verba vniuerſalia
apta illos comprænendere quæ hic deficiũt
perpetuò Rota reiecit firman. Clericos
alioquin in ſtatutis quamuis confirmatis à
Papa ex certa ſcientia etiam in forma ſpe
cifican. compræhendi, & hoc non ex
defectu potiſſime, quam hibuit confirma-
tio, ſed defectu voluntatis, vt reſpondetur
in terminis ſtatuti vrbis in dd. deciſionibus
ſupra allegatis quæ comprobatę fuerunt in
caſibus aliorum conſimilium ſtatutorum
6 *in Tridemina ſucceſſionis* 29. *Maij* 1652. *coram*
R. P. D. meo Meltio §. *nihil refragante*, & in
his terminis egregiè *Bald. in c. Eccleſia Sanctæ*
Mariæ num. 14. *&* 15. *de conſtit.* vbi loquitur
his proprijs verbis: Si Papa approbat ſta-
tutum laicorum ſuper rebus Clericorũ, &
Eccleſiarum ſtatum eſt ſeruandum tanquã
ſtatutũ Papæ, quod intelligitur ſi nomina-
tim eſt facta mentio de Clericis, & Eccle-
ſiaſticis, aliter non continentur in generali
ſermone ex quo eorum libertas poſſet in-
fringi.

Quatenus verò replicabatur Clericos poſ
ſe vti per modum Priuilegij ſtatutis laico-
corum fauorabilibus tamen, vt de perſonis
Eccleſiaſticis expreſſam mentionẽ non fa-
7 cientibus *ex alleg. per modern. Eugubinum. de-*
ciſ. 11. *num.* 9. *&* 10. *ſub nu.* 30. *Cardinalis Mel-*
linus deciſ. 146. *num.* 6. cum concordantibus
in Romana ſeu Ianuen. locorum mon-
tium 26. *Iunij* 1648. *coram me* §. *hoc enim* Re-
ſponſum fuit id procedere, quando Cleri-
cus à principio contractus declarauit velle
vti ſtatuto tanquam Priuilegio, ſecus au-
tem ſi tunc huiuſmodi declarationem non
fecit, ſed id ſolum allegat quando vigore
contractus conuenitur hoc enim ſtatuto
laicorum vti non poſſe, nec minùs per mo-
8 dum priuilegijs optimi declarauit *Lambert.*
de Contract. gloſ. 2. *verbo mulierum num.* 58. *fol.*
169. *& firmauit Rota in Senogallien. fructuũ cen-*
ſus 11. *Iunij* 1654. *coram Terracinen.* §. *denique*
non obſtat vbi affert rationem quia tempore
Iudicij intempeſtiua eſt declaratio cum res
nõn ſit amplius integra, tantum autem
abeſt, quod Cardinalis ita declarauit tem-
pore contractus, quod imò dum nulla ha-
bita ratione præmemorati ſtatuti d. Dotẽ
promiſit in ſcut. 5000. & vti noluiſſe cenſe-
tur, ne alias ſponſum fraudaret, quod præ-
ſu-

ſumendum non eſt attenta præſertim qualitate Eccleſiæ quâ pollebat.

Et hinc DD. dixerunt non eſſe opus quærere an Cardinalis teneatur tanquam tutor dum ex prædictis validè conueniri poteſt ex obligatione proprio nomine facta, cui non obeſt obiectæ præſcriptionis exceptio cum interrupta fuerit anno 1572. ex d. lite iudicialiter mota *coram A.C. & Rota commiſſa anno* 1592. *cap. fin. de præſcript.* & quamuis ab anno 1593. quo emanauit citatio ad dicendum contra commiſſionem nil poſtea per ſpatium 60. & plurium annorum actũ fuit in cauſa nihilominus, quia de iure Canonico inſtantia eſt perpetua *cap. penult. de*
9 *Iudic. Creſcen. deciſ.* 7. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* tum demum ſimilis diuturna taciturnitas inducit deſertionem quando, vel ex actis conſtat declaro non iure tacentis, vt de-
10 clarando *deciſ. Acchiſ.* 7. *vt lit. pend.* reſpondit *Rota in Roſſanen. Decimarum* 24. *Ianuarij* 1642 *coram Reuerendiſſimo Salamantino in fin. & in Auen. legitimæ* 30. *Aprilis proximi præteriti coram R.P.D. meo Pirolo* §. *vlt. & prius in Calagurritana beneficij de Modiner.* §. *quoniam vis coram me* & in omnem caſum ob probabilem ignorantiam quæ ſemper in hærede præſumitur competere actori reſtitutione in integrum aduerſis lapſum temporis, vt ad fauorem ipſiuſmet Chriſtophori firmatum fuit *in Romana vineæ* 22. *Iunij* 1654. *coram me* §. *fin.* vbi ad ipſum effectum fuerunt etiam ponderata notoria fiſci impedita.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO

Pientina Parrochialis.

Lunæ 28. *Iunij* 1655.

ARGVMENTVM.

Affixio, & publicatio edictorum ſunt actus, extraiudiciales euadit poſtquam legitimus contradictor opponendo comparet. Iudicialis citatio probatur in inſtantia facta, & ex ſubſequuto decreto de citando. Sed melius, ex comparitione, quæ cæteroquin ſupplet citationis defectum expreſsio proprij nominis præcedens titulum dignitatis, indicat actum fuiſſe geſtum proprio nomine, non ſub alia qualitate.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus vſurpatio non cadit in perſonis priuatis.*
2 *Iuſpatronatus tranſit in hæredem extraneum cum vniuerſitate bonorum.*
3 *Præſentatio facta ad iuſpatronatum cenſetur facta nomine proprio, etiamſi in præſentatione fuerit adiecta expreſſio dignitatis.*
4 *Præſentatio dicitur facta nomine proprio, etiamſi emanauerit cum expreſſione maioris natu.*
5 *Præſentatio dicitur facta nomine proprio, ſi dictũ fuit ius præſentandi ſpectare ad ſe, ſuoſq; hæredes.*
6 *Iuſpatronatus cenſetur hæreditarium, ſi verba ita doceant.*
7 *Præſentans ad iuſpatronatum non vti titularis, ſed nomine proprio acquirit quaſi poſſeſſionem præſentandi.*
8 *Iuriſpatronatus pertinentia cognoſcitur ex quaſi poſſeſſione præſentandi, & ex vltimo ſtatu.*
9 *Iuriſpatronatus ſurrectio debet concludenter probari ad effectum vt dicatur tranſlatum cum alijs bonis.*
10 *Iuriſpatronatus annexio cum alijs bonis deſumitur ex ceſſione, ſeu alienatione generali reſpectu rei ſine ſpecificatione rerum particularium.*
11 *Iuſpatronatus non dicitur tranſlatum ex alienatione vniuerſitatis bonorum, quando in traditione ſpecificantur res particulariter, & ſingulariter.*
12 *Iuſpatronatus non venit in generali aſſignatione bonorum, ſi de eo non ſit ſpecialis mentio.*
13 *Iuſpatronatus non venit in generali aſſignatione bonorum, ſi non concurrit copulatiuè cum ſpeciali facta de eo, conſenſus Ordinarij.*
14 *Dictio* videlicet *eſt reſtrictiua.*
15 *Iuſpatronatus non comprehenditur in diſpoſitione particulari bonorum etiam verbis generalibus concepta.*
16 *Iuſpatronatus non tranſit cum legitima, ſed cum vniuerſali hæreditate.*
17 *Iuſpatronatus an ſit annexum vniuerſitati bonorum dignoſcitur ex obſeruantia.*
18 *Clauſula* dummodò alteri non ſit ius quæſitum, & verificato iurepatronatu *facit exequutorem mixtum.*
19 *Attenta maximè comparitione cohopoſitoris.*
20 *Attentata dicitur poſſeſſio adepta pendente termino ad appellandum.*
21 *Attentata dicuntur omnia medio tempore geſta, ſi poſtmodum cauſa appellationis fuerit ad vtrũq; effectum commiſſa.*
22 *Attentata dicitur præſentatio tertij facta pendente lite inter primos, præſentatos.*
23 *Attentata efficitur poſſeſſio beneficij adepta poſt litem introductam.*
24 *Lis introducta dicitur concurrentibus requiſitis.*
25 *Attentata dicuntur omnia geſta poſt litem introductam.*
26 *Citationis defectus ſupple tur ex ſubſequenti comparitione citati.*
27 *Attentata poſſeſſio eſt ſequeſtranda.*

DECISIO XXIV.

RESolutum fuit conſtare de bono Iure Reuerendiſsimi D. Groſſetani, & Litis conſortum etiam ad effectum reuocationis attentatorum.

Pendet enim reſolutio boni iuris non ab exiſtentia Iuriſpatronatus Eccleſiæ Sancti Ioannis ad Aſſum Plentinæ Diœceſis, quæ controuerti non valet, ſatiſq; iuſtificatur ex pluribus præſentationibus longiſſimo temporis curſu effectuatis, & ex reiteratis antiquiſſimis enunciatiuis, tàm Summ. Pontif. quàm Ordinariorum; *illorum Summ. à nu. 16. vſque ad num. 30.* ex quibus reſultat quadragenaria, cum fama ſufficiens ad iſtum effe-
1 ctum cum verſemur in priuatis, in quibus non habet locum diſpoſitio *Sac. Concilij Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* cum in eis nō cadat vſurpationis præſumptio *ex latè deductis in Aretina Plebaniæ 6. Februarij 1654. coram* ... *§. Præmiſſo enim, & §. Nec deficit.*

Sed ab illius pertinentia, ad quem ſcilicet ſpectet ius præſentādi ad dictam Eccleſiam, ſiue ad dictum D. Groſſetanum, vti hæredem vniuerſalem Emilij Iunioris de Pannellinis Prioris Senarum, qui præſentauerat Iacobum de Clauis, per cuius obitum Parochialis controuerſa, eiuſq; nepotes, vel potius ad D. Pandulphum Pannelinum, vti ſucceſſorem in dicto Prioratu.

Et ſanè cum verſemur in Iurepatronatus hæreditario, regula eſt pro hærede, quod in ipſum etiam ſi extraneum tranſiuerit cū
2 vniuerſitate Bonorum, *iuxta Gloſſam communiter receptam, in cap. piæ mentis 16. q. 7. quam comprobauit Rota coram bon. mem. Merlino deciſ. 403. num. 5. & deciſ. 539. num. 8. repetita in recent. deciſ. 96. eodem num. par. 6. in Narnien. Iuriſpatronatus 13. Maij 1633. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, in eadem par. 6. deciſ. 207. num. 4. & in Bononien. Iuriſpatronatus 23. Ianuarij 1640. coram Reu. P. D. meo Bichio §. Nam licet.*

Non obſtat, quòd dictus Emilius præfatam præſentationem fecerit in perſonam dicti Iacobi de Clauis, cum expreſſione tituli Prioris.

Quia cum ibidem prius expreſſerit nomen proprium, & deindè dignitatis, vt enūciatur in ſubſequenti illius Inſtitutione relata *in dicto Sum. num. 3.* iſtius expreſsio non videtur adiecta taxatiuè, ſed ſolum demō-
3 ſtratiuè, & præſentatio proprio nomine facta cenſetur, *vt in terminis reſpondit Rota coram Card. Mantic. deciſ. 150. ſub num. 5. verſ. Et cum nomen, & in recent deciſ. 53. num. 4. verſ. vbi fuit dictum par. 1.* & in ſimili de præſentatione facta cum qualitate maioris natu in *Leodien. Beneficij 1. Februar. 1645. §. Nec obeſſe poteſt coram Eminentiſſ. D. Card. Ottobono*, ac
4 prius de præſentatione cum qualitate filiationis *in Lauden. Iuriſpatronatus 22. Maij 1643. coram me ſub §. Similiter.*

Eoque magis, dum deduxit præfatum Iuſpræſentandi ad ſe, ſuoſq; hæredes, & ſuc-
5 ceſſores pertinere, vt ſubditur in eadem Inſtitutione, ibi: *Cuius Eccleſiæ Patronatus, & ius præſentandi ſpectare, & pertinere dignoſcitur ad Emilium de Pannelinis primum Priorem Senarum eiuſq; hæredes, & ſucceſſores, &c.* Huiuſmodi
6 enim verba oſtendunt Iuſpatronatus verè, & propriè hæreditarium eſſe *Merlin. deciſ. 94. num. 4.* Sicq; clarius indicant illum non vti Priorem, ſed ſimpliciter tanquam Emilium præſentaſſe ſibi, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus acquirendo quaſi poſſeſsionem, *vt in his terminis dictum fuit in dicta Leodien. Beneficij 31. Ianuarij 1648. coram R. P. D. meo Peutingerio §. Pariter, circa finem.* Quæ
7 quidem quaſi poſſeſsio, & vltimus ſtatus
8 valdè attendi ſolet ad effectum cognoſcendi de pertinentia, *cap. conſultationibus de Iurepatronatus cap. querelam de elect. & cap. cum olim de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Federic. de Sen. conſ. 334. ſub num. 3. cum cæteris alleg. in Maioricen. Beneficij 28. Iunij 1648 coram R. P. D. meo Bichio §. ſiue attendatur, & in Sulmon. Benef. 10. Martij 1649. coram bon. mem. Arguelles ſub §. Et hæc quaſi poſſeſſio.*

Nec obſtat illius annexio cum bonis intra quorum fines Beneficium exiſtit, particulariter aſsignatis per ſententiam Emilio Seniori pro ſua legitima, & ſuper quibus ipſe dictum Prioratum conſtituit, *dict. Sum. num. 2.*

Quia præter quod annexio clarè, & concludenter iuſtificari debet ad effectum, vt vna ſimul cum bonis Iuſpatronatus dici
9 poſsit tranſlatum, *cap. cum ſæculum, & cap. ex literis de iurepatronatus Card. Mantic. deciſ. 164. num. 3. & deciſ. 198. num. 4. verſ. Præterea non benè, Rot. in Cracouien. Præpoſituræ 4. Maij 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio §. fin. & in Gueſnen. Iuriſp. 27. Ian. 1648. coram Reuerendiſſimo Domino Tarraconen. §. Non obſtat quod Eccleſia.*

Tunc demum operatur illius tranſlationem, quando fit aſsignatio, ceſsio, vel alienatio vniuerſalis reſpectu rei, ſine vlla ſpe-
10 cifica traditione rerum particularium, in quibus terminis procedunt deducta per *Rotam cor. Card. Seraph. dec. 725. per totam, & ſignanter num. 2. & 3. & apud Pacif. de Saluian. deciſ. 100. num. 1.* Secus autem vbicumq; (prout hic) aſsignatur, vel alienatur Vniuerſitas
11 Bonorum cum ſpecifica traditione rerum ſingularium, & particularium, vt euenit in propoſito, ibi, *Aſſignamus, & concedimus dictū*

Teni-

Tenimentum Sancti Ioannis ad Aſſum cum omni-
bus adiacentiis, & in dicta Curia exiſtentibus, quod
Tenimentum, & bona ſunt infraſcripta, videlicet.
la Tenuta, e Palazzo, &c. dict. nu. 2. Hoc enim
caſu, cum Iuſpatronatus conſideretur tan-
quam vnum ex Iuribus particularibus, non
12 venit ſub generali aſsignatione, niſi de eo
fiat ſpecialis mentio, Emanuel. Coſt. in repetit.
cap. ſi Pater verb. Trebellianica ſub num. 7. verſ.
quapropter venditis du teſtam. in 6. Peregrin. con-
ſil. 11. num. 9. lib. 4. Lambertin. de Iurepatronat
2. part. lib. 1. quæſt. 5. ſub nu. 4. verſ. & quam-
uis Garzias de benefic. par. 5. cap. 9. nu. 13. & 14.
Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 71. num. 8.
Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2. cap. 55. ante nu-
mer. 12. verſ. quia quando Lotter. de re benef. lib. 2.
qu. 9. num. 52. Modern. Piſan. de Iurepatron. lib. 4.
cap. 1. num. 9. Rota in Lucano Iuriſpatronat. ſeu
Cappellania 6. Nouembris 1598. coram Litta re-
lata per Garz. dict. cap. 9. num. 12. & in Comen.
Iuriſpatronatus 12. Iunij 1651. coram R. P. D.
meo Albergato §. Reſponſum enim fuit. Et niſi
13 copulatiuè expreſſus adhibeatur Ordinarij
conſenſus ex clara diſpoſitione textus in cap. quod
autem Conſulis de Iurepatronat. ibi, ſi conſenſus
Epiſcopi non acceſſerit, nihil agi videtur, Lambert.
vbi ſup. d. 2. par. 1. lib. quæſt. 1. art. 19. per totã
Sanct. mem. Gregor. deciſ. 420. num. 1. Duranus
deciſ. 463. pariter num. 1. cum cæteris allegatis in
d. Craconien. Præpoſituræ coram R. P. D. meo Ve-
roſpio §. nullitas verò, & in dicta Comen, Iuriſ-
patronatus d. §. reſponſum enim fuit verſ. & adhi-
beri coram R. P. D. meo Albergato. Dictio enim
14 prefata videlicet, ibi, bona ſunt infraſcripta vide-
licet. Nomen tenimenti eſto quod generale
eſſet ad certa corpora particularia inferius
expreſſa reſtringit, iuxta theoric. Bart. in l. quæſi-
tum §. ſi quis fundum num. 15. verſ. aut fuit acta
numeratio ff. de fund. inſtruct. Bald. conſ. 200. n. 3.
lib. 4. Aym. conſ. 227. num. 7. verſ. quod ſine dubio
Cephal. conſ. 372. num. 18. Add. ad ſanct. mem.
Greg. deciſ. 257. num. 12. verſ. Niſi expreſſio.
15 Atque operatur, quod aſsignatio ſimplici-
citer facta dicatur de corporibus particula-
ribus, quo caſu Iuſpatronatus non tranſit
ſub generalitate, & vniuerſalitate verborũ,
etiamſi aſsignentur bona alicuius Caſtri,
vel loci, vt præter ſupradictas authoritates alleg.
concordantibus reſpondit Rota in Firmana Iuriſp.
28. Nouemb. 1631. coram Reuerendiſs. Terraci-
nen. §. penult.

Accedit præfatis, tum ponderatio, quod
dicta bona non conſtituunt Villam, nec
vniuerſitatem, ſed ſunt inter ſe diuiſa, & ſe-
parata quodque licet Emilius Senior petie-
rit illa ſibi aſsignari pro legitima cum Iure-
patronatus, Iudex tamen præuia explicita
deſignatione particularium corporum bo-
na aſsignauit, nulla facta mentione Iuriſpa-
tronatus dict. num. 2. Vnde illud non conceſ-
ſiſſe videtur, & quidem iure optimo, quia
16 tranſit cum hæreditate vniuerſali, non au-
tem cũ ſola legitima debita filiis, vt in punct.
Menoch. conſil. 401. num. 128. Tum ſubſequu-
ta obſeruantia, nam (vt ſupra dictum fuit)
Emilius Iunior non præſentauit tanquam
Prior, & præſentatus habuit Inſtitutionem
cum declaratione, quod ius præſentandi ad
illum ſpectabat, eiuſque hæredes, & ſucceſ-
ſores dict. num. 3. Huiuſmodi enim obſeruã-
tia magni eſt momenti ad dignoſcendum
an Iuſpatronatus ſit annexum vniuerſitati,
17 & an fuerit ſub vniuerſitate translatum ex
ponderatis per Rotam in recent. deciſ. 314. num. 3.
verſ. ſufficit etiam par. 4.

Nullitèr autem, & attentatè proceſsit
D. Ordinarius Aretinus executor Apoſto-
licus prouiſionis obtentæ per Ioannem de
Sebaſtianis, ſecundo loco præſentatum à
dicto Domino Pandulpho moderno Prio-
re. Nulliter ſiquidem ex quo non fuit ci-
tatus Armenius Battellus præſentatus à
dicto Domino Groſſetano, & Conſortibus,
qui omninò citari debuit cum eius præſen-
tatio expreſsè narrata fuerit in dicta gratia
Apoſtolica, ibique addita clauſula, Dum-
modo alteri non ſit ius quæſitum, & verificato Iu-
repatronatus dicto Summario numer. 15. quæ fa-
18 ciebant executorem mixtum, vt in terminis
Rotã deciſ. 142. num. 6. & 7. par. 5. & magis in
puncto in Bituntina Iuriſpatronatus 26. Februarij
§. Nec dubitari poteſt, & 7. Maij 1646. §. Minus
obſtat ſecundum coram bo. memor. Arguelles. Præ-
cipuè cum Armenius mediante legitimo
Procuratore, iam antea contra Priorem,
& Mariottum primum pręſentatum com-
19 paruiſſet, ſuamque præſentationem exhi-
buiſſet dicto Summario num. 11. vt poſt Rotam in
recentior. deciſion. 52. num. 3. part. 2. admiſſum fuit
in Firmana Cappellania 28. Aprilis 1631. coram
Ren. Pat. Dom. meo Bichio §. eoque magis in fine.
20 Attentatè verò, tum quia pendente tẽ-
pore ad appellandum illi poſſeſſionem tra-
didit cap. non ſolum de appellat. in 6. & toto tit.
ff. & Cod. nihil innouar. cum concordantibus al-
legatis in d. Bituntina Iuriſpatronatus. Quod
certius admittendum eſt dum poſtea dicti
Groſſetanus, & Conſortes appellarunt à
die habitæ notitiæ, & cauſam appellationis
præuia auocatione ſimpliciter ad vtrumq;
effectum mihi committi obtinuerunt, quæ
ſanè commiſſio retrotrahitur ad diem ſen-
tentiæ, & efficit, vt omnia interim geſta
21 dicantur attentata, etiam ſi alias appella-
tio non eſſet admittenda iuxta concluſionem
in Rota quotidie receptam, & ſignanter in deciſio-
nibus alleg. in d. Bituntina, & in Viterbien. Cano-
nicatus 26. Iunij 1652. corã me ſub §. Quia præter
quod.

Tum etiam,quia pendente lite inter pri-
22 mos præſentatos ſuper Inſtitutione Prior ſecundo loco præſentauit Ioannem de Sebaſtianis *cap.1.& 2.vt lit pend.in 6.*quod procedere etiam in præſentatione *tradit. Calderin.conſ.1.per totum eodem titul. & firmauit Rot. coram Card.Caual.deciſ.280.num.1.in recent.deciſ.136.num.1.par.2.deciſ.336.num.3. verſ.Maxime quia part.3.& deciſ.507.nu.3. & 4.part.5. & in Bituntina Parrochialis 26. Nouembr.1646. §. Quo vero ad Caballinum coram Eminentiſſimo Domino Card. Ottobono.* Atque Ioannes aliũ Iudicem adiuit, nempè dictum D.Ordinarium Aretinum, & ab eius manibus vigore prouiſionis Apoſtolicæ, poſſeſſionem
23 apprehendidit, quod fieri nõ poſſe monuit *in terminis Lancellot.de attent,lit.pend.par.2.cap.4.in præfat.num.614.cum ſeqq.quem comprobauit Rota in Aquilana Iuriſpatron.18.Iunij 1649. coram R.P.D. meo Meltio §. pendentia autem, & prius in Gerunden.Benefic. 1. Febr. 1649. §.ſed cum Andreas, & nuperrimè in Lunen. Sarzanen. Beneficior.14.currentis §. Hinc igitur coram me,* in quibus ſubditur quod licet Papa non attentet prouidendo, executor tamen attentat tradendo poſſeſſionem lite pendente.

Nec ſubſiſtit,quod inter primos præſentatos proceſſum fuerit extraiudicialiter.

Quia licet ſimplex edictorum affixio, & publicatio ante quam compareat, & ſe opponat legitimus contradictor ſint actus extraiudiciales, efficiuntur tamen Iudiciales; & litem inducunt poſt comparitionem, & oppoſitionem competitorum, qui in propoſito ad plures citationes, iudiciales petitiones; & diuerſas proteſtationes coram Ordinarijs Pientino,& Cluſino deuenerunt *dicto Summario à nu.8.vſque ad 14.* Hoc enim
24 caſu litem eſſe inductam cum concurrant requiſita *Clem.2. ut lit. pendent.* & ſic omnia
25 deinde geſta attentatorum vitio laborare *firmauit Rota deciſ.227.num.2.3. & 4. part. 3. lib.2.& deciſion.266.num.4.eadem part.3. lib. 3. diuerſ.in Cremonen.Præpoſituræ 23. Maij 1644. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado §.Nam illa in fine, in dicta Aquilana Iuriſpatronatus coram R. P. D. meo Meltio §. Pendentia autem, in Leodien.Perſonatus 16.Maij 1650.§.Quia cum ſimplex, & in d.Lunen. Sarzanen. Beneficior. ſub §. Licet enim coram me.*

Neque in dubium reuocari poſſe videtur Iudicialis citatio corã Ordinario Pientino, cum de ea conſtet, tam ex præcedenti Inſtantia Procuratoris Armenij, & ex illius decreto de citandis collitigantibus *dicto Summ.num.9.* quam ex fide Nuncij, & ex Epiſtola eiuſdem met Ordinarij Pientini *num.* 10. atque melius ex comparitione ab iiſdem collitigantibus facta in termino dictæ citationis *num.11.* ex quibus, & ſignan-
26 ter ex dicta comparitione ſuppleri defectũ citationis *docuit Baldus in l.ſi conſentaneum ſub num. 36. Cod.quomodo, & quand.Iudex Vant. de Nullit.ex defect.citat.num.17. Lancell. de attent. par.2.cap.4.num.118.Card. Seraph. deciſ. 1141. num.4. Rota in Baren.ſeu Nullius Pecuniaria 26. Maij 1645.coram me §.prout etiam.*

Et hinc locus eſt ſequeſtro ne attentans
27 gaudeat commodo vitioſæ poſſeſſionis, *vt poſt Archidiac.in cap.quia res 50. ſub nu.9. cauſ. 11. quæſt.1. reſpondit in dicta Bituntina Iuriſpatronatus coram bonæ memoriæ Arguelles, & in dicta Lunen. Sarzanen. Beneficiorum coram me, in fine.*

Atque ita &c.

R. P. D. BICHIO

Calaguritana Beneficij de Bilbao.

Lunæ 5. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Teſtis examinatus in criminali non probat in ciuili formiter non repetitus. Examen Teſtium ſinè præuia citatione ad illos videndum iurare, nullum remanet ſicuti factum coram Iudice allegato ſuſpecto. Simonia non probatur per Teſtes non deponentes de præcedenti pactione, ſinè qua illud delictum non committitur. Plena ſimoniæ probatio requiritur ad incurrendam priuationem, ſed ad impediendam aſſecutionem beneficiorum conjecturæ ſufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Habens cumulatiuè has qualitates, nimirum eſſe Seniorem,Sacerdotem,ac ad audiendas confeſſiones approbatum in beneficio ſemper eſt præferendus.*

2 *Teſtes examinati in criminali iudicio, in ciuili non repetiti formiter fidem non merentur.*

3 *Citatio ad videndum iurare teſtes eſt de ſubſtantia, alias examen redditur nullum.*

4 *Examen factum coram Iudice allegato ſuſpecto, vel non habente Iuriſdictionem eſt inualidum.*

5 *Teſtes deponentes de auditu, & de publica voce, & fama quæ habet ortum ab alio Iudicio inter alios facto, non probant.*

6 *Teſtes ad probandam Symoniam debent deponere de præcedenti pactione.*

7 *Ad effectum, vt quis repellatur à beneficio non requiritur plena probatio Simoniæ, ſed ſufficiunt conjecturæ.*

8 *Bene-*

8 *Beneficium non eſt conferendum ei, qui ſcandolũ eſſet præbiturus, quamuis alium non patiatur defectum.*

9 *Sententia abſolutoria non ex capite innocentiæ, ſed non probati delicti emanatą non ſuffragatur, vt non remaneant veſtigia prioris Iudicij, & delinquens nouis ſuperuenientibus indicijs vexetur.*

10 *Inquiſitus licet tanquam innocens ſit abſolutus in concurſu beneficij eſt poſtponendus.*

11 *Limita non procedere quando quis eſt calumnioſè accuſatus, vel ſententiatus.*

12 *Appellatio à ſententia ſuſpendit illius effectum.*

13 *Ex ſola oppoſitione ius in beneficio non acquiritur.*

14 *Beneficium adiudicari debet habenti qualitates à elementina conſtitutione requiſitas licet ſit ab examinatoribus reprobatus.*

DECISIO XXV.

ANtonium de Goiri in concurſu Ignatij
de Arbolancha tanquam ætate ſeniorẽ,
1 Sacerdotem, ac alias ad audiendas Confeſ-
ſiones approbatum, præferendum eſſe du-
bitatum non fuit, vt ſæpiſſimè reſpondit
Rota in deciſionibus allegatis in *Calaguri-
tana Beneficij de Vnzella 1. Iulij 1652. coram R.
P. D. meo Albergato, & in Calaguritana Beneficij
de Lequitio 23. Maij 1653. coram R. P. D. meo
Celſo.*
Niſi obſtaret diffamatio ſymoniæ per
ipſum commiſſæ in aſſecutione huiuſmet
Beneficij quam negat probari per Teſtes
2 exaduerſo inductos, quia examinati vigore
monitorialium literarum, vel in Iudicio
Criminali, nec repetiti formiter in Ciuili
fidem non merentur *l. vlt. verſ. ſancimus C.
Teſtib. Rota deciſ. 128. num. 5. deciſ. 145. num. 2.
inter impreſſ. poſt conſ. Farinac. deciſ. 366. num. 6.
coram Cardinali Caualerio, & in Bononien. pecu-
niaria 23. Maij 1645. §. aſſertum coram me;*
alijs pariter in Iudicio Ciuili examinatis ne
3 probent obſtat defectus tam Citationis ad
videndum illos iurare, neceſſariæ etiam ex
præſcripto literarum remiſſorialium, vt
propterea non ſufficiat citatio pro illis ob-
tinendis emanata in Curia, vt fuit dictum
in *deciſione 345. ſub num. 2. par. 2. recent.* Tum
4 iuriſdictionis, quia examen factum fuit co-
ram Iudice allegato ſuſpecto *Lancell. de at-
tent. par. 2. cap. 6. num. 13. & ſeqq. Rot. deciſ. 347.
num. 1. poſt conſ. Farinac. & in Marſicen. Iuriſdi-
ctionis 5. Martij 1646. coram me.*
5 Eoque minus Teſtibus adhibendam fi-
dem, quia deponunt de auditu *Comitul. in
his terminis deciſ. 114. numer. 7.* & de publica
voce, & fama, quę ortum habuit à Iudicio
Ciuili inter alias perſonas moto, nec ſuffi-
cit ad probandam ſymoniam *Pariſ. de con-
fid. quæſt. 72. num. 3. Put. deciſ. 167. lib. 2. in corr.
Rota deciſ. 538. num. 18. in fin. & in nu. 19. par. 4.
6 tom. 3. recent.* quam vt Teſtes conuincerent,
debuiſſent deponere de præcedenti pactio-
ne ſine qua illa non committitur, vt com-
muniter notant *Doctores in cap. veniens de
Teſtib. d. deciſ. 167. lib. 2. in corr. Rot. deciſ. 350.
num. 12. par. 2. recent. deciſ. 93. num. 6. par. 4. tom.
2. deciſ. 538. nu. 10. par. 4. tom. 3.* & inueriſimi-
lia prorſus deponunt, quia pecuniam da-
tam vni examinatori ſynodali affirmant, vt
Antonius approbaretur, & reprobaretur
Ignatius prout fuit reprobatus, ſed Anto-
nius pro ſua approbatione hoc non egebat,
cum confidere poſſet de ſua idoneitate co-
gnita tùm Ordinario, qui aliàs ad Confeſ-
ſiones audiendas illum propoſuit, tùm
Examinatoribus, qui prius illum habilem
ad beneficia curata pronunciauerant; Igna-
tium verò fuiſſe reprobatum ex capite in
literaturæ probant plures Teſtes addentes
quod, & ſi bis aliàs ad alia beneficia fuerat
approbatus id factum fuit ex beneuolen-
tia, & eius honoris gratia, & adhuc nouo
examine indigebat *Comitul. d. deciſ. 114. nu. 12*
Cumque fuerit reprobatus ab omnibus
Examinatoribus nil intereſt, quod vni ex
illis fuerit data pecunia, vnde non mirum
ſi in iudicio criminali Antonius à quærela
ſymoniæ fuit abſolutus per ſententiam diſ-
finitiuam, quæ omnem maculam à que-
rela reſultantem abſtergit, ac delet.
Hæc tamen quæ ſatis eſſent ad euitan-
dam priuationem beneficiorum, quæ An-
tonius obtinebat, vel aliàs pœnas contra
ſymoniacos decretas, cenſuerunt Domini
non releuare nè ab aſſecutione beneficij
obtinendi repellatur, ſeù in Iudicio præla-
7 tionis ſuccumbat, ad hunc enim effectum
non requiritur plena probatio ſymoniæ,
ſed ſufficiunt coniecturæ *Pariſ. de fideicomm.
quæſt. 72. nu. 8. in fine,* & diffamatio reſultans
ex denuntiatione, ſeu inquiſitione *can. tan-
tis Daniel 81. diſtinct. cap. omnipotens vbi gloſ.
verb. denunciatur de accuſat. Pariſ. d. tract. q. 64.
num. 15. Marcſc. var. reſol. lib. 2. cap. 35. num. 19.
Lother. de re benef. lib. 2. q. 31. num. 145. & ſeqq.
Add. ad ſa. mem. Greg. XV. deciſ. 238. numer. 13.
Seraph. deciſ. 516. num. 4.* vbi dicit rationem,
quia non eſt adiudicandum beneficium ei
8 qui ſcandalum eſſet præbiturus, quamuis
aliàs nullum defectum pateretur *Comitul.
deciſ. 114. numer. 12.* & in terminis beneficij
Calaguritani *deciſ. 119. numer. 2. & 3. Rota in
Leodien. Præpoſituræ Tongren. 19. Ian. 1650. cor.
Eminentiſſ. D. Card. Otthobono.*
9 Nihil ſuffragante ſententia abſolutoria,
quia non eſt talis ex capite innocentiæ, ſed

non probati ex tunc deductis delictis,ideo-
que remaneant adhuc veſtigia prioris Iudi-
cii, & poterit Antonius nouis ſuperuenien-
tibus indicijs quandocumque vexati, vt in
puncto reſpondit *Rota in Sabinen.concurſus 6.
Aprilis 1609. coram D. Cardinali Sacrato, im-
preſſ.apud Marcheſ.de commiſſ.to.1.fol.291.n. 3.*
10 vbi ſubditur, quod etiam ſi inquiſitus ab-
ſolutus fuiſſet tanquam innocens, adhuc
negari non poteſt, quin ex priori inquiſi-
tione remaneat quædam macula ob quam
in concurſu non habentis talem maculam
veniat poſtponendus *Lotber.de re. benef. dicto
lib. 2. quaſt. 31, num.148.& ſeqq. vbi ſignanter*
11 *nu.* 151. id limitat, quando per ſententiam
liqueret eum per calumniam delatum, vel
accuſatum fuiſſe quod hic non verificatur,
imo plurimi teſtes deponunt de publica
fama ſymoniæ,& ſextus qui eſt Eques San-
cti Iacobi teſtatur de confeſſione extraiudi-
ciali ipſius Antonii *Summario Ignatij num. 6.*
antè finem, & Iudex condemnauit inquiſi-
tum in expenſis, alioquin verò accuſato-
rem condemnaſſet *Hippol. Rimin. conſ. 303.
num.6. & ſeqq.per tot. Farin. in prax.quaſt. 16.
num.13.poſt Boſs.tit.de accuſat.num.19. in fin.*

Et hęc faciliùs procedunt in caſu noſtro,
tum quia ſententia ipſa abſolutoria deno-
tat non abfuiſſe magnam ſymoniæ ſuſpi-
cionem, cum vt dicebam inquiſitum con-
12 demnauerit in expenſis. Tum etiam quia
à dicta ſententia fuit interpoſita appella-
tio, quæ illius effectum ſuſpendit *l. 1. ff. ad
Turpell.cap veniens de iureiurand. Rota dec. 211.
num. 3. apud Cinc.de cenſib. cum alijs allegatis in
Romana dotis 11.Februarij 1647. coram me.*

Quod verò hodie agatur de beneficio
acquirendo, ſeù de prælatione in concurſu
patet,quia Antonius eſt ſimplex oppoſitor,
13 & ex ſola oppoſitione Ius in beneficio nõ
acquiritur. *Caſſador.deciſ.18. numer.2. & 3, de
præb.Seraphin.deciſ.1091. num. 1. & 2. Rota in
Gerunden. beneficij 27. Iun. 1644. §. Non obſtat
coram me.*

Excluſo itaquè ex prædictis Antonio,
14 adiudicandum eſt beneficium Ignatio,qui
de cætero habet omnes qualitates à Con-
ſtitutione Clementina requiſitas,& quam-
uis reprobatus fuiſſet ab Examinatoribus
Calaguritanis appellauit ab hoc grauami-
ne, & de eo nedum per antecedentes ap-
probationes, bis aliàs reportatas, ſed etiam
per ſubſequentem in gradu appellationis
obtentam plenè docuit *Mantic.deciſ.274. nu-
mer. 2. Rota in Calaguritana Beneficij de Ocon 9.
Decembris 1649. coram bon. mem. Arguelles, &
in eadem 1. Iulij 1652. coram R. P. D. meo Za-
rate.*

Atque ità fuit deciſum vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Romana Dotis.

Lunæ 11. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Simulata, & in fraudem prohibitæ donationis præſumitur confeſſio dotis receptæ à Marito facta niſi aliundè iuſtificetur, licet fiat antè contractum matrimonium, attamen contrarijs coniecturis ſubijcitur ad detegendam ſimulationem. Promiſſio non dicitur præceſſiſſe confeſſionem quoties vtraque in eodem Inſtrumento leguntur ſuſpicio maior fit ex moribus contrahentium, & perpetuo poteſt opponi. Minuta præſeferens lituram in verbis, quæ rem apertè declararent ſi in Inſtrumento appoſita forent indicat fraudis meditationem in ſcribente.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ſoluto matrimonio non habet actionem contra hæredes Mariti pro reſtitutione dotis, niſi credito dotali per eam iuſtificato.*

2 *Confeſſio Viri de receptione dotis non probat pro illius numeratione.*

3 *Donatio inter Virum, & Vxorem eſt prohibita.*

4 *Statutum Vrbis* lib.1.cap.135. de donat. inter Vir. & Vxor. *extenditur etiam ad donationem præſumptam.*

5 *Dotem recepiſſe ſi quis confeſſus fuerit antè contractum matrimonium,non opponendo per longum tempus de non numerata dote, præſumitur verè ſoluta, etiam in præiudicium Mariti Creditorum.*

Limita num.6.

7 *Confeſſio receptionis dotis facta à Marito in Inſtrumento dotali per verba in contanti,denotat realem numerationem.*

8 *Dotem non fuiſſe ſolutam tempore celebrationis Inſtrumẽti deſumitur ex verbis in eo per Notarium ſcriptis, pecuniarum interuentum penitus excludentibus.*

9 *Pacta, & capitula omnia in eodem Inſtrumento poſita ſimul, & ſemel eodem momento vires ſuſcipiunt, non dando prius, & poſterius.*

10 *Ex ſola dotis conſtitutione non arguitur numeratio.*

11 *Confeſſionẽ dotis receptæ fuiſſe ſimulatam præſumitur ex promiſſione eodem tempore facta. quo intercedit confeſſio.*

Limita quando promiſſio dotis confeſſionem receptionis præcedit. num. 12.

13 *Confeſſio dotis receptæ antè contractum matrimonium eſt inualida.*

14 *Confeſſio de recepto præſumitur ſimulata, ſi ſtatim*

tim fuit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, ac ſpei amplius habendi; maximè concurrentibus alijs coniecturis, & num. 15. 19. 20.

15 *Inuentarium probat negatiuam exiſtentiæ aliorum bonorum præter ibi deſcriptorum.*

16 *Confeſsio dotis receptæ à Marito præſumitur ſimulata, & facta animo donandi, attenta inuerisſimilitudine ob pecuniarum deficentiam. & num.* 17.

18 *Adminiſtrator hæreditatis tenetur reddere rationem de omnibus bonis.*

20 *Confeſsio dotis receptæ præſumitur ſimulata ex libera ſolutione facta Marito minori abſque onere reinueſtiendi.*

21 *Dotis augumentum in magna quantitate eſt prohibitum, attenta ſuſpicione donationis.*

22 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ob diuturnum tempus opponi non poteſt.*

23 *Confeſsio dotis receptæ ſimulata, quandocunque infringi poteſt, & ſemper excipi poteſt de non numerata dote.*

24 *Inſtrumentum abſque nomine, & cognomine Notarij rogati non eſt demandan. in executionem.*

25 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 47. habilitans ad contrahendum poſitos ſupra 20. annũ perindè, ac ſi eſſent maiores 25. *non habet locum in forenſibus.*

26 *Minor tenetur ad reſtitutionem dotis, etiam ſi in contractu non fuerint adhibitæ ſolemnitates. Limita. num.* 27.

28 *Pater obligatur ad reſtitutionem dotis receptæ à filio, quando conſenſit in matrimonio.*

DECISIO XXVI.

MOrtum Franciſco, nec reſoluto dubio bis propoſito ſuper nullitate matrimonij inter ipſum, & Petronillam contracti, Hæc dotem in Inſtrumento ſponſalium conſtitutam, & à d. Franciſco confeſſatam inſtabit ſibi reſtitui, vndè ſupradicta die dubitatum fuit coram bo. me. Bichio, An conſtaret de credito dotali, & non conſtare fuit per DD. reſolutum, mihi autem in eius locum poſtea ſubrogato iniunctum, vt deciſionem extenderem.

Ratio, cui nitebantur, illa erat potiſſimum, quia pro parte Petronillæ non fuit doctum de hoc ſuo credito dotali, ſine cu-
1 ius iuſtificatione nullũ Ius, nullaque actio ei competit agendi aduerſus hæredes mariti pro illius reſtitutione matrimonio ſoluto *l. aſsiduis* 12. *§. cum enim ibi. Si tamen res ipſæ fuerint marito traditæ C. qui pot. in pign. l. ſi ex cautione* 3. *& ibi gloſ. in verb. probare C. de non numer. pecun. l.* 1. *vbi gloſ. in uerb. Inſtrumentum C. de dot. caut. non numer. DD. in l. ubi adhuc* 29. *C. de Iur. dot. Nicol. Bell. conſ.* 4. *in princ. Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 12. *num.* 2.

Nec dicatur, quod imò probatum extat per publicum Inſtrumentum, in quo Laurentius Petronillæ Auunculus dotem ſcutor. 3000. monetæ de bonis hæreditarijs Pauli Patris, & aliorum mille auri de ſuis proprijs conſtituit, quæ Franciſcus medio iuramento habuiſſe, & recepiſſe confeſſus fuit, ſeque ſatisfactum, & contentum vocauit, ac de illis quietauit omni exceptioni non numeratæ pecuniæ, ac ſpei habendi renunciando cum obligatione in omnem euentum reſtitutionis eam reddendi. Si-
2 quidem pro dotis numeratione non ſufficit ſola confeſſio viri de recepto emiſſa in Inſtrumento, ſed ex alijs exigitur, vt cum effectu conſtet de receptione: cum dos non quæ inaniter dotalium Inſtrumentorum tenore conſcribitur, ſed quam realiter quis tradidiſſe docuerit repræſentetur, ait *Text. in l. ſi quis poſt hac* 9. *& ibi gloſ. in uerb. dotalium C. de bonis præſcript. DD. in l. per diuerſas* 22. *C. mand. Rota coram Card. Seraphino deciſ.* 292. *&* 302. *num.* 1. *&* 2. *& in recent. deciſ.* 585. *nu.* 2. *par.* 4. *& deciſ.* 55. *&* 335. *ubique num.* 1. *par.* 6. In tantum, vt non conſtito de huiuſmodi effectiua ſolutione, illa, de qua non niſi per
3 dictam nudam confeſſionem viri apparet, præſumitur ſimulata, & in fraudem donationis inter virum, & vxorem prohibita, tam de iure communi, vt toto *tit. de don. inter uir. & uxor. Rom. conſ.* 445. *nu.* 7. *Purpurat. conſ.* 461. *nu.* 3. *Gozad. conſ.* 28. *num.* 22. *Menoch. conſ.* 81. *num.* 15. *Rota coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ.* 67. *num.* 1. *&* 2. *d. dec.* 55. *num.* 13. *&* 14. *par.* 6. *& apud Merl. deciſ.* 419. *num.* 3. quam ex diſpoſitione Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 135.
4 quod ſe extendit etiam ad donationẽ præſumptam, quæ reſultat ex confeſſione, ne aliàs fraus inducatur, *Corn. conſ.* 185. *num.* 5. *lib.* 2. *& in ſpecie Gabr. conſ.* 142. *numer.* 2. *lib.* 2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 693. *num.* 8. *Put. deciſ.* 55. *num.* 2. *lib.* 3. *in correct.*

Non obſtat, quod Inſtrumentum dotale fuerit confectum adhuc non contracto matrimonio, vnde non præſumitur aliqua fraus, nec donationis titulum erga vxorem præſefert confeſſio de dote recepta, ſed po-
5 tius ſub ſpe futuræ numerationis facta creditur, adeout ſi deinde permittatur labi tẽpus opponendi exceptionem non numeratæ dotis præſtitum in *l. fin. C. de dot. caut. non num.* cenſetur verè ſoluta, & habet omnia dotis priuilegia in mariti confitentis, & aliorum præiudicium, vt tenent relati per *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 13. *nu.* 14.

Quoniam non procedit concluſio quotieſcunque vt in caſu præſenti ex inſpe-
ctione

ſtione Inſtrumenti, vel aliundè vrgent co-
6 niecturæ, & præſumptiones tales, quibus
animus Iudicis moueri poteſt ad arguen-
dum de viri intentione fuiſſe dotem ſic cō-
feſſatam ſponſæ donandi, tunc enim ſecū-
dum eas cenſenda eſt illius mens, & facta
confeſſio iuxtà notata per *gloſſ. & DD. in
Auth. ſed iam neceſſe C. de donat. ant. nupt. Corn.
conſ. 520. ſub num. 6. lib. 3. Alex. conſ. 86. num. 1.
lib. 7. Mant. de tac. & ambig. lib. 11. tit. 20. nu. 19.
Farin. de ſimul. & falſit. q. 162. num. 105. Rot. co-
ram Penia dec. 201. num. 3. & penes Buratt. deci-
ſion. 108. num. 6. & in d. deciſ. 419. num. 4. coram
bo. me. Merlino.*

Hic autem ex his, quæ geſta apparent in
actu ſtipulationis Capitulorum matrimo-
nialium plures coniecturæ colliguntur, ex
quibus ſuadetur, dotem tunc non fuiſſe
Franciſco ſolutam, nec animum habuiſſe
illam deinceps conſequendi, ſed voluntate
donandi confeſſus fuit eam recepiſſe; qua-
rum prima, & præcipua, quæ totum In-
ſtrumentum ſuſpectum quoque reddit illa
eſt, quæ deſumitur ex illius matrice, &
originali Dominis oſtenſo, in cuius parte
ſubſtantiali, vbi de receptione dotis agitur,
leguntur prius ſcripta manu dicti Lauren-
tij verba hæc *quali ſcudi il ſudetto Signore li ti-
ra à ſe in tanti giulij, e teſtoni, & oro ſtampe in-
contanti, &c. e ſe li conſegna, e sborſa in contanti
ſcudi mille ſimilmente*, quæ fuerunt poſtea à
Notaro rogato caſſa, & loco illorum adie-
cta ſimplex confeſſio de recepto, ex quibus
verbis antea adaptatis à Laurentio deſumi-
tur eius animus reportandi donationem ad
fauorem neptis ſub colore factæ numera-
7 tionis, cumque alioquin nulla poſſit ad-
duci variationis cauſa, quinimò valde pro-
babile ſit, quod non fuiſſent priora deleta
tanquam denotantia veram, & realem nu-
merationem in maius ſponſę bonum. *Bart.
in l. ſi ſtipulatus 126. §. Chriſogonus num. 23. ff. de
verb. obligat. Grat. diſcept. forens cap. 365. nu. 36.
Rot. deciſ. 193. numer. 4. par. 3. deciſ. 33. numer. 5.
& 6. par. 4. tom. 2. & deciſ. 160. numer. 10. par. 7.
recent.* Efficax coniectura inſurgit tempore
8 celebrationis pecuniam non fuiſſe ſolu-
tam, & ſic ſtandum alijs verbis per eun-
dem notarium ſcriptis, quæ pecuniarum
interuentum pænitus excludunt, *Grat. cap.
767. num. 24. Rota coram Buratt. deciſ. 512. nu. 9.
bo. mem. Merlino deciſ. 608. nu. 20. deciſ. 11. n. 10.
& 11. par. 7. recent.*

Neque etiam dicatur, quod ſolutio po-
tuit Franciſco fieri ante ſtipulata Capitula
matrimonialia, & ideo confeſſio de rece-
pto ibi ſubſequuta non dicitur facta animo
donandi, ſed recognoſcendi dotis habitæ
veritatem aduerſus quam non valet oppo-
ni non numeratæ dotis exceptio. Quia
animaduerſum fuit alibi de dotis confeſſa-
tæ promiſſione non conſtare; quam ex ip-
ſiſmet Capitulis in Inſtrumento, in quibus
habetur, quod Franciſcus Petronillam in
vxorem ducere promittit, & dotem, quam
Laurentius tunc ſibi de bonis hæreditarijs
Pauli, & proprijs, vt ſuprà conſtituit, il-
9 licò fatetur recepiſſe. Cumque in eodem
Inſtrumento non detur prius, & poſterius,
ſed omnia ſimul, & ſemel eodem momen-
to vires ſuſcipiant, & perficiantur *l. contra-
ctus 17. & ibi Bart. num. 4. C. de fid. Inſtr. & in l.
lecta 40. num. 9. & 18. vbi etiam Cagnol. nu. 129.
ff. ſi cert. pet. Rota deciſ. 756. num. 8. par. 1. diuerſ.*
10 neceſſariò ſequitur, quod ex ſola dotis
conſtitutione ibi facta inferri non poſſit ad
illius numerationem, *Rota deciſ. 55. numer. 5.
par. 6. recent.* Sed oritur ſuſpicio confeſſio-
nem dotis receptæ fuiſſe ſimulatam ad *text.
11 in l. ab Anaſtaſio 23. & ibi Bald. C. mand. Roman.
ſingul. 26. Burſ. conſ. 175. num. 2. Farinac. de ſimu-
lat. & falſit. quæſt. 162. numer. 146.* Non enim
ſufficit, vt dos cenſeatur ſoluta per confeſ-
ſionem de recepto, quod promiſſio fiat eo-
dem tempore, quo intercedit confeſſio, &
vnico contextu omnia ſequuntur, ſed opus
eſt, vt promiſſio dotis confeſſionem rece-
12 ptionis præcedat, *l. In contractibus 14. §. ſed
quoniam C. de non num. pecun. Gabr. conſ. 146. nu-
mer. 13. & 16. lib. 2. Menoc. de præſumpt. lib. 3.
præſumpt. 13. numer. 21. Giouagn. conſ. 26. num. fin.
lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 14. & vlt. gloſ.
vnic. par. 1. numer. 31. Magon. deciſ. Florentin. 68.
num. 6. Grat. deciſ. Marchiæ 103. num. 12. cum tri-
bus ſeqq. Rota deciſ. 145. numer. 1. poſt Pacific. de
Saluian. Interd. in Romana Dotis 21. Februarij
1650. §. neque releuat, confirmata 29. Nouem-
bris eiuſdem anni coram Eminentiſſ. Card. Cor-
rado Adden. ad Buratt. deciſ. 108. ſub littera B.*

Et vlterius, quod ſuſpicari non poſſit id,
quod in confeſſione continetur, confiten-
13 tem donare voluiſſe, quia lex huiuſmodi
largitiones abhorret quamuis ſequutas an-
te contractum matrimonium inter ſpon-
ſos, cum ſemper illarum effectus confera-
tur in tempus initi matrimonij, ſicque il-
læ, & confeſſiones protſus ſunt inualidæ,
*l. 1. & l. quod ſponſa 4. C. de donat. ante nupt. &
ibi Ang. in princip. Iaſ. in l. ſi diuortio 21. ſub nu-
mer. 8. verſ. ſubdit Bart. ff. de verb. oblig. Menoch. de
præſumpt. d. lib. 3. & præſumpt. 12. num. 1. Sanch.
de matrim. lib. 6. diſput. 9. numer. 3. Molin. de con-
tract. tract. 2. diſput. 439. ſub num. 8. Anchar. in
cap. 1. n. 5. verſ. in gloſ. fin. de adult. Gabr. conſ. 163.
num. 12. lib. 2. Trentacinq. var. reſol. vol. 1. lib. 3.
tit. de iur. dot. reſol. 3. num. 3. Surd. conſ. 296. nu. 28.
cum alijs adductis in d. Romana dotis §. Tum quia
concluſio.*

Digitized by Google

Altera coniectura reſultat ex eo, quod
Franciſcus ſtatim poſt conſtitutionem do-
14 tis, & confeſſionem de recepto renuncia-
uit exceptioni non numeratæ pecuniæ, ac
ſpei amplius habendi. Quæ renunciatio
arguit fictam, & ſimulatam illam fuiſſe
taliter, quod de d. confeſſione iudicandum
ſit, ac de donatione inter virum, & vxo-
rem, & excludit præſumptionem, quod
putetur facta ſpe futuræ numerationis, cum
hæc inuicem ſe elidant, quod quis confi-
teatur pecuniam fuiſſe numeratam, quam
verè non habuit, & renunciet exceptioni
de iure competenti talem aſſertionem im-
pugnandi, *Gabr. conſ. 142. numer. 6. lib. 2. Alex.
conſ. 142. numer. 5. lib. 5. Roman. conſ. 44. Gozzad.
conſ. 28. num. 21. Natt. conſ. 147. num. 4. lib. 1. Rota
coram bo: mem. Buratt. deciſ. 925. num. 2. Penia de-
ciſ. 201. num. 4. & 5.*

Tertio loco pro coniectura huiuſmodi
dictæ confeſſionis adducebatur inueriſimi-
litudo, quod Laurentius erogauerit Fran-
ciſco pro dote Petronillæ hanc ingentem
pecuniarum ſummam, ac ante ſtipulatum
Inſtrumentum matrimoniale manualiter
exburſauerit, nulla reportata quietantia,
tam attenta hæreditate Pauli, in qua pecu-
niæ non remanſerunt, ex quibus talis nu-
meratio ſperari poſſet, ſed domus, & quæ-
15 dam credita, vt conſtat ex Inuentario da-
to, quod probat negatiuam exiſtentiæ alio-
rum bonorum præter ibi deſcriptorum,
*Decian. reſponſ. 76. num. 2. lib. 3. Grat. diſcept. fo-
ren. cap. 720. num. 6. 7. & 8. Rota deciſ. 510. nu. 2.
par. 5. recent.* Quam dotibus conſtitutis Po-
tentianæ, & Annæ eius Sororibus, quarum
primæ ſolum ſcut. 500. in contanti ſoluen-
da intra certum tempus fuerunt à Marghe-
rita matre promiſſa, Annæ verò fuerunt
aſſignata tot ſtabilia ad ſcut. 2000. aſcenden.
cum quietantia alterius totidem ſummæ
fuerit declarata ſimulata, nullamque eſſe il-
li fidem adhiben. Et ideò pecuniæ hæredi-
tariæ fuerunt iudicialiter conſignatę poſte-
rioribus Creditoribus viri Annæ, ipſa ci-
tata.

Ex cuius pecuniæ hæreditariæ deficien-
tiæ, ac inueriſimilitudine confeſſio reddi-
16 tur multum ſuſpecta, & animo donandi
facta *l. ſi extraneus 44. ff. de donat. inter vir. &
vxor. Becc. conſ. 52. nu. 79. Lauren. deciſ. Auen. 25.
numer. 15. Rota penès Comitol. deciſ. 86. Buratt. d.
deciſ. 108. numer. 9. 361. numer. 9. & 925. num. 3.
bo: mem. Merlin. deciſ. 419. num. 8. dec. 714. nu. 27.*
Quæ ſimulationis coniectura valdè etiam
augetur ex conſenſu, quem Petronilla ven-
ditioni Domus hæreditariæ Pauli Patris de
anno 1651. factę præſtitit pro omni, & quo-
cumque ſuo Iure, & intereſſe dotali, quod
tunc, & in poſterum poſſet ſuper ea habe-
re, ex quo colligitur ipſam optimè ſciuiſ-
17 ſe, dotem promiſſam non fuiſſe ſolutam,
nam aliàs conſenſus non requirebatur ad
*Text. in l. 1. §. denunciare, ff. de ventr. inſpicen. gloſ.
in l. de vnoquoque in princip. ff. de re iudic. Rolan.
conſ. 92. num. 7. lib. 4.*

Quarta coniectura multum conſiderabi-
lis ex eo deſumebatur, quod idem Lauren-
tius Adminiſtrator hæreditatis dicti Pauli,
dum de annis 1635. & 1640. rationem de ea
reddidit ad debitum illius poſuit dotem
traditam Potentianæ, de hac autem conſti-
tuta Patronillæ nullam fecit mentionem;
18 Et tamen cum vti talis de omnibus ratio-
nem reddere teneretur, *l. 2. ff. de neg. geſt. l. 1. §.
officio ff. de Tutel. l. quædam ſunt perſonæ 9. ff. de
eden. Gregor. deciſ. 30. num. 4.* credibile non eſt,
quod computare omiſerit in ſui detrimen-
tum, quatenus verè, & realiter fuiſſet nu-
merata, & hinc Indicium euidens reſultat,
Franciſcum blanditiis, & amore ductum
19 fuiſſe ad confiten. dotem non habitam pro
ſoluta, *l. ex facto 17. §. ſi quis autem ff. ad Trebell.
l. ob carmen 21. §. vltim. ff. de Teſtib. Tiraq. in l. ſi
vnquam in præfat. num. 37. C. de reuoc. donat. Ma-
gon. deciſ. Lucen. 25. nu. 7. & 8. Rota penès Merlin.
d. deciſ. 419. num. 8.*

Quinta quæ etiam vrget coniectura eſt,
quod in prædicto Conſtitutionis & ſolu-
tionis dotis Inſtrumento fuit prętermiſſum
reinueſtimentum illius, quod ſemper fieri
conſueuit ad eam aſſecuran. quando cum
effectu recepta eſt, & fuit ſetuatum cum
viris aliarum Sororum, ſed libera facta fuit
20 ſolutio Franciſco Iuueni minori, qui de
facili poterat conſumere. Er hæc quoque
indicant ſimulatam eſſe dotis numeratæ
confeſſionem, *Bald. in l. 1. C. de ſeru. fugit. Add.
ad Buratt. deciſ. 925. in fin. Merlin. in mox citata
deciſ. 419. num. 9. & 10. in rec. deciſ. 55. num. 22.
& 23. par. 6. & in allegata* Romana *dotis coram
Eminentiſſ. Corrado 21. February 1650. §. 2. ex
qualitate.*

Sexta coniectura in præſenti optimè
concludens de prompta fuit ex donatione
ſcutor. 6000. quæ Franciſcus ad augendam
dotem vſque ad ſcuta 10. mil. de proprio
promiſit, quæ tam magna quantitas in
21 hiſce coniugibus non mediocris diſparita-
tis, nobilitatis, & diuitiarum argumentum
præbet donationis ſcut. 4000. in dotem aſſi-
gnatorum, *l. creditor 20. C. de donat. inter vir. &
vxor. l. 1. vbi gloſ. in verb. auxerit C. de donat. ante
nupt. & in terminis aduertit Gabr. d. conſ. 142. nu-
mer. 24. & ſeq. lib. 2. Buratt. in d. deciſ. 925. ſub
numer. 4. verſ. neque eſt facienda vis, & tenuit*
Rota *in d.* Romana *dotis §. Quoniam id procede-
ret.*

Septi-

Digitized by Google

Septimam denique coniecturã recenſebant Domini ex qualitate perſonarum, nã ipſius Petronillæ mater, vbi matrimonium cum Paulo Confalonerio contraxit, & dotem congruam non haberet, ab illo donationem pro ſe, & ſororibus reportauit. Et ex ſententia criminali ab A.C. promulgata, per quam Laurentius, & Margherita eius vxor ipſa Petronilla, & alij reperti culpabiles in eo, in quo erant inquiſiti, varijs pœnis fuerunt afflicti; In hac enim materia, mores, & ſolitum perſonarum ſimilia gerendi attenduntur, & ex his magis ſimulationis ſuſpicio comprobatur, *Cepoll. de. ſimulat. contract. nu. 149. Farinacc. de ſimul. queſt. 162. n. 169.* R*ota deciſ. 71. nu. 7. poſt pr imum vol conſ. Farinacc.*

Quæ præſumptiones, & coniecturæ tam & ſi ſingulæ paterentur aliquam difficultarem, ſimul tamen vnitę, & omnes tendentes in meliorem mulieris conditionem, benè probant ſimulationem, vt confeſſio importet donationem, non autem dotis receptionem, *l. 3. & tot tit. ff. de donat. inter vir. & vxor. Hond. con. 46. num. 26. lib. 1.* Rota *deciſ. 11. num. 14. par. 7. recent.* Quę propterea nec ante contractum matrimonium emanata, marito, & hęredibus prẹiudicat, *l. 2. C. de dot. caut. non numer. Soccin. ſen. in l. 1. numer. 70. ff. ſolut. matrim. Menoch. de præſumpt. lib. 3. d. præſumpt. 12. numer. 1. & 37. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 20. numer. 27. verſ. nec ipſi marito, Valaſc. conſult. 5. numer. 4. Trentacinq. loco ſuprà citato Molin. de contract. d. tract. 2. diſput. 439. ſub numer. 8.* & nihilominus Inſtrumentum ipſum matrimoniale valde redditur ſuſpectum, quod matrimonio conſtante fuerit celebratum ob raſuram, & alterationem diei diuerſo caractere, & atramento factam *Auth. de triente, & ſemine, §. Et quod ſæpè Natta conſ. 224. in fine,* R*ota coram bo: mem. Coccino deciſ. 101. num. 9.* vt multò minus poſſit prędictis viro, & hęredibus nocere, *Buratt. deciſ. 612. & 925. vbique numer. 1.*

Hinc non obſtat, quod liquidò conſtet de credito dotali Petronillę ex Inſtrumento publico obligatione Camerali, & iuramento vallato, quod facit rem claram, & executionem paratam habet pro reſtitutione ibi promiſſa, *l. cenſus, ff. de probat. l. in donationibus 31. C. de donat. c. cum dilecti eodem tit. l. ſcripta C. de fid. Inſtrum.* Quia iuſtificata ex iam deductis ſimulatione confeſſionis, ea apta eſt infringere vim obligationis Cameralis, omneſque clauſulę ibi appoſitę ſunt inefficaces, ac ipſę quoque ſimulatę *l. Emptor 12. vbi gloſ. & Bart. ff. de aqu: pluu. arcen. Soccin. ſen. conſ. 27. num. 30. lib. 4.* Rota *deciſ. 714. numer. 1. apud bo: mem. Merlin. & deciſ. 259. numer. 8. par. 6. & d. deciſ. 11. numer. 18. par. 7. recent.* nec iuramentum quicquam operatur detecta ſimulatione; quia ea intentione, qua maritus confitetur ea ipſe iurat, & deficit illius conſenſus, ità in iuramento, ſicuti in contractu ad notata per *gloſ. in cap. ſi diligenti 12. de foro compet. Zabarell. in clem. de iur. iur. §. Porrò numer. 10.* R*uin. conſ. 130. numer. 3. lib. 1. Gozzad. conſ. 28. num. 25. Hond. d. conſ. 46. nu. 35.* Rota *in ſæpè citata deciſ. 55. nu. 15. & deciſ. 259. numer. 9. par. 6. & coram Buratt. deciſ. 612. numer. 6.*

Neque obeſſe viſum fuit, quod diuturnum tempus interceſſerit à die confeſſionis ad tempus diſſoluti matrimonij, intrà
22 quod non fuit oppoſita exceptio non numeratæ dotis, ideò idem debet operari confeſſio, quod ipſamet numeratio *Aretin. conſ. 86. Anchar. conſ. 307.* quia vltrà quod paulò poſt matrimonium fuit de eius, & Inſtrumenti matrimonialis nullitate iudicialiter oppoſitum, vt patet ex monitorio, & proteſtationibus datis in *Summario* hæreditatis Franciſci *numer. 5.* etiamſi tempus eſſet elapſum, adhuc data ſimulatione ſem-
23 per reſultat donatio pecuniæ, & dotis confeſſatæ, quo caſu poteſt quandocumque de exceptione dari, quæ perpetua eſt, vt notat *Bart. & Bald. in l. ſi ſub ſpecie 3. C. de poſtul. Pariſ. conſ. 86. nu. 35. lib. 3. Gozzad. d. conſ. 28. num. 24. Rolan. à Valle conſ. 74. num. 5. lib. 4. Gratian. diſcept. forens cap. 693. num. fin. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 14. gloſ. vnic. par. 1. n. 77. ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 67. num. 6. Buratt. deciſ. 108. numer. 17.*

Cuius Inſtrumenti executionem ex hoc etiam DD. retardandam eſſe putabant, Tũ
24 quia Notarius Subſtitutus de illo rogatus non ſe ſubſcripſit, nec ſuum nomen, & cognomen appoſuit, vt mandat Conſtitutio ſan. mem. Pauli V. ſuper reformatione Tribunalium Vrbis, *tit. de not. Tribunalium Vrbis §. qualibet Inſtrumenta,* Tum etiam quia non probatur, ſeruatas fuiſſe ſolemnitates, quas exigit Conſtitutio Aegidiana in cap.
25 25. lib. 5. Franciſcus enim tempore celebrationis illius erat minor 25. annis, & forenſis. Ideo non obſtante Statuto lib. 1. cap. 47. habilitante poſitos ſuprà 20. annum ad contrahendum perinde ac ſi eſſent maiores 25. vti directum in perſonas ſubditas non cõprehendit forenſes ſtatuentibus non ſubiectos, vt cenſuit *Rota in deciſ. 260. num. 3. & 4. & deciſ. 394. num. 1. & 2. par. 6. recent. in Romana, ſeù Peruſina cenſus 12. Decembris 1644. poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 162. numer. 131.* neceſſarię erant ſolemnitates per dictam Conſtitutionem requiſitæ in contractibus minorum, quorum obligatio, licet ſubſtineatur,

26 tur, vt ſint aſtricti ad dotis reſtitutionem
tamquam fundata in cauſa neceſſaria etiam
non adhibitis ſolemnitatibus dictæ Conſti-
tutionis, vt dixit *Rota in deciſ. 511. num. 2. p. 2.*
recent. Card. Caual. deciſ. 397. num. 5. coram bo.
mem. Coccino deciſ. 433. num. 3. locum tamen
habet in caſu reſtitutionis dotis cũ effectu
receptę, ex qua oritur dicta obligatio ne-
ceſſaria reſtitutionis iuxtà *tex. in l. ſi cum do-*
tem 23. §. tranſgrediamur, & ibi Bart. num. 4.
ff. ſolut. matrim. Rota dicta deciſ. 511. num. 3. &
27 *ſeq. par. 2.* Secus verò quando non apparet
de actuali ſolutione, ſed agitur vigore ſim-
plicis confeſſionis de recepto, & ſic ex pro-
miſſione voluntaria, quæ ſapit donationẽ,
Gabr. conſ. 20. num. 1. & ſeq. lib. 1. & reſpondit
Rota coram Verall. deciſ. 199. par. 3. & in recen.
d, deciſ. 55. num. 4. & ſeq. par. 6. in Rauennaten.
dotis 11. Aprilis 1644. §. nam id procedit coram
Eminentiſſimo Cardinali Corrado, Adden. ad de-
ciſ. 460. num. 51. cum ſeq. par. 4. tom. 2. recent.
Præſertim ad effectum agendi contra bona
Nicolai Franciſci Patris, qui non aſſenſit,
vt filius matrimonium hoc contraheret,
minuſq; dotem, ſi realiter eſſet ſoluta, ipſe
28 recepit, aut eidem filio recipienti conſen-
ſit, ſicuti requirebatur; vt intret reſtitutio-
nis obligatio ex diſpoſitione *dicta l. ſi cum*
dotem, & dicti §. tranſgrediamur ff. ſolut. matrim.
Curt. iun. conſ. 133. num. 5. lib. 1. Maſirll. de-
ciſ. 46. num, 3. par. 1. Neguſ. de pignor. part. 2.
memb. 4. num. 36. verſ. Intelligendo, Rota de-
ciſ. 644. num. 2. par. 4. recent. & plures relati per
Modern. Neapol. conſult. 138. num. 5. & 14. &
deciſ. 36. num. 3. Et ita vtraq; &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Romana Teſtamenti.

Mercurij 22. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Miles non poteſt militari priuilegio per ratificationem roborare. Teſtamentum antè militiam imperfectè conditum, niſi ratum habeat, vel in ipſo calore certaminis, vel in expeditione, vel ſaltem in Caſtris. Si autẽ in loco immuni à periculo ſe recepiſſet valetudinis cauſa, & animo ad aciem redeundi, ibi poſſet more militari voluntatem ſuam declarare. Vnicus Teſtis concurrentibus adminiculis ſufficit ad recognoſcendum characterem Teſtatoris licèt deponat per verbum *videtur*.

SVMMARIVM.

1 *Milites noſtri temporis, qui operam armis dant, gaudent omnibus priuilegijs, quæ à lege militibus antiquorum conceſſa fuerant.*

2 *In teſtamento militis nullæ requiruntur ſolemnitates, ſed ſufficit eius nuda voluntas.*

3 *Voluntas militis probatur per duos teſtes.*

4 *De iure naturæ, & gentium ad quemcumq; actũ probandum duo teſtes ſufficiunt, vel alio probationis genere, etiam non adhibitis teſtibus.*

5 *Nuda teſtatoris voluntas probatur per ſcripturam recognitam, vti manum teſtatoris.*

6 *Miles ſiue ſcripto, ſiue ſine ſcripto teſtari volens ſine teſtibus id facere poteſt.*

Ad effectum probandi militis voluntatem in nuncupatiuo teſtamento, & ſine ſcriptis requiruntur duo teſtes. eod. num. 6.

In teſtamento militari in ſcripto ſatis eſt ſcripturam exibere, illamque vti manum teſtatoris formiter recognoſci. eodem num. 6.

7. *Teſtamentum militis ob prætenſionem Auiæ, vel filij non poteſt impugnari.*

8 *Teſtamentum in propria domo conditum per multos menſes ante militiam priuilegio militibus conceſſo nõ gaudet licet ratum habeatur poſt aſſumptam militiam.*

9 *Ratificatio teſtamenti nulli debet fieri, vel in expeditione, vel dum miles è vulneribus dimicando moritur, vel in caſtris à fronte inimicorum.*

10 *Teſtamentum iure militari confectum, & in Ciuitate, ſeu alio loco non hoſtili, & vbi periculum non imminebat ratificatum non ſubſtinetur.*

11 *Miles extra bellum, vel caſtra in propinquiorem locum ſe conferens curandæ valetudinis cauſa animo reuertendi iure militari eo in loco quamuis non hoſtili teſtari poteſt.*

12 *Teſtamentum à milite factum, ſed non in Caſtris valet tantum ad pias cauſas.*

13 *Teſtamentũ ad pias cauſas nullas expoſuit ſolemnitates, quando aliter conſtare poteſt de teſtatoris voluntate.*

14 *Teſtamentum quamuis deſtitutum teſtibus, alijſq; ſolemnitatibus, etiam licet in eo pia cauſa non ſit inſtituta, ſed ſubſtituta ſubſtinetur.*

15 *Teſtamentum continens pietates ergà Deum, & motiuum ſuffragandi animæ teſtatoris, & defunctorum oſtendit diſpoſitionem piam eſſe.*

16 *De ſtylo Rotæ ad recognoſcendam manum teſtatoris ſufficit vnus teſtis cum iuramento.*

17 *Teſti deponenti in recognitione manus teſtatoris per verbum* Videri, *&* Credo, *fides adhibetur.*

18 *Teſtes in diuerſa cauſa, & ſine partis citatione examinati faciunt adminiculum.*

19 *Et omnis interpretatio facienda eſt ad euitandam illorum contrarietatem.*

20 *Sigilla, & congrua ordinatio dat fidem ſcripturæ ad fauorem animæ teſtatoris, eiuſque coniunctorum.*

21 *In-*

21 *Iudicialis approbatio., & obſeruantia fidem præbet ſcriptura etiam informi.*
22 *Fabrica Sancti Petri in legatis, & hæreditatibus ad pias cauſas relictis, & repudiatis habetur per ſubſtituta, & per fideicommiſſum vocata.*
23 *Quando adſunt plura obſtacula ſunt narranda Pontifici aliàs gratia eſt ſubreptitia.*
24 *Exiſtente teſtamento ceſſat cauſa inteſtati.*
25 *Teſtamentum ad pias cauſas ſubſtinetur non obſtante præteritione aſcendentium, & liberorum.*

DECISIO XXVII.

ANtonius Vellius Romanus vltimas ſuas Tabulas per ſimplicem ſchedulam priuatam nullis adhibitis teſtibus, nullaque ſeruata iuris ſolemnitate propria eius manu Romæ condidit 20. Febr. 1642. vulgari idiomate in hæc verba, ibi: *Io Antonio Velli hauendo fatta ferma reſolutione di andare fuori di Roma per molte cauſe, che ne hò, con penſiero anco di fermarmi à trauagliare alla Guerra, e penſando alli pericoli, che giornalmente ſi corrono in quella di perder la vita, &c. hò voluto fare il preſente teſtamento, e quello, che ſi debba fare doppo la mia morte; E quale ſia la mia volontà, & in primis, &c. Item voglio, che morendo io ſenza figliuoli legitimi, e naturali, &c. di tutto il mio tanto ſtabile, quanto mobile per li tanti oblighi, che hò, &c. al Sig. Gregorio Beninbene mio Zio, lo laſcio, e conſtituiſco herede, & vſufruttuario vniuerſale lui viuente, &c. Doppo la ſua morte voglio, & ordino, che ſi vendino tutti li miei mobili, &c. e quello ſe ne cauerà ſi rinueſta, e ſi metta in ſtabili, &c. e di tutto, &c. voglio, & ordino ſe ne formi vn Iuſpatronato in Caſa mia in forma di Commenda della Sacra Religione di San Gio: Battiſta Gieroſolmitano de Caualieri de Spidalieri al preſente detti di Malta, e detta Commẽda, e Iuſpatronato, voglio, che ſi fondi nella Cappella della noſtra fameglia de Velli poſta nella Chieſa di Santa Maria d'Aracœli in Roma, & in perpetuo voglio ſia in Caſa noſtra, cioè nelli figli, e deſcendenti del Signor Iacomo Velli mio Zio, e della Signora Olimpia Mancini ſua moglie, &c. che ſia in facoltà del più vecchio della fameglia di nominare à queſta commenda chi gli piacerà, e parerà più al propoſito di detta fameglia, e deſcendenti come ſopra, & per il primo Io nomino da hora il Signor Franceſco figlio del detto Signor Iacomo, e detto Caualiere voglio ſia tenuto, che ſubito hauerà la Croce, e che habbia il poſſeſſo di detta Commenda ſia obligato in detta Cappella fare vn' Altare al Glorioſo S. Gio. Battiſta con obligo di far celebrare in detta Capella tre meſſe de Morti la ſettimana per l'anima mia, e di tutti li noſtri morti, &c. e quando non ci ſarà più gente di Caſa mia, e deſcendenza, voglio, che in queſto Caſo detta Commenda ſia aſſolutamente in potere del Gran Maſtro di detta Religione, darla à chi li piacerà, mà che ſia Romano, e con tutti li ſudetti peſi, &c.*

Subinde verò dum erat Tribunus ductorum militum, illas Ferrariæ confirmauit 20. Maj 1643. in earum latere inſcribendo, ibi: *E per più cautela, & maggior autenticatione del preſente teſtamento hò anche voluto quì in Ferrara ſottoſcriuere, & affermare quanto di dietro ſcritto hò fatto, queſto dì 20. Maggio 1643.*

Io Antonio Velli mano propria.

Eoque poſtmodum ſinè filijs defuncto 16. Octobis 1643. & præfato Teſtamento Romæ tranſmiſſo, Gregorius Benimbene hæres, & vſufructuarius vniuerſalis ibi ſcriptus eius vigore iudicialiter immiſſus fuit in poſſeſſionem illius bonorũ hereditariorũ vſque ad obitum retentam. Cumque poſt eius mortem factus fuiſſet locus erectioni dicti Iuriſpatronatus, & Commendæ, & Religio Hieroſolymitana huiuſmodi diſpoſitionem repudiaſſet, Ideò Reuerenda Fabrica Eccleſiæ Principis Apoſtolorum de Vrbe prætendens ſubintrare vigore ſuarum facultatum Apoſtolicarum in pijs diſpoſitionibus, & legatis Repudiatis introduxit cauſam in eius Tribunali tàm contra Dominum Iulium Cæſarem Petronium hæredem dicti Gregorij, & poſſeſſorem eorumdem Bonorum, quàm contra DD. Frãciſcum, & Fratres de Vellis Filios dicti Iacobi, & Olimpiæ, quibus dictum Iuſpatronatus, tàm actiuè, quam paſſiuè primò loco reſeruatum fuit, quàm etiam contra D. Andream de Mutis integram hæreditatem ab inteſtato prætendentem vti filium, & hæredem Claricis de Mutis Auiæ Maternæ Teſtatoris præteritæ in eius Teſtamento, & ſententiam pro validitate Teſtamenti, & immiſſione in poſſeſſionem duarum ex tribus partibus dictę hæreditatis obtinuit præfixo fratribus de Vellijs peremptorio termino trium menſium ad impetrandam Commutationem dictæ voluntatis, ob repudiationem factam a Religione Hieroſolymitana, à qua interpoſita appellatione, & per Sacram Congregationem eiuſdem Fabricæ cauſa mihi commiſſa, propoſui dubium, An teſtamentum ſit validum, ità vt ſit danda immiſſio, & quoad validitatem quamuis iuris ſolemnitatis deſtitutum ſubſtineri contendebatur, vel iure militari, vel ſaltem ex priuilegio piæ cauſæ.

Militari ſiquidem iure, quia eſt opinio communiter recepta, quod etiam militibus noſtri temporis armis operam dantibus
1 omnia priuilegia competunt, quæ à lege militibus antiquorum conceſſa fuerunt, vt notat *Salic. in leg. 1. ſub num. 8. verſ. in contrarium*

rium facit C. de iur. & fact. ignor. Laderch. conſ. 178. num. 2. Gabriel. conſ. 100, num. 2. lib. 1. Farinacc. conſil. 95. num. 3. volum. 1. Odd. de Compend. par. 5. præmiſſ. 3. num. 11. & 12. *Merlin. de legittim. lib. 5. tit. 2. quæſt. 5. num.* 5. cum aliis plenè congeſtis per *Modern. Patr. Dian. reſol. moral. tom. 7. tract. 6. tit. de teſtam. priuilegiat. reſol. 42. per totam*.

2 Inter alia autem priuilegia in teſtamento militis nullas requiri ſolemitates, ſed ſufficere eius nudam volũtatem ſancitum eſt *in l. milites 16. C. de teſtam. milit. & in §. 1. inſtit. de militar. teſtam. Cancer. var. reſolut. par. 1. cap. 4. num. 75. & 76. Facchin. controuerſ. iur. lib. 8. cap. 39. verſ. Tertium argumentum Barry. de ſucceſſ. lib. 1. tit. de teſtam. militar. nu. 1. & 2.* cum cæteris adductis *per Modern. Patr. Boſſ. quæſt. moral. tom. 2. tit. 11. de teſtam. militar. §. 1.*
3 *n. 1.* Quæ probatur vel per duos teſtes, vt voluit *gloſſ. in d. leg. milites, verb. ſed ipſo tempore, & Bart. ante numerum primum, & in fin. Iaſ. numer. 1. Dec. numer. 6. Cod. de teſtam. milit. per textum in leg. Diuus Traianus ff. de milit. teſtam. & in §. planè Inſtit. eod. Gabr. dicto conſ. 100. numer. 3. lib. 1. Rota coram bon. memor. Merlin. deciſ. 306. num. 5.* aliiq; relati per *dictum Modern. Boſſ. d. §. 1. num. 3* Firmantem, quod cum tota ſolemnitas, & ſubſtantia huius Teſtamenti conſiſtat in nuda voluntate Teſtatoris patefacta, & teſtes ſolum requirantur ad
4 probationem faciendam iuxta ius gentium ad quod redactum eſt, iure autem gentium, & naturæ ad quemcumque actum probandum ſufficiunt duo teſtes, vel alio probationis genere etiam nullis adhibitis Teſtibus, vt notat *Corn. conſil.* 118. *ſub nu. 7. verſ. adeò quod ſi doceretur lib. 3.* quem refert, & ſequitur *Vaſquezz. de ſucceſſ. Creat. par. 1. lib. 3. §. 24. ſub numer. 15. verſ. intellige tamen Barry. de ſucceſſ. vbi ſupra dicto numer. 1. verſ. Immò*
5 *etiam ſine*, & ſignanter per ſcripturam recognitam vti manum Teſtatoris optimè comprobat *text. in dicto §. 1. inſtit. de militar. Teſtam.* ibi: *Quoquo enim modo voluntas eius ſuprema inueniatur, ſiue ſcripta, ſiue ſine ſcriptura valeat teſtamentum ex voluntate eius, & in leg. miles ſi teſtamentum 36. eodem*, ibi: *Miles ſi teſtamentum imperfectum relinquat, ſcriptura, quæ profertur perfecti teſtamẽti poteſtatem obtinet, Corn. dicto conſil. 118. dicto num. 7. in fine verſ. ex quibus concludo, Rot. coram bon. memor. Merlin. dicta deciſ. 306. num.* 10. *Boſſ. d. §. 1. ſub num. 1. circa finem verſ. quare tota diſtinguens inter teſtamentum nuncupatiuum in ſcriptis, & poſt Patr. Dian. vbi ſupra reſolution. 65.* firmat,
6 quod militibus ſiue ſcripto: ſiue ſine ſcripto teſtari velint ſine teſtibus id facere licet, ſed ad effectum probandi ipſorum voluntatem in nuncupatiuo, & ſine ſcriptis requiri duos teſtes, in ſcripto autem ſatis eſſe ſcripturam exhibere, illamq; vti manum teſtatoris formiter recognoſci, & pleniùs ſub eodem §. 1. *num. 17.* quod idem probat. *Gratian. diſcept. 605. num. 21. & diſceptat. 696. numer. 18.* & benè idem firmat *Io. Harpprecht. ſuper inſtit. in §. planè num. 2. cum ſeqq. inſtit. de militar. teſtam.*

7 Et huiuſmodi militis Teſtamentum præteritione Auiæ, Immò nec filij valet impugnari *l. ſicut certi 9. ibiq; Iaſ. num. 8. poſt med. & ſeq. C. de Teſtam. milit. l. ſi inſtituta 27. §. de inofficioſo ff. de inofficioſ. teſtam. l. de inofficioſo 9. C. eod. Barry. de ſucceſſ. lib. 19. tit. 8. num. 21. Facchin. controu. iur. lib. 6. cap. 74. verſ. Ego libentius Merlin. de legittim. d. lib. 5. d. tit. 2. d. q. 5. num. 1. & 2.*

Verùm quia Vellius condidit teſtamentum Romæ in proprijs ædibus per multos menſes antè militiam, priuilegio militibus
8 conceſſo gaudere non poterat *tex. in l. final. C. de reſtitution. Milit.* nil refragante, quod illud Ferrariæ ratum habuerit poſt aſſumptã militiam, quod ſatis eſſe probatur in *§. ſed, & ſi quis inſtit. de militar teſtam. in l. idemque 9. in l. Tribunus 21. §. cum aliquis, & in l. Titius 26. ff. eodem Gregor. Acac. de priuileg. milit. lib. 2. priuileg. 16. num.* 106. *Boſſ. d. tit. 11. §. 2. nu. 34.*
9 Quia hoc locum haberet ſi teſtamentum ratificaſſet, vel in expeditione, in quibus terminis loquitur *text. in d. §. ſed & ſi quis, & in l. 1. ac in leg. penult. C. de teſtam. milit. & in l. fin. C. quibus non obijciat. longi tempor. præſcript. Barry. vbi ſupra d. lib. 1. tit. de teſtam. milit. nu. 7. Rot. coram Merlin. dicta deciſ. 806. num. 5.* vel in ipſo actu certaminis, dum miles moritur ex vulneribus dimicando acceptis, vt clarè indicat *tex in d. l. milites 15. C. de teſtament. milit.* ibi: *Proindè ſicut iuris rationibus licuit, ac ſẽper licebit, ſi quid in vagina, aut Clipeo litteris ſanguine ſuo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inſcripſerint gladio ſub ipſo tempore, quo in Prælio vitæ ſortem derelinquunt*; vel demum in Caſtris in fronte inimicorum argumento *textus in l. 2. §. Pro limitantis C. de offic. Præfect. Prætor Afric. Piccard. ſuper inſtit. dicto §. 1. numer. 2. & 3. de militar. Teſtam. Simon. de Præt. de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 8. nu. 16. Barry d. tit. de teſtam. militar. ſub num. 7. Pat. Dian. d. tract. 6. tit. de teſtament. priuilegiat. reſolut. 44. verſ. At contrarium, & Pat. Boſſ. d. §. 2.*
10 *num. 28.* ſecus autem dum illud ratificauit in Ciuitate, ſeu alio loco non hoſtili, quo bellicæ occupationes, & pericula non imminebant *d. l. final. C. de reſtit. milit. d. §. 1. ibique Piccard. num. 1. inſtit. de militar. teſtam. Gabriel. dicto conſ. 100. num. 3. verſ. immò ad hoc lib. 1. Simon. de Præt. d. ſolution. 8. num. 17. Gail. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat.* 118. *numer.* 6.

Barry. dicto titul. de Teſtamen. militar. ſub numer. 6. verſ. certè contra Viu. deciſ. 491. num. 3.

Et quamuis vbicumque miles extra bel-
lum, vel Caſtra in propinquiorem aliquē
locum ſe contulit, non vt diù ab eis abſit,
11 ſed curādæ valetudinis cauſa, prout in hoc
caſu, aliquantiſper extra Tentoria ſe refi-
ciat habito commeatu, & opportuna licen-
tia, paratuſq; ſit reuerti ſanitate recuperata
ſolitis ſtipendijs pro toto tempore receptis,
iure militari eo loco quamuis non hoſtili
teſtari valeat, vt firmat *Vigl. in §. Illis autem temporibus num. 5. inſtit. de militar. Teſtamen. Vuſembec. conſ. 17. num. 40. par. 1. Boer. de Bell. & duell. lib. 1. cap. 18. num. 6. & cap. 20. pariterq; num. 6. Nicol. Reuſner. de iur. teſtam. vol. 2. par. 5. cap. 4. num. 14. verſ. quid autem.*

Nihilominus quia in facto iuſtificatum
non apparet Antonium commeatum, &
licentiam habuiſſe, paratumque fuiſſe re-
uerti ſanitate recuperata, & ſolita ſtipendia
12 vſque ad obitum recepiſſe, ideò Domini
omiſſo hoc fundamento ex ſolo priuilegio
Piæ cauſæ reſponderunt Teſtamentum eſſe
validum, & dandam immiſſionem Reu. Fa-
bricæ; Cum enim ex eius diſpoſitione in-
tegra ipſius hæreditas defuncto Grego-
rio Benimbene erogari debuiſſet in ere-
ctionem Commendæ Sacræ Religionis
Hieroſolymitanæ cum onere trium miſſa-
rum qualibet hebdomada in perpetuum
pro Anima ipſius Teſtatoris, ciuſq; maio-
rum, vtique negari non poteſt quin Diſpo-
ſitio dicatur ad Pias cauſas, *cap. Animæ defunctorum 3. qu. 2. §. ſed hæc quidem Auth. vt cum de appellat. cognoſc. Abb. conſ. 99. num. 3. & per tot. lib. 2. Angel. Aretin. conſ. 72. num. 10. Alex. conſil. 38. ſub numer. 3. lib. 1. Valaſch. conſult. 145. num. 5. Genuen. Practicabil. Eccleſiaſtic. q. 446. num. 2. Barboſ. de iur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 27. num. 11. Borgnin. deciſ. 27. num. 52. par. 3. Rot. in Alatrina Teſtamenti 26. Februarij 1649. coram R.P.D. meo Veroſpio §. Hanc verò, in Romana legati 22. Iunij 1650. coram Eminentiſſ. Dom. Card. Corrado §. eoq; magis & in Comen. Legati 11. Decembris 1651. coram R.P.D. Albergato in*
13 *princip.* Quæ propterea nullas expoſcit iuris
ſolemnitates, ſed contentatur quomodo-
cumq; de voluntate diſponentis appareat,
& præſertim cum de ea conſtet per ſchedu-
lam manu Teſtatoris ſcriptam, & ſubſcrip-
tam quamuis deſtitutam Teſtibus, alijſque
ſolemnitatibus *ad text. in cap. relatum de teſtam. & in Anth. quod ſi C. de teſtam. Menoch. conſil. 167. num. 20. & conſ. 224. num. 66. Tiraquel. de priuileg. Piæ cauſ. priuileg. 4. per tot. Clar. in §. Teſtamentum quæſt. 7. numer. 2. Vaſquez. de ſucceſſ. Creat. lib. 3. §. 22. ſub num. 6. Gratian. diſcept. 605. num. 28. Rot. deciſ. 240. num. 4. par. 2. diuerſ. in recent. deciſ. 108. n. 2. 12. & 13. par. 7. coram Buratt. deciſ. 475. n. 12. in Callien. hæreditatis 10. Decembris 1638. coram bo. mem. Card. Hieronymo Veroſpio, & 11. Iulij 1639. coram Reuerendiſsimo D. Terracinen. in Fanen. Hæreditatis 17. Iunij 1641. coram eod. & in d. Alatrina Teſtamenti coram R. P. D. meo Veroſpio ſub §. 1.*

Non obſtat quod Pia cauſa non fuerit in-
ſtituta, ſed ſubſtituta, quia ſufficit, quod
euenerit caſus ſubſtitutionis, atque aperta
fuerit ſucceſſio ad eius fauorem, ſiue ex
14 quo Teſtator deceſſit ſine filijs, ſiue etiam
ob mortem Gregorij Beninbene hæredis,
& vſufructuarij vniuerſalis vltimo loco ſe-
quutam, vt notat *Card. Zabarell. conſ. 133. num. 3. verſ. & præcipuè Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 8. artic. 2. num. 5. Viu. deciſ. 5. nu. 14. lib. 1. Facundez. de Iuſt. & iur. lib. 6. cap. 3. n. 19. Fragoſ. de regim. reipublic. par. 3. lib. 4. diſp. 7. tit. de teſtam ad pias cauſ. §. 4. num. 70. Dicaſtill. de Iuſt. & iur. tom. 2. lib. 2. tract. 19. diſp. 1. num. 111. fol. 1090. Molin. de Iuſt. & iur. diſput. 134. §. Teſtamentum, Pater Dian. vbi ſupra dicta par. 7. tract. 6. tit. de teſtam. priuileg. reſol. 1. in princ. verſ. Aut quando ſubſtitutionis via.*

Nec vrget, quod Iuſpatronatus primo
loco reſeruatum fuerit Deſcendentibus in
perpetuum Iacobi Vellij, & Olimpię Man-
cinæ eius Conſanguineorū cum onere prę-
ſentādi quē maluerint de familia de Vellijs,
Quia cum tam reſeruatio dicti Iuriſpa-
tronatus actiua ad fauorem Deſcendentiū,
quàm præſentatio paſſiua illorum de fami-
lia reſtrictæ ſint, donec illi ſuperſint, ijs au-
autem deficientibus Teſtator voluerit com-
mendam adhuc eſſe perpetuam, & liberæ
Collationis Eminentiſsimi Magni Magiſtri
expreſſo repetito onere celebrandi Sacrum
15 ter in hebdomada exindè clarè aſſequimur
cauſam finalem diſpoſitionis non fuiſſe in-
tereſſe conſanguineorum, ſed pietatem
erga Deum, & motiuum ſuffragandi Ani-
mæ ſuę, & omnium ſuorum defunctorum,
quod apertiſsimè oſtendit diſpoſitionem
eſſe piam *cap. requiſiti de teſtamen.*, ibi: *Quia hoc ille, qui donat pro redemptione Animæ ſuæ non pro cummodo Sacerdotis probatur offerre Anchar. in cap. Officij numer. 16. eod. tit. ibique Imol. numer. 26. & Barbat. num. 35. Monet. de Commut. vlt. volunt. cap. 4. num. 38. Genuen. Practicabil. Eccleſiaſt. quæſtion. 522. num. 2. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 116. num. 19.* cum alijs in fortioribus terminis allegatis *in d. Comen. legati coram Reu. P. D. meo Albergato §. minus refert.*

Identitas autem, & veritas Teſtamenti in dubium reuocari non valet, quia ſatis videtur probata ex ſcriptura ab ipſo Teſtatore

tore ſcripta , & ſubſcripta , atque formiter
recognita per vnicum Teſtem,qui benè ſub
16 iuramento affirmauit habere notam teſta-
toris manum , & hac ratione dictā ſcriptu-
ram recognoſcere vti ab eo ſcriptam pro-
pria eius manu in qualibet ſui parte *Summ.*
Fabricæ num. 8. quem eſſe verum modum
recognitionis ex ſtylo *Rotæ firmat Acchill. de-*
ciſ.2. ſub num. 1. de fid. Inſtrum. & ſequitur Ro-
ta deciſ. 124. *num.2. par.2. diuerſ. & coram Bu-*
ratto deciſ. 475. *num.* 5. *cum. ſeqq.* Et licet ſit
vnicus nihilominus ſufficiens eſt ad ipſum
effectum concurrentibus adminiculis, vt in
terminis reſpondit *Rot. deciſ.*41.*num.*1.*par.*4.
*recent.*Nil refragante quod deponat per ver-
bum , *mi pare*, & addat ſe id pro certo non
affirmare , nam hoc dixit eo quod manus
ſæpè falſificantur , vndè ſubdit , quod nec
propriam affirmaret eſſe ſuam, ſed de cæte-
ro ait ſe non decipi in recognitione manus
Teſtatoris, ibi, *Et in queſta mia credulità di re-*
17 *cognitione credo non potermi ingannare d. num.* 8.
in fin. In hac enim materia à Iudicio Teſtis
dependente adhibetur fides deponenti non
ſolum per verbum *videri*,ſed etiam de cre-
dulitate , vt reſpondit *Rot. coram Card. Sera-*
*phin. deciſ.*522. *num.*1.3.*&* 4. cum cæteris al-
legatis per *Gratian. diſcept.* 895. *numer.* 33.
& 50.

Adminicula faciūt alter Teſtis illam re-
cognoſcēs per ſimilitudinē relatus *in d.Sum.*
*n.*5.vt dixit *Rota dicta deciſ.*41. *n.*5. *par.*4.*recen.*
Alius Teſtis pro Gregorio Beninbene Ro-
mę examinatus ſeruatis ſeruādis anno 1645.
& alij duo Ferrariæ inducti anno 1643.
qui præſentes fuerunt, quando Teſtator di-
xit illam ſcripturam eſſe ſuum Teſtamen-
tum , ordinauitque illud Romæ tranſmitti
dicto Gregorio *eodem Summ.num.*4.quamuis
18 enim primus in diuerſa cauſa,& iſti duo ſi-
ne citatione partis fuèrint examinati , nihi-
lominus faciunt adminiculum *Caputaq. de-*
ciſ. 206. *num.*6. *cum ſeqq. par.* 2. *Rota in recent.*
*deciſ.*18. *ſub num.*3. *par.* 2. cum alijs per *Gra-*
tian. dicta diſcept. 895. *numer.* 5. & contra il-
lorum dicta nulla contrarietas,quæ releuet;
19 conſiderari poteſt , omniſq; interpretatio
facienda eſt ad euitan. illorum contrarieta-
tem : *Alex. conſil.* 185. *numer.* 4. *& ſeqq. lib.* 7.
Rot. deciſ. 167. *num.*53. *par.*1. *recent. & in Ro-*
mana Pecuniaria 26. *Iunij* 1654. *coram R. P. D.*
meo Bichio §. *ſed verb.* Sigilla ibidem impreſ-
ſa, & congrua ordinatio, quam eadem ſcri-
20 ptura præſefert ad fauorem Animæ Teſta-
toris , eiuſq; coniunctorum , vt benè pon-
deratum fuit *in dicta Alatrina Teſtamenti co-*
ram R.P.D. meo Veroſpio ſub §. *vltimo*; Ac de-
mum Iudicium motum vigore eiuſdem
ſcripturæ , & fœliciter ſuper immiſſione
terminatum ad fauorem dicti Gregorij hæ-
redis, & vſufructuarii vniuerſalis cum ſub-
ſequuta poſſeſſione bonorum vſq; ad obi-
tum continuata *d. Summ. num.* 6. ex quo re-
ſultat iudicialis approbatio , & obſeruantia
21 quæ fidem dat ſcripturæ etiam informi *Se-*
raphin. deciſ. 928. *numer.* 2. cum alijs allega-
tis per *Adden. ad Buratt. deciſ.* 10. *num.*32.

His itaque firmatis cum poſt mortem
Gregorij Religio Hieroſolymitana dictam
diſpoſitionē repudiauerit ſubintrat in eius
22 locum Reuerenda Fabrica Sācti Petri, quæ
vigore ſuarum facultatum, de quibus *Qua-*
rant. in ſumma Bullar. verb. Fabrica S. Petri ,
§. *ſi autem ipſi legatarij in fine* , in legatis , &
hæreditatibus in piam cauſam relictis , &
repudiatis habetur per ſubſtituta ; & per fi-
deicommiſſum vocata , vt notat etiam *Ca-*
*rol. Marant. reſponſ.*37. *num.* 3. *cum ſeqq. lib.* 1.
Cui propterea debetur immiſſio excluſo
Iulio Cæſare hærede dicti Gregorij , cum
iſte in bonis Antonij ſubiectis onere reſti-
tutionis non potuerit alium ſibi inſtituere
hæredem , vt reſpondit *Rot. in nullius Vineæ*
11. *Martij* 1620. *coram bon. memor. Pirouano*
in recent. deciſ. 189. *num.* 6. *par.* 8. Excluſiſq;
Franciſco , & fratribus de Vellijs , quamuis
23 commutationem voluntatis Teſtatoris à
Sede Apoſtolica nuper obtinuerint , cum
gratia ſubreptitia ſit , ſiuè ex quo Sanctiſſi-
mo Domino Noſtro narratum non fuit
terminum illis prefixū elapſum fuiſſe , ſiuè
etiam ex quo in precibus nullam fecerunt
mentionem appellationis in hac parte pro
Fabrica interpoſitæ , nec litis inter has par-
tes vertentis *cap. inter Monaſterium, ibiq; gloſſ.*
*verb. proceſſus de re Iudicat. Gregor. deciſ.*2. *n.*5.
Buratt. deciſ. 776. *num.* 10. Et de lite cum
Fabrica latè idem *Marant. reſp.* 21. *numer.* 7.
*cum ſeqq. dicto lib.*1. Ac demum excluſo An-
24 drea de Mutis ab inteſtato controuerſam
hæreditatem prætendente , quia vulgare
eſt ceſſare cauſam inteſtati exiſtente teſta-
mento , *leg. antequam C. commun. de ſucceſſ. leg.*
quandiu, la ſeconda , & leg. nec his §.*fin. ff. de ac-*
quiren. poſſeſſ. quod ad fauorem Piæ Cauſæ
25 ſubſtinetur non obſtante præteritione non
ſolum Aſcendētium, ſed etiam liberorum ,
vt firmat *Clar. in* §. *Teſtamentum quæſt.* 6. *n.*8.
Craſſ. in eodem §. *quæſt.* 18. *num.* 8. *Carol. Tap.*
deciſ. Neap. 58. *num.*11.

Atque ita fuit reſolutum omnibus infor-
mantibus , &c.

REVERENDISSIMO D. DVNOZETTO DECANO.

Romana Fideicommiſſi de Griſonibus.

Mercurij 10. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Natus ex Patre Vxorato, & Matre ſoluta ſecumfert obijcem ſucceſſionis impeditiuũ, mediante tamen legitimatione ſucceſſibilitati reſtituitur etiam ad acquirendum commodum ex Teſtamento Clerici. Bulla Pij Quinti declaratur in fauorem legitimati ſuccedentis perſonæ Eccleſiaſticæ cumulantur pręſumptiones, ex quibus filius poteſt Patrem ſuum demonſtrare.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione filiorum legitimorum, & naturalium veniunt etiam legitimatio.*

2 *Publica vox, & fama multum confert ad probandum negatiuam acceſſum alterius viri ad mulierem ad effectum probandi filiationem.*

3 *Tractatus, recognitio, pub. vox, & fama probant filiationem ad effectum ſuccedendi in fideicommiſſo.*

4 *Qualitas naturalitatis probatur ex quo quis natus ſit ex ſoluta ad quam alius non habebat acceſſum licet pater fuerit vxoratus.*

5 *Teſtatur inuitans deſcendentes vnius qui eſſet in ſacris, & qui nonniſi filios illegitimos poſſet ſuſcipere videtur velle filios illius legitimatos ſuccedere ad fideicommiſſum.*

6 *Legitimati non ſuccedunt Eccleſiaſticis perſonis vigore Bullæ Pij V.*

7 *Declarantur Bulla Pij Quarti, & Quinti quoad ſucceſſionem.*

8 *Appellatione filiarum Fratrum Teſtatoris non veniunt deſcendentes quæ non ſint filiæ dictorum Fratrum.*

9 *Quando appellatio ne deſcendentium maſculorum veniant deſcendentes ex fœminis.*

DECISIO XXVIII.

MAtthæus inſtitutis hæredibus ſuis Antonio fratre, Franciſco ex Dario ſecundo fratre Nepote, & alio Franciſco, & Leonardo ex Pierotio tertio fratre nepotibus in ſtirpes, ordinauit quod in portione, quæ cuilibet ſtirpi obuenit ſuccedãt filij maſculi legitimi, & naturales eiuſdem ſtirpis in infinitum, excluſis ſemper fœminis, & deficientibus maſculis legitimis, & naturalibus vnius, vel plurium dd. ſtirpium ſuccedant maſculi legitimi, & naturales ſtirpiũ, quæ ſuperextabunt, & deficientibus deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus omniũ trium ſtirpium, ſuccedant Deſcendentes maſculi legitimi, & naturales filiarum ipſorum fratrum Teſtatoris in ſtirpes, & non in capita, excluſis ſemper fœminis, vt ſuprà, ſubſtituendo in omnes, & ſingulos caſus prędictos eos, qui vt ſuprà vocantur, ſemper reciprocè in qualibet ſtirpe, vt vnam ſtirpem alteri, vt ſuprà in perpetuum, pupillariter, vulgariter, & per fideicommiſſum, prohibita omnibus detractione legitimæ, Trebellianicæ, & Falcidiæ.

Et quia murtuo Franciſco filio Darij, & alio Franciſco, & Leonardo filijs Pierotij, ſucceſſit Carolus filius Antonij, qui ſuſcepit Ioannem Matthæum, à quo natus eſt Antonius Iunior viuens Pater Ioãnis Matthæi Iunioris eius filij legitimati, qui fideicommiſſum poſt mortem Patris ad ſui fauorem purificandum eſſe pretendit; contrà verò Leonini, vti deſcendentes ex Margarita abnepte ex Antonio fratre Teſtatoris, & filia dicti Ioannis Matthæi Senioris ex vna; & Bulgarutij tanquam Deſcendentes mediati à Lucretia Seniore nepte ex Dario fratre fideicommittentis ex altera, contendunt ſe eſſe vocatos ad dictum fideicommiſſum per mortem dicti Antonij Iunioris purificandum; Propoſui dubium, *An, & ad cuius fauorem fideicommiſſum ſit purificandum.* quod Domini ad fauorem d. Ioannis Matthæi Iunioris affirmatiuè reſoluerunt; hac mori ratione, quia dum verba fideicommiſſi clarè inuitant omnes filios maſculos legitimos, & naturales, quorum appellatione veniunt etiam legitimati, *Giouagn. conſ. 21. num. 2. & ſeq. lib. 1. Cyriac. controu. 21. num. 81. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 403. num. 1. Rot. deciſ. 388. nu. 3. & 9. & deciſ. 600. nu. 2. & 3. par. 3. recent.* dictus Ioannes Matthęus Iunior probat ſe filium naturalem ex ſoluta, & ſufficienter legitimatum. 1

Filiatio licèt reſpectu Patris ſit difficilis probationis: In caſu tamen euincitur ex multis coniecturis concludentibus, quia non ſolùm concurrunt tractatus, & recognitiones factæ ab vtroque Parente, ſed vlterius teſtes deponunt de cõmercio Antonij cum Hieronyma de tempore conceptionis dicti Ioannis Matthęi, vt in eius *Summar. numer. 9.* coarctant negatiuam acceſſus alterius viri ad dictã mulierem, omneſque deponunt per publicam vocem, & famam, quæ in hac materia multum ſolent conſi-
2 derari ad tradita per *Gozad. conſ. 13. num. 29. & 30. Rot. deciſ. 347. num. 2. deciſ. 472. num. 8. part. 2. recent.* Immò ex cauſa dicti commercij, & filiationis Victoria Antonij Iunioris Vxor mouit Iudicium ſeparationis thori, vt

vt affirmant Teſtes *Summar. Ioannis Matthæi num.14.* Quibus ſimul iunctis ſatis probata remanet filiatio etiam ad effectum ſucce-
3 dendi in fideicommiſſo,vt per *Rot.deciſ.472. num.8. part.1. & deciſ.430. num. 14. part.5. in Romana hæreditatis de Gratianis 18. Maij 1649. coram R.P.D.meo Cerro,& in Bononien.fideicom. Bartholomæi de Bologninis 5. Iunij 1651. coram Eminentiſſimo D.Card. Otthobono.*

Qualitas naturalitatis probatur ex quo Ioannes Matthæus natus eſt ex ſoluta, ad quam alij non poterant habere acceſſum,
4 *Bald.conſ.438. nu.3. lib.1. Aym. conſ.168.nu.1.*

Nec refert, quod Antonius Pater tunc eſſet vxoratus, quia hoc obſtaculum etiam ad effectum ſuccedendi in fideicommiſſo de medio ſubſtulit legitimatio, *Rota dicta deciſ.388. nu.8. part.1.& deciſ.600.num.8.part.3. recent.*

Ac demum qualitas legitimitatis colligitur ex legitimatione obtenta à Campeggijs ad id facultatẽ habentibus; cui non obſtat, quod Teſtator eſſet Epiſcopus, quia non ideò videtur abhorruiſſe filios naturales legitimatos, *Giouagn. d.conſ.21. nu.40. Rot. Bononien. apud eundem num.30.* Præcipuè tum quia non adſunt legitimè nati, in quibus agnatio iuxtà eius præſcriptum perpetuò poſſit conſeruari, *Giouagn. d.conſ.21.num.11. & Rota Bononien. ibid. num.17.* Tum etiam quia Teſtator inuitans deſcendentes vnius ex fratribus, qui erat in Sacris, & non niſi filios illegitimos poterat ſuſcipere, videtur ſatis indicaſſe, ſe velle filios legitimatos ad
5 fideicõmiſſum admitti, *Menoch.præſumpt.79. num.19. lib.4. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.408.nu.60.* Tum demum quia fideicõmittens expreſsè profeſſus fuit ſe teſtari vigore quoque Conſtitutionum Sixti IV. Leonis X. Iulij III. & aliarum ſimilium (quæ tunc vigebant) admittentium illegitimos; vnde conformando ſe cum dd.Bullis, multò magis admitti cenſetur voluiſſe legitimatos, *Rolan. conſ.67. num.29. & ſeqq. lib.3.* quæ cum alijs refert, & ſequitur *Lup.de illegitim. comment.1. §.4. num.23.*

Minuſque obſtat, quod Bulla Pij V. prohibeat, ne legitimati ſuccedant in bonis Eccleſiaſticis, vel Eccleſiaſticis perſonis; quia Bulla procedit ſolum quoad ſucceſſiones competentes de iure ſpeciali, non verò quoad eas, quæ de iure cõmuni deuoluun-
6 tur, vt latè comprobat *Giouagn. reſp.27.n.10. & ſeq. lib.2.* Imò, dum non probatur, bona eſſe Eccleſiaſtica in dubio præſumuntur eſſe Patrimonialia, *Roman. conſ.159. num.5. Menoch.de arbitr. caſ.195. numer.10. Rota apud Pen. deciſ.1015. num.3. & ſequen.*

Nec denique obſtat, quod Bulla Pij IV. ſit reuocatoria legitimationum in præiudicium ſubſtitutorum, non ſolum quia dicta Bulla non procedit, vbi legitimatio non eſt contraria voluntati fideicommittentis,
7 *Giouagn. d. reſponſ.21. num.14. Mareſcott. var. lib.2. cap.20. num.20. & 87. & ſeq. Rot. d. deciſ.388. nu.5. & ſeqq. part.1.& dicta deciſ.600. nu.13. part.3. recent.* Verùm etiam quia nec Leonini, nec Bulgarutij ſunt vocati; ſicque non agitur de præiudicio ſubſtitutorum.

Quod autem non ſint vocati, patet; quia dum Teſtator, deficientibus deſcendentibus maſculis omniũ trium ſtirpium ſubſtituit Deſcendentes maſculos legitimos, & naturales filiarum fratrum dicti Teſtatoris, quorum appellatione veniunt quidem Deſcendentes in infinitum, ſed tamen non comprehenduntur Deſcendentes ex fœminis, quæ non ſint filiæ dictorum fratrum,
8 vt per *Alex. conſ.36. num.3. lib.5. Cephal. conſil.330. num.39. Menoch.conſ.595. nu.3. & ſeq. Rota in Romana fideicõmiſſi de Victorijs 20. Martij 1651. §.ad hoc oſtendendum, & 19.Ian.1651. §.neque relceat coram Eminentiſſ. D.Card.Otthobono,* Bulgarutij non deſcendunt immediatè à Lucretia prima filia Darij fratris Teſtatoris, nec à maſculis dictæ Lucretiæ primæ, prout requireretur, ſed à Lucretia ſecunda ex dicto Dario Teſtatoris fratre abnepte, cuius Deſcendentes in fideicommiſſo non comprehenduntur, cum vocatio maſculorum deſcendentium à filiabus fratrum Teſtatoris intelligatur de Deſcendentibus immediatè à dictis filiabus, non autem de ijs, qui mediatè deſcendunt à nepte dictarum filiarum, *Fuſar.conſ.70.num.5. verſ.& hoc procedit, Menoch. conſ.172. num.21. conſ.774.nu.7. conſ.878. num.20. & ſeq. ac in tract. de fideicom. art.26. num.19. vbi refert ita indicatum:* Leonini verò non ſunt deſcendentes alicuius filiæ fratrum Teſtatoris, ſed Margaritæ ex Antonio fratre Teſtatoris abneptis, à fideicommiſſo conſequenter excluſi.

Nec applicantur Deciſiones *in Bononien. ſucceſſionis 4.Maij 1646. coram R.P.D. meo Bichio, & in Nucerina fideicommiſſ. 1.Iunij 1650. coram R. P. D. meo Meltio,* quibus firmatur,
9 quod appellatione Deſcendentium maſculorum veniunt etiam maſculi deſcendentes ex fœminis, quia non procedunt quando ſimpliciter vocatio eſt reſtricta ad maſculos deſcendentes ex certis fœminis, & in earum deſcendentia adeſt implicita excluſio deſcendentium ab vlterioribus fœminis reſultans ab ipſarum fœminarum expreſſa excluſione.

Et ita vtraque, &c.

G 3 R.P.

R. P. D. BICHIO.

Calaguritana Beneficij de Bilbao.

Lunæ 15. *Maij* 1656.

ARGVMENTVM.

Diffamatus de Simonia ad euitandum ſcandalum non promouetur ad Eccleſiaſtica beneficia. Abſolutus in Iudicio Criminali, ſed in expenſis condemnatus Innocentiam iactare non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Diffamatio quod quis ſit Simoniacus impedit fieri in eo collationem beneficij non autem ammittit beneficium antea ſibi collatum.*

2 *Admiſſus ad examen habendus videtur, ac ſi beneficium ei fuerit collatum. Declara num. 3.*

4 *Diffamatus de Simonia non præfetur alijs licet ſit Sacerdos ac approbatus ad cõfeſſiones, & ætate Senior.*

5 *Vbi agitur de priuatione beneficij iam obtente ratione Simoniæ requiritur plena probatio.*

6 *Superior dum alium præfert in collatione beneficij non dicitur priuare Simoniacum, ſed abſtinere ab illius inſtitutione.*

7 *Opinio promouẽdi ad beneficia in nullo debet vacillare, & nulla nota, vel infamia eſſe maculata.*

8 *Epiſcopus iam electus ſi de multis criminibus eſt diffamatus non eſt admittendus.*

9 *Inquiſitio ſiue denunciatio criminalis de Simonia ex publica voce, & fama ſufficiunt ad impediendam beneficij collationem.*

10 *Abſolutoria ob non factas probationes reportata ſuper Simoniæ delicto auget diffamationem niſi emanauerit ex capite Innocentiæ.*

DECISIO XXIX.

OBeſſe Antonio de Goiri nè Beneficium cõtrouerſum aſſequatur diffamationem Simoniæ ſuper hoc ipſo beneficio cõmiſſæ, & probationes ad illam oſtendẽdam adductas cenſuerunt iterum Domini, amplectendo præſertim diſtinctionem, quam in §. *hæc tamen affert prima deciſio huius cauſæ ædita ſub die* 5. *Iulij proximi præteriti*, quod ſcilicet aut agitur de priuando aliquem ex capite Simoniæ beneficio iam obtento, & requi-
1 ritur plena probatio Simoniæ, aut de deneganda inſtitutione, ſeù Collatione beneficij obtinendi, & ſufficit Simoniæ diffamatio, & coniecturæ, eandemque diſtinctionem vltra allegationes in *dicto* §. *Hæc tamen,* ſequitur *Ripa de Simonia part.* 3. *artic.* 6. *num.* 2. *&* 3. *Rot. apud Seraph. deciſ.* 1029. *n.* 1. *verſ. quicquid ſit deciſ.* 22. *num.* 2. *inter impreſſ. poſt* 2. *vol. conſ. Farinac. alijque relati ab add. ad Buratt. deciſ.* 445. *num.* 15. *à Modern. Auenionen. reſolut. benef. part.* 2. *cap.* 5. §. 1. *num.* 13. *& à Modern. Tudert. var. lucubr. tit.* 4. *cap.* 19. *num.* 121.

Et licet Informantes pro Antonio aſſerent, nos verſari in primo membro diſtinctionis, eo quod, cum ille habeat omnes qualitates à Cõnſtitutione Clementina in huiuſmodi beneficijs requiſitas, ac ſe oppoſuetit, fueritque ad examen admiſſus, habendus videtur, ac ſi beneficium ei fuiſſet
2 collatum, iuxtà tradita per *Mandoſ. conſ.* 51. *num.* 5. *& ſeqq. Buratt. deciſ.* 55. *num.* 4. *Rota in Calag. beneficij S. Ioannis de Molinar.* 17. *Nouembris* 1651. *coram R. P. D. meo Cerro, Lotther. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 38. *& ſeqq.*

Reſponſum fuit primo, adducta per Mãdoſium poſſe admitti quando vnus tantùm adeſt oppoſitor habens qualitates à lege, vel ab homine requiſitas, ſecùs verò ſi concurrunt alij Oppoſitores ex prouiſione legis,
3 vel fundationis admittendi, tunc enim oppoſitio, & illius admiſſio nullum ius tribuit, donec ſequatur actus authorizabilis Superioris habentis conferre, vel inſtituere, vt declaraſſe Rotam teſtatur *Mandoſ. d. conſil.* 51. *in fin.* & tradit *Lotther. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 51. *numer.* 38. *&* 43. *verſ. tertius eſt caſus, Garſ. de benef. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 71. *Gonzal. ſuper reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *numer.* 58. *&* 93. *Pelaez de maiorat. part.* 4. *quæſt.* 1. *nu.* 61. *Eſcobar. de purit. ſang. part.* 1. *quæſt.* 7. *numer.* 17. *& ſeqq. Caſtropal. oper. moral. tom.* 2. *tract.* 11. *diſput.* 2. *part.* 1. *num.* 17. *Mohed. deciſ.* 1. *de præbend.*

Et hic eſt caſus noſter, quia adeſt etiam oppoſitio Ignatij, qui eſt filius Patrimonialis, fuit in examine approbatus, omnibuſq; alijs qualitatibus eſt prȩditus, quas prȩcipit
4 Conſtitutio Clementina, & quamuis Antonius iactet ſe digniorem tanquam ætate ſeniorem, Sacerdotem, ac aliàs ad audiendas Confeſſiones approbatum; hæ qualitates prȩlationem non tribuunt, dum eſt de Simonia diffamatus, *Calder. conſ.* 9. *de probat. Rota diuerſ. deciſ.* 655. *num.* 2. *part.* 4. *Caputaqu. deciſ.* 201. *part.* 1, *deciſ.* 238. *nu.* 3. *part.* 3. *Seraph. deciſ.* 767. *num.* 4. *Rota deciſ.* 219. *num.* 3. *in fin. part.* 3. *rec. & in Beneuentana Parochialis* 13. *Iunij* 1590. *coram Orano, impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. tom.* 1. *fol.* 293. *ſub num.* 3. *verſ. cum ſola ſuſpicio deciſ.* 119. *numer.* 1. *& ſeq. coram Comitulo.*

Secundo, reſponſum fuit eſto quod oppoſitio admiſſa ius tribueret, illud eſſe tantùm ad rem, & conſiderabile ad alios effectus puta, vt prȩſeruatum dicatur per clauſulam dummodo tempore datæ præſentiũ non ſit alteri ius quæſitum appoſitam in

poſte-

poſteriori prouiſione, in quibus terminis loquuntur exaduerſo allegati, nuſquam tamen dici poteſt ex iure huiuſmodi reſultare acquiſitionem beneficij ad effectum, vt qui illo priuatur, cenſeatur priuatus beneficio iam obtento in ſubiecta materia
5 Simoniæ, eius quippè plena probatio, vbi agitur de priuatione Beneficij obtenti, exigitur, ob grauius pręiudicium, quod infert priuatio iuris plenè quæſiti, & à Superiore iam authorizati: Æquale verò non eſt pręiudicium, quod infertur Oppoſitori nondum Collationem aſſecuto, quia per quoſcumque actus Collationem præcedentes nunquam acquiritur ius in re, *capit. vlt. de conceſſ. præben. in 6. Lother. in his terminis de re benef. lib. 2. quæſt. 51. num. 35. & ſeqq. Seraphin. deciſ. 1091. num. 1. & ſeqq. deciſ. 1356. num. 11.* dumque Superior alium pręfert, non dici-
6 tur priuare Simoniacum; ſed abſtinere ab illius inſtitutione, vt debet etiam ex ſola ſuſpicione Simoniæ ad euitandum ſcandalum, quod aliàs prębiturus eſſet, & quia opinio promouendi ad beneficia Eccleſiaſtica in nullo debet vacillare, *cap. Laici 33. diſtinct. Hoſtien. in cap. accuſatum num. 3. de Simon. Abb. in capit. cum iniunctis ſub numer. 4. circa fin. verſ. quia non debet de elect.* & nulla nota, vel infamia eſſe maculata *cap. final. de furt.* latè
7 *Garz. de benef. part. 7. cap. 8. num. 2.* Vndè in fortioribus terminis non eſſe admittendum Epiſcopum iam electum ſi de multis criminibus erat diffamatus, diſponit *text. in Can. tantis Daniel. 81. diſtinct.* & probat *Abb. in cap. 1. num. 8. in cap. per Inquiſitionem num. 11. de elect. Felin. in cap. nihil num. 12. verſ. decimotertio de præſcript. Seraphin. deciſ. 516. num. 4. Ro-*
8 *ta diuerſ. deciſ. 655. numer. 2. part. 4.* Et ſi per electionem fuiſſet quæſitum Ius ad rem, *Rebuff. in prax. ſuper reg. de iur. quæſit. non toll. gloſſ. 6. num. 37. & ſeq. Caſſad. deciſ. 18, num. 4. de præbend. cum alijs allegatis per Modern. Piſanum de iurepatr. part. 2. lib. 8. cap. 8. num. 18.*

Quæ benè omnia applicantur caſui noſtro, quia diffamatio Antonij de commiſſa Simonia, eiuſque coniecturæ reſultant ex
9 pluribus teſtibus deponentibus quoque de publica voce, & fama, & ex Inquiſitione, ſiue denunciatione criminali, quę ſola ſufficeret *cap. 4. de accuſat. Lother. de re benefic. lib. 2. quæſt. 31. nu. 145. Rot. deciſ. 2. num. 1. de accuſat. in antiq.* aduertendo maximè quod ad effectum de quo agitur ſatis eſt probare, vel Simoniam, vel Simoniæ diffamationem, à qua oriretur ſcandalum, ſi diffamatus promoueretur. Et tantum abeſt, quod diffamationem euacuet ſententia abſolutoria reportata in Iudicio criminali, quod imò illam auget, dum inquiſitum condemna-
10 uit in expenſis, vel ſaltem pręſeruat ex quo non emanauit ex capite Innocentiæ, ſed ob non factas probationes, vt in puncto reſpondit *Rota deciſ. 219. ſub num. 3.* vbi dicit rationem, quia tum remanent veſtigia prioris iudicij, & poteſt abſolutus ſuperuenientibus indicijs, quandocumque vexari *par. 3. recent. cum alijs allegatis in prima deciſione huius cauſæ §. nihil refragante,* vltra quod ſententia eſt ſuſpenſa per appellationem, *vt in §. & hæc faciliùs ponderat eadem prima deciſio.*

Quam propterea confirmandam eſſe reſolutum fuit, cauſa bis propoſita ſub die 7. Februarij proximè pręteriti, & hodie vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Bononieñ Primogenituræ.

Veneris 26. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Priuatus excipere non poteſt exceptione, quæ oriatur ex conſtitutione facta in fauorem Fiſci, ſecus ſi Conſtitutio in fauorem Ciuium principaliter ſancita foret.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio, ſiue ex dicto D. Adriani, ſiue ex Saluiano, debetur fideicommiſſario docto de purificatione fideicommiſſi, & de identitate bonorum.*

2 *Teſtatoris aſſertio in teſtamento probat illius poſſeſſionem bonorum, de quibus diſpoſuit.*

3 *Identitas concludenter probatur per contractus, in quibus fit mentio bonorum controuerſorum.*

4 *Confeſſio probat contra confitentem, & habentem ab eo cauſam.*

5 *Bona ad hæredes peruenta præſumitur à teſtatore fuiſſe poſſeſſa.*

6 *Identitas bonorum in eodem loco poſitorum præſumitur, niſi de particularibus acquiſitionibus doceatur.*

7 *Teſtatorem reſtrinxiſſe præſumitur diſpoſitionem ad bona propria, ſi vſus ſit verbo,* ſuum, *vel* ſua,

8 *Limita ſi aliundè deducatur teſtatorem voluiſſe diſponere de re hæredis.*

9 *Teſtatorem de alienis bonis diſpoſuiſſe præſumitur, & quo eorumdem Domino propria condonauit.*

10 *Fideicommiſſarium rei fideicommiſſo ſubiectæ ſtipulationem feciſſe præſumitur, quo ſucceſſoribus in fideicommiſſo, etſi dixerit pro ſe, & hæredibus.*

11 *Hæres, qui ſimpliciter adiuit tenetur approbare factum defuncti.*

12 *Detractiones non ſunt deducendæ è bonis fideicommiſſo*

m iſſo particulari ſubpoſitis exiſtentibus bonis liberis.

13 *Detractiones non competunt ſtantibus alienationibus bonorum hæreditariorum, & omiſſione Inuentarij.*

14 *Hæredes, qui de bonis hæreditarijs diſpoſuerunt omiſſo inuentario de proprio legata ſoluere tenentur.*

15 *Melioramenta reaptationum, & ſeparationum reficienda non ſunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

16 *Melioramenta non reficienda, niſi probetur ſtatus antiquæ rei, & quid impenſum, & melioratum.*

17 *Melioramenta compenſantur cum fructibus perceptis actori reſtituendis.*

18 *Conſtitutiones prohibentes alienationes in forenſes locum habent, niſi infra biennium ſe conferant ad Statum Eccleſiaſticum.*

19 *Priuatus excipere non poteſt de conſtitutionibus principaliter editis fauore Fiſci. & num. 20.*

21 *Ciues non poſſunt forenſes moleſtare, ſi inhabitentur fauore Fiſci, non autem eorumdem Ciuiũ.*

22 *Immiſſio non eſt retardanda, donec cognoſcitur an fuerit reuocatum priuilegium.*

23 *Minor reſtituitur ad petendam obſeruationem cõcordiæ, quam impugnauit, licet in Iudicio contrariam ſententiam reportauerit.*

24 *Vbi non admittitur purgatio moræ, nec datur in integrum reſtitutio. & num. 25.*

Minor non reſtituitur ad petendam obſeruationem contractus ſtante pacto reſolutiuo. eod. nu. 25.

Reſtitutio in integrum non datur re integra non exiſtente in caſu. eod. num. 25.

DECISIO. XXX.

DOmino Ioanni Celleſio Semideæ filio vti vocato ad Primogenituram à bonmem. Cardinali de Podijs conſtitutam, cenſuit hodie Rota in poſſeſſionem Palatij cũ domunculis ei contiguis poſiti Bononiæ in Parochia S. Mariæ Magdalenæ in contrata
1 S. Donati. necnon bonorum exiſtentium in loco nuncupato il Caſtelletto dandam eſſe immiſſionem, quæ docto de purificatione fideicommiſſi ad fauorem petentis, & bonorum identitate paſſim concedi ſolutæ, ſiue ex ædicto Diui Adriani, ſiue ex Saluiano interdicto *Gabr. conſ. 44. num. 30. lib. 2.* alijq; relati *in Fanen. Bonorum 19. Iunij 1648. coram bo.me. Arguelles, in Interamnen. fideicomm. 11. Martij 1654. coram Reu. P.D. meo Celſo.*

Purificatio enim primogenituræ ad fauorem Ioannis canonizata fuit per duas deciſiones ſub die 1. Iulij 1654. & 25. Iunij 1655, coram me. Identitas verò, quod nẽ-
2 pè bona petita fuerint à Cardinali viuente poſſeſſa tempore obitus, & nunc à Dominis de Montecuccolis Aduerſarijs poſſideatur, probatur tum ex aſſertione ipſius Teſtatoris in eius teſtamento iuxta deducta per *Fuſar. de ſubſt. q. 618. num. 30. & per tot. Rota deciſ. 312. num. 2. par. 7. recent. & in Bononien. fideicom. de Amorinis 18. Maij 1648. coram R.P.D. meo Meltio*; tum ex inſtrumento concordiæ inter Chriſtoforum primogenitum, & fratres hæredes à Cardinali inſtitutos inita de Anno 1560. in qua dd. fra-
3 tres Chriſtophoro tamquam primogenito Palatium, ac domunculas vti hæreditaria Cardinalis ceſſerunt; magni namq; mometi ſunt ad probandam identitatem ſimiles cõtractus inter hæredes celebrati *Rota coram Merlin. deciſ. 244. num. 12. deciſ. 299. in princ. & inter recent. deciſ. 125. numer. 2. & 3. part. 6. deciſ. 88. num. 12. par. 7.* Tum ex confeſſione
4 Ioannis Podij filij primogeniti d. Chriſtophori emiſſa in inſtrumento venditionis factæ Marchioni Franciſco aduerſariorum authori, quæ optimè probat contra confitentes, & habentes ab eo cauſam, *Ruin. conſil. 128. num. 16. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 53. num. 36. Buratt. deciſ. 243. num. 7. Rot. in Bononien. fideicommiſſi 16. Iunij 1651. coram R.P.D. meo Celſo.*

Ex eodem ſupracitato teſtamento ex inſtrumento concordiæ, ac venditionis patet identitas bonorum Caſtelletti, iuncta locatione de illis facta ab ipſo Cardinali, ſiue eius Procuratore. Cumq; & Palatium, &
5 bona Caſtelletti deuenerint in Chriſtophorum, deindè in Ioannem eius filium primogenitum, à quo cauſam habet Marchio Franciſcus, cuius DD. Aduerſarij ſunt hæredes, præſumuntur eademmet olim poſſeſſa à Teſtarore, *Natt. conſ. 235. num. 17. Cardin. Mellin. dec. 374. num. 23. Rot. inter recent. deciſ. 88. nu. 12. & 13. par. 7.* præſertim cum ſint in eodem loco, vbi poſſidebat Teſtator
6 exindè ſiquidem reſultat præſumptio pro identitate, dum exaduerſo non docetur de particularibus acquiſitionibus *Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 22. Rot. deciſ. 129. num. 2. par. 5. recent. & in Peruſina bonor. 14. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Cerro, in Bononien. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. corã R.P.D. meo Celſo,* de quibus non docetur excepto quodam prædiolo, de quo hodie non agitur.

Nec dubitari poteſt, quin integrum Palatium, & omnia bona Caſtelletti cadant
7 ſub primogenitura, & ſi pro aliqua rata eſſent communia Alexandro Cardin. fratri; reſtrictio enim diſpoſitionis ad bona, quæ erant propria Teſtatoris, præſertim, ſi ille vſus fuit verbo *ſuum*, vel *ſua* iuxta *text. in l. ſticum qui meus erit ff. de leg. 1. Bart. in l. ſerui electione §. cum fundus numer. 3. eod. tit. Aldobr. conſ.*

conſ.25. num.36. lib.1. Rota in Bononien. bonorũ 18. Martij 1652. coram Reuenendiſſimo D. meo Decano, non habet locum, quando aliundè
8 conſtat Teſtatorem voluiſſe diſponere etiã de re non propria; ſed ad hæredem ſpectante, de qua potuit diſponere *l. vnum ex familia §. Sed & ſi fundum l. Imperator §. Si centum, l. cum Pater ff. leg. 2. Rot. deciſ. 93. nu. 1. & 2. coram Duran. deciſ. 88. num.22. par.5. recent.*

Hæc autem voluntas euidens eſt in Caſu noſtro, quia Teſtator hæredes Alexandri fratris prædefuncti à ſe quoque inſtitutos abſoluit à reddenda ratione bonorum ad ſe ſpectantium, & à præfato Alexandro adminiſtratorum ſub expreſſa conditione, quod Chriſtophoro ad primogenituram vocato, alijſque ſucceſsiuè primogenitis moleſtiã aliquam ſuper bonis, inferre non poſsint aliqua ratione, vel cauſa, & ſignanter, *quia fortè prætenderent in dd. Bonis, vel aliqua illorum parte eumdem q. Alexandrum habuiſſe aliquam partem*, & ſic voluit etiam partem, quã deſuper Alexander prætendere poſſet eſſe ſubiectam primogenituręin recompenſam abſolutionis à redditione rationis, vt benè ponderat *Natt. conſ.1100. num. 3. & ſeqq. Peregrin. de fideicomm. art.35. num.4. Fuſar. de ſubſt. qu.648. num. 8. & ſeqq.* quod etiam agnouerunt Alexandri hæredes, qui in executionẽ præcepti huiuſmodi omnia bona Caſtelletti, & integrum Palatium in ſupra memorata concordia Anni 1560. renunciarunt Chriſtophoro Primogenito, ibi, *omnia, & quæcumque iura, &c. in ſuprascriptis bonis omnibus del Caſtelletto, tàm emptis per dictum q. Illuſtriſſ. D. Cardinalem, quam eorum communem Patrem, (videlicet Alexandrum) Palatioq; magno, &c. ce-*
10 *dere, &c.* Cumque Chriſtophorus in hac parte gereret negotium primogenituræ inhærendo præcepto Teſtatoris cenſetur ceſſionem acceptaſſe pro ſe, & ſucceſſoribus Cardinalis fideicommittẽtis, quamuis pro ſe, & hæredibus ſtipulatus fuerit *Fuſa. q.627. num.27. Peregr. deciſ. Patauina 2. num.9. Rot. in Bononien. bonorum 21. Februarij 1642. coram R.P.D. meo Cerro*. Nil refragante, quod de anno 1590. Ioannes, & alij filij Chriſtophori bona Caſtelletti, tamquam bona olim Alexãdri eorum Aui Paterni voluerint inter ipſos eſſe communia, quia præiudicare
11 non potuerunt iuri quæſito primogenituræ ex teſtamento Cardinalis, & præcedenti concordia de anno 1560. inita inter eorum authores, quorum hæreditatem non adiuerint ſimpliciter ratum habere tenetur quicquid ab illis geſtum fuit *Socc. Iun. conſ. 107. num. 56. lib.3. Menoch. conſ.89. num.38. & ſeqq. Rot. deciſ. 169. num.1. deciſ. 265. num.3. par.1. recent.*

Hinc ceſſat prætenſa detractio partium in dd. bonis olim Alexandro competentiũ, pariterq; ceſſat detractio dotis Ludouicæ in ſumma, pro qua Cardinalis Teſtator ſe obligauit, necnon legatorum, & æris alieni Teſtatoris à Chriſtophoro, vel eius hæredi-
12 bus ſoluti, quia Chriſtophorus hoc onus accollauerat in ſæpè memorata concordia Anni 1560. per quam etiam alia bona hæreditaria Cardinalis vltra ea primogenituræ ſubiecta acquiſiuerat, & cum verſemur in fideicommiſſo particulari ex illo non ſunt faciendæ detractiones, dum alia bona adsũt *Natt. conſil.199, num.9. & ſeq. Peregr. de fideicomm. art. 4. num. 22, & 28. Buratt. deciſ. 693. num.10. cum alijs allegatis in Romana fideicomm. de Zuccaris 4. Febr. 1650. §. Tertia coram Reuerendiſs. D. meo Decano*. Eo minus quia cũ hæredes Cardinalis, & hæredum hæredes authores Dominorum de Montecuccolis
13 hæreditatem adiuerint ſine beneficio Inuẽtarij, & aliqua bona hæreditaria alienauerint præſumuntur ſoluiſſe de bonis hæreditarijs, & ſatisfacti de omnibus detractionibus ex allegatis in *Peruſina fideicommiſſi de Gratianis 28. Iunij 1640. coram clar.mem. Coccino, in Eſina fideicommiſſi 10. Maij 1641. in Peruſina bonorum 14. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Cerro, in Bononien. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. coram R.P.D. meo Celſo*, tenenturq;
14 quatenus opus ſit legata ſoluere de proprio *l. fin. §. ſi verò poſtquam Cod. iur. delib. Pereg. de fideicomm. art.40. num.29. Fuſar. q.541. ſub num. 22. alijq; relati in Bononien. fideicommiſſi, ſeu Domus 30. Aprilis 1646. coram me*.
15 Idem reſpondetur ad aſſerta melioramẽta facta in Palatio, quorum præterea pleraque cum conſiſtant potius in reparationibus, & reaptationibus reficienda non ſunt *Mareſcott. var. reſolut. lib.2. cap.109. num. 18. & 19. Rot. deciſ. 607. num.3. par. 1. diuerſ.* reſiſtente præſertim voluntate Teſtatoris, qui reaptationes, & melioramenta mandauit
16 fieri ex penſionibus aliarum domorum. Vltra quod nec probatur ſtatus antiquus rei, & quid impenſum, aut melioratum, vt debet *Curt. iun. conſ. 165. num. 20. Seraph. deciſ. 952. num. 2. Buratt. deciſ.839. numer. 11. Rota in Romana fideicommiſſi de Spiritibus 22. Maij 1643. §. & quamuis coram me*, & in om-
17 nem euentum melioramenta compenſarentur cum fructibus perceptis actori reſtituendis *l. ſumptus ff. rei vindic. Rota deciſ. 547. num. 22. par. 5. recent. & in Romana fideicommiſſi de Campagnolis 26. Iunij 1648. coram Reuerendo P. D. meo Peutingero, in d. Bononien. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. coram Reu.P.D. Celſo*.

Non obſtant Cõſtitutiones fel. rec. Sixti V.

ti V. Clem. VIII. Pauli V.& Vrbani VIII.
18 prohibentes diſtractionem bonorum Status Eccleſiaſtici in forenſes qualis eſt Celleſiûs, nam illas tribuere facultatem teſtandi ad fauorem Conſanguineorum, dummodò infra biennium veniant ad habitandum in Statu Eccleſiaſtico deciſum fuit in *Ferrarieñ de Pendaſijs* 10. *Februarij* 1648. *coram Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Tarraconenſi*, & cum editæ fuerint non in fauorem priuatorum, ſed
19 Cameræ Apoſtolicæ, ſolus Fiſcus poteſt de illis excipere, *Bald. conſ.*480.*numer.* 4. *lib.* 1. *Cephal. conſ.*706. *num.* 26. *Rimin. conſ.* 193. *numer.* 22. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 48. *num.* 21. & *conſ.* 93.*num.*15. vbi ait, quod contraria diſtinctio
20 Alciati eſt verbalis, non autem fundamentalis, *Pereg. conſ.* 19. *num.* 25. & *per tot. lib.* 3. *Cyriac. controu.* 205. *num.* 170. & *num.* 195. *Rota in Ferrarien. manutentionis* 14. *Iunij* 1641. *coram bon. mem. Pirouano*, quicquid dicendũ
21 eſſet ſi forenſes inhabilitarentur principaliter fauore aliorum Ciuium, in quibus terminis loquitur *Menoch. conſ.* 175. *num.* 17.& *ſeq. Rimin. iun.conſ.*363. *num.* 342. & *ſeq.* Vel ſaltem quia Celleſius per ſpeciale indultum Vrbani VIII. habilitatus fuit ad ſuccedendũ in his bonis, donec diſcutiatur, an illud fuerit reuocatum per ſubſequentem Conſtitutionem Innocen. X. ac dictis Conſtitu-
22 tionibus ligetur, non eſt interim retardanda immiſſio, vt fuit dictum *in Fanen.ſeu Senogallien. bonorum ſuper immiſſione* 14. *Maij* 1646. *coram R. P. D. me Meltio*.

Tandem non obſtat concordia inter has partes alias inita, ſuper qua nuperrimè obtenta fuit confirmatio Apoſtolica, quia eam non obſtare deciſum fuit ſub die 14. Febr. proximi præteriti, ob non obtentum beneplacitum Apoſtolicum in tempore præfixo, & receſſum vtriuſque partis ab illa.
23 Et licet inter Aduerſarios aliqui ſint minores, quibus pro redditu ad concordiam competere reſtitutionem in integrum, etiã ſi poſt eam proſecuti fuiſſent litem, & ſuccubuerint voluit *Bart. in l. ſi ex cauſa*, §. *nunc videndum num.* 2. *ff. minorib.* quem ſequitur *Guglielm. de Benedictis in cap. Raynutius verbo mortuo itaque, il primo, num.*235. *de Teſtam. Neuizzan. conſ.* 17. *num.* 34. *Rebuff. ad conſt. Reg. tom.* 2. *tit. de reſtit. in integr. ar.* 1. *gloſſ.*3.*nu.*20. *Cont. de moment. poſſ.limit.*5. *num.* 16. *Boer. deciſ.*63. *ſub num.*6.

Hoc tamen non procedit, quando, vt in caſu noſtru, concordia continet pactum reſolutiuum in caſum nõ obtenti benepla-
24 citi infra terminum prefixum, tunc enim ſicuti non admittitur purgatio moræ, ità nec reſtitutio in integrum fauore minoris *Grat. diſcept.* 515. *num.* 27. *Cyriac. contr.* 240. *num.* 14. & *ſeqq.* vbi pluribus id comprobat *Antonin. var.reſol.lib.*1. *reſol.* 61. *ſub num.* 18. *Bardell. conſ.* 14. *num.* 17. *Caputaq. deciſ.* 236. *num.* 3. *par.*2. *Rota in Rauennaten. ſeu Terracinen. decimarum* 5. *Martij* 1649. *coram R. P. D. meo Meltio*. Præſertim cum medio tempore prædeceſſerit Laura, & Barbara, quarum ſuperuiuentia ob diſcordes Dominorum ſententias concordiæ cauſam dederat, & ſubſequuta mors Celleſio parauerit facilẽ
25 victoriam, hæc enim variatio ſtatus cauſæ fauore Celleſij efficit ne res ſit integra, & per conſequens excludit reſtitutionem in integrum non ſecus, ac purgationem moræ *l. quod ſi minor* §. *non ſemper verſ. Sceuola noſter ff. minor. Menocch.conſ.*100.*num.* 253. *conſil.*714. *num.*4. *Bardel.conſ.*62. *num.*21. *Cyriac. d. contr.* 240. *num.* 24. & *ſeqq. vbi allegat concordantes*.

Et ita deciſum vtraque parte informãte.

R. P. D. ALBERGATO.

Foroliuieñ, ſeù nullius Caſtrorum.

Mercurij 14.*Martij* 1657.

ARGVMENTVM.

Delictum læſæ Maieſtatis in Feudis ex pacto, & prouidentia ad hæredes extraneos non tranſitorijs, non obſtat fratribus, alijſque agnatis tranſuerſalibus, quin excluſo Domino ad ſucceſſionẽ Feudi poſt delinquentis mortem admittantur, & in hoc melior conditio tranſuerſalium, quam filiorum deprehenditur.

SVMMARIVM.

1 *Feudatario exhibenti Inſtrumentum Inueſtituræ in forma probanti, ac legitimatis perſonis bonorumque identitate probata debetur immiſſio ad iſtar* l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.

2 *Deuolutio Feudi ob delictum primi acquirentis præiudicat ſucceſſionibus.*
*Limita ſi comprehenſi in Inueſtitura ſint nomine proprio vocati, & ſimpliciter conſiderati. n.*4. & 10.

3 *Primus acquirens non diſtinguitur inter plures expreſsè ad Feudum vocatos.*

5 *Crimen læſæ Maieſtatis non infert præiudicium Agnatis tranſuerſalibus comprehenſis in Inueſtitura Feudi ex pacto prouidentia ad extraneos hæredes non tranſitorij.*
Limita ſi delinquens inciderit in primum caput l. Iul. Maieſtatis. *num.*6.

7 *Ex Inueſtitura Ius quæritur omnibus nominatis quamuis vnius tantum pecunia fuerit ſoluta.*

8 *Ex*

8 *Ex facultate alimandi inter comprehenſos deducitur prohibitio illis præiudicandi.*
9 *In Inueſtitura cenſentur inſolidum vocati quibus omnes in ſolidum fuit inuntlum.*
11 *Feudi conteſſio pluribus facta non cenſetur pro virili ſtantibus verbis donec eorum, & cuiuslibet linea durabit.*
12 *Et Dominus non recuperat bona feudalia, niſi poſt obitum omnium in inueſtitura nominatorum.*
13 *Inueſtitura conformis præſumitur præcedentibus ad illius nullitatem euitandam.*
14 *Stante potiſſimum aſſertione Domini directi.*
15 *Ex obſeruantia infertur interpretatio verborum Inueſtituræ.*
16 *Productio ſcripturæ approbationem inducit.*
17 *Immiſſio ex Inueſtitura debetur, quæ habet ſtatum implicitum validitatis.*
18 *Exceptio nullitatis inueſtituræ ſi ſit turbida non impedit immiſſinem comprehenſam.*

DECISIO XXXI.

CVM Eminentiſs. Card. Sacchettus, vti Abbas Eccleſiæ S. Hilarij de Galeata Caſtrorum Montis Veteris, & Sambuchetti Dominus directus, poſt diuturnã litem, illa ſuæ menſæ à Fiſco relaxari obtinuiſſet, & Comites de Bentiuolis eadẽ Caſtra ſibi deberi contenderent; cauſa mihi commiſſa de communi partium conſenſu propoſui dubium, An DD. de Bentiuolis danda eſſet immiſſio, quod ideò affirmatiuè reſolutum fuit, quia Inſtrumentum inueſtituræ non abolitum, nec cancellatum, neque in vlla ſui parte vitium viſibile continens, in quo ipſi ſunt vocati tribuit priui-
1 legium immiſſionis ad inſtar *l.fin. C.de edict. Din.Adr toll.iuxta tex. in cap.1. §. inter fil.verſ. defuncto ſi de feud.fuer.controu.inter Dominum, & Agnat. Borgnin. deciſ. 36.num.452. par.3. Surd. conſ.571. ſub num.4. verſ. & in feudo Capie. Galeot. contr.14.num.65.lib.1.* & plures relati per *Argel. de acquir. poſſeſſ. q.4. art.7. num.188. Rot. deciſ.204. num. 8. & 9. par. 6. recent. & in Curien. feudi 27. Aprilis 1648. §. aſſumptæ itaque coram bon. mem. Bichio, in Rauennaten. Bonorum Emphiteoticorum 27. Iunij 1653. §. final. coram R.P.D. meo Cerro, & Mantuana feudi 29. Nouembris 1655. §.1. coram R.P.D. meo Veroſp.* Et ſine difficultate in præſenti, vbi de legitimatione perſonarum, & bonorum identitate, non dubitatur, & comprehenſio DD. de Bentiuolis eſt euidens, dum ipſi ſunt filij Comitis Alexandri, qui nominatim continetur in Inueſtitura pro ſe filijs, & deſcentibus concepta, quibus concurrentibus, immiſſio denegari non poteſt, *Rota in Farſen. bonorum 9. Decembris 1644. §. & propterea coram Eminentiſſ. D. meo Card. Corrado*, & paſſim in alijs.

Nec exiſtimarunt DD. Eminentiſs. Abbatem factum eſſe legitimum contradictorẽ, ex aſſerta deuolutione ſecuta ob delictum Com. Franciſci, quaſi quod iſte tanquam primus acquiſitor potuerit de huiuſmodi bonis non ſecus, ac de patrimonialibus in præiudicium compræhenſorum quomo-
2 dolibet diſponere, ex adductis *in Cæſenaten. Emphiteuſis 23. Ianuarij in principio, & 6. Iunij 1651. §. Quibus tamen coram me.*

Nam quomodocumque ſit, an fratres Comitis Franciſci dici poſſint primi acquirentes ex quo pro eis nominatim etiam eſt fa-
3 cta ſtipulatio, vt voluerunt *Iacobin. de S. Georgio in Inueſtitura feudali in verbo dictim; Vaſſalli num.58. verſ.3. limitabis Io: Thom. de Marin. de Gener. & qualit. feud. ex pacto, & prouid. nou. ſub num. 17. Rot. cor. Card. Caualer. deciſ. 219. nu.8. Reuerendiſſ. Eugubin. deciſ. for. Eccleſiaſt. 72. n.6. lib.2.* cum alijs per *Modern. Fulginaten. de iur. emphit. tit. de contractib. q.24. num.27. verſ. quia dicitur.*

Tollitur difficultas, quia ex inueſtitura, & literis Cardinalis Aldobrandini, de quibus infra conſtat Comites Alexandrum, & Georgium fuiſſe nominibus proprijs expreſsè vocatos, & æqualiter contemplatos, ipſi propterea habent Ius ab alijs omnino independens, quia nominati nomine proprio cenſentur æquè principaliter cõtemplati, & ideò ceſſat omnis quæſtio de primo acquirente, qui alijs nomine proprio voca-
4 tis præiudicare non poteſt, vt in ſpecie declarant, *Iſernia in tit. ſi Vaſſallus feud. priuetur n.4. & in tit. de alien. feudor. Patern. n.11. verſ. ſecus ſi nominaſſet, vbi adden. Marin. de gener. feudor. ſect.2. tit.2. num. 90. Loffred. conſ.52. numer. 1. Gurb. de ſucceſſ. feud. præl ud.5. numer.44. Cephal. conſ.517. num.40. Io. Andr. in Addit. ad ſpecul. tit. de feud. §. vlt. verſ.1. Decian. conſ.389. num. 2. verſ. quando enim filij Clar. in §. emphit. quæſt. 16. verſ. benè verum eſt. Ladalch. conſ. 1. ſub num. 6. verſ. & quæ vera eſt. Caſtrenſ. conſil. 244. ſub nu. 3. poſt med. verſ. & hoc expreſsè determinat, & verſ. non eſt ergo lib. 2.* vbi quod non admittitur ad hunc effectum, An quis ſit primus inueſtitus, ſed ſolum an illi, quibus vult præiudicare ſint expreſsè comprehenſi in Inueſtitura, vel non. *Berous conſ. 77. ſub nu. 42. lib. 1. Curt. Iun. de feud. in 5. par. princ. num. 4. Maſtrill. de Magiſtr. lib.1. cap. 28. num. 17. Valaſch. de iur. emphit. quæſt. 49. n.11. Gratian. diſcept. 345. num.5. & 7. verſ. quod procedit etiam Merlin. de legitim. lib.2. tit.1. qu.5. num. 19. Zuccar. de ciuil. Lucenſ. 25. num. 2. & 8. Modern. Carpen.* qui loquitur in ſpecie de fratrè per nomen proprium vocato *contr. 158. num.1. & ſeqq.* & in ſimilibus terminis, quod negligẽtia Patris nepotibus expreſsè voca-

vocatis præiudicare non poſſit *Rot. in Romana Dotis* 18. *Iunij* 1649. *§. & ceſſat difficultas coram R.P.D. meo Cerro*, quam ſequitur *Perufina reintegrationis* 24. *Maij* 1652. *§. non obſtant ponderationes coram bo. m. Peutingero*, & DD. Comites Alexandrum, & Georgium fuiſſe contemplatos principaliter patet ex Epiſtola ipſius Card. Aldobrandini, in qua aſſeritur *Queſti Signori ſono miei amoreuoli, & i Bentiuogli in particolare*, & infra, *mi farà piacere di conſentire à nome mio, come Commendatario à queſta vendita, e di concedere à Bentiuogli la noua inueſtitura*, *vt in Summario D. Cardinalis num.* 1.

Non obſtat, quod ſaltem ex natura, & qualitate delicti læſæ maieſtatis à Comite Franciſco commiſſi feudum Domino fuerit apertum, vt pluribus probat *Scrader. de feud. par.* 9. *cap.* 8. *num.* 18. Quia vltra quod eadem ratio prohibitiua præiudicij æquè militat in crimine læſæ maieſtatis, ac in alijs cum ſtet à parte rei independēter à voluntate delinquentis; Reſponſum fuit quod quicquid ſit de præiudicio quod ex crimine læſę maieſtatis per Vaſſallum patrato filijs illius, ac alijs deſcendentibus generatur certum eſt, quod in feudis ex pacto, & prouidentia (vt in præſenti) ad hæredes extraneos non tranſitorijs per tale delictum non affertur detrimētum fratribus, & alijs agnatis tranſuerſalibus, quin poſt mortem de-
5 linquentis poſſint, & debeant excluſo Domino ad feudi ſucceſſionem admitti iuxta diſtinctionem *Bald. in l. placuit* 42 *ſub num.* 1. *verſ. conſidera, aut Fellonia Cod. de liber. cauſ. Iſer. in d. tit. ſi Vaſſallus feudo priuetur numer.* 7. *verſ. eo hoc videtur verius, & in d. tit. quæ ſit prima cauſa beneſ. amitten. num.* 49. *in fin. & n.* 50. *& ibi Afflict. §. denique num.* 4. *Frecc. de ſuo feud. lib.* 3. *Autorit.* 29. *ſub num.* 1. *Marin. de gener. feud. par.* 2. *tit.* 2. *n.* 88. *Vulter. de feud. cap.* 11. *num.* 147, *Crauett. conſ.* 49. *num.* 13. *verſ. ſecundo in quæſt. Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 28. *num.* 21. *Curt. iun. de feud. in* 5. *par. num.* 5. *Menoch. conſil.* 304. *num.* 34. *&* 35. *lib.* 4. *& conſ.* 534. *numer.* 11. *&* 12. *lib.* 6. vbi quod hoc caſu melior eſt conditio Agnatorum, quam filij, *& conſ.* 815. *num.* 34. *& ſeqq. lib.* 9. *Loffred. conſ.* 1. *num.* 43. *Artmam Piſtor. quæſt. Iur. lib.* 2. *qu.* 15. *num.* 32. *& ſeqq. Mart. vot. Piſan.* 97. *num.* 15. vbi ex alijs inquit ita fuiſſe iudicatum per Regiam Cameram Neapolis, quod comprobat *Modern. Hiſpan. de ſucceſſ. feud. par.* 1. *qu.* 7. *art.* 2. *num.* 8. *& ſeqq. & nu.* 15. Et præiudicium aliorum in terminis diuerſis procedit, quando ſcilicet qui condemnatus eſſet, quia in primum caput *leg. Iuliæ maieſtatis*
6 *incediſſet*, vt firmat *Alciat. lib.* 5. *reſponſ.* 132. *num.* 42. *verſ. idem quoque Farinac. de delict. & pœnis quæſt.* 25. *numer.* 92. *Rolan. à Vall. conſ.* 68. *num.* 3. *verſ. & ſimiliter. & n.* 9. *lib.* 4. *Gaill. de pac. publ. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 16.

Hinc titulus oneroſus, & quod Caſtra pecunijs Comitis Franciſci empta fuerint ad effectum, de quo agitur ſuffragari non poteſt, nam hoc non probatur, & probatum non releuaret, quia titulus ſolutionis non prodeſt, vbi alijs pro nominibus expreſſis ſunt vocati, cum illis ſit æquè principalitèr ius quæſitum, vt ſupra dictum eſt, & quia conſiderandum eſt pro quibus empta, & reſpectiuè conceſſa fuerint, non cuius ære acquiſita, ex quo contrahentium intentio præponderat præſumptioni, ex ſolutione pecuniarum reſultanti, & non attenditur cuius eſt pecunia, ſed perſonæ, in
7 quas Dominus conſenſit, vt in ſpecie ponderat *Galeot. contr.* 28. *num.* 17. *lib.* 1. *Capic. Latr. deciſ.* 168. *num.* 45. *lib.* 2. Intentio autem Commendatarij recipien. omnes in Vaſſallos patet ex ſupradictis. Et cum in compēſationem huius oneris fuerit Com. Franciſco attributa facultas diſponendi ſolummodo inter comprehenſos, hinc potius argui-
8 tur denegata poteſtas illis quoque modo præiudicandi, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *par.* 1. *num.* 12. *fol. mihi* 130. *tom.* 1. *Rot. in Viterbien. Caſtrorum deciſ.* 366. *ſub numer.* 2. *verſ. & prædicta voluntas par.* 4. *rec. & in Romana Cenſus, ſeu Saluiani* 27. *Iunij* 1653. *§. non obſtat, quod primo requirenti coram bon. memor. Bichio.*

Neque applicatur obiecta diſtinctio hanc concluſionem procedere, quando plures ſimul, ſecus quando ſucceſſiuè ſunt vocati, vt in præſenti caſu, quo ſtipulatio per Comitem Franciſcum interpoſita, intelligen. dicitur in ſenſu ſimultaneæ acquiſitionis excluſiuo: Quia ſucceſſiua vocatio Comitis Alexandri, & Georgij excluditur ex eo, quod Inſtrumentum loquitur etiam principali nomine ipſorum *Alexādri, & Georgij, & pro eorum filijs, &c.* Vlterius fundamentum DD. de Bentiuolis non conſiſtit in tempore vocationis, ſed in eo, quod Comes Alexander eorum Pater æquè principaliter, propoſito nomine, & inſolidum vocatus fuit, vt conſtat ex ſupradictis, & ex datis Summ. Eminentiſſimi D. Card. nu. 2. ibi: *Pariterque teneantur dd. Illuſtriſs. Conductores, & eorum quilibet teneatur, &c. petere, & accipere cum effectu, &c.* quæ verba cum ratione oneris inſolidum iniuncti demonſtrent eos in Inueſtitura fuiſſe inſolidum vocatos,
9 & poſt *Ruin. conſ.* 159. *ſub num.* 10. *verſ. ſicuti ergo onus lib.* 1. *Rot. coram Card. Caual. dicta deciſ.* 219. *num.* 6. *Reuerendiſſ. Eugub. d. deciſ.* 72. *num.* 9. *lib.* 1. *Anton. Amat. reſol.* 84. *num.* 22. *p.* 2.

Etiam

Etiam ſi ſucceſſiua eſſet vocatio vnus alteri
10 delinquendo, vel aliter præiudicare non
potuit *Rolan. à Vall. conſ. 1. num. 54. verſ. vel ſi Inueſtitura dicat lib. 3. & conſ. 15. nu. 3. verſ. quia ex iſtis verbis lib. 4. Farin. d. q. 25. nu. 93.* & præter ibi adductos *Paſchal. de Virib. patr. poteſt par. 4. c. 5. ſub num. 31. verſ. ſecus quando Schrader. de fæud. par. 9. cap. 1. num. 7.*

Maximè cum prædictis fratribus facta
fuerit conceſſio *donec eorum, & cuiuslibet eorũ linea durabit*, quæ verba (licet regulariter
fæudi conceſſio pluribus facta intelligatur
pro virili) operantur, vt vno ſine filijs per
11 mortuo eius portio cæteris accreſcat, nec
ad Dominum deuoluatur *Menoch. conſ. 682. num. 8. Mandoſ. ad Rom. conſ. 315. in verbo, fæudo, Mant. de tacit. lib. 2. tit. 34. num. 28. Ouid. de Amic. de iur. emphit. quæſt. 66. num. 18. Grat. diſcept. 707. num. 8. & 9. Ant. Amat. d. reſol. 84. num. 25. lib. 2. Rot. coram Pen. deciſ. 699. nu. 4. & in rec. dec. 435. num. 4. & 5. par. 1.* Vbi quod non eſt propriè
ius accreſcendi, ſed eſt potius quædam ſucceſſio ex pacto, vel Inueſtitura, *& deciſ. 373. num. 11. & ſeqq. par. 4. tom. 2.* Et Dominus directus non poteſt bona prætendere niſi deficientibus Inueſtitorum lineis, qui caſus
non poteſt dici eueniſſe niſi poſt mortem
12 omnium *Ruin. conſ. 43. ſub numer. 11. verſ. in Contractibus lib. 1. Hond. conſ. 54. num. 26. lib. 1. Menoch. conſ. 1063. num. 4. lib. 11. de communi, & magis vera Grat. diſcept. 272. numer. 14. & ſeqq. Corbul. de cauſ. priuat. ob lineam finitam num. 89. Rot. coram Seraph. deciſ. 161. num. 1. & in Romana fideicommiſſi de Soricijs 22. Maij 1643. §. præterea, & ſeqq. coram Reuerendiſs. D. Compoſtella.*

Nec releuat denique, quod Inueſtitura
DD. de Bentiuolis tamquam alterata in
præiudicium Eccleſiæ, ex admiſſione plurium perſonarum, quam in prioribus continerentur nullius ſit roboris; Non ſolum
13 quia ad euitañ nullitatem actus præſumitur, cum prima Inueſtitura conformis *Theſaur. deciſ. 227. num. 14. Bero. conſ. 77. numer. 28.* Sed etiã quia talis apparet ex eo quod huiuſmodi Caſtra ab antiquiſſimo tempore
fuerunt ſolita concedi pluſquam duabus
perſonis, vt ex Breui felic. rec. Leonis X.
vſque de anno 1518. in primo Sum. corũdem DD. de Bentiuolis. Concurrentibus
præſertim alijs facti circumſtantiis aſſertione nempè Domini directi, quod hæc vltima inueſtitura erat ad normam antiquę, ex
14 qua non mediocris præſumptio deducitur,
vt tradit *Menoch. conſ. 745. num. 10.* obſeruantia ſubſecuta, quæ per annos 40. & vltra
durauit quo tempore Inueſtitura ſemper
vti valida (etiam mutatis Dominis directis) fuit obſeruata, hinc namque optima
15 inſurgit interpretatio in materia fæudali
multum conſiderabilis *Brun. conſ. fæud. 127. verſ. quod ſi quartam aſſumamus lib. 2. Menoch. 331. num. 21. verſ. & in claris terminis Rot. coram Buratt. deciſ. 206. num. 27. & in Sarſinaten. fæudi 22. Iunij 1645. §. demum obſeruantia coram Reuerendiſs. D. meo Dunozetto Decano,* & tandem
approbatione huiuſmodi Inueſtituræ facta
16 per Eminentiſs. Card. Sacchettum eam in
Camera contra Fiſcum producendo, *Felin. in cap. cum Venerabilis 6. num. 22. de except. Rot. deciſ. 663. ſub num. 23. verſ. & iſta Breuia par. 1. recent.*

Quæ omnia operantur, vt Inueſtitura
dicatur interim habere implicitum ſtatum
validitatis, vt effectum immiſſionis produ-
17 cere poſſit *Rot. deciſ. 623. num. 9. par. 4. rec. to. 3.* & in iſtis terminis *in Fanen. ſeu Senogallien. bonorum ſuper immiſſione 14. Martij 1646. §. cætera autem coram R. P. D. meo Meltio;* Vel ſaltem
adeò turbidam reddunt nullitatis exceptionem, vt tanquam altiorem indaginem requirens petitam immiſſionem retardare nõ
18 valeat *Gaſpar. Ant. Theſaur. q. forenſ. 11. num. 6. lib. 2. Rouit. conſ. 1. num. 44. lib. 1. Rot. d. deciſ. 204. num. 7. par. 7. rec. & in d. Fanen. ſeù Senogall. vbi ſup. & in Mediolanen. prætenſæ deuolutionis 11. Febr. 1650. §. Etenim certum eſt uerſ. unde quemadmodum coram eod. R. P. D. meo Meltio.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO

Romana Cambij.

Lunæ 18. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Minoris obligatio abſquè interuentu proximiorum nulla ex Satuto Vrbis Conſanguinei remotioris præſentia illam non firmat quoties præcedens in gradu interuenire non impeditur, & impedimentum non attenditur, niſi multo duraturum. Iuramentum minoris aſſerentis ſe proximiores non habere vti metu, & dolo exartum reputatur; Si obligationi ſe minor ſubijciat ad fauorem Patris, vocatur proximior de linea materna prohabito proximiore de linea paterna.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio minoris redditur nulla, dum proximior in gradu interuenire poterat in contractum, & non interuenit.*
2 *Etiam ſi minor iurauerit nõ habere proximiores.*
3 *Indicia, & coniecturæ ſolent admitti ad probationem proximitatis.*
4 *Teſtis vnicus cum adminiculis probat.*

5 *Proximior impeditus non idcirco admittitur remotior in gradu quando impedimentum non eſt diuturnum.*

6 *Obligatio minoris ſolemnitatibus ſtatutarijs roborata ſuſtinetur.*

DECISIO XXXII.

PRo cambio in ſcutis 1000. à Iacobo Phi-
lonardo cum Cauallarino contracto, Ma-
rius eiuſdem Iacobi filius, tunc minor, fi-
deiuſſerat, necnon coram A. C. ad ipſius
ſolutionem adſtrictus, ſucceſſiuè ſuccu-
buerat. Ad huius proindè inſtantiam, ſu-
per validitate obligationis commiſſa mihi
cauſa, dubium hodiè propoſui, reſolutum
negatiuè.

Licet enim obligatio hæc decreto Iudi-
cis, nec non Pompei Columnæ, ac Petri
Vincentij Caualerij proximiorum inter-
uentu munita fuerit, attamen dum R.P.D.
Cincius, in gradu Caualerio proximior, po-
terat intereſſe contractui, Marij proindè
1 obligatio huius aſſenſu deſtituta, tanquàm
nulla debet omnino corruere ex diſpoſitio-
ne Statuti Vrbis *lib. 1. c. 113. & c. 151. notat
Aym. conſ. 80. num. 14. Rota coram Greg. dec. 406.
num. 6.* Dum in hoc potiſſimè contractu,
reſpiciente fauorem Patris, poſthabito Ca-
ualerio, in eiuſdem Patris linea coniuncto,
proximiores lineæ maternæ, & conſequen-
ter Franciſcus Columna, Marij Auunculus
debuerat adhiberi, vt aduertit *Pie. ad idem
ſtat. c. 151. gloſ. 17. num. 1. Rot. coram Verall. deciſ.
205. in princ. par. 3. & in Romana ſucceſſ. de Co-
mitibus 23. Iunij 1642. in §. defectus autem coram
Reuerendiſs. D. meo Decano*, non obſtante,
quod idem met Marius, ſe orbatum pro-
ximioribus conſanguineis, qui poſſent in-
2 teruenire contractui, præſtito Sacramento,
firmauerit; Poſtquàm enim ſtatuti forma
expleta non fuit, ex ipſius diſpoſitione, iu-
ramentum vti metu, & dolo extortum,
inefficax reputatur, vt notat *Ruin. conſ. 95.
num. 8. verſ. nec obſtat lib. 5. Rota deciſ. 54. num. 2.
par. 2. recent. & coram bo. mem. Vrgellen. deciſ. 18.
num. 1. & 2. & in Romana Societ. officij 1. Iulij
1649. coram Eminentiſs. D. Card. Otthobono inter
impreſſas deciſ. 1. num. 5. cum ſeqq.*

Conſanguinitas verò proximior R.P.D.
Cincij perperam impugnatur, dum ipſe in
quarto dumtaxat, Caualerius verò in quin-
to gradu coniunctus exiſtit, vt plura com-
probant inſtrumenta ex parte Marij exhi-
bita, quæ Franciſcum pariter ipſius Auun-
culum extitiſſe commemorant, ac plenum
3 probationis gradum in propoſito caſu cō-
ſtituunt, quo indicia, & coniecturæ ſolent
admitti, vt notat *Aret. conſ. 37. num. 1. verſ. ve-
nio igitur Gemin. conſ. 27. num. 8. & reſpondit Ro-
ta deciſ. 331. num. 14. par. 6. rec. & in Romana ſuc-
ceſſ. de Comitibus 23. Iunij 1642. in §. nam quod
coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Quod autem hi potuerint intereſſe con-
tractui, comprobat exiſtentia ipſorum tunc
temporis in Vrbe, ea quippe R.P.D. Cincij
ex iuriſdictione eadem die contractus adſti-
pulati 15. Februarij 1648. per ipſum, vti
Locumtenentem D. Card. Vicarij exerci-
ta, comprobatur, quæ præſentiam ipſius
omninò præſefert, vt dixit *Felin. in cap. tenor
num. 3. fallentia 2. de re iudic. Ruin. conſ. 154. nu-
mer. 11. lib. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump.
19. num. 6. & in his terminis reſpondit Rota coram
Greg. deciſ. 484. per tot.*

Ex iſtantia verò Columnæ ex ipſius de-
poſitione conuincitur, quod in menſe Fe-
bruarij nunquam ab Vrbe diſceſſerit, Tum
ex eiuſdem interuentu in Choro Baſilicæ
Lateranen. ſub ſequenti die poſt celebratū
immediatè contractum, tùm denique ex
depoſitione alterius teſtis, de certa ſcientia
atteſtantis, eumdemmet Canonicum toto
4 tempore menſis Februarij Romæ deguiſſe,
qui licet vnicus, adminiculis tamen ſupe-
rius ponderatis perſpectis, ſufficientem
probationis gradum poterit conſtituere, vt
in proximis terminis reſponſum fuit in *Ro-
mana teſtamenti 22. Martij 1656. coram R.P.D.
meo Cerro in §. identitas.*

Hinc, poſtquam proximiores in gradu
aſſenſum poterant naturaliter præſtare in
contractu, accidentalis eorumdem habili-
tas, ſiuè carentia impedimenti non debue-
rat à Mario comprobari; Quinimo licet
eadem die contractus aliquo impedimento
detenti forent, non tamen remotiores in
gradu poterant adhiberi, ſed ſtipulatio, ex
quo impedimentum longo temporis curſu
5 durare non poterat, in ſequentem omnino
diem debuerat differri, vt recedendo à de-
ciſione contraria reſponſum fuit in *dec. 713
per tot. par. 2. rec. & in Romana ſucceſſionis de Co-
mitibus 23. Iunij 1642. in §. quod potuerint coram
Reuerendiſſimo D. meo Decano, & notant adden.
ad deciſ. Gregor. deciſ. 406. num. 19. verſ. aduerten-
dum tamen eſt.*

Animaduertebant præterea Domini,
quod cauſa obligationis Marij Iudici pro-
poſita, ad nonnullas paternæ domus indi-
gentias reparandas, vaga nimis, ac genera-
lis extiterit, & conſequenter inepta, ac nul-
lius penè roboris reputatur ex diſpoſitione
Stat. Vrbis cauſam omninò ſpecificam pro
validitate obligationis exquirentis, vt no-
tat *Pie. ad idem ſtatutum in adducto cap. 151. gloſ.
22. num. 4. Rota coram bon. me. Merlino deciſ. 714.
num. 35. cum ſeqq.* & alijs relatis iuribus reſ-

ponſum fuit *in Romana domus* 14. *Ianuarij* 1656. *in princ. coram me*.

Nequè vrgere viſa fuit imminens carceratio Patris, elicita ex promiſſa fideiuſſione filij ſub obligatione Camerali, ex qua obli-
6 gatio minoris, quoties ſolemnitatibus ſtatutarijs roborata fuerit, ſubſtinetur iuxtà *tex. in l. 1. vbi gloſ. in verbo fideiuſſor C. de fil. fam. min. Rota deciſ. 145. num. 3. par. 4. rec. & in Ancon. pecuniaria* 31. *Martij* 1653. *in* §. *iniuſtitia quoque*, & 15. *Maij* 1654. *in* §. *de validitate autem coram R. P. D. meo Zarate*; Siquidem vrgere poſſet obiectio, in ſeparato quoties inſtrumento, ac penitus diſtinctio, Marius ſe fideiuſſorio nomine obligaſſet, ſecus verò dum teſtes vnica dumtaxat vice, & in fine inſtrumenti noſcuntur adhibiti, Tunc enim contractus vnicus reputatur, ex quo connexus exiſtit, & continuatiuè fuit expeditus, vt reſponſum fuit in *Romana*, *ſeu Albanen. diuiſionis* 1. *Februarij* 1649. *in* §. *neque obſtat cum tribus ſeqq. coram R. P. D. meo Cerro*, & *in Leodien. Canonicatus* 7. *Februarij* 1646. *coram me in* §. *nec poterit*; Licet fideiuſſionis promiſſio præceſſerit, cum in eodem inſtrumento prius neque poſterius valeat aſſignari ad *tex. in l. iuriſgentium* §. *quinimo ff. de pact. Tiraq. de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 5. *num.* 1. *verſ. ideoque ambo actus Rota coram bon. me. Merlino dec.* 792. *num.* 21.

Et ità vtraque parte &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romanæ prætenſæ filiationis.

Veneris 22. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Partus ex muliere publico quæſtui expoſita, certum Patrem indicare non poteſt. Aetas ſeptuagenaria facultatem generandi naturaliter non excludit, ſed hoc temquam caſus raro contingens, non habet iuris præſumptionem pro ſe. Deſcriptio in libro baptiſmatis non exarata iuſſio prætenſi Patris paternitatem non probat. Tractatus, & alimentorum præſtatio filiationem non conuincit vrgentibus aduerſis coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Filij ex muliere publico quæſtui expoſita ratione incertitudinis patrem certum ſibi aſſumere non poſſunt.*
2 *In ſene ſexagenario de iure excluditur procreationis præſumptio.*
3 *Prolis ſuſceptio potius ex viro iuuene quam ex viro ſeptuagenario credenda eſt.* & *nu.* 10.
4 *Actus quibus quis tractatus fuit vti filius licet quaſi poſſeſſionem filiationis inducant tamen inefficaces cenſentur quando aſſertus pater pro ſuſcipienda prole inhabilis extitiſſe præſumatur.*
5 *Quod eo magis procedit ſi præſumatur deceptus, vel alius fateatur exſe ipſo progenitus.*
6 *Maiores probationes requiruntur in iudicio deciſorio filiationis, quam in alimentis pendente lite petitis.*
7 *Deſcriptio in libro baptiſmi ſub cognomento alterius deſumpta non facit coniecturam filiationis niſi probetur iuſſu prætenſi patris expleta.*
8 *Senes aliquando ſeptuagenarij prolem ſuſceperunt.*
9 *Quæ de raro contingunt perſpecta diſpoſitione iuris contrarium præſumentis non attenduntur.*
11 *cum Gignendi potentia, tum ex naturali ratione tum ex præſumptione iuris in ſene, vt plurimum excluditur vrgentibus probationibus debet probari filiatio.*

DECISIO XXXIII.

Lite in hoc Sac. Auditorio inſtituta, atque vertente inter Mattheum, & Eugeniam agentes pro alimentorum præſtatione in bonis q. Io. Baptiſtæ Veralli Marchionis Caſtri Viſcardi prætenſi eorum Patris naturalis aduerſus Dominam Marchioniſsã Mariam eiuſdem Io. Baptiſtæ filiam legitimam, & naturalem necnon beneficiatam ab inteſtato hæredem, poſt habitas plures hinc inde probationes dubitaui, an filiatio Mathei, & Eugeniæ ſufficienti probationũ genere concludatur, & in negatiuam poſt cauſam bis propoſitam hodie DD. iuere ſententiam: ſi quidem conſtat ex Teſtibus pro parte Marchioniſſæ productis, Angelam Matthei, & Eugeniæ matrem Io. Iacobo Ferrario, florida tunc fruenti ætate, ac
1 publico quæſtui expoſitam, extitiſſe; Hinc enim filij ex Angela progeniti vulgo concepti cenſentur, neque ratione incertitudinis Marchionem Io. Baptiſtam potuerunt proinde in patrem aſſumere *iux. tex. in l. vulgo concepti ff. de ſtat. homin.* §. *ſi aduerſus inſt. de nupt.* §. *vulgo quæſitos inſtit. de ſucceſſione cognat. not. DD. in l. filium ff. de his, qui ſunt ſui, uel alien. iur.* & *ibi Bald. num.* 11. *Alber. num.* 13. *Alex. conſil.* 157. *num.* 1. & 2. *lib.* 2. *Natt. conſ.* 205. *num.* 2. & 3. *Rota coram Mantic. deciſ.* 149. *nu.* 10. & 11. & *deciſ.* 289. *num.* 2. *cum ſeqq. par.* 1. *recent.* & *in Romana Filiationis* 1. *Iulij* 1639. §. & *quidem prima coram Reuerendiſſimo Salamantino*, & *in Farfen. Bonorum* 23. *Ianuarij* 1647. *in* §. *eo magis coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Corrado*, licet eumdem Ioannem Baptiſtam comer-

cium carnale cum Angela exercuiſſe pro-
2 betur. Dum enim procreationis præſumptio in ſene ſexagenario ex diſpoſitione iuris excluditur de qua in *l. ſi pater familias §. ultimo ff.de adopt.Menoch.de arbitr.caſ.89.nu.58 cum ſeqq.Maſcard.de probat.concl.788.numer.43.* & *45.* habita prolis ſuſceptio non quidem Marchioni ſeptuageſimum tertium ætatis annum agenti, ſed potius Io. Iacobo Ferrario valde formoſo, ac in ętate iuuenili tunc conſtituto, necnon Angelæ, cum qua ſi-
3 mul viuebat, prædilecto adſcribitur, vt in terminis notat *Fulgoſ.conſ.212.num.4. Soccin.ſen.conſ.65.num.2.lib.3.Giouagn.conſ.6.num.42. cum ſeqq. lib.1. Surd. deciſ.83. numer. 17. verſ. demum.*

Hinc vrgere non poterit, quod Marchio, Mattheum, & Eugeniam in filios, vt prætenditur agnouerit, necnon eos in pluribus Epiſtolis filiorum nomine appellauerit, ac ipſis alimenta præſtiterit; Præterquã enim quod Epiſtolæ negantur exaduerſo recognitæ, tractus licet quaſi poſſeſſionem filiationis aduerſus agnoſcentem in filios, atque eiuſdem hæredes regulariter inducere conſueuerint, vt aduertit *Menoch.de præſumpt.lib.6.præſumpt.53.nu.23. Gratian.diſcept.*
4 *forenſ.653.num.72.* & alijs relatis iuribus reſponſum fuit in *Viterbien. fideicommiſſi 2. Maij 1653. coram me,* in propoſito tamen caſu inefficaces exinde cenſentur quod Marchio blanditijs ſagacis Mulieris, cum alijs pariter ſe carnaliter commiſcentis, deceptus conuincitur, poſt quam is in ſenili ætate conſtitutus, nec non mala valitudine correptus, pro ſuſcipienda prole inhabilis extitiſſe præſumitur, vt aduertit *Fulgoſ.conſ.212. num.1.Pariſ.conſ.29.num.96.cum ſeqq.lib.2.Menoch.conſ.81.num.2.Giouagn.conſ.6.num.50.lib.1*
5 *Surd.deciſ.83.num.21.* Accedente præſertim iterata confeſſione Ferratij quod ijdemmet filij fuerint ex ipſo progeniti, vt ponderat *Alex.in conſ. 157. num. 1. lib.5. Surd. in adducta deciſion.83.num.6.verſ. pro aduerſa autem parte.*

Præterea filiationis quaſi poſſeſſio ex tractatu, ſeù denominatione elicita in hoc deciſorio filiationis Iudicio nullatenus poſſet ſuffragari, vt notat *Couarr.de ſponſ. par.2.cap.8.in 3.§.num.6.Rot.coram Mantic.deciſ.149.numer.8.* & *in deciſ.289.num.2.cum ſeqq.par.1. rec.* & *in Romana filiationis prima Iulij 1639. in §.camoti ratione verſ. quando verò coram Reuerendiſſimo Compoſtellano,* & *in Farfen.Bonorum 23.Ianuarij 1647.in §.Hæ tamen coram Eminentiſſimo*
6 *D. Cardinali Corrado*; Vrgentibus potiſſimè coniecturis in contrarium in propoſito caſu, vt aduertit *Surd.deciſ.83.nu.21.* quicquid dicen. foret in alimentis lite ſuper principali negocio pendente petitis, tunc enim probationes leuiores admitti ſolent, vt dixit *Rot.in adducta deciſ.289.num.1.par.1.rec.* & *in Romana filiationis prima Iulij 1639.coram Reuerendiſs.Salamantino.*

Hinc pariter altera filiationis præſumptio ex deſcriptione in libro Baptiſmi, ſub cognomento Veralli deſumpta penitus arcetur: Quinimo nec ipſa deſcriptio, dum
7 iuſſu prætenſi Patris non probatur expleta, pro coniectura filiationis poterit deſeruire, vt aduertit *Lancellott.Gallia conſ.15.num.105. verſ.Præterea Capic.latr.deciſ.166. num.52. Rot. in Romana de Bonellis 29. Nouembris 1614. coram Vbaldo.*

Non etiam videtur vrgere, quod ſenes ſeptuageſimum licet annum explentes prolem aliquando ſuſceperint, vt teſtatur *Menoch.de arb.caſ.89.num.57. cum ſeqq. Rota deciſ. 20.num.25.* & *26. part. 5. recent.* Poſtquam
8 enim inter caſus raro contigentes ſolet hic recenſeri, poſſibilitas generandi, perſpecta diſpoſitione iuris contrarium præſumentis, inefficax propemodum reputatur niſi claris, ac euidentibus probationibus eadem
9 concludatur; In Iudicijs quippe accidentia ſecundum naturæ curſum inſpici ſolent; non autem quæ raro ex poſſibilitate contingunt, vt aduertit *Menoch. in contrarium exaduerſo adductus d.caſu.89.num.58.Soccin.ſen.conſ.65.num.2.lib.3.Pariſ.conſ.29.num.50.vol.2. Purpur.conſ.302.in fine Giouagn.conſ.6. num.53. lib.1.Surd.deciſ.53.num.21.in fin.* & *22.* Quinimo ex libero omnium, ac Io.Iacobi Ferrarij præſertim, ad Angelam acceſſu, pænitus
10 remouetur obiectio. Ex ipſo namque in ætate florenti tunc conſtituto filij concepti præſumuntur, vt in ſpecie ponderat *Giouagn. in dicto conſ. 6.* cæterique ſupra relati, quicquid dicendum foret ſi Angela ſub ſchemate concubinatus, excluſo cæterorum acceſſu, à Marchione retenta fuiſſet.

In hanc præterea ſententiam DD. facilius inclinarunt ex maximo inueriſimilitudinis concurſu, quod Marchio Senio penè confectus tribus continuis in annis prolem ſuſceperit, cum tamen Angela antecedenter ab ipſomet Marchione ſub ſchemate concubinatus per diuerſa tempora in Caſtro retenta, nunquam ibidem concepiſſe probetur. Dum itaque, gignendi potentia tum ex naturali ratione, tum ex præſumptione Iuris in ſene, vt plurimum excludatur, vrgentibus proindè probationibus, filiatio hæc debet omnino probari, vt notat *Menoch.de arbitr.d.caſ.89.num.64.Surd. dec.83. num.27.* &c.

Et ità pro excluſione filiationis, necnon alimentorum denegatione fuit hodie reſponſum, cum maxime paupertas exaduer-

ſo

ſo non probetur, vt notat *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 552. *num.* 10. *& reſpondit Rota coram Andr. deciſ.* 84. *num.* 1. *&* 5. cum alijs relatis in *Toletana matrimonij* 1. *Februarij* 1649. *in* 1. §. *coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado,* vtraque &c.

REVERENDISS. DOMINO PAPIEN.

Maioricen. Canonicatus

Lunæ 25. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Teſtes deponentes ſuper conſuetudine non probant, niſi deponant de viſu in indiuiduo Caſus de quo agitur, ad quem non debet fieri extenſio conſuetudinis probatæ in alijs terminis; ſi depoſitio tendat ad ſubſtiuendum actum geſtum à Teſte non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus vti Epiſcopus nullum habet in rebus pertinentibus ad capitulum votum deciſiuum conſideratus vti canonicus habet vnicum votum.*

2 *Ad probandam conſuetudinem quod votum Epiſcopi habeatur pro magis qualificato tria requiruntur.*

3 *Conſuetudo vt ſuffragari poſſit debet ſpecifice & in indiuiduo caſus controuerſi probari.*

4 *Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum ſed debet probari in eadem met facti ſpecie.*

5 *Conſuetudo optandi reſpectu archidiaconatus non ſuffragatur quoad Diaconatum.*

6 *Vbi eſt diuerſa ratio ibi ius diuerſum ſtatuendum eſt.*

7 *Conſuetudo habendi duas voces in capitulo requirit diuturnitatem quadragenariam.*

8 *Ad effectum probandi quadragenariam dandi votum requiruntur teſtes de viſu actum & non de auditu.*

9 *Epiſcopus habens duos canonicatus & duas præbendas habet duo vota.*

10 *Ex actibus diuerſimodè formatis induci non poteſt aliqua conſuetudo.*

DECISIO XXXIV.

Reſolutioni in hac cauſa emanatæ ſub die 27. Martij 1656. pro iuſtificatione gratiæ D. Ioannis de Togores in omni parte, & ſignanter in ea, in qua narrauerat Franciſcum de Oleza à maiori parte Capituli, vel ſaltem medietate præſentatum fuiſſe, non acquieſcens Didacus Deſclapes ea potiſſimum ratione, quod, vt ipſe prætendebat, Epiſcopus, qui ad eius fauorem ſuffragium dederat, haberet votum qualificatum, ita vt in paritate votorum ſuum præponderet, concludiquè faciat pro maiori parte, non ſecus, ac ſi duplex votum haberet ad id probandum petijt, & obtinuit remiſſoriam, qua expedita, & poſt plures examinatos teſtes ad Curiam remiſſa hodie dubitatum fuit, An eſſet ſtandum in iam deciſis, & DD. affirmatiuè reſponderunt.

Etenim de iure Epiſcopus vti Epiſcopus nullum habet in rebus pertinentibus ad Capitulum votum deciſiuum ita diſpo-
1 nente Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 6. de reform. & tenet *Modern. Luſit. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 73. *numer.* 17. *verſ. ſi Epiſcopus*; Conſideratus verò vti Canonicus, & vnus ex Capitularibus habet vnicũ tantum votum *Abb. in cap. poſtulaſtis num.* 14. *de conceſſ. præb.* idem *Modern. Luſitan. dicta alleg.* 73. *numer.* 18. *verſ. quando verò. Rota coram Merlino deciſ.* 591. *numer.* 2. *Gratian. diſcept. for. cap.* 106. *nu.* 5. *cum ſequen. Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 104. *&* 105.

Nequè huic iuri cenſeri poteſt derogatum per illam prætenſam conſuetudinem, vt in paritate votorum illud Epiſcopi ſolitum ſit haberi pro magis qualificato; ac cæteris præualeat. Quia licet ad hanc prętenſam conſuetudinem probandam examinati fuerint plures teſtes remiſſoriales tamen eam minime concludunt, ex quo illi deficiunt in requiſitis ad conſuetudi-
2 nem probandam neceſſarijs ſcilicet in viſu actus, cuius conſuetudo allegatur, eiuſdem actus frequentia, & diuturnitate temporis, ex quo tacitus Populi conſenſus elicitur ita communiter DD. *Azo in ſumma C. quæ ſit longa conſuet. Cyn. in l.* 3. *C. eod. tit. verſ. ſed quæro Alex. conſ.* 131. *numer.* 9. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 485. *numer.* 25. 27. *&* 29. *Maſcard. de probat. concl.* 424. *nu.* 2. *cum ſeq. Mareſcott. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 100. *numer.* 1. *Rota coram Caual. deciſ.* 125. *numer.* 8. *verſ. Sed omnem euentum Add. ad Buratt. dec.* 497. *numer.* 11. *in recent. deciſ.* 497. *numer.* 2. *par.* 2. & vno ex dictis requiſitis deficiente, vt tota probatio corruat firmat *Rota in recent. deciſ.* 255. *numer.* 4. *par.* 1. *& deciſ.* 497. *numer.* 2. *par.* 2.

Deficiunt in propoſito caſu primum, & ſecundum ex dictis requiſitis. Quia teſtes examinati non ſolum non deponunt ſępius vidiſſe, quod in electione Canonicorum votum Epiſcopi in paritate votorum cæteris præualuerit, & fuerit concluſum pro ea parte cui Epiſcopus adhæſit, vt immò omnes ingenuè fateantur nunquam eue-
3 niſſe caſum electionis Canonici in paritate votorum, & ita excludunt potius quàm

concludunt conſuetudinem. Nam vt illa ſuffragari poſſit debet ſpecificè, & in indiuiduo caſus controuerſi probari ad *text. in cap. fin. de conſuetud. in 6. l. quod verò contra, & in l. quod non ratione ff. de legib. Old. conſ. 237. Crauett. conſ. 96. numer. 4. verſ. circa ſecundum Surd. conſ. 254. numer. 26. Gratian. diſcept. for. cap. 79. numer. 10. Rota coram Seraph. deciſ. 1159. num. 4. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 162. numer. 4. coram Buratt. deciſ. 129. num. 6. & deciſ. 895. numer. 4. Rota deciſ. 72. numer. 35. par. 2. diu. & in recent. deciſ. 214. num. 20. par. 7. deciſ. 323. nu. 24. par. 4. tom. 2. & deciſ. 529. numer. 4. eadem par. 4. tom. 3.*

Hinc non releuat quod dicti Teſtes ſpecificent alios actus Capitulares officialium, & Miniſtrorum in quibus data paritate votorum fuit concluſum pro illa parte, cui adhæſit votum Epiſcopi; quia ex dictis actibus non valet inferri ad conſuetudinem præſentis controuerſiæ probandam, cum
4 illa non extendatur de caſu ad caſum, *Rota deciſ. 513. numer. 17. par. 5. & deciſ. 722. num. 27. & ſeq. par. 4. tom. 3. Buratt. deciſ. 273. numer. 13.* ſed debet probari in eademmet facti ſpecie, & in terminis omninò ſimilibus, necnon concurrentibus eiſdem qualitatibus *Bald. in cap. 1. num. 21. qui feudum dari poſſit Menoch. conſ. 54. numer. 37. Surd. conſ. 74. numer. 13. & deciſ. 131. numer. 8. cum duob. ſeqq.* vbi quod conſuetudo tantum habet potentiæ quantum actus, & non vltra *Natt. conſ. 46. num. 2. Rim. iun. conſ. 51. numer. 26. & conſ. 72. numer. 59. Rota coram Seraph. deciſ. 326. numer. 2. & deciſ. 497. numer. 7. par. 1. recent. & deciſ. 662. numer. 3. par. 3.* & fuit dictum in *Meſſanen. Decanatus 27. Maij* 1641. *§. nec releuant coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*; vbi quod conſuetudo optandi re-
5 ſpectu Archidiaconatus non ſuffragatur in eadem Eccleſia quoad Decanatum, & idem firmauit etiam *Rota coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono deciſ. 39. numer. 10. & in Mediolanen. penſionis 11. Decembris* 1647. *§. quatenus verò coram Eminentiſſ. D. Cardinali Corrado, & in Leodien. Canonicatus S. Martini 15. Ianuarij* 1652. *§. ſecunda coram R. P. D. meo Cerro*.

Idquè faciliùs admittendum venit attenta diuerſitate rationis quæ militat inter electiones Officialium, & Miniſtrorum de quibus loquuntur teſtes, & electionem Canonicorum, de qua hodie agitur. Primo namque caſu electio Officialium eſt temporanea, & ad nutum amouibilis, illa verò Canonicorum eſt perpetua, & irreuocabilis *Zabarel. conſ. 125. numer. 4. Modern. Luſitan. de Canon. & Dignit. cap. 12. numer. 12. & ſequen.* & in iſta debent citari omnes Canonici etiam abſentes, quod non fit in electione Officialium, *cap. quod ſicut de elect. idem Modern. Luſitan. de Canon. & Dignit. cap. 39. numer. 22.* & ita ſtante huiuſmodi diuerſitate rationis diuerſum quoque Ius eſt ſtatuendum *l. adigere §. quamuis de Iurepatr.* necnon conſuetudo in vno caſu probata trahi valet ad alium diuerſum *Crauett. conſ. 30. numer. 9. Cephal. conſ. 338. Surd. conſ. 206. num. 6. & d. deciſ. 131. à numer. 8. cum ſequen. Rota d. deciſ. 722. nu. 28. par. 4. tom. 2. recent.*

Hinc etiam reſultat reſponſio ad aliud obiectum, quod ex quo teſtes generaliter deponunt Epiſcopum in negotijs, & tractatibus Capitularibus ſolere gaudere huiuſmodi qualificatione inde reſultet probatio etiam quoad actum particularem electionis Canonici ſub dicta generalitate comprehenſum. Quia fallit obiectum, tum ſtante dicta rationis diuerſitate, tum quia quando prout hic ex allegata conſuetudine pendet deciſio cauſæ, & illa eſt magni præiudicij, non ſufficit generalis illius iuſtificatio, ſed debet in ſpecie probari ita fuiſſe ſeruatum, vt dixit *Rota deciſ. 357. numer. 2. coram Mantic.* Immo quod nedum ex identitate, ſed nec etiam ex maioritate rationis extendatur conſuetudo de caſu ad caſum tenet *Carlin. controu. 25. num. 23.*

Deficit etiam tertium requiſitum pro firmanda conſuetudine neceſſarium nempe diuturnitas temporis, quæ eſſe debet 40. annorum. Nam cum Epiſcopus vti Canonicus de iure non habeat niſi vnam vo-
7 cem, & vigore talis conſuetudinis prætendat habere duas, illa dicitur adimere Capitulo, & dare Epiſcopo, & conſequenter debet illa eſſe quadragenaria *c. final. & ibi gloſſ verb. legitimè de conſuet. Franc. in c. cum in tua numer. 5. verſ. ſecundo limita de conſuet. in 6. Soccin. conſ. 160. num. 19. vol. 2. Sperell. deciſ. 89. num. 25. & 26. Rota coram Pen. deciſ. 1023. nu. 3. & 4.*

Quod autem huiuſmodi quadragenaria non probetur patet, quia ex 23. teſtibus examinatis 12. non ſunt annorum 54. ſupra litem motam, vt ad effectum probandi quadragenariam requiritur *Seraph. deciſ. 1102. numer. 5. & 6. Coccin. deciſ. 337. numer. 1. Rota in recent. deciſ. 6. numer. 5. par. 6. Add. ad Buratt. deciſ. 678. numer. 14. & fuit dictum in Pampilonen. Vicariæ de Stella 3. Iunij 1643. corã R. P. D. meo Cerro §. ſed ceſſat difficultas*; Alij verò teſtes vel deponunt de auditu, & ita non releuant cum probare debeant de viſu actus, cuius conſuetudo allegatur *Add. ad Buratt. deciſ. 497. numer. 11.* vel deponunt de modico tempore, & ita quadragenariam excludunt, *Abb. in cap. 1. verſ. ſed contrarium de præſcript. in 6. Caputaquen. deciſ. 71. par. 2. Rot. coram*

Penia

Penia d.deciſ.1023.numer.3. vel ſunt Canonici, qui dederunt votum Didaco, & ita tanquam tendentes ad ſuſtinendam eorum electionem non ſunt habendi in conſideratione, vt firmauit alia *deciſ. ſub §. Nulloque pacto*.

Additur præterea, quod cum Epiſcopus vſque ad annum 1617. duos Canonicatus, & duas prębendas ſemper poſſederit potuit
9 illorum vigore habere in electionibus duo vota ſiue duas voces iuxta doctrinam *Abb. in c.cum olim 12.numer.2.de ſent.& re iudic.cum alijs cumulatis in Nouarien.Bonorũ 1.Iulij* 1644. *coram Reuerendiſſ.D.meo Decano*. Vnde cum ex hac etiam ratione prætenſa conſuetudo dubia & æquiuoca reddatur per conſequens irreleuans remanet,& non attendenda vt dixit *Rota deciſ.316. numer.4. poſt ſecun-*
10 *dum vol. conſ.Farinacc.* imò vt ex actibus diuerſimodè ſeruatis induci neque poſſit aliqua conſuetudo tradit *Dec. conſ.8. vol.2. & conſ.11. Crauett.conſ.96.numer.5.Rot.deciſ.280. num.4.& ſequen.par.3.recent.*

Et ita vtraque parte, &c.

REVERENDISS. DOMINO PAPIEN.

Bononieñ Iuriſpatronatus.

Mercurij 27. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Inuериſimilitudo habet immaginem falſi. Vniuerſitas, quæ paucis hominibus componitur, puſilla, & obiecta potentiæ ſuperiori, quæ de facili illam refrenare poteſt immunis eſt à ſuſpicione vſurpationis.

SVMMARIVM.

1 *Sac. Concilium Tridentinum ſeſſ.25.de reformat. cap. 9. præſumit ex duabus rationibus nempè potentiæ & inuериſimilitudinis in communitatibus ſeu vniuerſitatibus vſurpationem iuris patronatus.*
2 *Declaratur & num.3.*
4 *Inſignia in Tribuna Eccleſiæ & inſcriptio in eadem poſita in materia iuriſpatronatus probant.*
5 *Præſentationes factæ per annos 150.continuatæ in materia iuriſpatronatus probant immemorabilem.*
6 *Institutiones Præſentationum, quæ habuerunt effectum ſuum confirmant ius quæſitum ex præſentationibus.*
7 *Immemorabilis, licet debeat probari per teſtes tamen ea ſcripturis antiquiſſimis probari poteſt.*
8 *Clauſula quatenus Eccleſia non eſſet de iure patronatus perſeruat ius Patronis, & numer. 9.*
10 *Qui non appellat à ſententia cenſetur facto proprio illam approbare atque confirmare.*
11 *Enunciatiuæ antiquæ ab ordinarijs locorum, factæ in materia iuriſpatronatus valde adminiculantur iuriſpatronatus probationem.*

DECISIO XXXV.

Vacauit de anno 1649. per mortem Dominici Palmerini Eccleſia Parochialis S. Michaelis loci Capugnani, quam prætendens Communitas d.loci eſſe de Iurepatronatus ipſius, ad illam præſentauit Ioannem Palmerinum, cuius præſentationis occaſione orta lite inter homines,& Communitatem eiuſdem loci Capugnani ex vna parte, & Menſam Archiepiſcopalem Ciuitatis Bononiæ ex altera ſuper d.Patronatu, illa diſcuſſa fuit Rota Bonon., quæ ſuam protulit ſententiam ad fauorem hominum d. Communitatis per quam fuit declaratum conſtare de Iurepatronatus, introducta deinde huiuſmodi cauſa in Rota in gradu appellationis ad inſtantiam Menſæ Archiepiſcopalis coram R. P. D. meo Celſo emanauit ſententia primæ confirmatoria, qua nondum contenta d.Menſa Archiepiſcopalis obtinuit illam denouo committi R.P.D.meo Veroſpio à quo promulgata fuit ſententia duarum præcedentium reuocatoria.

Commiſſa mihi demùm in alia inſtantia dubitaui, an vltima ſententia ſit confirmanda, & propoſito hodie dubio DD. reſponderunt, eam eſſe infirmandam, quia
1 licet Sac. Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de Reformat.cap.9.* ex duabus rationibus præſumat vſurpationem Iuriſpatronatus in perſonis, ſeu in Communitatibus,vel Vniuerſitatibus, videlicèt, ob potentiam perſonarum, vel ob inuериſimilitudinem, quòd multarum familiarum, ſeu hominum concurſus pro conſtructione, ac dotatione Patronatus conuenerit, vt aduertit *Lotther.de re beneſ. lib.2. quæſt.13. numer.35.& ſequen.cum aliis in deciſ. R.P.D. mei Veroſpij in hac cauſa edita allegatis in principio,* cum inuериſimilitudo pręſeferat quamdam falſi imaginem, vt monet *Bald.in l.1. numer.16. C.de ſeru.fugit.Franc.Becc.conſ.62. numer.72. & ſeq.* Tamèn in hoc caſu ceſſare viſa fuit quæcunque vſurpationis præſumptio, nàm illa deducta ex potentia non poteſt applicari Communitati Capugnani, quæ eſt parua Vniuerſitas compoſita ex paucis hominibus nullam habens iuriſdictionem in loco Beneficij, vt firmauit deciſio paritèr in hac cauſa

cauſa emanata coràm R.P. D. meo Celſo
prima Iulij 1654. ſub §. *quæ præſumptio*, cui
propterea Archiepiſcopus Bonon. Præla-
tus tàm magnæ exiſtimationis abſque vllo
2 timore quandocunque ſe opponere potuiſ-
ſet, maximè in Ciuitate Bononiæ in qua
ſemper reſidet Cardinalis Legatus nemini
denegans Iuſtitiam, quòd vt tollat quam-
cunque præſumptionem obiectæ potentiæ
contra Ciues, firmauit *Rota deciſ.282. ſub nu-
mer.25.par.7.recent.*

Minuſquè intrare poteſt altera præſum-
ptio vſurpationis deſumpta ex inueriſimi-
litudine, quæ cadit etiam in paruis Vniuer-
3 ſitatibus, non obſtante, quòd illæ quacun-
que iuriſdictione careant; vt firmatum fuit
in *d.deciſ.R.P.D.mei Veroſpij in princip.* quia
hic non tractatur de Iurepatronatus, quod
prætendatur ab hominibus d. Communita-
tis Capugnani, vti ſingulis, eo, quia ipſi
de ſingulorum proprio contribuiſſe præ-
ſupponant in fundatione, & dotatione Ec-
cleſiæ, quo ſanè caſu id ius plerumquè ex
vſurpatione potiùs quæſitum præſumi ſo-
let, vndè plenior, & exactior probatio ad
docen. verum titulum requiritur, vt per
Viuian.de Iurepatr.lib.11.cap.59.numer.7. Sed
agitur de Vniuerſitate, proùt eſt corpus,
& perſona ficta repræſentans ſolum popu-
lum, quæ habet bona propria cum quibus
potuit fundare, & dotare Eccleſiam; ſicu-
ti pro ea fecit plures impenſas, & inter alias
conſtruendo Campanile, reaptando Tribu-
nam, & extruendo in altera Eccleſia vnam
Cappellam, & hæc omnia ex aere publico
ipſius Communitatis citra aliquam contri-
butionem ſingulorum, & quia hic prorsùs
ceſſare videtur ratio in qua fundatur aſſer-
ta inueriſimilitudo, Ideò ad proban. hoc
Iuſpatronatus requiritur ſolum ordinaria
probatio, non autem illa rigoroſa ſancita
per *Concil.in d.ſeſſ.25.de reformat.cap.9. Adden.
ad Buratt. deciſion.551. numer.16. & dixit Rota
in Cracouien.Parochialis 24.Ianuarij 1628.coram
bo:mem. Merlin.* & firmatum etiam fuit in
prima deciſione edita ad fauorem Com-
munitatis coram R.P.D. meo Celſo, & ra-
tio eſt ſatis euidens, quia ceſſante potentia,
& inueriſimilitudine eſt ſolum quæren-
dum, vt probetur factum, quod poteſt
probari verè, vel præſumptionibus, vt in
omnibus perſonis, & Vniuerſitatibus in
quibus ceſſat d. ratio potentiæ, & inueriſi-
militudinis.

Ad hanc etiàm inueriſimilitudinem tol-
len. valdè faciunt inſignia Communitatis
poſita in Tribuna d. Eccleſiæ, & ſimiliter
4 inſcriptio poſita in eadem Tribuna ſub his
verbis: COMMVNE CAPVGNANI
OPVS HOC AERE PROPRIO FIERI
CVRAVIT. *Rota in recent.deciſ.482.num.4.
par.1.& deciſ.172.numer.5.part.3. coram Caua-
ler.deciſ.378.num.1. & coram Coccin. deciſ.230.
numer.1.* Inſcriptiones enim tunc ſolum per-
mittuntur, quando nihil continet, quod à
veritate ſit alienum *Rot. coram Merlin. de-
ciſ.456. numer.51. & in Bononien. Iuriſpatrona-
tus 16. Ianuarij 1608. coram Sacrato, quæ eſt de
ciſio 171.par.3.recent.confirmata 27.Iunij 1608.
coram eod.& eſt deciſio 191.ead.par.3.*

At eſtò etiàm quòd fieri deberet illa ri-
goroſa probatio in hoc caſu, quæ requiri-
tur per Concil. in omnibus perſonis ſuſpe-
ctis de vſurpatione, hæc optimè reſultat ex
præſentationibus factis per eandem Com-
munitatem Capugnani, & effectuatis per
ſpatium 200. & ampliùs annorum, nempè
ab anno 1413. vſque ad annum 1649. de
quo tempore lis cœpta fuit, & ſic per an-
nos 236. cum tamèn etiam in terminis Cō-
cil. ſufficiant anni 150. ſub quibus includi-
tur ſecundum requiſitum d. Concilij de
continuatis præſentationibus effectum ſor-
titis ſpatio 50. annorum, dùm de his doce-
tur per publica inſtrumenta, & quia dd.
continuatæ, & effectuatæ præſentationes
nullum præſeferunt principium acquiſitio-
nis, dicitur conſtare de immemorabili, ſal-
5 tèm ex indirecta probatione, quæ ſufficit,
vt in his terminis fuit latè reſolutum *in Bo-
non. Archipræsbyteratus 23. Martii 1648. coram
Eminentiſſ.D.Card.Corrado §.neq.præfatis obſtat.*
& ratio eſt, quia præſentationes effectum
ſortitæ in vltimis 50. annis ſatisfaciunt, vt
iam dixi vni ex requiſitis per *Concil. in d.
cap.9.ſeſſ.25.de reform.* aliæ verò habent vim
immemorabilis, quotieſcumque non con-
ſtat de initio contrario, vel aliqua collatio
in contrarium non oſtenditur *Pariſ. de con-
fid.quæſt.28.numer.259. verſ. & alias dubitatum
fuit; & numer.260. Garz. de Benef.par.5.cap.9.
numer.107.& numer.109. Rot. diuerſ.deciſ.577.
per tot.par.4. & coram Seraph. deciſ.1141.nu.1.
& ſequen.& numer.9.& 10. Acchil.deciſ.4.de in-
repatronatus*; vt latè fuit etiàm firmatum *in
Mediolanen. Prioratus 14. Martii 1646. coram
Eminentiſſ.D.Card.Corrado, & in Lucana Iuriſ-
patronatus 10.Ianuarii 1645. coram Reuerendiſſ.
Terracinen.*

Non obſtant multæ exceptiones datæ ex
parte Menſæ Archiepiſcopalis præſentatio-
nibus factis à Communitate Capugnani ad
Eccleſiam controuerſam, quia cum dd.
præſentationes habuerint effectum ſuum,
6 mediantibus inſtitutionibus; iſtæ confir-
marunt ius quæſitum ex dd. præſentatio-
nibus quibuſcunque non obſtantibus *Mo-
dernus Piſanus de Iurepatron.lib.6.cap.10.num.31.*

Proùt

Prout etiam non refragatur, quòd in hoc caſu, immemorabilis probari debeat per Teſtes cum requiſitis *gloſ. in cap. 1. de præſcript. in 6. ſub verb. memoria*, non autem per ſcripturas, *vt Rot. firmauit coràm Gregor. XV. deciſ. 52. numer. 4. & deciſ. 126. numer. 20. par. 5. rec.* Quia licèt Regulariter huiuſmodi probatio fieri ſoleat per Teſtes, non tamèn ex-
7 cluditur, quin fieri poſſit etiàm ex ſcripturis antiquiſſimis, nullum præſeferentibus principium, cum illa dicatur probatio per indirectum immemorabilis ex ſupra allegatis, quibus addi poteſt *Ricc. in praxi iuriſpatronat. reſolut. 70. per tot. & reſolut. 121. Modern. Piſan. de Iurepatronatus lib. 11. cap. 5. numer. 44. & ſeqq. Rot. coram Buratt. deciſ. 435. numer. 9.*

Sed re verà accedunt etiàm pro immemorabili depoſitiones Teſtium formitèr examinatorum cum requiſitis *d. gloſ. in cap. 1. de præſcript. in 6.* & licet contra illos *in deciſ. R. P. D. mei Veroſpii ſub §. Quæ ſanè probatio,* obijciatur, eos non concludere talem immemorabilem, dùm inter alias præſentationes commemorant illam Lactantij Zannini ſequutam ſub die 3. Maij 1580. qui licet à Communitate illam acceperit, poſſeſſionem tamen huius Eccleſię nullatenùs fuit conſequutus, ſed eam tanquam liberæ collationis ſucceſſiuè retinuit, & ex hoc præſupponitur reſultare excluſionem probationis immemorabilis, cum iſte actus liberæ collationis repugnet; ac ſit omninò contrarius immemorabili.

Huiuſmodi tamen obiectum minimè ſubſiſtere Dominis viſum fuit, quia licet dictus Lactantius Zanninus fuerit prouiſus de anno 1582. de huiuſmodi Parochiali Eccleſia tanquàm de libera à Sede Apoſtolica, nihilominùs ponderatum fuit, quòd Papa in ſuis litteris non confert; ſed in illis continetur tantummodò mandatum de conferendo, quod fuit directum Vicario Imolæ ſub hac conditione, & præſeruatiua. *Quatenùs hæc Eccleſia Parochialis non eſſet de Iurepatronatus*, at d. Vicarius non contulit ex quo verificata fuerit dicta clauſula, ſed pronunciauit in contumaciam, quia coràm ipſo Communitas Capugnani non docuit de ſuo Iurepatronatus, & iàm ipſe Lactantius Zanninus reperiebatur in poſſeſſione d. Parochialis vigore conſenſus reportati à Communitate, dùm illa ei reſi-
8 gnata fuit à Martino Zannino de anno 1580. *vt in Summ. Communitatis numer. 1.* Vndè apparet per dictam ſententiam non fuiſſe illatum aliquod præiudicium Communitati. Nàm Papa præſeruauit Ius cuiuſlibet quatenùs Eccleſia eſſet de Iurepatronatus alicuius, ex latè deductis *in d. Mediolanen. Prioratus 14. Martii 1646. coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado, & in Bononien. Archipræsbyteratus 23. Martij 1648. coràm Eodem.*

Eoquè minùs d. ſententia afficit Communitatem, cum nulla ſit ex defectu citationis, quæ præcedere debebat nominatim ipſam ſententiam, vt declarat *Text. in Clemen. ſæpè, & ibi gloſ. de verb. ſignif. Afflict. deciſ. 182. numer. 3. Capic. deciſ. 1. numer. 35. Rot. deciſ. 17. de re iudic. in nou. Mantic. deciſ. 291.* Imò debebat eſſe adeò ſpecifica, & expræſſis verbis ad ſententiam concepta, vt nec virtualis compræhenſio illius, nec æquipollentia verba admittantur *Rom. conſ. 369. numer. 8. Rot. coram ſanct. mem. Greg. XV. deciſ. 209. num. 4. vbi Add. nu. 7. Et coram Card. Caualer. deciſ. 376. numer. 1. & in recent. deciſion. 486. numer. 7. par. 2.*

Omittendum neque eſt, quòd prouiſiones Apoſtolicæ nunquàm nocent Patro-
9 nis, neque mutant ſtatum Beneficij Iuriſpatronatus ita pluriès tenuit *Rot. prout refert Ricc. in prax. rer. for. Eccleſiaſt. deciſion. 289. par. 3. Caſſad. deciſion. 6. num. 5. de Iurepatronatus Seraph. deciſ. 799. numer. 3. & deciſ. 1367. numer. 4.* & fuit reſolutum *in dicta Lucana Iuriſpatronatus 29. Ianuarii 1644. coram Reuerendiſſimo Terracinen. ſub §. non obſtant, & in d. Mediolanen. Prioratus §. Præſentationes verò coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado,* quod tamen procedit, niſi Papa haberet notitiam Iuriſpatronatus, & vellet nihilominùs mutare ſtatum Beneficij, nàm tunc eius prouiſio noceret, nec non mutaret ſtatum talis Beneficij ad tradita per *Seraph. deciſ. 1301. num. 2.* cum igitur pateat ex prædictis, quòd Papa nedùm noluit immutare ſtatum Beneficij, ſed potiùs præſeruauit Iuſpatronatus, multo minùs potuit illum mutare ſententia Ordinarij Imolen. ſeu eius Vicarij *Caſſad. deciſ. 7. num. 2. de Iurepatronatus Mar. Antonin. variar. reſol. lib. 3. reſol. 113. caſu 20. Rot. poſt Viuian. de Iurepatronatus deciſ. 29. & deciſ. 30. vtrobiq. num. 9.* maximè cum illa prolata non fuerit iuxta formam literarum Apoſtolicarum ſcilicèt citatis Patronis, aut Communitate Capugnani ex ſupradictis.

Inſuper valdè ante tempus quò lata fuit huiuſmodi ſententia ad fauorem Lactantij Zannini, ille reperiebatur in poſſeſſione huius Eccleſiæ, quam acquiſiuit vſque de anno 1580. ex conſenſu præſtito ab hominibus Capugnani reſignationi ad eius fauorem factæ de controuerſa Eccleſia à Martino Zannino, & dicta ſententia emanauit de anno 1587. & cum Iudici non innotuerit Iuſpatronatus, non ideó excluſa fuit Communitas Capugnani Patrona à probationibus

bus facien *Rot.deciſ.29.numer.18.inter impreſſ. poſt Viuian.de Iurepatronatus*,quas cum poſtea fecerit ſequuta vacatione huius Beneficij per obitum dicti Lactantij coràm Ordinario Bononien.ad illud ſucceſſiuè præſentauit Dominicum Palmerinum, qui inſtitutus fuit,data priùs ſententia ſuper pertinentia Iuriſpatronatus ad fauorem hominum
10 d. Communitatis Capugnani, à qua per menſam Archiepiſcopalem Bononiæ,cum non appareat, fuiſſe appellatum, cenſetur facto proprio illam approbaſſe, atquè confirmaſſe ex latè congeſtis per *Rotam in Romana locorum Montium 3.Iunii* 1650.*coram me*; Quia propter ex præfata ſententia Vicarij Imolæ, eliſa non fuerunt dicta Teſtium,neque interrupta remanſit immemorabilis, quæ nunquàm interrumpi ſolet ex actibus dubij, atque incertis, & qui ineffectuati, ac ſuppreſſi prorsùs extiterunt *Rota in d.Bononien. Archipræsbyteratus 23. Martii* 1648. *§. quia præter coràm Eminentiſſ.D.Card.Corrado.*

Demùm corroboratur bonum ius Communitatis circa huiuſmodi Iuſpatronatus ex pluribus enunciatiuis antiquiſſimis emanatis ab Ordinarijs Bononiæ occaſione viſitationum per eos factarum, *vt in Summ.Communitatis numer.*10. quæ habent vim famæ *Rota in Gerunden. Beneficii 20. Iunii* 1597.*coram Orano, Put. deciſ.209.lib.2.* & vt iſtæ valdè adminiculentur probationem Iuriſparronatus firmauit R*ot. coram Eminentiſſ. D.Card. Ottbobono deciſ.234. numer.*19. &
11 quotieſcunque d.antiquæ enunciatiuæ habent annexam etiam quaſi poſſeſſionem præſentandi per longum tempus, vt in iſto caſu, probant Iuſpetronatus etiàm contra Tertium *Rot.penes Achill.de Graſſ. deciſ.7.n.1. de Iurepatronatus in rec.deciſ.13.nu.1.deciſ.211. num.1.in fin.& deciſ.312.num.6.par.1.& coram Buratt.deciſ.172.nu.22.& ſequen.vbi Add.n.33. verſ.Quando vero.*Non deſunt etiàm ſententiæ Ordinariorum canonizatoriæ talis Iuriſpatronatus, & ſignanter illa data occaſione inſtitutionis Dominici Palmerini, quibus valdà eſt deferendum, ea ratione, quia ipſi ſunt optimè informati de qualitatibus Beneficiorum,quę vnuſquiſque eorum habet in ſua Diœceſi,& quia non ſolent de facili canonizare Patronatum, cum hoc tendat in eorum præiudiciū *Lotther. de re Benef. lib.2.quæſt.13.n.142.& 152.Mātic.dec.350.n.3.& 4.Buratt.dec.142.n.12.Rot.dec.413.nu.1.par.1.rec.*Et dictum fuit in *Bononien.Iuriſpatronatus de Butrigariis 16.Martii* 1643.*corā bo:me.Bichio,& in d.Mediolan.Prioratus 14.Martii* 1646. *§.Tertio duæ ſentētiæ corā Emin.D.Card.Corrado*

Et ita reſolutum fuit vtraque parte acerrimè informante, &c.

REVERENDISS. D. PAPIEN.

Romana Dotis.

Lunæ 10.Decembris 1657.

ARGVMENTVM.

Confeſſio Dotis aliundè non adminiculata, ſimulationes ſuſpicione laborat, vt probet contra tertium vrgentiſſimis coniecturis munienda eſt, vt confitenti noceat, ſaltem leuioribus adminiculis ſuffulta, veram numerationem concludere debet. Plura in argumentum fraudis deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio Dotis ſimplex per Inſtrumentum aliunde non iuſtificata non probat veram dotis numerationem.*

2 *Ob ſuſpicionem ſimulationis, & fraudis confeſſio dotis non nocet marito confitenti, vel eius hæredibus.*

3 *Donatio inter Sponſos antequam matrimonium contrahatur valet.*

4 *Coniecturæ quædam ſimulatæ confeſſionis dotis enucleantur. num.5. 6. 7. 8. & 9.*

10 *Promiſſio dotis opus eſt, vt præcedat confeſſionem per aliam diuerſam ſcripturam.*

11 *Obligatio Cameralis iuramentum aſſertorium, & promiſſorium non ſunt apta confirmare actum probibitum.*

12 *Interuentum perſonæ coniunctæ Sponſæ magis cōfirmat ſimulationem dotis confeſſatæ.*

Declaratur Textus in l. vir ab eo, ff. de iure dot. *num.13. & 14.*

15 *Confeſſio ſimplex dotis tacita cenſetur reuocata per inimicitiæ ſuperuenientiam, & expreſſè per litem introducta.*

DECISIO XXXVI.

PErſiſtendo in alias deciſis coram R. P. D. meo Beuilaqua ſub 11. Februarij 1656. iterùm hodie DD. coram me, qui Cauſam repropoſui in locū dicti D. mei Beuilaquæ abſentis, reſponderunt non conſtare de credito dotali Petronillæ, quia ſimplex Franciſci confeſſio, quam pręſefert Inſtrumentum pro dicta Petronilla exhibitum, aliundè non iuſtificata non probat veram dotis numerationem, *l. 1. & ibi gloſſ. verb. Inſtrumenti C. de dot.caut.non numerat.gloſſ.in l.prima,*
1 *verb. auxerit, C.de donat. ante nupt.* Sed pręſumitur ſub eo quæſito, ac ſimulato ſolutionis pretextu facta,vt exindè, vel cohoneſtata redderetur inæqualis Sponſæ conditio, *l.3. §.finali cum l.ſeq. vbi DD. ff. commodati, Angel. in l. prima in princip. cap. de donatio ante nupt.*

nupt. Pariſ. conſ.86. à num.20. cum ſeqq. lib.3. Rota coram Buratt. deciſ.775. in princip. verſ. veritas autem numer.1. & coram Durano deciſ.98. num.14. verſ. Non eſt nouum; Vel vt ſub eo titulo occultaretur donationis animus, quæ legibus aduerſatur, tàm iuris communis; *tot. tit. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi non verò, & l. Creditor, C. eod. tit. l.1. C. de donat. ante nupt.* Quam municipalis Vrbis ex Statuto *lib.1. cap.135.* cuius diſpoſitionem habere locum, nedùm in expreſſis donationibus, ſed etiam tacitis, & factis ſub huiuſmodi ſimulatis pretextibus firmauit aliàs Rota, & ſignanter coram *Put. deciſ.55. num.2. verſ. & Statutum lib.3. Gabr. conſil.142. numer.22. verſ. Non obſtat lib.2.* cum alijs plenè in noſtris terminis cumulatis in *Romana Dotis* 21. *Februarij, & 26. Nouembris* 1650. *coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado.*

Neque ſubſiſtit, quod quando, prout hic, agitur contra ipſummet Confitentem, ſiue illius hæredes, tunc dotis receptæ confeſſio etiam abſque adminiculis probet veram dotis numerationem; quia cum ſubiecta materia de ſe ſit prohibita ob ſuſpicionem ſimulationis, & fraudis, talis confeſſio nec minus nocet marito confitenti, vel eius heredibus, vt punctualiter deciſum fuit co-
2 ram *Buratt. deciſ.612. in princip. verſ. Præterea, & deciſ.925. num.1. verſ. Illa præſumitur, & in recent. deciſ.55. num.12. part.6.* Et vulgaris eſt diſtinctio ſolita adhiberi in hac materia, vt nempè ſi agatur contra tertios vrgentiſſimæ requirantur coniecturę pro excludenda pręſumpta fraude prohibitæ donationis, & ita reſpondit *Rota in Romana Dotis* 14. *Februarij* 1642. *coram bo. me. Dunozetto ſub §. Creditor;* Si vero agatur contra ipſum confitentem, vel eius hæredes leuiores coniecturæ ſufficiant, quæ iunctæ cum confeſſione probent veram Dotis numerationem, & in his terminis loquitur *deciſ. Eminentiſſ. D. Card Otthoboni* 167. *numer.3. & 31.* allegata à ſcribentibus pro Petronilla.

Neque releuat, quod prędicta procedant in confeſſione emanata inter virum, & vxorem conſtante matrimonio; ſecus autem, quando prout hic prætenditur, confeſſio facta fuit antequam matrimonium contraheretur, quo tempore donatio inter Spon-
3 ſos non eſt à iure prohibita ad *text. in l. prima l. cum in te, l. ſi ante matrimonium, C. de donat. ante nupt.* Quia pręterquam quod Inſtrumentum videtur habere aliam diem cum duobus numeris, de quorum abraſione dubitatum fuit, concluſio locum ſibi vindicat in donatione palam, ac bona fide facta, non autem in ea, quæ ſimulato prętextu receptæ dotis fieri intenditur; Nàm hanc lex maximè abhorret, & ſpecialiter reprobat, licet contractum matrimonij pręceſſerit, ex quo illius effectus confertur in tempus contracti matrimonij, quo donatio eſt ſpecialiter interdicta, *l. Quod Sponſæ, C. de donat. ante nupt. Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.12. ſub num.1. verſ. Et hæc quidem opinio, Surd. conſ.196. ſub num.27. in fine,* cum alijs allegatis in dicta *Romana Dotis* 21. *Februarij §. Tùm quia concluſio, & 26. Nouembris* 1650. *§. Nihil enim coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado.*

Prædicta autem eo magis procedunt cõcurrentibus etiam pluribus coniecturis pro comprobatione ſimulatæ confeſſionis, ex quibus ſequentes vrgentiores, & omninò concludentes viſæ fuerunt DD.

Prima eſt, quæ elicitur ex matrice originali, ſeù minuta Inſtrumenti dotalis con-
4 ſcripta manu propria Laurentij Fabroni auunculi Petronillæ. Apparet enim, quod dictus Laurentius primo loco appoſuerat verba importantia integram ſolutionem dotis Petronillæ in *Contanti*, poſtmodum eadem verba fuerunt caſſa, & loco illorum adiecta legitur manu Notarij rogati ſimplex confeſſio dotis receptæ; Hinc namque excluditur actualis pecuniarum interuentus, & detegitur animus ſimulandi numerationem in fraudem prohibitæ Donationis, dum aliàs ſi integra dos verè, & realiter ſoluta fuiſſet, nulla cauſa aderat delendi dicta verba, tanquam tendentia in maius commodum Sponſæ, vt præter adduct. in *deciſ. D. mei Beuilaqua ſub §. Hinc autem,* ponderauit etiam *Rota in Romana fideicommiſſ. de Victorijs* 20. *Martij* 1651. *coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono §. Tùm etiam præcipuè inter eius impreſſ. deciſ.244. num.7. & 8.*

Neque obſtat, quod non probetur dictã ſcripturam fuiſſe matricem, ſeù minutam, quia dùm illa exhibita fuit metu excommunicationis ab Vxore relicta Orignani Notarij rogati, aſſerente, ſe illam inueniſſe inter alias matrices, ſeù minutas Inſtrumentorum à dicto Orignano rogatorum pœnes eam exiſtentes; Et ſcripturæ huius minutæ recognita fuit, tanquam ſcripta manu propria Fabroni, ſubiectaque oculis DD. vnà cum Inſtrumento alligato in protocollo à Fabrono ſubſcripto, quo vtitur Petronilla, hoc ſufficit pro indicanda intentione, & animo eiuſdem Fabroni tentantis habere probationem numerationis Dotis per verba in *Contanti*, quæ cum non legantur in Inſtrumento alligato in protocollo, indè ſemper inſurgit firmiſſima coniectura ſimulationis veram, & realem pecuniarum numerationem excludens.

Digitized by Google

Alia coniectura deducitur ex qualitate perſonarum, etenim Franciſcus ſtante feruentia amoris, quo tenebatur erga Petronillam, ac eius iuuenili, & minori ætate potuit de facili allici ad confitendum receptionem dotis, quam verè non receperat. 5 Econtra verò Petronillæ patrimonium erat valdè exiguum, conſiſtens in certis ſtabilibus, quæ tempore emiſſæ confeſſionis, vel extabant, vel anteà conſignata fuerant pro dotibus Sororum eiuſdem Petronillæ, & ita conſtitutio dotis in ſumma adeò notabili ſcut. 3. mil. inueriſimilis omninò redditur ad tradit. per *Salicet.in l.2. nu.3. verſ.Et ideò, C.de dot.cau.non numerat.Gabreil.conſ.142. ſub num.15. verſ.Imò ex qualitate lib.2. Rota coram Buratt. deciſ.108. ſub num.7. verſ. ſecundo conſiderabant, coram Duran. deciſ.98. numrr.13. verſ. Quia dictæ dotis Conſtitutio, coram Merlin. deciſ.419. num.15. verſ.Ex quo arguitur*.

Neque huiuſmodi inueriſimilitudo tollitur ex eo, quod Fabronus paulò antè conſtitutam dotem Petronillæ exegerit ex negotio hæreditario illius Patris plures pecuniarum ſummas, quia omiſſo, quod partitæ dictarum exactionum tanquam factarũ de annis 1631. & 1632. non concludunt exiſtentiam earumdempecuniarũ de tempore dictæ confeſſionis, factę de anno 1635. ſemper magis veriſimile viſum fuit, quod dictæ pecuniæ expoſitæ fuerint, vel in cauſam pręcedentium dotium Sororum, vel pro quotidianis alimentis, & neceſſarijs indigentijs illius familiæ, vel etiam in diſſolutionem debitorum negotij, à quo dictæ pecuniæ proueniebant. & in ſolutionem illius mercium, vel in alia inueſtimenta; vt colligitur ex Inſtrumentis redditionis rationis, *Summ. Franciſci num. 3.* Tantoque fortius intrat hæc pręſumptio, quia ex partitis exactis dicti negotij, quod commune erat cum Fabrono, apparet, portionem ſpectantem ad hæreditatem Pauli aſcendere ad exiguam quantitatem.

Confirmatur hæc eadem coniectura ducta ex paupertatæ Petronillæ etiam ex impoſſibilitate Fabroni conſtituendi, prout de proprio conſtituiſſe legitur in Inſtrumento dotali, dictam dotem Petronillæ in alijs ſcutis mille auri; Etenim cum pauper eſſet, & in ſua hęreditate nil aliud reliquerit pręter quædam certa pauca mobilia, & quatuor ſola loca Montium cum dimidio, quorum vnum erat cum vinculo; Vtique inueriſſimile omninò redditur, quod voluerit, & potuerit adeò ingentem ſummam ſcutorum mille auri ſtamparum nepti ex Sorore donare, & conſequenter ineuitabilis ſimulatio, quæ in hac adeò notabili quãtitate apertè concurrit, minuit etiam fidem confeſſioni, illamque de ſimulatione ſuſpectam reddit etiam reſpectu alterius quantitatis ſcutor.3.mil.pecuniarum paternãrum, vt è conuerſo, quando probata fuit veritas ſolutionis in aliqua parte conſiderabili; quod illa faciat præſumere veritatem integræ numerationis reſidui tenent, *Surd. conſil.397. num.7. Berou. conſil.60. num.43. tom.2. Rota in recent. deciſ.124. numer.4.part.2. coram Durano deciſ.409. num.21.& coram Eminentiſſ. D.Card. Otthobono deciſ.167. num.14.*

Multum etiam conſiderabilis viſa fuit altera coniectura ex eo elicita, quod Fabronus adminiſtrator paternæ hęreditatis dictę
6 Petronillæ in ratione per eum reddita, & quietantia adminiſtrationis reportata de annis 1635. & 1640. non poſuit ad ſui creditum dicta ſcuta 3. mil. quæ Franciſcus in cauſa dotis ab eo recepiſſe faſſus fuit, quod facere certè non omiſiſſet, ſi verè, & cum effectu dictæ pecuniæ ſolutę fuiſſent, prout ad ſui creditum poſuit ſcuta 500. quæ ſoluerat pro dote Potentianæ alterius Sororis Petronillæ, & fuit id ipſum ponderatum in *deciſ. D.mei Beuilaqua ſub §. Quarta coniectura.*

Neque huiuſmodi coniectura tollitur ex generali quietãtia facta de anno 1640. à Petronilla, & Sororibus ad fauorẽ Margaritæ matris, tàm de pręfata adminiſtratione, quã de dotibus illis aſſignatis, quia omiſſo, quod eſt res inter alias acta, & ſubiacet ſuſpicioni eiuſdem ſimulationis, & fraudis, adhuc cum ea non exprimatur quantitas, & qualitas dotis verificari poteſt in Dote aſſignata Petronillæ in quibuſdam bonis ſtabilibus paternis, vt ipſamet Petronilla faſſa fuit in Inſtrumentis relatis in *Summar. hodiernæ propoſitionis num.3.& 4.* qua propria confeſſione ſtante nulla maior probatio dari poteſt, *l.cum te la ſeconda, C.de tranſact.l, Generaliter la 13. C.de non numerat. penun. cap.Per tuas il 10. de probat. cum vulgatis*.

7 Hinc reſultat alia ſatis euidens ſimulatæ dotis demonſtratio, & eſt, quod cum dicta Petronilla in venditione cuiuſdam domus hęreditariæ factæ ab eius matre ad fauorem Mariæ de Litteris ceſſerit iura ſua Dotalia, quæ ſuper dicta domo habebat, prout etiam in ſucceſſiuis alienationibus aliorum membrorum domus, ipſa requiſita ſuum pręſtiterit conſenſum aſſerendo non remanere indotatam vltra dimidiam, vtique hinc clarè veritas facti detegitur, quod ſcilicet dos aſſignata fuerit in dictis ſtabilibus non traditis Franciſco, & per cõſequens ſimulata fuerit confeſſio dotis receptę facta à Franciſco ad *text. in l. 1. §. Renunciare, ff.de ventr.inſpic. gloſſ.in l.de vnoquoque*

in

in princip. ff.de re iud. Roland. conſ.92. numer.7. lib.4.

Accedit non ſolum ſagacitas perſonarum pro parte Petronillæ interuenientium in contractu dotali, quæ non omiſiſſent procurare aſſecurationem dotis, ſed concurrit ſolitum ſimulandi numerationem dotis in Anna Sorore Petronillę, vt iudicialiter fuit declaratum, & ab ipſamet Anna contra Matrem, & Fabronum proteſtatum.

Demum pro confirmatione eiuſdem ſimulationis vrgere multũ viſum fuit, quod hic agitur de matrimonio occultè celebrato, cuius validiras valdè controuerſa, adhuc ſub Iudice indeciſa pendet, quodque Petro-
8 nilla nunquam fuit ad domnm Franciſci eius aſſerti viri traducta, ſed ſemper manſit pœnes Matrem, & Auunculum; Etenim cum dos detur pro ſubſtentatione onerum matrimonij, & ibi eſſe debeat, vbi ſunt dicta onera, *l.actione la 66. §.final. ff. pro Socio, l.ſi is qui, la 57. in fin. ff.de iur. dot.* repugnant valdè veriſimilitudini, quod Auunculus voluerit integram Dotem perſoluere, & retinere penes ſe mulierem, & onera matrimonij ſubire, pręſertim ſine aliqua cautione inueſtimenti pecuniarum, aut ſaltem cũ aſſignatione reali alicuius annuæ quantitatis pro ſubſtentatione dictorũ onerũm, *Bald. in l.ſecunda, C.de ſeru.fugit. Adden.ad Buratt.deciſ.925.in fin.Rota coram Merlin.dec.419. num.9.& 10. in recent. deciſ.55. num.22.& 23. part.6.*

Quæ fortius procedunt in propoſito caſu, in quo tanta fuiſſe dignoſcitur Fabroni ſollicitudo, vt pacto ſpeciali voluerit ſibi pręcauere, quod alimenra Petronillæ pręſtarentur à Franciſco viro in caſu illius abſentiæ ab Vrbe, & proteſtatus fuerit ſe ſine prędicto pacto non facturum matrimonium,
9 & Inſtrumentum. Vndè magis redditur inueriſimile, quod ſoluerit ſcuta 4500. ante prędictum pactum, vbi maior vigebat pręcauendi ratio, *Rota in d.Romana Dotis 21.Februarij 1650. §.ſecundo ex qualitate, verſ. Quæ fortius coram Eminentiſſ.D.Card. Corrado, Rota deciſ.239. numer.13. verſ. Maximè quia part.4. tom.2. recent.*

Neque dicere valet, quod ex quo hic nulla aderat cauſa ſimulandi, ideò ceſſet, & ſimulatio; ſufficiens enim viſa fuit cauſa ſimulandi in propoſito caſu concurrere nempè vt vel ſub falſo titulo honorificæ dotis coniugum diſparitas cohoneſtaretur, *l.ſi quis poſt hac, verſ.Dos etiam, C.de dot.prom.* vel vt occultaretur animus donandi à legibus tàm communibus, quàm municipalibus improbatus, *l.ſi non verum, & l.Creditor, C.de donat. inter vir. & vxor.* & ita etiam reſpondit *Rot.in Romana dotis 26.Nouemb.1650. coram Eminentiſſ. D.Cardinali Corrado* §. *Quoniam hac quidem.*

Nullius etiam momenti pro veritate cõfeſſionis reputatum fuit, quod illam præceſſerit promiſſio, & dotis conſtitutio, quia cum in vno, eodemque Inſtrumento contineatur promiſſio, & confeſſio de recepto, vtraque eiuſdem ſimulationis exceptione repellitur, nàm adhunc effectum opus eſt, vt promiſſio confeſſionem præcedat per
10 aliam ſcripturam ſeparatam, vel Inſtrumentum aliàs daretur via nimis facilis eludendi legum diſpoſitionem, cum eadem facilitate fieri poſſit dotis promiſsio, qua eiuſdem ſolutionis confeſsio, *l.qui teſtamento, ff.de probat. Grat. conſ.36. ſub num.11. lib.1.* cum aliis adductis in allegata *Romana Dotis 21. Februarij 1650. §. Nec releuat, coram Eminentiſſ. D.Card. Corrado.*

Nil etiam refert, quod Inſtrumentum ſit obligatione Camerali vallatum, ac duplici iuramento aſſertorio, & promiſſorio munitum; quia hæc non tollunt ſimulationem confeſsionis, nec ſunt apta confirmare actũ prohibitum, minuſque operantur, quod exequatur Inſtrumentum non habens iuſtę veritatis eſſentiam, nec ſubſtantiam obligationis in partium conſenſu conſiſtentem adnotata per *gloſſ. in cap. ſi diligenti 12. de for.*
11 *competent. Pariſ.conſ.54. numer.41. verſ. Hinc poſtremò cum ſeq. lib.1. Gabr.conſ.142. ſub nu.6. verſ.Verum hoc caſu lib.2. Ruin. conſ.130. nu.3. lib.1. Honded. conſ.46. nu.35. lib.1. Rota coram Buratt. deciſ.612. ſab num. 6. & in recent. dicta deciſ.55. num.15. & deciſ.259. numer.9. part.6.* Stante præſertim diſpoſitione Statuti Vrbis *lib. 1. cap.135.* pręſumentis dolo, & metu fuiſſe illam extortam *Barthol. in l.Omnes Populi ſub num.25. verſ.Sed ſi Statutum, ff. de Iuſt. & Iur. Bartol. in authent. Sacramenta Puberum ſub num.5. verſ.Et ideò, Rota coram Durano deciſ.185. ſub num.3. verſ. Quod & ſi, & in recen. deciſ.11.ſub num.17. verſ.Nec releuat part.7.*

Pariter non excluditur ſimulatio eo ſub prętextu, quod reſpectu ſcut. mille auri, cõfeſſio non emanauerit fauore Petronillę, ſed Fabroni Auunculi, cuius reſpectu ceſſet quęcumque ſuſpicio; Quia interuentus Perſonæ adeo coniunctæ non excludit, immò magis confirmat alias iàm firmatas ſimulationis pręſumptiones; quæ eo facilius his artibus ordiri potuit, *leg. ſi Sponſus,*
12 *§.Generaliter tenendum eſt, ff.de donat. inter vir. & vxor. l.filiæ meæ, ff.ſolut.matrim. l. Data, C.de donat.* cum aliis cumulatis in ſæpius citata *deciſ. Romana Dotis 26.Nouembris 1650.coram Eminentiſſ. D.Cardin. Corrado, §. Nihil enim;* Addito etiam quod Fabronus in dicto Inſtru-

I ſtru-

ſtrumento interuenit vti legitimus Adminiſtrator Petronillæ cui in euentum reſtitutionis dos reſtitui promiſſa fuit, ſicque illa confeſſio, eo magis emanauit in commodum eiuſdem Petronillæ, *leg. Sulpitius in princip. verſ. ſi color, ff. de donat. inter vir. & uxor. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 12. nu. 85. Rota in d. Romana Dotis 16. Nouembris §. Tum quia.*

Quibus ſtantibus obſtare, nec viſum fuit nouum motiuum deductum ex *Textu in l. vit. ab eo la 50. ff. de iur. dot.* vbi diſponitur,
13 quod ſi Maritus dotem Vxoris ſuæ à Tertio promiſſam acceptã fecerit, & promiſſor deindè euaſerit non ſoluendo, teneatur nihilominus ad illius reſtitutionem, cum tali caſu periculum ad ipſum pertineat, & habeatur perindè, ac ſi dotem actualiter accepiſſet, huiuſmodi enim Textus reſpectu ſcutorum 3. mill. promiſſorum de bonis paternis Petronillæ non applicatur, quia non loquitur in dote debita de Bonis illius, qui dotare tenetur, prout eſt Pater, ſed in dote promiſſa ab extraneo de iure dotare non obligato, & reſpectu tàm dictorum ſcutorum 3. mil. quam aliorum ſcutorum mille auri, quæ Fabronus Auunculus de proprio conſtituit, & in quibus terminis dictus Textus loqui poſſet, alia ratione cuitatur, quæ eſt, quod dictus textus ſupponit veram, & non ſimulatam promiſſionem præceſſiſſe; hic autem nulla adfuit vera promiſſio, ſed tantum ſimulatio, qua ſtante deficit conſenſus, & conſequenter poteſtas agendum, vt aduertit *Pariſ. d. conſ. 54. nu. 41. cum ſeqq. lib. 1. & conſ. 86. num. 49. lib. 3. Gabr. conſ. 142. ſub num. 6. verſ. verum hoc caſu lib. 2. Rota coram Buratt. deciſ. 925. num. 6. verſ. Non obſtat.*

Quod etiam colligitur ex eo, quia ibi præcedit promiſſio dotis, & ex interuallo ſequitur acceptilatio, vt patet ex illis verbis, deindè acceptam eam fecit *leg. 3. & ibi gloſſ. lit. P. ff. de ſolutio. Couarr. var. reſolution. cap. 14.*
14 *nu. 1. lib. 1.* Quo caſu regulariter confeſſio de recepto. vel acceptilatio attenditur, neque exinde arguitur ſimulatio. At verò id non applicatur confeſſioni Franciſci factæ, vt præfertur, vno, eodemque tempore cum promiſſione Dotis, tunc enim promiſſio, & confeſſio reputantur pro vnico actu cõfeſſionis inefficacis iuxtà ſuperius allegata.

Minus præſenti caſui applicatur concluſio firmata per *Bald. in leg. 2. §. final. numer. 5. ff. ſi certum petat.* & per *Cyriac. controuerſ. 132. num. 17. cum ſeqq.* quod ſcilicet in præiudicium Procuratoris, & vt ipſe teneatur domino reddere rationem, perindè ac ſi exegerit, ſemper eius confeſſio præſumatur vera, quia non verſamur in confeſſione Procuratoris, ſed Principalis, & in materia prohibita, quę à legibus tàm communibus, quàm muncipalibus irritatur iuribus ſupra allegatis.

Fruſtra autem pretenditur, quod admiſſo vt dicta confeſſio dotis receptę emanauerit in fraudem prohibitæ donationis, nihilominus potuerit illa deindè cõfirmari mor-
15 te Franciſci, quia tantum abeſt, vt Franciſcus in eadem voluntate perſeuerauerit vſque ad eius obitum, vt immò conſtet de illius reuocatione non ſolum tacitã per ſuperuenientiam inimicitiarum, *Rota coram Buratt. deciſ. 311. numer. 3. in fin. in recent. deciſ. 355. num. 4. part. 6.* Sed etiam expreſſa, per litem pręuio monitorio ad eius inſtantiam introductam ſuper nullitate matrimonii, & caſſatione d. Inſtrumenti Dotalis, necnon ex duplicatis procurę mandatis ab eodem factis pro impetranda abſolutione, & declaratione nullitatis matrimonij, & confeſſionis, *Speculat. in rubric. de donatio. ſub num. 3. verſ. Item ponit, Barbat. conſ. 6. colum. 9. num. 10. lib. 2.*

Et ita vtraque Parte informante reſolutum fuit, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Maioricẽ Canonicatus.

Mercurij 23. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Quamuis Teſtes aſſerant ſe credere, imò pro certo habere conſuetudinem extendi de caſu ad caſum non concludunt. Quadragenaria, aut ſaltem decennalis diuturnitas cum frequentia actuum requiritur ad adimendum Ius Capitulo, & illud querendũ Epiſcopo.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium pro retardatione non intrat, quando litteræ ſunt iuſtificatæ, cum tunc ſint exequendæ.*

2 *Collatio facta ad fauorem alicuius cum medietate votorum electi eſt inualida.*

3 *Conſuetudo ſpecificè, & indiuiduè probari debet ad hoc, vt ſuffragetur.*

4 *Conſuetudo ſolum attenditur in caſu, in quo ſeruata fuit.*

5 *Conſuetudo non extenditur de loco ad locum.*

6 *Teſtes deponentes de proprio iudicio, & credulitate non probant, etiam ſi affirment id habere pro certo.*

7 *In conſuetudinis materia requiritur ſpecifica, & in-*

indiuidua probatio eiuſdem caſus, & non admittitur generalis.

8 *Quaſi poſſeſſio non extenditur de caſu ad caſum.*

9 *Pro conſuetudine inducenda ex neceſſe requiritur frequentia actus cum temporis diuturnitate, nempe quadragenaria, vel ſaltem decennalis.*

10 *Ad conſuetudinem inducendam eſt neceſſaria iuſtificatio plurium actuum effectuatorum, & non ſufficit vnicus.*

DECISIO XXXVII.

CVm clauſula, *Parito litteris arbitrio Rotæ*, commiſſa mihi fuit cauſa appellationis interpoſitæ à ſententia Rotali declarante litteras Apoſtolicas Ioannis de Togores vti iuſtificatas eſſe exequendas, & propoſito hodie dubio reſponſum fuit non intrare

1 arbitrium pro retardatione, quia litteræ Apoſtolcæ ſunt exequendæ ſi probentur iuſtificatæ, *vt in his terminis dictum fuit in Sorana Beneficij 26. Iunij* 1651. *coram Eminentiſſ. D.Card. Ottobono inter eius impreſſas deciſ.*262. *num.*1. *&* 2. *& in Diennen. Prioratus* 22. *Maii* 1656. *coram R.P.D. meo Veroſpio* §.1.

Omiſſis enim alijs, quæ non reuocantur in dubium, iuſtificata omnino iterum viſa fuit narratiua vacationis ob inualiditatē electionis, & collationis factæ ad fauorem Didaci Deſclapes in concurſus Franciſci Olezæ, ex quo Franciſcus electus fuerat à maiori parte, aut ſaltem à medietate, Didacus verò à medietate tantum, aut à miri parte; Cum enim ex decem, & nouem Votis, decem fuerint ad fauorem Franciſci, alia verò nouem pro Didaco, Franciſcus à maiori parte apparet electus; & quatenus ex dictis decem deleri debeat votum Canonici Gabriellis Coll.ob non ſeruatam

2 formam *cap. penult.* §. *final. de electionin.* 6. Vota remanent paria, atque vterque electus à medietate, & ſic collatio facta fauore Didaci in paritate Votorum eſt inualida (vt Ioannes Papæ narrauit) *cap. Cumana, cap. in Geneſi,& cap. Eccleſia veſtra de elect. vbi Aba.num.*13. *poſt medium verſ. Si autem omnia*.

Non obſtat,quod inter vota Didaci adeſſet illud Epiſcopi, quod ex conſuetudine tam huius Eccleſiæ, quam aliarum Regni Hiſpaniarum, qualificatum eſt, & ponderoſius, cæteriſque in paritate præualet.

Quia Teſtes ad hunc effectum examinati licet ſpecificent nonnullos alios actus electionis Officialium, & Miniſtrorum Capituli, omnes tamen vno ore ingenuè fatentur in Eccleſia Maioriceñ nunquam eueniſſe caſum electionis Canonici in paritate votorum præter controuerſum *ſumm.*

3 *Ioannis num.*1. Ideo non concludunt conſuetudinem, quæ ſuffragetur, cum in indiuiduo caſus, de quo agitur, probari debeat, præſertim concurrente diuerſitate rationis de vno caſu ad alium, *vt optimè pluribus allegatis firmatur in ſecunda deciſione huius cauſæ coram R.P.D. meo Meltio* 25. *Iunii prædicti* §. *Deficiunt in propoſito cum duob.ſeqq. quibus addi poſſunt deciſ.*799. *num.*3. *part. prima diuerſ. & coram Card. Caual. deciſ.* 172. *num.*5. *& deciſ.*205 *num.*8. Conſuetudo enim tamquam

4 ſtricti Iuris attenditùr ſolum in caſu, in quo ſeruata fuit *l. quod non ratione ff. de leg. Natt,conſ.*46.*num.*2.*Socc.Iun.conſ.*101. *num.*13. *lib.*2.*Card. Mantic. deciſ.*56. *num.*7. *&* 8. *Card. Seraph.deciſ.*326. *num.*2. *Rota in Meſſanen. Decanatus* 27. *Maii* 1641. *coram bon. mem. Dunozetto* §. *nec releuant optiones*; Neque extenditur de loco ad locum (eſto quod probarētur in alijs Eccleſijs ſimilem conſuetudinē vigere) *Card. Seraph.deciſ.*1159. *num. Rota in rec.deciſ.*214.*num.*20.*par.*7.

Et quamuis nonnulli ex dictis Teſtibus ſubdant ab eis habitum fuiſſe pro certo, & indubitato aſſertam conſuetudinem huius Eccleſię procedere quoque in electionibus

6 Canonicorum; Attamen cum id ſimpliciter dicant de proprio ipſorum Iudicio,& credulitate, nullum gradum probationis faciunt, etiam ſi affirment illud habere pro certo *Iaſ. in rubr.ff. de Iur.Iuran.num.*2.*Caſ.de Graſſ.deciſ.*76. *alias* 7. *num.*2. *de Teſtib. Buratt. deciſ.*599.*num.*12. *Rota in rec. deciſ.*695. *num.*2. *par.*8.

Nec releuat quod per verba vniuerſalia generaliter deponant de actibus Capitularibus, & propterea ſub huiuſmodi cauſa vniuerſali omnes caſus includantur.

7 Quia præter quod in materia conſuetudinis requiritur ſpecialis, & indiuidua probatio eiuſdem caſus, nec admittitur generalis, *vt dixit Rota dicta deciſ.*799. *num.* 3. *par. prima diuerſ. coram Card.Caual. dicta deciſ.*172. *num.*5. *& in recent.deciſ.*422.*num.*13.*par.prima.* Tunc demum cauſa vniuerſalis ſuffragatur quando deſuper concurrit iuris aſſiſtentia, ſecus autem ſi ius non aſſiſtat, vel faueat alteri, tunc enim quaſi poſſeſſio non extē-

8 ditur de caſu ad caſum, & tantum dicitur præſcriptum quantum poſſeſſum, *vt notat Abb. in cap.*1. *ſub num.*3.*verſ. dicit enim de Religioſ.domib. Gabr. de præſcript. concl.*2. *num.*22. *Mareſcott.var.reſolut.lib.*1. *cap.*11.*nu.*22. *Poſth. de manut. obſeruat.*73. *num.*178. *Put. deciſ.*301. *num.*1.*lib.*2. *in correct. Rota in rec.deciſ.*416.*n.*2 *verſ. quia cum Rectori p.* 2. *& coram bon. mem. Coccin.deciſ.*497.*num.*1. *&* 2. *cum aliis per Adden. ad Greg.deciſ.*557. *nu.*12. *verſ. Secundo non procedit*; Nec contradicit *deciſ.*809. *bon.mem. Buratt.* nam in ſuo caſu ius aſſiſtebat Priori

I 2 ob

ob particularia Statuta illius Eccleſiæ, in quibus clariſſimè cauebatur, quod in quocumque negocio capitulari ſi vota eſſent paria, præualere deberent illa, in quibus votauit Prior, *vt habetur ſub num. 3. & per totam*; In propoſito autem non extantibus huiuſmodi Statutis in rebus pertinentibus ad Capitulum Epiſcopus tamquam Prælatus nullum habet votum deciſiuum, conſideratus verò tamquam Canonicus de iure vnius dumtaxat vocis ſuffragium (prout quilibet ex canonicis) obtinet, *vt latè probatur in prima deciſione 27. Maii 1656. §. Præterea, & in 2. §. etenim de iure*.

Indequè deficit etiam aliud requiſitum pro inducenda conſuetudine neceſſarium,
9 nempè frequentia actus cum temporis diuturnitate, nam aut requiritur quadragenaria, ex quo eius vigore adimitur ius Capitulo, & datur Epiſcopo, *vt firmatur in deciſionibus, & tradunt Garz. de beneſ. par. 5. cap. 4. num 89. cum ſeqq. & Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 21. num. 46.* Aut ſaltem decennalis, vt contendebant informantes pro Didaco, *& dixit Rota in Mediolanen. ſubſtentationis libri 26 Ianuarii 1647. coram Reuerendiſſ. D. Terracinen. §. cum ſtatuto*; Certum eſt quod nec quadragenaria, nec decennalis iuſtificatur in ſpecie caſus controuerſi; dum teſtes non deponunt de actu electionis Canonicorum in paritate votorum cum prælatione illius, cuius fauore Epiſcopus dedit ſuffragium, & tamen neceſſaria eſt iuſtificatio plurium actuum effectuatorum ad effectum inducendi cõſuetudinem cum vnicus non ſufficiat, *vt dictum fuit in Interamnen. Mercedis 15. Maii 1645. coram bon. mem. Peutingerio §. Neque alia conſuetudo verſ. neque exemplum*. Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana hæreditatis.

Lunæ 1. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Affinis, & Conſanguineus repelluntur à ferendo Teſtimonio in fauorem coniuncti; ſimulatio, & contrarietas deſtruunt probationem Ad probandum teſtamentum de quo ſcriptura non extat, Teſtes deponere debent de toto tenore teſtamenti, & in omnibus ſingillatim concordare.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ne dicatur deſerta ſufficit quæuis diligentia ex parte appellantis.*

2 *Sententia iniuſta numquam tranſit in iudicatum.*

3 *Ad probandum teſtamentum requiruntur teſtes idonei, & omni exceptione maiores.*

4 *Verbum* volo *iniunctum infinito non importat diſpoſitionem, ſed tamen præparationem actus futuri.*

5 *Teſtatoris voluntas in veram diſpoſitionem tranſyſſe, tenetur probare, ſi quis agere intendat ex teſtamento, cum non ſufficiat probare, quod Teſtator volebat hoc, vel illud relinquere.*

6 *Teſtamentum ad pias cauſas ex capite imperfectæ voluntatis non ſubſtinetur.*

7 *Teſtis conſanguineus, vel affinis non probat.*

8 *Teſtes ſingulares, & contrarij circa ſubſtontialia non probant, & num. 11.*

9 *Ad probandum teſtamentum, de quo non fuit confecta ſcriptura, requiruntur Teſtes deponentes de toto tenore teſtamenti.*

10 *Paupertas debet concludenter probari, quando ſuper ea fundatur intentio.*

12 *Teſtatorem præſumitur potius ſe motum fuiſſe ad diſponendum ex cauſa cognationis, & amicitiæ, quam paupertatis.*

13 *Teſtamentum conditum coram Paroco, & duobus Teſtibus, vel coram quatuor Teſtibus abſque Paroco de Iure Canonico ſubſtinetur.*

DECISIO XXXVIII.

Sententiam ſub die 15. Decembris 1657. latam ad fauorem Laurentij Ranconij, & Caroli eius filij ſuper immiſſione, & manutentione reſpectiuè in bonis hæreditarijs Caroli Balthaſſaris Boiſſon (ictu fortuitu in venatione interfecti) in iudicatum tranſiuiſſe idem Laurentius prætendebat, ſed dubio propoſito reſponſum hodie fuit non de re iudicata, ſed potius de cauſis reſtitutionis in integrum conſtare; quia licet Iacobus Ferrus appellans poſt datos à Iudice Apoſtolos reuerentiales in forma cauſam committi non obtinuerit intrà decem dies vt neceſſarium apparet, tamen in eius *ſumm. num. 3.* cum duobus ſeqq. Appellationem eadem die latæ ſententiæ fuiſſe interpoſitã, & ſucceſſiuè Partem Aduerſam coram Eminentiſſimo Signaturę Iuſtitię Præfecto fuiſſe citatam, qua ſuperſeſſoria pendente ſuperuenit Commiſſio mihi directa, quæ ad euitandam cauſæ deſertionem ſatis eſſe viſa ſunt, cum ad hunc effectum qualis di-
1 ligentia appellantis ſufficiat, *Veſter. in prax. lib. 7. cap. vlt. num. 5. Scacc. de appellat. quæſt. 14. num. 33. Rota deciſ. 517. num. 4. & ſeqq. p. 4. recent. tom. 3. & in Lucana Penſionis 5. Decembris 1653. coram R. P. D. meo Beuilacqua ſub §. quia licet.*

Et vlterius ſententia concedit immiſſionem vt ſupra, & nihilominus neque de Te-

Teſtamento Caroli, nec de alia diſpoſitione ad fauorem Laurentij legitima probatio
2 exhibita fuit. Vndè concurrere viſa eſt iniuſtitia ſententiæ, quæ operatur, vt in rem iudicatam tranſire non potuerit, Rota coram Eminentiſs. D. Cardinali Otthobono *deciſ.*161.*num.*1. & paſſim in alijs.

Defectus probationis in eo cõſiſtit, quod teſtes ſuper vltima voluntate Caroli morientis ex vulnere examinati, ſunt ſingulares, contrarij, & plures exceptiones patiũtur, & nihilominus ad effectum, de quo agitur, debent eſſe teſtes idonei, & omni exceptione maiores, vt in puncto *cap. cum eſſet* 10. *de teſtam. Alexander. conſ.*70.*num.*14. & *conſ.*177.*num.*4.*lib.*2. *Honded.conſ.*51. *num.*83. *vol.*2. *Socc. Iun.conſ.*89. *num.*10. & *ſeqq. lib.*1. *Non.conſ.*25. *num.*5. & 6. *Clar. in* §. *Teſtamentum quæſt.*57. *num.*2. *in fin. verſ. benè verum eſt Ioſeph.Ludouic.deciſ.Lucen.*53.*num.*35. *Reuerendiſſimus Eugubinus deciſ.for.Eccleſ.*81.*nu.*4.*lib.*1 & *de teſtam. ad pias cauſas Bald.conſ.*167. *in fin. lib.*2. *cum alijs per Mantic.de coniect. lib.* 6. *tit.* 3. *num.*6.

Primus enim, qui fuit idemmet interfector formiter examinatus non dicit, quod Carolus bona ſua reliquerit Laurẽtio eius Compatri, ſed quod ordinauit Laurentium vocari, quia illi omnia ſua relinquere volebat Summario Iacobi *num.* 6. Ibi: *Mi diſſe chiamaſſe Lorenzo ſuo Compare, che veniſſe preſto, che li voleua laſciare quanto ci era*: Ex quibus verbis non colligitur diſpoſitio perfe-
4 cta, cum verbum *volo* iniunctum verbo infinitiui temporis diſpoſitionem non inducat, ſed præparationem actus in futurum faciendi *gloſ. in l. ſerui electione* 5. *verb. poſſumus ff. de leg.*1. *in termin.Socin.Iun.conſ.*179. *ex num.*57. & *ſeqq.lib.*1.*Gratian.diſcept.*550.*nu.*14. *Capic. Latr.deciſ.*140.*num.*23. *lib.*2. *Rota coram*
5 *Buratt.deciſ.*199. *nu.*5. & tamen in his terminis agenti ex teſtamento non ſufficit probare quod teſtator volebat hoc vel illud relinquere ſed neceſſario probandum eſſet, quod eius voluntas in veram diſpoſitionẽ tranſiuerit, *Rota in Senogallien.bonor.*30. *Maij* 1644. §. *Nec obſtat*, & 15. *Maij* 1645. *ſub* §. *Iuſtitia vero coram Reuerendiſſimo D. meo Decano* Alias hæc ſimplex præparatio teſtamen-
6 ti tanquam imperfecta ratione voluntatis, etiamſi de fauore piæ cauſæ ageretur (de quo infra) nunquam ſuſtineri poſſet, *Oldrad.conſ.*119. *Caſtrenſ.conſ.*101. *num.*3. *vol.*2. *Cancer.var.reſolut.cap.*20.*nu.*406. *lib.*3. *Hodier. ad Surd. deciſ.*292. *num.*7. *plenè Rota deciſ.* 108. *num.*4.*par.*7.*rec.*

Et quamuis iuxta ſeptimum interrogatorium in *ſumm. Laurentij num.*3. idem teſtis addat Carolum alia verba non dixiſſe niſi hæc: *renoco vn altro teſtamento, e laſcio ogni coſa al mio compare*: tamen alijs teſtibus con-
7 trariantur, & excludit ea, quæ ab ipſis deponuntur, & vlterius tanquam affinis, & eiuſdem Laurentij conſanguineus à teſtimonio ferendo repellitur, nec ad eius fauorem quidquam probat DD. *in l. etiam* 2. *C. de teſtibus*, & *in teſte genero hæredis Honded. conſ.*77.*num.*7.*lib.*1. *Rota poſt* 2.*vol. conſ. Farinacc.deciſ.*125.*num.*1. *Fauentina legati* 28. *Aprilis* 1653. *coram R.P.D. meo Celſo* §. *nec obſtat*, & *de teſte Compatre illius pro quo deponit in Anconitana pecuniaria* 9. *Iunij* 1655. *coram R.P.D. meo Zarate*, §. *nec ex tertio*.

Alij duo teſtes in eodem *ſummario Laurẽtij num.*7. non probant. Secundus enim nihil aliud deponit, niſi quod Carolus dixit. *Chiamatemi il Compare, che voglio aggiuſtare le coſe mie, diſſe anche gli laſcio la robba mia.* Tertius verò eumdem Carolum dixiſſe, *andatemi à chiamare il Compare, perche io gli laſcio tutto il mio*, & *al mio figliano, acciò preghino Iddio per me*, &*c.* ex quibus verbis manifeſtè patet teſtes eſſe contrarios, & ſingulares
8 non ſolum circa ſubſtantiam aſſerti teſtamenti verum etiam reſpectu qualitatis cauſam piam reſpicientis, & ideò eorum depoſitiones nullo modo ſunt attendendæ *Dec.conſ.*120.*num.*3.*verſ. ſed maior. Gabr. conſ. de teſtibus concl.*2.*num.*12. *Menoch.præſumpt.*23. *num.*1. & *ſeqq.lib.*5.*Farinac. de teſtibus quæſt.*6. *num.*2. *Reuerendiſs. Eugubin. d.deciſ.*81. *num.*7. vbi loquitur in terminis legati ad pias cauſas, *Rota coram Burat. deciſ.*616. *num.* 5. & 6.
9 Quia vbi agitur de teſtamento, de quo ſcriptura non fuit confecta, ſed illud ſolum probatur ex teſtibus neceſſarium eſt, quod teſtes deponant de toto tenore teſtamenti, & in nihilo penitus diſcordent. *Capra conſil.*75.*num.*18. & 19.*Cancer. var. reſol.*1.*p. c.*4. *de teſtam.num.*85. & *ſeqq. Ioſeph. Ludouic. dicta deciſ.*53.*num.*25. & *ſeqq. Rota deciſ.*588. *nu.*16. *p.*5.*rec.to.*2. & *in Fauentina teſtamenti* 15. *Maij* 1620. §. *vltimo verſ.* & *tamen quando tractatur coram bo.me. Vbaldo*.

Vlterius nec etiam probata fuit qualitas, quod diſpoſitio facta ſit ad fauorem piæ cauſæ. Nam reſpectu perſonæ hæredis inſtituti licet ipſe pauper dicatur, & regulariter diſpoſitio ad fauorem pauperis ſit pia.
10 Ipſius tamen Ranconij paupertas plenè, & concludenter probata non fuit, prout neceſſarium eſt, quando vt in præſenti ad certum, & determinatum effectum paupertas allegatur: *Barth. in l. ex diuerſo* 8. §. *vltimo ſub num.*9.*ff.ſolut.matrim.Rota deciſ.*170 *num.*3. *p.*4. *rec.* in puncto teſtamenti ad pias cauſas *in Fauen. hæreditatis* 17. *Iunij* 1641. *coram Reuerendiſs. Terracinen.*§. & *quamuis DD.*

cum alijs in Bonon. alimentorum 23. Ianuarij proximi præteriti coram me §. fin.

Nec pietas cauſæ deduci poteſt ex eo, quod bona huiuſmodi aſſerrantur relicta ad effectum, vt hæredes orarent Deum pro teſtatore, quia vltra quod hæc verba referuntur à tertio teſte tantum qui in hoc tan-
11 quam ſingularis nullum gradum probationis facit, talia verba potius monitionē, quam onus præſeferunt, quia etiamſi hæres Deum pro teſtatore non oraret, quando diſpoſitio eſſet perfecta, bona hæreditaria conſequeretur. Et quod magis eſt, cum inter Carolum defunctum & Ranconium amicitia intercederet, & ſpiritualis cognatio, præſumendum eſt teſtatorem
12 motum potius fuiſſe ad diſpoſitionem, ex cauſa cognationis, & amicitiæ quam pietatis iuxta. *Text. in c. requiſiuiſti 15. de teſtam. Honded. conſ. 47. num. 11. lib. 1. in titie. de conieſt. dicto lib. 6. tit. 3. num. 25. verſ. in dubio autem Rota coram Seraph. deciſ. 1149. num. 10. & ſeq. Canal. deciſ. 212. & deciſ. 377. vtrobique num. 6. & in terminis in dicta Fanen. ſub §. hoc tamen verſ. & propterea non poteſt dici.*

Vndè cum teſtamentum huiuſmodi non gaudeat priuilegijs piæ cauſæ in vim illius non poterat concedi immiſſio, contra Iacobum Ferrum in alio teſtamento hæredē inſtitutum, quia hoc poſtremum tanquam carens ſolemnitatibus à iure requiſitis nullo modo ſuſtineri poteſt, non in terminis
13 dicti c. cum eſſes 10. de teſtam. quia hic non interuenit Parochus Caroli teſtatoris, vel ſaltem duo alij teſtes loco illius, vt neceſſarium eſſet tradunt DD. *in d. c. cum eſſes vbi modern. Luſitan. num. 1. & 7. Rota coram Canal. deciſ. 497. nu. 3. & coram Eminentiſs. D. Cardinali Ottbobono deciſ. 145. num. 7. & ſeq. Nec in terminis cap. relatum 11. eodem tit. quia deficit fundamentum pietatis Bec. conſ. 86. num. 8. lib. 1. Surd. conſ. 129. num. 23. Rota deciſ. 356. nu. 2. p. 6. rec. & in dicta Fanen. hæreditatis 17. Iunij 1641 coram Reuerendiſſimo Terracinen. per tot. & §. vltimo, & 27. May 1652. §. iniuſtitia vero, & §. fin. coram R. P. D. meo Zarate.*

Et ita vtraque &c,

R. P. D. BEVILAQVA

Romana ſeu Sabineñ fideicommiſſi.

Veneris 24. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Teſtis etiam non Interrogatus debet deponere ſpecificè à quibus audiuerit, id quod Ipſe dicit in publica fama, hæc in materia obiectiua non habetur pro probatione, non ſolum non probat, ſed ſuſpectus euadit deponens inuerisſimilia Agitur de coniecturis inductis id demonſtrandam certitudinem Patris.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probanda plene quando eſt fundamentum intenſionis.*
2 *Filius non ex adultero, ſed potius ex marito natus præſumitur limita num. 3. 4. 5. 6.*
7 *Abſentia mariti probanda de tempore conceptionis, nec ſufficit de tempore natiuitatis, quando tribuenda eſt adultera filij conceptio.*
8 *Inuerisſimilitudo deſtruit dictum teſtis.*
9 *Educatio, & legitimatio filiationem arguunt, intellige contra Parentes, non contra tertium num. 10.*
11 *Sola poſſibilitas ſufficit ad probandam filium fuiſſe à marito conceptum.*
12 *Matri tribuenti partum adultero non creditur.*
13 *In alterius poteſtate non eſt fingere filium alterius in præiudicium tertij.*
14 *Vocando filium Baſtardum ex tali huius Paternitas erga filium conceditur limita num. 15. & 16. & 17.*
18 *Adulterium non probatur per teſtes ſe fundantes in fama.*
19 *Deponentes de communi opinione, & fama indicare debent illius originem etiam non interrogati.*
20 *L. miles §. defuncto ff. ad l. Iul. de Adult. eſt inducta in fauorem filij ideo illius odium retorqueri non debet.*
21 *Hoc tamen intellige, quando filius alligaret ſuam legitimitatem, non quando faceret ſe filium adulteri.*
22 *Vocans naturales, ſpurios, & alios ex coitu damnato ſub qualitate filiationis, cenſetur requirere concludentem filiationis probationem.*
23 *Filius in libro baptiſmali deſcriptus vti natus ex coniugibus, non dicitur recognitus ab Adultero; amplia num. 24.*
25 *Legitimatio ad hoc vt probet prius conſtare debet de filiatione.*
26 *Filius alterius legitimari non poteſt.*

DECISIO XXXIX.

AD ſucceſſionem bonorum Fabii concurrebant Vincentius vti filius naturalis Tiberij nepotis, & Franciſcus filius legitimus Amatildis Nepotis reſpectiuè dicti Fabij, qui ad fideicommiſſum in ſuo teſtamento ordinatum deficientibus filijs maſculis legitimis vocauit naturales, & his non extantibus fęminas illarumque deſcēdentes, ſed hodie poſt tertiam cauſæ propoſitione tentum fuit pro excluſione Vincentij quia cum ipſe petat hæreditatem velu-

1 Ipti filius dicti Tiberij; vt eam conſequi
poſſit debet prius talem filiationem quæ
ab altera parte negatur, nec fundamen-
tum ſuæ intentionis plenè probare l. 3. C. de
alend. lib. Pariſ. conſ. 12. num. 240. cum ſequ. lib. 2
Soccin. iun. conſ. 86. num. 34. lib. 2. Roland. à Valle
conſ. 63. num. 13. lib. 1. conſ. 22. num. 1. lib. 3. &
conſ. 49. num. 23. lib. 4. Buratt. conſ. 88. num. 5. Rota
corā ſan. me. Gregorio XV. deciſ. 223. num. 2. Pre-
ſertim quia in confeſſo eſt Catarinam ex
qua natus fuit Vincentius fuiſſe nuptam
Ioanni Andreæ; vndè intrat validiſſima
2 Iuris præſumptio, quod potius iudicari de-
beat ſuſceptus eſt marito; quam ex Adul-
terio iuxta reſponſum Papiniani in l. miles in §.
defuncto ff. ad l. Iul. de Adult. l. filium definimus
6. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Cin. in l. ſi
vicinis 10. num. 3. quæſt. C. de nupt. Alex. conſ. 88.
num. 8. lib. 7. natt. conſ. 205. nu. 1. Soccin. Iun. dicto
conſ. 86. Berou. conſ. 161. num. 7. lib. 2. Rolan. dicto
conſ. 49. num. 23. Gionagn. conſ. 6. num. 34. & 35.
lib. 1. Surd. conſ. 552. nu. 18. Peregr. deciſ. Patau. 9.
num. 2. Rota coram Coccino deciſ. 7. num. 3. & in
recent. deciſ. 164. num. 1. par. 3. & deciſ. 363. nu. 2.
par. 5. & in Romana alimentorum 31. Ian. 1656.
§. prima autem coram bo. mem. Dunozetto.
3 Et licet huiuſmodi Iuris præſumptio lo-
cum non habeat, & cedat veritati quando
docetur, quod maritus fuit abſens, infir-
mus, impotens, vel aliter cum vxore mi-
ſceri non poterat d. l. filium definimus 6. Alex.
d. conſ. 88. num. 8. Pariſ. conſ. 10. & 29. lib. 2. Sur.
deciſ. 83. num. 20. Rota in dd. deciſ. 3. Coccini &
363. num. 5. par. 5. & coram bon. mem. Merlino
4 deciſ. 796. num. 2. aut concurrant aliæ vrgen-
tes, & validiores coniecturæ aduerſus dictæ
5 legis præſumptionem, cum non ſit præ-
ſumptio Iuris, & de iure, ſed iuris tantum
6 admittens probationem in contrarium, vt
dixerunt Anchar. conſ. 225. num. 6. Alex. eodem
conſ. 88. num. 9. Surd. conſ. 1. num. 57. & 61. Goz-
zadin. conſ. 13. num. 62. Decian. conſ. 1. lib. 3. n. 127.
Rota d. deciſ. 164. num. 2. par. 3. & in Romana fi-
liationis 27. Iunij 1650. coram Eminentiſſimo D.
Cardinali Corrado §. quia prætermiſſis in pre-
ſenti tamen talis probatio nō affertur, quia
impotentia mariti neque fuit allegata, Ab-
ſentiam vero illius ab vrbe vbi Catherina
morabatur, & impoſſibilitatem acceſſus ad
illam non probant teſtes inducti nullatenus
7 coarctantes tempus, quo Vincentius po-
tuit concipi, quodque tunc Tiberius eam
cognoſceret ipſique ſoli pateret acceſſus,
cum illorum depoſitio cadat in tempore
natiuitatis non conceptionis, quod eſt præ-
ciſè probandum, alioquin probatio non
concludit Ruin. conſ. 92. num. 8. lib. 3. Gratian.
diſcept. forens cap. 562. num. 30. 60. & 61. Rota
in prædictis deciſionibus 716. bon. mem. Merlin.
num. 5. & 6. & 164. num. 4. cum ſequ. par. 3. re-
cent. Non attento, quod quintus, & vni-
cus teſtis cenſetur deponere vidiſſe Ioannē
Andream in certis Lombardiæ Ciuitatibus
dum eiſdem annis, & tempore ipſe teſtis
erat Arcis Antiquæ Gubernator, ibique
8 rationem officij continui reſidebat, & in-
noteſcebat ex pluribus actibus in Summ.
Franciſci relatis propter quod inueriſimi-
le eſt videre potuiſſe Ioannem Andream in
locis prædictis, & ex hoc illius dictum nul-
lum gradum probationis conſtituunt, &
potius ſuſpectum redditur iuxta in his ter-
minis deducta per Soccin. iun. in ſupracit. con-
ſil. 86. nu. 42. Rota coram Pen. 407. n. 13. & 14.
Ex coniecturis vero quæ adducebantur
minus dominis viſum fuit reſultare ſuffi-
cientem filiationis probationem non ex il-
9 la, quod Tiberius nominauit Vincentium
filium ſuum antequam deceſſerit per actū
publicum aperte declarauerit, fueritque ab
ipſo æducatus, & mediante legitimatione
natalibus reſtitutus quaſi hęc omnia arguāt
filiationem tam legitimam, quam natura-
le Surd. conſ. 1. num. 46. Grat. diſcept. 562. num. 70
quia tunc demum tractatus, nominatio e-
ducatio, & alia ſigna attendi ſolent quan-
do quæritur de filiatione reſpectu Parentū
à quibus actus hi præficiſcuntur, & agitur
de illis ſuccedendo Iaſ. conſ. 106. per tot. lib. 1.
Menocch. conſ. 087. num. 24. Surd. conſ. 550. n. 21.
Rota deciſ. 309. num. 30. & 597. num. 8. par. 5. re-
10 cent. diuerſum tamen eſt ſi indè fuit præiu-
iudicium tertio ad fideicommiſſum voca-
to aut alias venienti ab inteſtato quique
actus inferentes filiationem non geſſit. Hoc
enim caſu deſiderantur fortiores cōiecturæ
d. filiationē neceſſario inportantes, vel pro-
batio impotētiæ ſeù abſentiæ viri per quas
conſtare non poſſit filium eſſe ſuum, vt di-
ſtinguendo dixerunt Iaſ. d. conſ. 106. Pariſ. con-
ſil. 10. num. 3. 10. 11. & 15. lib. 5. Natt. conſ. 473.
num. 25. in fin. Surd. conſ. 552. num. 21. & 22. di-
11 uerſ. filium ſemper præſumi mariti, quan-
do poſſibile eſt eſſe natum, & matrimonio
& poſſibilitatem hanc conſideraſſe tex. in d.
l. miles Menocch. conſ. 461. num. 43. Bardell. con-
ſil. 68. num. 15. Gionagn. conſ. 6. nu. 37. lib. 1. Grat.
d. diſcept. 562. à num. 74. vſque ad fin. & c. 744.
num. 9. Rota coram Cardinali Seraph. deciſ. 1081
num. 2. & in recent. deciſ. 164. n. 8. & 9. par. 3. dec.
645. num. 4. p...... penes Merlin. d. deciſ. 716. n. 7.
& ſeq. & in Romana fideicommiſſi de Anonys 23.
12 Iuny 1642. §. caſui noſtro coram bon. mem. Bichio
quemadmodū non eſt attendenda negatio
Catherinæ matris Vincentium filium fuiſ-
ſe ab eius viro genitum, quia illius aſſer-
tioni non ſtatur, vt probant Alex. d. conſ. 88
num. 8. in fin. Roland. ad alleg. conſ. 11. num. 11.
lib. 4.

Digitized by Google

lib. 4. Surd. in eodem conſ. 552. *num.* 24. *Peregr. deciſ. Patauin.* 9. *numer.* 2. ea ratione quia poſſent hæc procedere ex credulitate Pa-
13 rentum filium eſſe naturalem, ſed cum poſſit eſſe erronea omnia corruunt ne ſit in poteſtate alterius facere filium, qui non eſt, & alijs detrimentum inferre *l. neque profeſſio* 5. *C. de teſtamen. Pariſ. conſ.* 11. *num.* 20. *& ſeq. lib.* 2. *Surd. vbi ſupra numer.* 22. *&* 23. *Maſcard. de probat. concluſ.* 788. *numer.* 15. *Achil. de Graſſ. deciſ.* 1. *numer.* 2. *qui fil. ſint legit.*

14 Non obſtat quod ipſemet Franciſcus fideicommiſſarius, & collitigans habuerit Vincentium pro filio Tiberij, dum aliquando vocauit illum Baſtardum, quod ſi alienum fuiſſet à veritate, ſibique non conſtitiſſet de vera filiatione non eſſet faſſus in eius maximum præiudicium, vt pro altera coniectura filiationis aduertunt *Natt. conſ.* 59. *numer.* 15. *per l. fin. ff. de probat. Menoch. de arbitr. caſ.* 89. *num.* 72. *& de præſumpt.*
15 *lib. præſumpt.* 53. *num.* 23. quia vel teſtes verba Franciſci referentes tanquam eorum dictis ſingulares, & plures exceptiones patientes non probant, vel nullo modo important filiationis probationem cum non fuerit ſerio prolata; nec cum actu proportionabili filiationis in quibus terminis loquitur *Natt. dicto conſ.* 59. *num.* 15. *& Rota detulit huiuſmodi confeſſionibus in illa Romana de Gratian. coram* Reuerendiſſimo *Terracinen.* ſed potuit allucinari iudicio Tiberij ob actus ab eodem erga dictum Vincentium geſtos;
16 Ad hoc enim vt quis vti filius ex nominatione dicatur approbatus nominationi, & aſſeuerationi debet adiungi actus illi proportionatus, & quaſi filio debitus, & ad dictum finem emitti: *Anton. de Batr. capit. tranſmiſſæ num.* 10. *verſ. aut nominat ipſum filium,* & ibi *Præpoſit. num.* 9. *in fin. verſ. aut nominat ipſum qui fil. ſint legit.* Rota coram Pen. *deciſion.* 215. *numer.* 4. *&* 223. *numer. final.*
17 quia ſi perfunctoria fuerit non conſtituit illum in ſtatu filiationis, & confitenti nihil præiudicat, vt ex *text. in l. ex his C. de teſtam. milit. l. Epiſt. in princ. de pact. diſtinguit Bart. in l.* 1. *§. quod Senatus Conſulto numer.* 3. *ff. de lib. agnoſc. Gozzad. conſ.* 13. *&* 52. *Rota in præalleg. deciſion. Pæniæ, & coram bon. memor. Merlin. deciſion.* 716. *numer.* 11. *& in Bonon. fideicommiſſi de Victoriis* 5. *Maij* 1655. *coram Præſide Valliſoletano §. nil facienda.*

Pars modo validum argumentum filiationis deducere non poteſt ex publica voce, & fama quod Vincentius eſſet filius Ti-
18 berij, quia præterquod verſamur in materia obiectiua, nempè in probando adulterio quod non præſumitur, ſed perfecta probatio requiritur non ſimplex depoſitio teſtium in fama ſe fundantium *Angel. conſ.* 191. *in fin. verſ. ſi dicatur Surd. conſ. ſæpè citato* 552. *nu.* 25. *Gratian. vbi ſupra num.* 3. *Giouagn. alleg. conſ.* 6. *num.* 32. *&* 33. *& ponderatum fuit in d. Bononien. fideicommiſſi de Victorijs §. Pauci quoque in fin.* non ſufficit quod teſtes de ea deponentes dicant hanc eſſe communem opinionem, & famam in aliquo loco, ſed opus eſt quod exprimant perſonas à quibus audiuerunt,
19 etiamſi non ſint interrogati, adhoc vt noſcatur an talis opinio originem trahat à fide dignis; vel ab intereſſe habentibus, & ſuſpectis in qua ſpecificatione cum deficiant teſtes pro parte Vincentij inducti non dicitur probata fama, vt ſcripſerunt *Ruin. in conſil.* 52. *num.* 7. *lib.* 5. *Gozzad. conſ.* 13. *num.* 29. *Rota deciſ.* 164. *num.* 9. *par.* 3. *& deciſ.* 739. *nu.* 35. *par.* 4.
20 *tom.* 3. *rec.* nec refert quod præſumptio *l. miles* inducta fuerit ad fauorem filij ideò non debet in eius odium retorqueri, ned ità mordicus illi inhærere, quia facilius admittantur præſcriptiones filiationem ſuadentes *Gozzad. vbi ſupra num.* 48. *verſ. præterea Decian. conſ.* 1. *num.* 128. *lib.* 3. *Rota deciſ.* 409. *numer.* 31. *par.* 5. *rec. & in Romana filiationis coram Cardinali Corrado §. quia prætermiſſis in fin.* Quoniam hoc intelligendum eſt procedere quatenus
21 filij allegent legitimam filiationem, & ortos eſſe à Parentibus, ac agatur de ſuccedēdo in bonis paternis prout loquuntur *Gozzad.* & doctrinæ proximè allegatæ, At vbi pro fundamento ſucceſſionis deducitur filiatio naturalis ex adultero, & tunc verius eſt quod *dicta l. præſumptio*, adeò viget contra ipſum filium ità prætendentem, vt duriori probatione adſtrictus ſit ad concludentem iuſtificationem ſuæ aſſertæ filiationis *Gloſ. & DD. in l. transactione C. de tranſact. Surd. in d. conſ.* 552. *num.* 24. *Pariſ. conſ.* 64. *num.* 5 *&* 6. *lib.* 3. *Natt. conſ.* 472. *nu.* 26. *& alijs in punct. congeſt.*

Non ſubſiſtit quod dum Fabius Teſtator expreſsè vocauit naturales ſpurios, & ex quocumque damno coitu natos habita legitimatione ſinè citatione intereſſe habentium, & addita hæreditate videatur admittere voluiſſe quamcunque etiam ſimplicē filiationis probationem, nàm non vocauit naturales, & alios prædictos ſimiliter,
22 ſed ſub qualitate filiationis ibi, tunc ſuccedant filij naturales, proindè ille qui vti talis prętendit ſuccedere debet plenius qualitatem hanc ſcilicet quod ſint verè filij probare *Angel. in l. lib. num.* 2. *ff. de his qui not. infam. Dec. conſ.* 54. *in princ. & Surd. conſil.* 552. *num.* 17.

Cæterum haſce coniecturas DD. exiſtimarunt quoque elidi ex duabus validioribus

bus

bus per informantes pro Franciſco deductis
23 altera videlicet ex libro Baptiſmali in quo legitur notatus, & deſcriptus Vincentius Pancaſius tanquam filius legittimus Ioannis Andreæ, & Catherinæ Coniugũ; quod maximum inditium præbent fuiſſe talem, nec Tiberium cognouiſſe in ſuum ad trad. in ſpecie per *Berou.in conſ.162.nu.9.lib.2.Surd. conſ.1.num.45.bon.mem.Coccini deciſ.7. in fin.& deciſ.251. num.2. & coram D. Card.Otthobono,*
24 Etiam ſi factum fuiſſet ad cohoneſtandam matris exiſtimationẽ, quia præſumptio matrimonij illam ſuperat *Berou.conſ. vnico num. mer.55.poſt deciſ.Reuerendiſſ. Sperell. deciſ.147. 174.num.28.& 30.Pen. deciſ.667. num. 6. & in Romana alimentorum 31. Ianuarij 1656. coram bon. mem. Dunozetto*. Altera quod Tiberius agnoſcens in bonis in fideicommiſſarijs Fabij eſſe ſucceſſurum Franciſcum poſt eius obitum præuentiua reſtitutione ea omnia illi ceſſit nulla facta Vincentij mentione, cui non eſt credibile quod tàm graue præiudicium inferre voluiſſet, ſi illi bona erant debita conſtito ſibi de filiatione,& pro filio habebat, Ex qua ceſſione igitur licet poſt ea ex alia cauſa reuocata oritur quaſi certa confeſſio Tiberij Vincentium non fuiſſe à ſe progenitum quæ penitus excludit contrariam probationem, vel in omnem caſum ſufficit ad offuſcandum conie&cturas pro filiatione ad effectum de quo agitur.
25 Nec ſuperflua redditur indagatio legitimitatis quia ad illius validitatem; & releuantiam debet prius conſtare legitimatum eſſe filium eius, qui in legitimatione aſſeri-
26 tur,cum legitimari non poſſit filius qui ſit alterius *Signorol.conſ.183.& 221.Pariſ.conſ.10 num.21.lib.3.Peregr.conſ.69.nu.1.lib.2. Menoch. cons.181.nom.4.lib.6.& conſ.722. nu.25.& 45. lib.8.Surd.in d.conſ.552.num.14.Aldobrand.conſil.11.nu.20.Paccian.conſ.1.num.52.Grat.diſcept. forenſ.cap.744.num.4.& 5.Rota in d. Romana fideicomm.de Anonijs 23.Iunij 1642.§.ex his coram bo.me.Bichio.*

Cum itaque non fuerit probata filiatio Vincentij indè fit, vt ad bona fideicommiſſaria Fabij nullo modo aſpirare poſſit, ſed omnia ſpectant ad Franciſcum explicitè ad fideicommiſſum vocatum etiam,vt debeat in poſſeſſione in qua exiſtit, manuteneri prout concluſum fuit vtraque parte informante &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Toletana Archipresbyteratus.

Lunæ 3. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Gratia prorogationis obtenta durante tempore antea conceſſo non eſt noua gratia, ſed eadem cum prima ſubreptionis vitium non reſultat ex non facta narratione eius quod Principem non retraxiſſet à gratia, ceſſat Simonia ex reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, licet ſequatur depoſitum antè beneplacitum obtentum quotieſcumque redigitur ad ſimplicem aſſecurationem.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio reſignationis Beneficij dicitur facta in tempore, quando eſt facta in tempore prorogato.*

2 *Gratia prorogationis non dicitur noua gratia, ſed eadem cum prima.*

3 *Taciturnitas eorum, quæ Pontificem non retraxiſſent à conceſſione gratiæ, non vitiat.*

4 *Reſignatio Beneficij, niſi fuit publicata in tempore, & deindè moriatur Reſignans; Beneficium dicitur vacare ob non factam publicationem, non autem per mortem Reſignantis.*

5 *Beneficia vacantia ob non factam publicationem ſunt reſeruata ad Sedem Apoſtolicam.*

6 *Cardinales habent indultum conferendi Beneficia etiam reſeruata.*

Limita quando collatio fuerit facta ex falſo ſuppoſito. num.7.

8 *Collatio facta ex erroneo præſuppoſito non ſuſtinetur.*

9 *Vacationis vno modo expreſſo, non venit alius.*

10 *Reſeruatio Beneplaciti Apoſtolici cum clauſula*, & non alias, aliter &c. *præſeruat contractum à ſimonia.*

11 *Deponere pecuniam ad fauorem Reſignantis pro eius ſecuritate de tempore Beneplaciti, non dicitur ſimonia.*

Amplia. num.12.

13 *Reſignatio conditionaliter fieri poteſt, dummodo pacta ſint concepta ſub beneplacito Sanctiſſimi.*

14 *Qualitas actus præcedentis deſumitur ex ſubſequentibus.*

15 *Ex litteris Apoſtolicis deſumitur bonum ius.*

16 *Narratiua expreſſa Pontifici in ſupplicatione iuſtificatur per Teſtes.*

17 *Valor Beneficij per non exceſſum probatur ex Teſtibus.*

DE-

DECISIO XL.

EX ſerie facti plenius ab informantibus
pro Franciſco deducta, tolli viſa sũt DD.
fundamenta deciſionis in hac cauſa coram
me editæ 13. Iunij 1657. à qua diſputato
dubio ideò recedendum eſſe reſponſum
fuit: non enim poteſt conſtare de bono iu-
1 re Petri, ex capite non publicatæ reſigna-
tionis obtentæ à Franciſco, quia licet poſt
nouem menſes, dum tamen in tempore
prorogato facta fuit *Summario eiuſdem Fran-
ciſci num. 4.* perinde eſt, ac ſi intra ſtatutum
tempus nouem menſium publicata fuiſſet,
vt de ſtylo teſtatur *Pariſ.de reſign. lib. 11. quæ-
ſtion. 13. nu. 139. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 21.
num. 3. Rot. coram Eminentiſs. Card. Otthobono de-
ciſ. 154. num. 9. & in Beneuentana Canonicatus 8.
Februarij 1647. coram bon. mem. Bichio §. Tan-
dem conſtat.*

Non obſtante ſubreptione oppoſita con-
tra gratiam prorogationis temporis ad pu-
blican. ex quo narrata non fuerit Pontifici
mors reſignantis vt in præterita deciſione
§. *Quia facta*: Quicquid enim ſit vbi agitur
de gratia reſtitutoria poſt lapſum temporis
ad publicandum, in quibus terminis lo-
2 quuntur DD. exaduerſo adducti; Certum
eſt, quod vbi adhuc primum tempus du-
rat, gratia prorogationis non eſt noua gra-
tia, ſed eadem cum prima *Caſtrens. conſ. 390.
in princ. & per tot. lib. 1. Dec. conſ. 497. numer. 2.
Mandoſ. ſuper regul. de annal. quæſt. 66. numer. 10.*
Et propterea cum protogatio nulli inferat
præiudicium, eo quia beneficium antece-
denter reſignatum per mortem vacare nõ
poterat, vt infra, perneceſſe ſequitur quod
3 huius qualitatis notitia Pontificem non re-
traxiſſet à conceſſione prorogationis, & cõ-
ſequenter non erat neceſſaria illius mentio.
*Innoc. in c. cum noſtris 6. de conceſſ. præb. Fælin. in
cap ſuper litteris 20. nu. 8. de reſcript. Rot. in Oſcen.
Canonicatus poſt Marcheſan. de commiſſ. tom. 2.
fol. 547. numer. 3. & in Valentina Parochialis 31.
Iulij 1647. coram Reuerendiſs. D. meo Decano §.
obiectum enim procederet.*

Cæterum etiamſi reſignatio controuerſi
4 Archipresbyteratus in tempore publicata
non fuiſſet, prout fuit, adhuc beneficium
ob non factam publicationem vacaſſet, nõ
autem per obitum reſignantis. *Rota deci-
ſion. 539. numer. 15. par. 4. recent. tom. 3. Legionen.
Canonicatus 23. Ianuarij, & 27. Aprilis 1640. co-
ram Reuerendiſſimo Tarraconen. Viterbien. benefi-
ciorum 23. Iunij 1653. §. quod adeò verum, & 26.
Iunij 1654. coram R.P.D. meo Celſo.* Vndè gra-
tis contendit Petrus ſuum bonum ius de-
5 ducere ex prouiſione ordinarij, tali enim
caſu collatio tanquam de reſeruato ad Se-
dem Apoſtolicam ſpectabat iuxta *Conſtitu-
tionem fel. record. Gregor. XIII. Bullar. nou. tom. 2.
conſtit. 85. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 51. num. 106. Rot.
in Tridentina Parochialis 5. Decembris 1646. co-
ram Reuerendiſs. D. meo Decano §. reſpectu verò,
& §. quia dato* cum alijs in dictis *Viterbien. vbi
ſupra plenè in Colonien. Canonicatus, ſeù ferculi
16. Decembris 1647. coram R. P. D. meo Meltio
ſub §. tollitur etiam altera.*

6 Et quamuis ordinarius tanquam Cardi-
nalis habeat indultum conferendi benefi-
cia etiam reſeruata, ratione cuius prouiſio
Petri non obſtante reſeruatione ſuſtineri
potuiſſet, vt per *Rot. dicta deciſ. 539. ſub nu. 15.
verſic. hoc tamen non refert par. 4. recent. tom. 3.*
7 dum tamen collatio facta fuit ex falſo ſup-
poſito, quod beneficium vacaret *dicto Sum-
mario Franciſci num. 3.* quod tamen in facto
non ſubſiſtebat, quia de illo tempore non
8 ceſſerat dies vacationis ob non publicatio-
nem, & ex erroneo præſuppoſito collatio
ſuſtineri non poteſt. *ad text. in cap. ſi eo tem-
pore 45. de elect. in 6. Pariſ. de reſig. lib. 2. quæſt. 10.
num. 7. verſ. ratio eſt cum ſeq. plenè Rot. in Compo-
ſtellana Parochialis 20. Februarij 1650. coram
bon. mem. Dunozetto §. non obſtat collatio dicti or-
dinarij*; Et fortius, quia non ſolum expreſſa
fuit vacatio, ſed etiam certo modo, nempè
per obitum; Ideoque ſuſtineri non potuit
9 tanquam de vacante ob non factam publi-
cationem, quia expreſſo vno modo vaca-
tionis, alius non venit *cap. ſuſceptum 6. vbi
DD. & Franc. nu. 3. verſ. tamen expreſſo vno mo-
do de reſcript. in 6. Garz. de benefic. par. 11. cap. 1.
num. 8. Rota coram Put. deciſ. 50. num. 1. in corre-
ctis lib. 2. Buratt. deciſ. 162. num. 3. Colonien. Deca-
natus 15. Maij 1648. coram bo. me. Bichio §. cum
itaque electio.*

Reſpectu verò ſimoniæ illam ceſſare di-
xerunt ex inſerta reſeruatione Beneplaciti
10 Apoſtolici cũ clauſula, *& non alias aliter &c.*
Hæc enim reſeruatio contractum à Simo-
nia præſeruat, vt per *Azor. inſtitut. moral. par.
3. cap. 8. quæſt. 4. in fine §. Hinc eſt ut in tali Leſſ.
de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 35. dubit. 15. num. 93. Rota
in Braccaren. Parochialis 21. Maij §. & DD. di-
xerunt, & 17. Decembris 1635. §. primo coram
bon. mem. Coccino. & in Compoſtellana Coadiuto-
riæ 9. Maij 1653. coram R.P.D. meo Zarate nunc
Præſide Valliſoletano.*

Nec releuat quod depoſitum effectua-
tum fuerit antequam beneplacitum obti-
neretur, Quia ex inſtrumento deſuper ce-
lebrato *Summario Franciſci numer. 5.* conſtat
*pro maiori ſecuritate, & cautela annuæ penſionis
conſtituentem conueniſſe cum Domino Franciſco,
ſub Beneplacito Apoſtolico, & non alio modo, in
eo quod ipſi dari debeat, & det cedulam bancariam
cum effectu ad illius ſatisfactionem in hac Curia*

facien.

Digitized by Google

facien. ex nunc depoſitum &c. Vndè cum effe-
11 ctuatio depoſiti redacta fuerit ad terminos
ſimplicis aſſecurationis, ſine vlla vtilitate
deponentis, aut reſignantis (qui exigere
non poterat ſine beneplacito Papæ) Simo-
nia conſiderari non poteſt, ex quo iure pro-
hibitum non reperitur dare pecuniam tan-
quam in depoſitum, & ſecuritatem reſi-
gnantis pro tempore beneplaciti obtenti, vt
ſit certus, & ſecurus de ſolutione penſio-
nis, eo modo quo poſſet accipere fideiuſſo-
rem pecuniæ ſoluendæ poſt obtentum be-
neplacitum, vt in ſpecie declarat *Garz. de be-
nef. lib. 1. cap. 5. ſub num. 33. uerſ. poteſt tamen illi
dare pecuniam*, & proſequitur *Bonacin. tom. 1.
de Simon. diſput. 1. quæſt. 4. §. 13. num. 10. Modern.
Peruſin. conſ. crimin. ad defenſ. 160. num. 8. & 13.
& conſ. 162. num. 7. Modern. Aueuion. reſol. benef.
160. num. 8. part. 2.* Ea ratione quia in depoſi-
to tacita videtur ineſſe conditio quatenus
à Pontifice admittatur, adeò vt pro non fa-
cto habeatur illo per Papam reprobato.
12 Quod fortius procedit, quia Pontifici ex-
preſſa fuit conuentio ſuper depoſito, verbis
quibus potuit intelligere effectuationem
illius iam fuiſſe ſecutam *Summario Franciſci
num. 6.* Ibi, *præfati Gaſpar, & Franciſcus inter
ſe conuenerunt, quod Franciſcus eidem Gaſpari ce-
dulam bancariam ad eius ſatisfactionem in oppido
Matriti Toletanæ Diœceſis dare, & ex tunc rea-
liter in forma 4163. duc. &c. depoſitare debeat
&c.* Ad excludendam autem Simoniam
ſufficit ſcientia in genere, & potuiſſe Pon-
tificem intelligere effectuationem depoſiti,
antequam pro beneplacito porrigeretur
ſupplicatio *Pariſ. de confid. quæſt. 41. numer. 16.*
poſt alios *Rota in Ferrarien. ſeù Romana Pecu-
niaria 14. Februarij 1656. coram bon. mem. Du-
nozetto §. eoque libentius.*

Hinc corruit nullitas deducta ex aſſerto
defectu conſenſus reſignantis, quia conuē-
13 tio illa conditionalis non debet ità intelli-
gi, vt reſignans niſi conditionibus expræſſis
per Sanctiſſimum admiſſis reſignare nolue-
rit, ſed ſtante dicta clauſula reſtrictiua in
tantum contrahentes pactorum effectuatio-
nem volebant in quantū Sanctiſſimo pla-
cuiſſent, cuius arbitrio, & nutui omnia
ſubmittere voluerunt, vt ſcilicet ſi Ponti-
fex admiſerit, & ipſe reſignans cum dictis
pactis, ſin minus etiam ſine illis reſignare
voluiſſet, vt in ſubiecta materia declarat
*Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 12. ſub num. 93. verſ. ſimili-
ter Rota deciſ. 538. num. 7. 18. & ſeq. par. 4. recent.
to. 3. dicta Bracharen. Parochialis 21. Maij 1635.
§. & ad hoc reſpondetur in fin. coram bon. memor.
Coccino confirmata 17. Decembris eiuſdem anni
coram eodem in princ. & in dicta Compoſtellana
Coadiutoria 9. Maij 1653. coram Reuerendiſſimo
D. meo Zarate ſub §. minus autem officit in fine*,
vbi quod quando pactum eſt conceptum
ſub beneplacito Sanctiſſimi gratia ex defe-
ctu conſenſus redargui non poteſt.

Et DD. ceſſare viſa eſt omnis difficultas
ex eo quod habita in partibus notitia Pon-
tificem noluiſſe admittere depoſitum, ſed
ſolum cedulam bancariam pro ſex annis,
quæ conſtabat ſummam ſcutorum auri
1800. receſſerunt partes à depoſito conten-
ti aſſecuratione cedulæ pro ſola portione
ſupradicta, ex quibus ceſſant in facto quæ
dicebantur de continuatione depoſiti, &
14 melius colligitur mentem contrahentium
ab initio fuiſſe dependentem à beneplacito,
cum ex ſubſequentibus benè deſumatur
qualitas actus præcedentis, vt in iſtis termi-
nis conſiderat *Modern. Peruſ. dicto conſil. 160.
num. 12.*

Excluſa autem Simonia, & defectu pu-
blicationis, vel etiam conſenſus reſignantis
15 bonum ius Franciſci clarè deſumitur ex
litteris Apoſtolicis *Rota in Cornetana Canoni-
catus 20. Maij proximi præteriti coram R. P. D.
meo Veroſpio §. ſiquidem bonum ius*, & ex iuſti-
16 ficatione omnium narratorum in eius ſup-
plicatione, & prouiſione, reſignationem
enim fuiſſe factam: Vltra quod non con-
trouertitur, iuſtificatione non indiget cum
ſit narratiua Pontificis: Clericatus, & ido-
neitas Franciſci ex teſtibus eius *Sum. nu. 11.*
comprobata remanet, quod autē reſignans
poſſet aliunde viuere, conſtat quod habe-
bat Canonicatum Toletanum, & per ſuc-
ceſſionem obtinuerat Comitatum de Sir-
uela, vt ex teſtibus *eodem Summario num. 13.*
17 fructus denique beneficij per nō exceſſum
probantur à teſtibus *dicto Summario num. 14.*
vt in ſpecie de his omnibus qualitatibus
reſpondit *Rota in dicta Compoſtellana Canoni-
catus 21. Februarij 1650. coram bon. mem. Duno-
zetto ſub §. etenim presbyteratus, & ſeqq.*

Et ità vtraque &c.

REVERENDISS. D. PAPIEN.

Meleuitana nullitatis Profeſſionis.

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria non conceditur, vel quando ma-
teria articulata eſt irreleuans, quia tunc pro-
batio redderetur ſuperflua, vel quando eſt
contraria depoſitionibus iam didicitis, quia
tunc adeſt periculum ſubornationis Teſtiū,
vel quando repugnat iuri, ſeu Statutis, quia
tunc eſt improbabilis.

RVM-

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non conceditur, quando materia articulata eſt irreleuans, vel contraria ſcripturis, & ſtatutis.*
2 *Irreleuantia clara non eget vlteriori remiſſoria.*
3 *Remiſſoria non datur ad probandum contrarium.*
4 *Depoſitiones Teſtium didicitæ, & diſcuſſæ excludunt facultatem probandi contrarium ob periculum ſubornationis.*
5 *Quando non articulantur caſus contrarij præſumitur materia imaginaria.*
6 *Diſcedens è Nouitiatu animo non redeundi, non poteſt denuò admitti ſine nouo nouitiatu, quia conditio perſonæ mutata cenſetur. & num. 10.*
7 *In Materia, quæ non pendet à facto, ſed ab articulo iuris, illius cognitio ad Iudicem ſpectat.*
8 *Concilium Tridentinum in cap. 15. de regular. ſtatuens profeſſionem fieri debere ante annum 16. & irritans profeſſiones comprehendit etiam Milites Hieroſolymitani.*
9 *Remiſſoria non conceditur ad probandum quod cõtrarium apparet ex ſtatutis, & Cõſtitutionibus.*
10 *Nullitas profeſſionis deducitur ex diſceſſu facto animo deliberato non redeundi, nec profitendi.*

DECISIO XXXXI.

POſtquam Rota poſt plures huius cauſæ repropoſitiones abſque reſolutione ordinauerat, vt ſtrictè informaretur ſuper Nouitiatu, D. Marchio Andreas inſtetit pro remiſſoria ad probandum nonnullas materias in actis exhibitas; Vndè propoſito hodie dubio, An remiſſoria eſſet concedenda, DD. eam non eſſe concedendam dixerunt, quia materia articulata viſa fuit irreleuans, vel contraria ſcripturis, & ſtatutis Religionis; ideòque non debet ad eam proban. con-
1 cedi remiſſoria. *Rot. in recent. deciſ. 556. n. 1. par. 5. tom. 2. Merlin. deciſ. 515. num. 1. & deciſ. 156. num. 11. & coram Eminentiſſimo Card. Otthobono deciſ. 45. num. 1. in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentoriis 15. Ianuary 1649. coram bon. mem. Auguelles §. 1. & in Auenionen. pecuniaria 25. Iunij 1649. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.*
2 Irreleuantia eſt clara, quia primus articulus continens, quòd licentiæ ſolitæ cõcedi Nouitijs cum conditione redeundi infra biennium ad peragendum annum Nouitiatus ſint cõmunes, & ſub eadẽ formula concipiantur, tàm pro ijs, qui diſcedunt ante completum annum, quàm pro diſcedentibus eo integro completo admittitur pro vero ab ipſomet D. Marchione Petro, & hoc ipſum comprobant eius Teſtes, Vndè non eget vlteriori Remiſſoria, *vt dixit Rota in recent. deciſ. 606. num. 11. par. 5. & in Senogallien. Prædij 4. Maij 1646. §. articulatur enim coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Secundus, in quo articulatur, quod Nouitij, qui diſcedunt completo anno Nouitiatus cum redeant, non tenentur nouum peragere nouitiatum, ſed poſſit Magnus Magiſter, & Conſilium ſtatim illos ad profeſſionem admittere, vltra quod videtur continere literalem contradictionem, dum immediatè poſt ſubdit, quod non ſolent longo tempore in nouo nouitiatu retineri; adhuc dictus Articulus omninò inueriſimilis redditur, tum attentis ſtabilimentis Religionis, quorum alterum emanatum anno 1628. requirit nouum Nouitiatum, ſaltem per alios ſex menſes, alterum anni 1641. requirit integrum annum, niſi quatenus exhibeantur atteſtationes de antea laudabili vita: Vndè non datur remiſſoria
3 ad probandum contrarium, vt in ſpecie de remiſſoria contra ſtabilimenta Religionis dixit *Rota deciſ. 584. num. 1. verſ. præcipuum par. 4. recent.* tum etiam attentis depoſitionibus teſtium formiter pro parte Marchionis Petri examinatorum, qui de facto proprio deponentes teſtantur debuiſſe renouitiare, & actualiter renouitiaſſe poſt redditum, quamuis antecedenter integrum annum peregiſſent, & cum hiuſmodi depoſitiones
4 fuerint didicitæ, & per tot poſitiones diſcuſſæ, excludunt facultatem probandi contrarium ob manifeſtum periculum ſubornationis Teſtium *cap. fraternitati, cap. intimauit, & cap. cum veniſſent de Teſtibus Clemen. fin. eod. tit. Rota coram Seraph. deciſ. 688. nu. 2. verſ. ſtylus verò coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 497. ſub num. 5. verſ. & hoc præſertim cauendum, cum alijs cumulatis in Romana Dotis 28. Iunij 1651. coram eminentiſſimo D. Cardin. Corrado §. 1. in fin.* Præcipuè quia non articulantur
5 caſus contrarij, in quibus Nouitij fuerint abſque noua probatione admiſſi, prout requiritur, cum alias præſumatur materia imaginaria *Rota in Peruſina ſucceſſionis de Alphanis 29. Maij 1643. §. tum quia coram bon. me. Dunozetto.*

Eoque magis manifeſta viſa fuit huius articuli irreleuantis, quia nullitas controuerſæ Profeſſionis principaliter deducitur ex ſecundo diſceſſu facto per Marchionem Petrum ab Inſula Melitæ animo deliberato non redeundi, nec profitendi, ex quo prætenditur inducta mutatio conditionis per-
6 ſonæ, & conſequenter caſſus, & extinctus primus Nouitiatus, ita vt non potuerit Dominus Marchio Petrus ad Profeſſionẽ validè admitti ſine nouo Nouitiatu, eſto quod primus fuiſſet integraliter completus. *Suarez de Religion. lib. 5. cap. 15. num. 3. & 8. cum alijs adductis in deciſ. Cauſæ coram Reuerendiſſimo*

Tar-

Tarraconen. die 12. Ianuarij 1653. §. præterea dixerunt cum ſeqq. Huiuſmodi autem articulum non tangit materia articulata, nec tangere poteſt cum tamquam materia, quæ
7 non pendet à facto, ſed ab Articulo iuris, iſtius cognitio, & diſcuſſio omninò ſpectat ad Iudicem, vt dixit *Rota in recen. deciſ. 542. ſub n.1.p.1.dec.593.n.1.verſ.deniq;p.4.deciſ.606 num. 2. par. 5. & in Senogallien. Prædij 4. Maij 1646.coram Reuerendiſſimo D.meo Decano §.fin.*

Tertiùs articulus, quod ante ſtatutum 28. de recept. Frat. conditum anno 1584. Nouitiatus non eſſet in vſu, non ſolum, & ipſe viſus fuit irreleuans, ex quo agitur de
8 profeſsione emiſſa anno 1639. & ſic valdè poſt dictum annum 1584. ſed etiam improbabilis, quia ante dictum Statutum erat publicatum Concilium Tridentinum, quod ſub *cap. 15. de regular.* non ſolum decernit profeſsionem fieri debere antè annum 16. ſed etiam copulatiue ſtatuit ne quis ad eam admittatur, qui minori tempore, quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, & quod ſub huiuſmodi conciliari diſpoſitione irritante Profeſsionem aliter factam compræhendantur etiam milites Hieronymi quic(quid dubitauerit Sac. Congregatio *in vna Mediolanen.anno* 1601.allegata ab informãtibus pro parte Marchionis Andreæ) tenent ex antecedenti reſolutione eiuſdem Congregationis, *Pariſ. de Reſign. lib. 6. quæſt.2. nu.120. quem ſequuntur Ric. in prax. for. Eccleſ. reſol. 172. ſub num.2. Tambur. de iur. Abb.tom.2. diſp. 6. quæſt.11. num.6. in fin. Barboſ.de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 101. num.8. & in collect. d.Sac.Conc.dicto cap.15.n.5. de Regular. Grat. diſcept. forenſ. cap. 363. n. 27. & fuit reſolutum in Fulginaten. hæreditatis 14. Februarij 1650. coram R. P. D. meo Veroſpio §. cum maximè.*

Quartus, & vltimus articulus continet, quod exiſtentes de Carauana habentur pro reſidentibus in Conuentu, & ad id admittitur etiam ab informantibus pro Marchione Petro: quatenus verò ſubditur, quod ſi relinquunt Carauanas per aliquos dies ſufficit, quod redeant cum eiſdem ad Conuẽtum, redditur in hac parte implorabilis ſtantibus ſtatutis 36. & 45. *de triremibus* prohibentibus ſub pœna pro nullo temporis ſpatio derelinquere Triremes, & ab eis diſce-
9 dere Remiſſoria autem non datur ad proban. id, cuius contrarium apparet ex Statutis, & Conſtitutionibus *ad tradit. per Bald. in cap. cum Cauſa num. 8. de probat. Crauett. conſil. 54.nu.1.Rot.coram Seraph. deciſ. 1460. nu. 3. Rota d. deciſ. 584.nu.1. verſ.præcipuè par. 4. rec.* Prætera eſt etiam irreuelans, tum quia neceſsitas renouitiandi, & conſequenter nullitas Profeſsionis deducitur principaliter, vt dictum eſt ex ſecundo diſceſſu facto animo deliberato non redeundi, nec profiten-
10 di ex quo conditio perſonæ mutata cenſetur, *vt in deciſione Cauſæ coram Reuerendiſſimo Tarraconen. 13. Ianuarij 1653. §. præterea*. Tũ quia Marchio Petrus diſceſsit cum licentia quam regiſtrari curauit, quod non requiritur in iis, qui ſunt de Carauana, vt deponunt Teſtes pro eius parte examinati, qui etiam teſtantur, quod non erat de Carauana, & ob id Theſaurarius Communis ærarij, ad quem ſpectat, noluit eidem imputari tempus ſuæ abſentiæ in reſidentia, *vt in eius Summ. num.7.8. & 10.*

Et ita reſolutum fuit vtraq; parte informante.

REVERENDISSIMO D. PAPIEN.

Meleuitana nullitatis Profeſsionis.

Lucæ 27. Ianuarij 1659.

ARGVMENTVM.

Integer Nouitiatus annus præcedere debet profeſsionem in Religione emittendam, & Nouitius egrediens animo non redeundi ad profeſsionem admitti non poteſt abſque nouo anno probationis, adeout profeſsio aliter emiſſa non conualidetur per ratificationẽ impetrata pro Nouitio facultas profitendi extra Conuentum, quamdam ſuſpicionem importat non liberæ voluntatis in Profeſſo.

SVMMARIVM.

1 *Annus completus Nouitiatus requiritur pro validitate profeſſionis. & num.25.*

2 *Diſcedens è Conuentu animo deliberato non amplius ad illum redeundi, nec profitendi tenetur denuò annus nouitiatus peragere, antequam ad profeſſionem deueniat. & num. 6. & 11.*

3 *Nouitiatus interrumpitur per diſceſſum à Religione animo deliberato non redeundi, nec profitendi. & num. 5.*

4 *Nouitius egrediens è Religione poſt annum probationis non tenetur nouum nouitiatum peragere, ſi deindè ad illam reuertatur.*

Amplia etiam ſi habitum Religioſum demiſerit. num. 7.

Limita quando egreditur animo deliberato non redeundi, nec profitendi. num. 5.

8 Bordon. in cap.4. de profeſſ. num. 19. (*tenens non requiri nouum nouitiatum in egrediente è Religione primo anno iam completo, etiam ſi habuerit animum deliberatum non redeundi) reijcitur.*

9 *Opinio concilians contrarias ſententias eſt tenenda.*

10 *Nouitiatus peractus animo deliberato non profitendi, ſi poſtea eo expleto emittatur profeſſio, dicitur valida.*

Limita quando Nouitiatus fuit peractus animo profitendi, & deinde fuit mutata voluntas Nouitij egrediendo è religione animo amplius non redeundi, nec profitendi. & num. 11.

12 *Profeſſio coactè emiſſa non ſubſtinetur.*

13 *In Religione Hieroſolymitana habitus non ſuſcipitur in ingreſſu, ſed tantum in actu poſeſſionis.*

14 *Habitus pro declaratione animi exigitur Clauſtralibus.*

15 *Religionis deſertio magis colligitut ex voluntate deliberata mutationis propoſiti, quam ex dimiſſione habitus.*

16 *Voluntas declaratur ex actibus ſubſequutis.*

17 *Licentia obtenta ad effectum diſcedendi à Religione per illius vſum remanet conſumpta, nec poteſt deſeruire pro alio diſceſſu.*

18 *Actus temporalis ſemel geſtus amplius reiterari non poteſt, etiam durante tempore permiſſo.*

19 *Patronus Eccleſiaſticus habens ſemeſtre ad præſtandum, ſi prima die ſemeſtris aliquem præſentet, non poteſt deindè alium præſentare, etiam durante dicto ſemeſtre.*

20 *Patronus laicus habens facultatem variandi in præſentando vna vice tantum variare poteſt.*

21 *Negatiua dicitur probata ex inſpectione librorum quando ex illorum reuolutione probatio reſultet.*

22 *Clauſula* non aliàs *præciſam formam inducit.*

23 *Conditiones ſunt adimplendæ.*

24 *Beneplacitum Apoſtolicum quando eſt reſeruatum cum clauſula* non aliàs *efficitur neceſſarium, etiamſi aliàs eſſet voluntarium.*

26 *Sub diſpoſitione* Sac. Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 15. de regular. *comprehenduntur etiam Equites Hieroſolymitani.*

27 *Subreptio Breuis ipſo iure irritat gratiam.*

28 *Voluntas profitentis præſumitur meticuloſa ex modo inſolito profitendi.*

29 *Defectus legitimi Nouitiatus ſicuti reddit nullam expreſſam profeſſionem, multo magis tacitam.*

80 *Actus inducentes ratificationem non debent eſſe æquiuoci.*

31 *Ad inducendam ratificationem requiritur etiam conſenſus Religionis.*

DECISIO XXXXII.

PRofeſſionem, quam Rota *ſub die* 10. *Decembris* 1649. *coram Reuerendiſſ. Tarraconen.* validam declarauerat, cauſa repropoſita *ſub die* 13. *Ianuarij* 1653. *coram eodem* ex nouis probationibus deductis pro parte D. Marchionis Petri ob liberæ voluntatis, ac legitimi Nouitiatus defectum nullam, & inualidam eſſe reſoluit, cum autem Dominus Marchio Andreas non acquieſceret, & in dubium reuocaret vires dictæ vltimæ reſolutionis per duas vices, ego vti ſubrogatus in locum dicti Reuerendiſſ. Tarraconen. eamdem cauſam repropoſui, & DD. *ſub die* 20. *Decembris* 1655. nulla capta reſolutione ordinarunt, quod ſtrictè informaretur ſuper Nouitiatu, & hodie tandem ſemel, atque iterum articulo acerrimè diſcuſſo, vltimam deciſionem confirmandam eſſe exiſtimarunt præcipuè ex validiſſimo fundamento non peracti legitimi Nouitiatus.

1 Pro validitate enim veræ, & legitimæ profeſſionis vltra deliberatum animum profitendi, vt *firmatum fuit pleniſſimè in vltima deciſione huius cauſæ coram Reuerendiſſ. Tarraconen.* requiritur etiam integer, ac completus Nouitiatus annus, tàm ex diſpoſitione Iuris *iuxta textum in cap. ad Apoſtolicam de regular. quam ex decreto Sac. Conc. Triden. ſeſſ. 25. cap. 15. eodem titulo, vt declarat Ricc. in collectanea 216. & in terminis Religionis Hieroſolymitanæ Reuerendiſſ. modernus Eugub. deciſ. 21. n. 49.*
Ideòque D. Marchio Petrus, qui diſceſſit
è Conuentu pro ſecunda vice abſq; vlla
licentia, ac animo deliberato non amplius
ad illum redeundi, nec profitendi vendendo,
& alienando omnia ſua bona mobilia,
& ſuppellectilia, quæ Melitæ retinebat,
cum expreſſa declaratione pluries emiſſa
di non voler eſſer Religioſo, vt deponunt Te-
ſtes *in eius Summario præterito, & præſenti*
vtrobique num. 1. quamuis antea probationis
2 annum compleuiſſet, tenebatur attamen
antequam ad profeſſionem deueniret, pe-
rindè ac ſi Nouitiatus præceſſiſſet, iterum
illum peragere, *Suar. de Relig. tom. 3. lib. 3. cap. 15. num. 8. & ſeqq. Barthol. de Vecch. de Nouitiat. diſput. 11. dub. 3. num. 5. & 6. Rodrig. quæſt. regular. tom. 3. diſput. 6. quæſt. 11. num. 16. & 17. Tondut. quæſt. benef. cap. 78. num. 5. par. 1. Barb. de iur. Eccl. vniuerſ. lib. 1. cap. 42. n. 121. & ſeq. & num. 128. Caſtropal. de eſſent. ſtat. Relig. 1. diſp. 1. punct. 12. §. 2. in fine fol. 231. Nouar. Lucerna de Regular. in verb. Annus num. 7. Diana reſolut. moral. tom. 5. tract. 5. de paruit. matern. reſolut. 19. verſ. ſed non deſeram fol. mihi 124. & admiſit Rota in prima deciſ. huius cauſæ ſub die 13. Ianuarij 1653. §. præterea coram Reuerendiſſ. D. Tarraconen.*

Etenim ex diſceſſu à Religione animo
deliberato non redeundi, nec profitendi,
3 inducitur propoſiti, ac voluntatis mutatio,
& primus Nouitiatus interrumpitur, *Lap. alleg. 46. ſub num. 4. Suar. eod. tract. de Relig. lib. 5. cap. 15. num. 8. & ſequen. Tondut. in di-*
ctis

ctis qu. Benefic. in alleg. cap. 78. num. 7. Rota in
Burgen. nullitatis profeſſionis 16. Aprilis 1649.
coram bon. mem. Arguell.
Hinc non applicatur concluſio, quod
4 Nouitius egrediens à Religione poſt annũ
probationis, ſi deindè ad illam reuertatur
nouum Nouitiatum nõ teneatur peragere,
iuxta gloſſ. in cap. cum qui certus 31. verb. cum,
qui certus, la ſeconda de regul. iur. in 6. quam ſe-
quitur Barth. Brixien. inter qu. diuerſ. par. 2. tit.
de regular. qu. 68. verſ. ſolutio videtur cum pluri-
bus alijs relatis Authoribus ab informantibus pro
D. Marchione Andrea.
Quoniam illa procedit in terminis gene-
ralibus, quando ſcilicet Nouitius diſcedens
animum redeundi non depoſuit, nec ali-
quo modo conditio perſonæ immutata
remanſit, vt declarat idem Brixien. & gloſſ. in
d. cap. cum qui, & illorum ſequaces, ſecus autẽ
quando, prout hic, colligitur ex circum-
5 ſtantijs illum receſſum fuiſſe factum animo
firmo, ac deliberato non amplius redeundi,
neque profitendi, quia nolebat eſſe Reli-
gioſum, tali enim caſu conditio perſonæ
immutata redditur, & factum Religioni cõ-
trarium intercedit, ac proindè Nouitiatus
interruptus dicitur, vt præter ſupra relatos
tradunt Sanchez. ad præcepta Decalogi lib. 5. c. 4.
num. 32. in fine Ciarlin. controu. 108. num. 22. &
ſeq. Lezzana conſul. 8. num. 4. 17. & 25. & ſeq.
& licet poſtea reuertatur non poteſt tamen
ad profeſſionem admitti abſque nouo No-
uitiatu, vt declarant concorditer omnes Authores
in contrarium allegati, & firmant Caſtropal. vbi
ſup. par. 3. diſput. 1. tract. 16. punct. 12. §. nu. 1.
& ſeq. Diana eadem reſolut. 19. d. §. Sed non de-
ſeram latè Tondut. eodem cap. 78. num. 5. & ſeq.
maximè poſt Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 15. &
16. de regular. ea cuius diſpoſitione tenentur
Nouitij profiteri finito anno alias poſſunt
eijci, nec amplius recipiuntur, niſi cum
reiteratione anni probationis, nec conſe-
6 quenter poteſt Nouitius mutato propoſito
petere Religionem abſque nouo Nouitiatu
Suarez. de Relig. lib. 6. cap. 15. num. 9. tom. 3.
Neque aduerſatur quicquid in contra-
rium dixerit Donat. Ant. de Marin. reſol. quo-
tidian. lib. 1. cap. 282. ſub num. 1. & ſeqq. de No-
7 uitio exeunte habitum Religioſum prorſus
demittendo, nam exindè non poteſt inferri
ad deſertionem Religionis, & ad animum
non redeundi, cum poſsit quis habitum de-
mittere, & tamen animum redeundi ad
Religionem retinere, vt diſtinguit Tondut.
vbi ſup. & Bordon. conſ. regul. 54. nu. 195. to. 2.
& ſic propoſito caſui nõ applicatur, in quo
deliberatus animus amplius non redeundi
interceſsit.
Prout nec pariter vllum fundamentum
fieri poteſt in opinione Bordon. c. 4. de profeſſ.
num. 19. qui admittit non requiri nouum
8 Nouitiatum in egrediente à Religione pri-
mo anno iam completo, quamuis ille ha-
buerit animum non redeundi; quia præter
quod dictu Author tamquam ſibimet ipſi
contrarius in d. conſ. regular. 54. nu. 191. vbi
declarat dictam opinionem procedere, quã-
do perſonę conditio, vel Religionis mutata
non remanſit, attendi non debet, quatenus
etiam ceſſaret contrarietas illius opinio nõ
eſſet habenda in conſideratione, cum aduer-
ſetur de directo veriori, ac magis commu-
ni DD. opinioni, quam ſequuntuur ipſa-
met, gloſ. in præcitato cap. Eum qui verſ. niſi con-
ditio de regul. iur. in 6. Brix. vbi ſup. verſ. ſolu-
tio videtur, Speculat. de Monach. lib. 4. part. 8.
tit. 37. num. 43. verſ. 37. quæritur, D. Antoni-
nus in 3. par. ſumm. tit. 16. cap. 3. §. 2. circa finem
verſ. & hoc niſi conditio Lopez lib. 3. verb. vn. an-
no tit. 7. par. 1. verſ. quod non ſi conditio Sanchez
in præcept. Decalog. lib. 5. d. cap. 4. num. 4. Mar.
Ser. de ſtat. regular. tom. 2. tract. 4. diſp. 2. vnic.
different. qu. 3. num. 19. verſ. non egeret, & verſ.
& hoc etiam, Rota in d. Burgen. Nullitatis Pro-
feſſionis 16. Aprilis 1649. §. & omnes quidem co-
ram Arguelles, & hanc opinionem amplia fuit ſac.
Congregatio Conc. Tridẽt. in vna Neapolitana
7. Martij 1608. vbi alibi quibus reſolutioni-
bus Rota reuertenter deferre ſolet, Canaler.
deciſ. 627. num. 3. Merlin. deciſ. 523. nu. 2. & 3.
& fuit reſolutum in Vicen. iuriſdictionis 2. Maij
1650. §. Quia in caſu coram Reuerendiſſ. D. meo
Decano, in Cæſarauguſtana fundationis Conuentus
18. Martij 1657. §. His poſitis coram R.P.D. meo
Beuilacqua confirmata 12. Nouembris eiuſdem an-
ni §. neque defectus coram me, & illa ſemper te-
9 nenda eſt opinio, quæ per diſtinctionem
conciliat contrarias, l. ſi finita §. illud ff. de
damn. infect. Alaxand. conſ. 50. num. 7. lib. 7.
Gregor. deciſ. 574. num. 6.
Non etiam applicatur alia concluſio,
quod Nouitiatus, licet peractus fuerit ani-
mo deliberato non profitendi, nihilominus
ſi poſtea eo expleto emittatur Profeſsio va-
lida illa reddatur. Etenim dicta concluſio
10 procedit vbicumque ſpontè, ac voluntariè
profeſsio ſubſequuta emiſſa foret, in qui-
bus terminis loquuntur Sanchez de matrim.
lib. 7. diſp. 37. num. 47. Suarez. de relig. Societ.
IESV tom. 4. lib. 2. cap. 5. num. 16. in contra-
rium allegati, & ſic quando voluntas mu-
tata eſſet pro emittenda profeſsione, ſecus
autem è contra quando Nouitiatus fuit pe-
ractus animo profitendi, & deindè mutata
fuit voluntas Nouitij, vt in iſto caſu, in quo
D. Marchio Petrus determinauit propoſi-
tum non amplius profitendi, nec redeundi
11 ad Religionem, tunc enim per diſceſſum

cum extincta remanſerit antecedens probatio, profeſſio poſtea emiſſa ſubſtineri non poteſt, *ex ſuperius firmatis*, maximè dum ex deductis in vltima deciſione, iſta
12 profeſſio emiſſa fuit inuoluntariè coram delegato, & potius coactè, *vt bene declarat Rota deciſ.175.numer.5.par.1.recent. & in dicta Burgen. Nullitatis Profeſſionis coram bo:mem. Arguelles §.ſed eſto,& ſequenti.*

Præterea neque ſubſiſtit, quod ad inducendam nullitatem Profeſſionis præter animum deſerendi Religionem requiratur copulatiuè dimiſſio habitus, & diſceſſus abſque licentia; Pro reſponſione ſiquidem
13 reſpectu habitus ſatis eſt dicere, quod in Religione, de qua agitur ille non ſuſcipitur in ingreſſu,ſed tantum in ipſo actu profeſſionis, *vt patet ex libr. ordinat. tit.de recept. fratr.& notat Peregr.conſ.116.ſub numer.3.verſ. difficultatem tamen facit lib.5.*

Nihil refragante, quod Nouitij huius Religionis deferre ſoleant in pectore Crucem auream,huiuſmodi enim ſignum non poteſt conſiderari pro habitu ipſorum Nouitiorum, cum illius geſtatio non ſit omnibus indiſtinctè permiſſa, ſed ijs ſolum, qui licentiam, & diſpenſationem ab ipſa Religione obtinent, *vt diſponitur in ordinat. 39. eodem tit. relat. in d. præſenti Summario D. Marchionis Petri num. 5.* nec apparet dictum
14 Marchionem huiuſmodi diſpenſationem impetraſſe; Et vlteriùs actus extrinſecus dimiſſionis habitus, qui pro declaratione animi exigitur clauſtralibus *ad tradita per Bordon.d.reſolut.54 num.195.& ſeqq.*ſuperfluus quidem redditur quando aliundè de dicto animo deliberato non profitendi conſtat, ex verbis, & factis à Nouitio egrediente prolatis, ac reſpectiuè geſtis; Deſertio
15 enim Religionis magis conſiſtit in voluntate deliberata mutationis propoſiti,quam in actu materiali dimiſſionis habitus, *vt optimè docet Caſtropol. tom.3. vbi ſupra tit.de illius eſſent, & prærequirit diſput.4.punct.12.§.2. numer.8.& ſeqq.fol.230.Tondut.in præcitato loco num.5.& 6.* voluntas autem D.Marchionis Petri, qualis anteà fuerit benè declaratur
16 ex actibus ſubſequutis, dum recuſauit profiteri in Conuentu, & diſceſſit ab illo animo deliberato non ampliùs redeundi *l. quædam ſunt ff. de reb. dub. Mantic. de tacit. lib.6.tit.33.num.32. volum.1.* Rota *coram Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono deciſ.230.numer.16.*

Reſpectu autem licentiæ, ſiuè agatur de primo,ſiuè de Secundo Marchionis diſceſſu minimè ad effectum prædictum ſuffragari poteſt, nam licentia obtenta in primo diſceſſu quamuis conceſſa fuerit ad duos
17 annos, per illius vſum conſumpta remanſit, nec amplius deſeruire potuit pro alio Secundo diſceſſu, vt deponunt Teſtes *in eodem Summario præterita poſit.num.8. & concordat Text.in l.Boues §.hoc ſermone ff. de verbo ſignif.ac in ſimilibus terminis tradunt Alex.cõſ.16. in princip.verſ.vnde ſi alicui lib.4. Ricc. in praxi for.Eccleſ.deciſ.649. Tambur.de iur.Abbatiſ.diſput.23.quæſt.5.nu.5.* & inſuper tempus duorum annorum adiectum in dicta licentia non poteſt referri ad facultatem diſcedendi adeò vt licuerit intrà dd.biennium nouitio ad eius libitum diſcedere, ſed referri debet ad conditionem ibidem appoſitam pro redeundo ad peragendum nouum nouitia-
18 tum, & ſic ad actum momentaneum, ac temporalem, qui ſemel geſtus ampliùs reiterari non poteſt etiam durante tempore permiſſo,*vt optimè diſtinguendo tradit Tiraquell.in d.l.Boues §.hoc ſermone limit.4.numer.3.* & in ſimili dicitur de patrono Eccleſiaſtico qui licet habeat ſemeſtre ad præſentan-
19 dum nihilominus ſi prima die Semeſtris aliquem præſentet non valet deindè adhuc eo Semeſtre durante alium præſentare *c. quod author.C.Paſtoralis, & cum autem de Iurepatr. Barboſ.de offic.& poteſt Epiſc.alleg.72.n.15. & ſeqq.* de patrono Laico habente quadrimeſtre, & facultatem variandi, qui ſi vnum præſentet, & deinde variet cumulatiuè
20 alium præſentando non valet vlteriùs variare, quia ſuam facultatem in antecedenti actu iam conſumauit *Calderin. de Iurepatr. conſ.16.Lambertin.eodem tract.lib.3.par.3.quæſt. 7.art.23.in princip, Garz.de benef.part.5.cap.9. num.214.Viuian.de Iur.patr.par.2.lib.10.cap.4. num.1.Barboſ.de alleg.12.num.161.*

Quo verò ad ſecundum diſceſſum, nec dici poteſt, vt factus ille fuerit obtenta de nouo licentia dum nullibi iuſtificatur eam impetratam fuiſſe, & præſertim hoc colligitur in reuolutione librorum Cancellariæ
21 dictæ Religionis, in quibus licentiæ ſimiles regiſtrari ſolent *iuxta formam diſpoſitionis ſtat.33.del Conſeglio tit.3.fol.mihi 147.*ex quorum quidem librorum inſpectione concludenter probata remanet impetrationis negatiua *Bald. in l. fin. num.7. verſ. quando ergo C.de reb. Cred. Ruin.conſ.33.num 19.verſ.ad illud lib.1. Rota coram Gramm.deciſ.59.num.18. Caualer.deciſ.33.num.2.Greg.deciſ.10.num.6.& deciſ.282. num.3, vbi add.num.10. cum pluribus ibidem allegatis,*

Vlterius dixerunt DD. quod huiuſmodi licentia obtenta pro prima vice quamuis non remanſit conſumpta in primo diſceſſu præfati D.Marchionis Petri, & pro ſecundo deſeruire poſſet; Attamen vti conceſſa ſub explicita conditione redeundi infra bien-

22 biennium ad nouum annum Nouitiatus peragendum cum clauſula, *& non aliter licentiam tibi damus*, quæ præciſam formam inducit ſecundum *Roland. conſ.63.numer.29. lib.4. Oſaſch. deciſ.165. num.13. Rota deciſ.612. num.2.in fine par.3.recent.* & per ipſum Mar-
23 chionem cum dicto onere acceptata, ſuffragari non poſſet pro ſubſtinenda dicta profeſſione ex defectu non implementi talis conditionis *Caputaq. deciſ.82.num.1.par.2. Buratt.deciſ.437.num.4.in Valentina Parrochialis 8.Aprilis 1644.§.cum præſertim coram Reuerendiſſ.D.meo Decano*, ex ea namque forma acceptationis ſub illo onere redeundi infrà dictum tempus cum clauſula *non alias* dictus Marchio præcisè obligatus remanſit pro illius adimplemento, non ſecus ac redditur obligatus ille, qui habens facultatem contrahendi abſque beneplacito Apoſtolico, quando dictum beneplacitum præſernat cum dicta Clauſula, *& non alias &c.*
24 cum illa operetur in tali caſu, vt beneplacitum alias voluntarium ex ipſa reſeruatione omninò neceſſarium fiat *Cephal.conſ. 116.num.9.& ſeqq.Gratian.diſcept.168.num.13. Rota coram Greg.XV.deciſ.192.numer.1.Buratt. deciſ.374.num.12. & ibi Add.num.27.& in Bonon.Primogenituræ 14. February 1656. §. & eo minus coram bo:mem. Bichio.* Et quamuis hæc conditio ſolita ſit apponi in dictis licentiis, ita tamen ſolet adimpleri nam vt Teſtes deponunt *in vltimo Summario M. Petri nu.13.* tenentur Nouitij redeundo nouum peragere Nouitiatum etiam quando primus eſt completus, ſicuti & etiam probant decreta Conſilij *anni 1637. & 1641. vt in Summario impreſſo dicti Marchionis Petri numer. 27. & 28. & in prædicto vltimo Summario num. 14. & 15.*

25 Firmato igitur ex prædictis, quod primus Nouitiatus D. Marchionis extinctus, & caſſus in totum remanſerit *intrat diſpoſitio Sac.Conc.Trid.d.ſeſſ.25.cap.15.de regul.* quę profeſſionem integro Nouitiatu non præcedente, irritat, & annullat.

26 Quod autem ſub illius diſpoſitione nedum compræhendantur Religioſi Clauſtrales, verum etenim Aequites Hieroſolymitani plenè probatur ex pluribus eiuſdem Sacræ Congregationis *Concil. vt firmat Pariſ.de reſignat. benefic. lib.6.quæſt.2.num.120. Barboſ.de offic.& pot.Epiſc. alleg.101. & in collect.dicti Sac.Conc.eodem cap.25.num.5.de regul. Spada Lucenſ.conſ.127.num.2.& conſ.16.per tot ac alys allegat.fuit dictum in Fulginaten.Hæreditatis 14. February 1650. §. cum maximè coram R. P. D. meo Veroſpio, & in deciſ. ædita in hac Cauſa ſuper remiſſoria 26.Iunij præteriti §. Tertius Articulus coram me;* & hoc idem comprobatur etiam ex Inſtantia nuper facta per D. Marchionem Andream in Signatura Sanctiſſimi pro obtinenda Commiſſione directa eidem Sacræ Congregationi ſuper cognitione huius articuli, quæ vti ſuperflua, ſatis declarata pluribus reſolutionibus à Sanctiſſimo reiecta fuit.

Nec aliquid ad effectum, de quo agitur poteſt operari Breue ſan. mem. Vrbani Octaui, cuius vigore profeſſio controuerſa extra Conuentum emiſſa fuit, quia cum illud fuerit conceſſum ſub expræſſa narratiua, quod legitimus Nouitiatus, & omnia alia neceſſaria expleta fuerant, & tamen contenta in eo falſa detegantur, indè reſultat manifeſta eiuſdem Breuis ſubreptio,
27 quæ gratiam irritat ipſo Iure, & conſequenter etiam ipſam profeſſionem *Abb.in c. ad audientiam il 2.num.5.& 14.de reſcript.cap.2. de filiis Præsbyt.in 6.Clement.1. de præbend. Aymon.conſ.68.num.2.Roman.conſ.330.num.3.Rot. in recent.deciſ.452.num.4.part.2. coram Seraph. deciſ.601.nu.2.& coram Eminentiſſimo D.Cardinali Ottbobono deciſ.239.num.2.& 3.*

Imò ex hoc modo inſolito profitendi per Breue extra Conuentum maior reſul-
28 tare videtur ſuſpicio, quod voluntas profitentis potiùs meticuloſa, quàm libera fuerit *Pariſ.conſ.53.nu.55.lib.4,Barboſ.vot.deciſ.1. num.67.lib.1.Rota coràm Greg.deciſ.326.nu.35. & ſeqq.*

Demum nihil faciunt in contrarium adducta pro inducenda tacita ratificatione
29 dictæ profeſſionis; Quia defectus legitimi Nouitiatus, quemadmodum reddit nullam expræſſam profeſſionem, ita fortius tacitam, *vt firmatur in vltima deciſione §. actus verò coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & tradit Nauar. conſ.26. num.29. lib.3.de regular.Suarez de relig. Tom.3.lib.7.cap.1. numer.8.* Præterea
30 actus inducentes ratificationem non debent eſſe æquiuoci, vt ſunt illi allegati pro parte D. M. Andreæ, ſed certi indubitati,
31 ac poſitiui *Rota deciſ.179.num.6.par.4.recent.* Et inſuper requiritur etiam conſenſus Religionis *Rota in Vliſbonen.nullitatis Profeſſionis 19.Ianuarii 1646. coram bon. mem. Arguelles §. vlterius cum aliis relatis in vltima deciſione Reuerendiſſimi Tarraconen.dict.§.Actus vero in fine, & ſeq.*

Et ex his cum alijs in dicta vltima deciſione plenè firmatis vtraque parte pro quinta vice accertimè informante reſolutum fuit, &c.

R. P. D. ALBERGATO

Toletana Archipreſbyteratus

Lunæ 10. Martij 1659.

ARGVMENTVM.

Temporis protogatio legitimè obtinetur etiam in vltimo momento nec eſt neceſſe, quod narretur impoſſibilitas adimplendi, quod adimpleri debebat in termino antea conceſſo.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua in ſupplicatione Pontifici expreſſa debet iuſtificari.*

2 *Prorogatio temporis ad publicandum dicitur ſubreptitia, ſi fuerit obtenta ſine narratiua mortis Reſignantis, & quod non poterat fieri publicatio in partibus attento breui tempore.*

Limita num. 3.

4 *Beneficium per mortem Reſignantis non vacat, dummodo fuerit admiſſa reſignatio, & reſignans ſuperuixerit per 20. dies.*

5 *Prorogatio obtineri poteſt etiam in vltimo momento.*

6 *Simonia debet plenè, & concludenter iuſtificari.*

7 *Dominium pecuniæ depoſita remanet penes deponentem.*

8 *Relata ad Inſtrumentum ſunt intelligenda, & reſtringenda iuxta formam illius.*

9 *Deponere pecuniam ad fauorem reſignantis pro eius ſecuritate de tempore Beneplaciti, non eſt prohibitum.*

10 *Reÿcitur* Cioſ. in conſ. 147.

DECISIO XXXXIII.

POnderatis duabus contrarijs deciſionibus
cenſuerunt Domini ſtandum eſſe in ſe-
cundo loco deciſis, quia bonum Ius Fran-
ciſci reſultare viſum eſt ex eo, quod iuſti-
ficata remanent omnia in eius ſupplicatio-
1 ne Pontifici expreſſa Clericatus, ſcilicet, &
propria idoneitas, quod Reſignans poſſet
aliundè viuere, & valor per non exceſſum
in præterito eius *Summ. numer.* 11. *& ſeqq.* vt
alijs relatis reſponſum fuit in *Beneuentana
Canonicatus 4. May 1654. coram Reuerendiſſ. D.
Zarate §. de iuſtificatione cum plurib. ſeqq. & in
Placentina Parochialis 15. Februarij 1658. coram
Reuerendiſſ. D. meo Decano §. Narratiua enim, &
ſeq.*
Non obſtat quod prorogatio temporis
ad publicandum ſubreptitia fuerit, tan-
2 quam obtenta ſine narratiua mortis Reſi-
gnantis, & quando ſupererant ſoli dies 21.
primi termini, proindèque cum tàm breui
tempore publicatio in partibus fieri non
poſſet, hoc Pontifici narrari debuiſſet, iuxtà
conſ. Pariſ. 49. num. 33. lib. 4.
3 Nam reſpectu obitus Reſignantis, cum
nullum adeſſet tertij præiudicium, non
erat neceſſaria talis narratiua, *vt in vltima
deciſione §. non obſtante.* Ea ratione quia cum
iam fuiſſet admiſſa reſignatio, & Reſignans
4 per viginti dies ſuperuixiſſet, Beneficium
per mortem ipſius amplius vacare non
poterat *Rota apud Garz. de Benef. par. 2. cap. 1.
num. 130.* & pluribus relatis *in Viterbien. Be-
neficiorum 23. Iunij 1653. coram R. P. D. meo
Celſo, §. quod adeo.* Quo vero ad tempus,
vltrà quod Sanctiſſimo expoſitum fuit,
quod Reſignatarius non publicauerat, nec
ſperabat in primo termino publicare poſſe,
quod ſufficit: Adhuc prorogatio legitimè
5 obtineri potuit etiam in vltimo momento
temporis, vt tradit *Bald. in cap. de cauſis 4. nu-
mer. 12. de offic. delegat.* Et obtenta ſuffragatur
etiam non facta mentione, quod eſſet im-
poſſibile in primo termino publicare, vt
reiecto *Pariſ. vbi ſupra,* eiuſque fundamentis
ſublatis in puncto teſtatur *Mandoſ. ad regul.
de annal. quæſt. 77. num. 2. & 3. Rot. deciſ. 999. n. 4.
coram Penia, ſecundum impreſſ. Lugdun.* & in for-
tioribus terminis in *Romana, ſeù Ianuen. loco-
rum montium 17. Maij 1658. coram R. P. D. meo
Priolo, §. minùs refert quod prorogationes.*
Obiecta iterum Simonia labes viſa eſt
Dominis nullo modo probari, protſuſque
corruere ex reſeruatione beneplaciti cum
clauſula, *& non alias, aliter &c.* & tamen
certum eſt, quod in ſubiecta materia,
6 etiamſi ciuiliter agatur Simonia debet ple-
nè, & concludenter iuſtificari *Natt. conſ. 299.
num. 13. in fine, poſt alios Rot. in Placentina Paro-
chialis 2. Decembris proximè præteriti coram Re-
uerendiſſimo Domino meo Decano, §. non obſtat ex-
ceptio Simoniæ.*
Neque etiam ſubſiſtit, quod in effectua-
tionem depoſiti antè obtentum benepla-
citum translatum fuerit in Reſignantem,
Dominium pecuniarum Depoſitario ſo-
lutarum, vt ex partita libri mercatoris, vbi
7 quod pecunia depoſita ſpectabat ad Reſi-
gnantem: Nam de Iure pecuniæ depoſitæ
dominium remanet apud deponentem *l.
depoſui 39. ff. de pecul.* Partitæ autem libri De-
poſitarij ſe referunt ad Inſtrumentum, ad
cuius terminos intelligendæ ſunt virtute
8 relationis, & reſtringendæ *Dec. conſ. 63. nu-
mer. 6. Rot. deciſ. 429. numer. 1. par. 2. recent. cum
concord. in Romana Caſalis Veteris 11. Decem-
bris proximi præteriti coram me, §. Quinimo.* Et
proinde cum in Inſtrumento ſæpiùs ex-
preſſum fuerit depoſitum fieri ad maiorem
ſecu-

ſecuritatem Reſignantis pro terminis pen-
ſionis inpoſterum conſequendæ, & idem-
met Depoſitarios declarauerit expreſsè ſe
ſoluturum pecuniam ad formam littera-
rum Apoſtolicarum *Summ. Franciſci num. 3.*
9 hinc fit, vt dominium translatum non
fuerit in Reſignantem, niſi poſt superue-
nientiam beneplaciti Apoſtolici. Nec eſt
prohibitum deponere pecuniam ad fauo-
rem Reſignantis pro eius ſecuritate de
tempore beneplaciti, vt declarat *Garz. de
benef. lib. 1. cap. 5. num. 38. verſ. poteſt tamen, &c.
& alij relati in præterita deciſione ſub §. nec re-
leuat.*

Hinc non applicatur *conſ. Cioſ.* 147. quia
in caſu illo ſuper quo ipſe conſuluit domi-
10 nium pecuniatum iam translatum erat in
Penſionarium, & ſolutiones ante in præte-
ritum fuerant iam dudum factæ, & antici-
patæ, vt declarat ſeipſum ſub *num.* 11. *verſ.
at qui in propoſita*: quod non euenit in caſu
noſtro, quia depoſiti dominium remanſit
penès deponentem, & Reſignans de pecu-
niis diſponere non poterat, niſi poſt bene-
placitum Pontificis, *vt ſupra.*

Et cum aliæ obiectiones ſublatæ fuerint in vltima deciſione, cuius reſponſiones, & fundamenta placuerunt Dominis pro confirmatione ſecundæ deciſionis reſponſum fuit. Vtraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO

Romana locationis

Veneris 2. *Maij* 1659.

ARGVMENTVM.

Locatio non dicitur nulla ex prauitate vſuraria, quoties excedit dimidiam Iuſti pretij, ſed tamquam leſina reſcinditur in vim l. 2. C. de reſcind. vend. Verbum mutuare in contractu Cambij appoſitum, cambij naturam non immutat ex ſtylo mercatorum cum defertur.

SVMMARIVM.

1 *Ad iuſtificandum rei valorem antecedentia inſtrumenta locationum ſolent deſeruire.*

2 *Pretium ad ſeruandam equalitatem in contractibus in minori debet quantitate firmari.*

3 *Virtute pacti nimis conductoribus oneros iuſtum rei valorem pro concurrenti rata citra fænoris labem poſſunt contrahentes decreſcere.*

4 *Merces in maiori quantitate alienatæ viliori pretio ſolent æſtimari quam ſi minutatim diſtraherentur.*

5 *Contractus aſſictus non eſt fæneratitius ſi infimo aliorum locationum pretio equipolleat.*

6 *Quantitas non expreſſa in locatione, conceſſa in prioribus locationibus appoſita, à contrahentibus conuenta præſumitur.*

7 *Ob abundantiam pretium rerum vileſcit.*

8 *In mutuo vero vel ficto vſura dumtaxat admittitur non in contractu locationis.*

9 *Locatio quoties dimidia iuſti pretij excedit tamquam læſina non autem ex fænoris cauſa infringitur.*

10 *Contractus Cambij licet originem ex mutuo trahat tamen poſtquam perfectus eſt diuerſam naturam aſſumit.*

11 *Verbum mutuat in contractu Cambij appoſitum non immutat ex ſtylo mercatorum naturam.*

DECISIO XXXXIV.

Contractum locationis Venæ Ferratiæ à D. Principe Plumbini cum DD. de Rinuccinis adſtipulatum vſurariam ſapere prauitatem ex ea ratione ſancitum fuerat *ſub die 23. Martij 1639. coram bon. mem. Cardinali Hieronymo Veroſpio*, quod aſſuetus ferri valor fert à locatore diminutus ex cauſa quãtitatis ſcutorum 175. mil. per ipſum à Conductoribus tamquam mutuo receptę, cuius deciſionis vires, bis propoſito dubio corruere hodie DD. cenſuere.

Etenim diminutio pretij rei locatæ, ſine
qua contractus, licet mutuo inhereat, vſu-
ratiam nequit prauitatem redolere, *vt tradit
Soccin. Sen. in l. ſi quis numer. 12. ff. ſi cert. per Bar-
bat. in cap. final. de Vſur. Abb. conſ. 15. num. 1. verſ.
Item quia fuit actum par. prim. Farinac. conſ. 182.
numer. 16. Card. Mantic. de Tacit. lib. 8. tit. 18. nu-
1 mer. 19. Gratian. diſcept. foren. cap. 185. numer. 3.
Rota coram Card. Mellin. deciſ. 88. & deciſ. 572.
numer. 1. par. 3. recent.* prorſus ceſſare viſa fuit
ex locationum Inſtrumentis antecedenter
editis, quæ ad iuſtificandum conſuetum
rei valorem ſolent regulariter deſeruire
*iuxta Bald. in l. 2. numer. 58. C. de reſcind. vend.
Imol. in cap. cum cauſa numer. 28. de empt. & ven-
dit. Roman. in his terminis conſ. 423. numer. 1.
verſ. ſed quia Rota coram Buratt. deciſ. 334. nu-
mer. 5.*

Siquidem in contractu locationis ab anno 1577. cum Sereniſſimo Magno Etruriæ Duce pro annis quadraginta quinque adſtipulato, ac initium ſumente poſt locationem cum Geraldo celebratam valor in ſingula centena pondera ferri pro ſcutis triginta tribus monetæ dumtaxat, ac obulis triginta quatuor conuincitur conſtitutus. Altera verò locatio, quæ contractum de quo agitur immediatè præceſſerat, licet ſummam ſcut. 40. pro ſingulis centum ponderi-

deribus contineat, Attamen perſpecto ſpe-
ciali pacto (quod in ceteris locationum in-
ſtrumentis legitur poſt habitum) deferente
Sanguinetto Conductori ſcuta annua ſex-
centa ex ſigilli Gabella tetrahenda, nec non
dimidiam pęnarum partem ex extractione
ferri abſque licentia procedentium, præ-
tium ad ſeruandam inter vtrumque con-
2 tractum ęqualitatem in minori debet quã-
titate firmari, *iuxta tradita per Diu. Thomam in*
ſecunda ſecundæ quæſt. 61. artic. 2. verſ. reſpondeo
poſt med. Medin. de reſtitut. quæſt. 31. in princip.
Aſſictus quippe à Conductore in com-
penſationem luc ri ſibi agnati præſumi-
tur accretus, *vt not. Alciat. in conſ. 46. numer. 6.*
lib. 8.

Hinc Conductorum obligatio in ſingu-
la centena pondera ferri pro ſcutis triginta
octo, ac obulis viginti contracta, pretij po-
tius auctionem, quam eiuſdem decremen-
tum præſeferre dignoſcitur. Præſertim
quia tertiam lucrorum partem annui circi-
ter redditus ſcut. 2773. idem met Princeps
conſequi debuerat, cuius virtute pacti con-
ductoribus nimis onerosi iuſtum ferri va-
3 lorem pro concurrenti rata, citra fœnoris
labem poterant contrahentes decreſcere,
ad Text. in l. fundi partem ff. de contrah. empt. Al-
ciat. add. conſ. 44. num. 6. lib. 8. Bero. conſ. 45. n. 32.
Mareſcott. var. lib. 2. cap. 133. num. 20. Caroce. de
locat. tit. de reſcind. locat. num. 14. ad med. Cyriac.
controu. 87. num. 12.

Neque obſtant particularia venditionũ
Inſtrumenta maiorem pretij valorem re-
dolentia, cum ad hunc effectum locationes
ſimiles, & generales videlicet cum Sere-
niſs. Magno Duce, ac Sanguinetto contra-
ctæ inſpici debeant, *vt not. Roman. conſil. 423.*
numer. 1. Molin. de contract. diſput. 348. numer. 4.
verſ. quo fit, non autem ſpeciales, ac particu-
lares venditiones pro longè minori nume-
ro ponderum ferri peractæ. Merces nam-
que in maiori quantitate alienatæ viliori
conſueuere pretio exiſtimari, quàm ſi mi-
4 nutatim diſtrahantur iuxta communem
Theologorum ſententiam, *quam ſequitur Ri-*
ginald. in prax. for. pænit. lib. 25. numer. 282. Salon.
ad Diu. Thom. de contract. tom. 2. quæſt. 77. tit. de
mutat. pretii ex diuerſo vendendi modo pagin. mihi
25. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 21. de empt. & vē-
dit. dubitat. 4. in fin. Bonacc. de Contract. diſput. 3.
quæſt. 2. punct. 4. numer. 21. verſ. Primo enim Fi-
liucc. quæſt. moral. in eodem tit. de contract. tract. 35.
cap. 3. numer. 58. verſ. 3. ex modo vendendi.

Tertia præterea lucrorum portio con-
ceſſa D. Principi diſtributa in centena pon-
dera 560. à Conductoribus quolibet anno
ſuſcepta, cuiuſlibet centeni valorem ad
ſcuta quadraginta duo, ac obulos viginti
adauget, & conſequenter cum ex particu-
laribus venditionibus, quamplures cum
Magona Florentiæ pro ſcutis quadraginta
monetæ Florentinæ adſtipulatæ fuerint, vt
conuincitur ex teſtibus relatis *in Sum. Con-*
ductor. numer. 14. & 15. Contractus, ſiue inſpi-
ciatur aſſictus cum Sereniſs. Magno Duce,
ſiue alter cum Sanguinetto prò ſcut. 40. ce-
lebratus, ſiue denique venditiones particu-
lares inſpiciendæ forent, redditur à fœno-
5 re prorſus immunis, ac cuius excluſionem
ſatis eſſe cenſetur, ſi infimo dumtaxat pre-
tio locatio æquipolleat, *vt tradit Couar. var.*
lib. 2. cap. 3. numer. 1. Ciriac. controu. 169. num. 16.
Molin. de contract. diſput. 309. nu. 7. verſ. nolo mu-
tuum in fin. Nauar. in manual. cap. 17. n. 228. verſ.
iuſtum pretium intelligo Medin. de reſtit. quæſt. 31.
prope fin. in §. Inde illa prætiorum diſtinctio.

Neque poterit contractus corruere ex
non adhibita ibidem Conductorum obli-
gatione ſumendi certa, & determinata
pondera ferri. Præterquam enim contra-
rium omnino ſuadetur *ex XIV. Capitulo*, in
quo Conductores ex cambiorum interuſu-
rijs, ac ex ipſis met cambijs ſcuta viginti
duo mille, ac quingenta quolibet anno
D. Principi in ſolutionem ferri excompu-
tare promiſerunt, prout ipſe demonſtrauit
euentus, dum centena pondera 560. ſingu-
lis annis aſſumpſere, & maiorem conſe-
quenter numerum reſpectu locationis Se-
reniſſimi Magni Ducis ad pondera cente-
na 434. dumtaxat reſtrictæ. Obiectio exin-
de remouetur, quod licet nulla foret ex-
preſſa quantitas, Attamen conſueta, ac
6 in prioribus locationibus appoſita, à con-
trahentibus conuenta præſumitur *ad text. in*
l. excepto 18. C. locat. vbi poſt gloſ. in verb. conſue-
tudinem, notant Bart. cæteriq. communiter Caſtrenſ.
in l. 1. §. ſi quis ſeruum numer. 4. ff. depoſ. Alex. ad
Bart. in l. 2. §. Primo ff. locat. & conſ. 107. num. 1.
& 2. lib. 1. Gomeſ. var. lib. 2. cap. 3. tit. de locat. n. 4.
Card. Mantic. de Tacit. lib. 5. tit. 2. nu. 3. Caroc. de
locat. tit. de mercede remiſſa n. 6. cum ſeqq. Rot. de-
ciſ. 88. per tot. par. 2. diuerſ.

Nec videntur vrgere pacta ponderata
in deciſ. præterita, Primum enim effoſio-
nem Venæ præſeferens, necnon ferri tra-
ductionem ad Portum fore locatoris ſum-
ptibus peragendum tanquam in ſimilibus
contractibus aliàs appoſitum, pro elicien-
da pretij diminutione inefficax reputatur,
vt tradit Ruin. conſ. 16. in fin. lib. 4. Rolād. conſ. 96.
numer. 27. lib. 2. Eademque reſponſione alte-
rum refellitur, in quo idem met locator,
quoties ferrum naufragio periret, vel à
Piratis contigerit depredari, ad nouam ſe
venæ traditionem à quacumque ſolutione
immunem aſtrinxit.

Qui-

Digitized by Google

Quinimò nullum locatori detrimentum exinde inferebatur, ex quo ſingulæ impenſæ his duobus dumtaxat caſibus naufragij videlicet, ac depredationis, tum in effoſſione venę ſui natura indeficientis peragendæ, tum in ferri traductione ad Nauim Conductorum ſumptibus debuerant expleri.

Hinc conductoribus attributa facultas aſſumendi quantitatem ferri ipſis beneuiſam, exceſſiuam licet, & inſuetam locatoris quoque vtilitatem reſpicere conuincitur; Quoniam cum vena indeficiens exiſtat, pinguius proinde lucrum ex maioris quantitatis diſtractione locator ipſe aſſequebatur, vt comprobant Teſtes *relati in ſum. D.Principis num.6.*

Altera pariter conuentio, ferri extractionem prohibens locatori, eleuare nec viſa fuit, licet alteram propterea venam ibidem nouiter effoſſam ad vſum propriæ officinæ idemmet Princeps pro quinquaginta quinque millibus florenis coemere à Maieſtate Cæſarea aſſerat fuiſſe coactum: ſiquidem præterquam eadem ſumma alijs de cauſis perſoluta pro parte dignoſcitur, coemptio alterius venæ in contractus nullitatem influere non valet, vel quia ferrum neceſſarium pro officinis poterat Princeps mediante pretio à Conductoribus obtinere,
7 vel quia illa admodum vtilis locatori reputabatur, Cum aliàs ob abundantiam ferri ex ea reſultantem prætium propriæ Venæ vileſcere potuiſſet *ad tradit per Conar præct.lib.2.cap.3.numer.3. in princip.Leſſ.de inſt. & iur.lib.2.cap.21.dubit.4.numer.36. Bonaccin. de contract.diſput.3.quæſt.2.punct.4. nu.22. verſ. primo ob multitudinem mercium.*

Denique non vrget prohibita minutorum extractio, cuius virtute locator annua ſcuta ſex mille D.Principiſſæ Bracciani, ac ipſius ſorori perſoluiſſe contendit; Hæc ſane conuentio in contractu Sereniſſimi Magni Ducis pariter inſerta, in fauorem D.Principis adiecta cenſetur, dum antecedenter ab eo minutorum extractio eo ſub prætextu per publica ædicta interdicta fuerat, quod nullum ius ſuper iiſdem minutis D. Principiſſæ competeret, prout ex Teſtium depoſitione deſumitur *relata in Conductorum Summ.n.*8. Quinimo eademmet ſoluendi promiſſio ſcuta ſex mille longè poſt à locatione receſſum de anno ſcilicet 1643. vigore laudi contra met ipſum locatorem editi proceſſit.

In quam DD. ſententiam facilius inclinarunt, quod de locationis contractu agitur, annexo alteri cambij, à mutuo omninò diſſimilis, *vt aduertit Salon ad Diu. Thomam in ſecun.ſecundæ de camb.quæſt.4.art.2. controuer.1.num.9. Duard.eodem tract.§.1.quæſt.10. numer.3.* Adeoque idemmet contractus vitio fænoris obnoxius exiſtimari non debet, poſtquam in mutuo vero, vel ficto vſuræ
8 dumtaxat admittitur iuxta communem DD. Sententiam, quicquid in contrarium aſſerat *Roderic.de ann.reddit.lib.2. quæſt.11.numer.24.cum ſeqq.vt poſt Text.in cap. conſuluit de vſur.notat Beron.in eadem rubr.numer.33.& 37. Abb. conſ.62. col.vltim. verſ.venio ad aliud contrarium par.prim. Roland.conſ.75.numer.2. lib.1. Surd.conſ.306.num.6.& 7.lib.3.Leotard.de vſur. quæſt.16.numer.20.verſ.Ego vero in fin.Gratian. diſcept. forenſ. cap.679. numer.32.Nauar.in manual.cap.17.numer.206.& conſ.32.numer.1.verſ. pro parte autem affirmante Leſſ. de inſtit. & iur. lib.2.cap.20.in princip.& dubit.4. Bonac. de contract.diſput.3.quæſt.3.in prima propoſit. Rota coram Seraph.deciſ.599. numer.3. & 4. Cardinal. Millin.deciſ.380.numer.3.cum ſeqq.& deciſ.160. numer.4.par.4.tom.2.recent. & coram bon. mem.*
9 *Merlin. deciſ.161. numer. 1.* Non autem in contractu locationis *vt probat Text.in cap. eiiciens in verſ.licet aliquis diſtinct.88.* quę quoties dimidiam iuſti pretij excedat, tanquam læſiua in vim *l.2.C.de reſcind.vendit.* non autem ex fęnoris cauſa poterit infringi *Couar. var.lib.2.cap.3.num.7.in fin. & num.8. Leotard. de vſur.quæſt.8.numer.25.Gratian.diſcept.forenſ. cap.185.nu.1.& 2.cum ſeqq.Mareſcott.var.lib.2. cap.132.*

Neque contractum mutui ſuadet ea verborum ſeries, *Che detti Signori Appaltatori ſiano obligati preſtare, ò far preſtare.* Quia cum contrahentes immediatè progreſſi fuerint, *E per tal ſomma poſſino detti Signori* Rinuccini, *ò altri che li preſtaſſe tenerli, ò farli tenere ſopra cambii.* Contractum mutui non cenſentur iniiſſe, ſed cambij, qui quamuis ex mutuo originem traxerit, nihilominus ſtatim, ac perfectionem obtinuit, diuerſam natu-
10 ram prorſus aſſumpſerit, *vt tradit Guidopap. quæſt.168.numer.1.verſ.Nec obſtat verbum, Mutuat, Couar.lib.3.cap.2.numer.2.in fin.verſ.quin, & pecunia Scacc.de camb. §.primo quæſt.7.par.2. ampliat.20. numer.4. Duard. eodem tract. §. 1. quæſt.10.n.3. prope fin.Leotard.de vſur.quæſt.16. numer.20.verſ.Ego vero puto Tur. de Camb. diſput.3.quæſt.11.num.64.cum ſeqq.*Rot.penes eundemmet *deciſ.33.in princip.* plurium potiſſimè mercatorum fide perſpecta atteſtantium nimirum verbum illud, *mutuat*, in contractu cambij appoſitum eiuſdem non immutare naturã ex ſtylo Mercatorum, cui debet om-
11 nino deferri *Bald. conſil.400. numer.10.lib.5. Corn.conſ.319.num.12.lib.3.Soccin.Iun.conſ.27. num.22.lib.2.*Rota *coram Gregor.deciſ.126.nu.2. & 3.coram bon.mem. Merlino deciſ.338. nu.2.&*

in

in deciſ.597.n.4.& aduertit.Rota Ianuen. dec.7. num.11.

Et ita vtraque, &c.

EMINENTISS. D. CARD. CELSO

Bononien. Dotis

Mercurii 10. Decembris 1659.

ARGVMENTVM.

Simulationis ſuſpicio non inficit dotis confeſſionem à Marito factam, etiam ſi nulla præceſſerit promiſſio, quando abſque vxoris interuentu fit inter perſonas non prohibitas. Plures recenſentur Coniecturæ pro dicta confeſſione ſubſtinenda. Reconciliatio inter Coniuges iniuriam viciſſim remittit, adeo vt Vxor reintegretur ad dotem ammiſſam propter adulterium.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis non dicitur vulnerata per ſententiam A.C. reuocatoriam decreti, quando non tangit ſubſtantiam obligationis ſed ſolum infirmat decretum.*

2 *Signatura iuſtitiæ commitens cauſam appellationis reintegrat obligationem cameralem ita, vt executiuè procedi poteſt.*

3 *Confeſſio de recepto facta à marito conſtante matrimonio & concurrentibus adminiculis probat creditum dotalem.*

4 *Repetitio in diuerſus inſtrumentis facta probat veritatem actus.*

5 *Confeſſio de recepto tempore non ſuſpecto emanata & ad inſtantiam non ſuſpectæ perſonæ etiam nulla pracedente promiſſione ſubſtinetur.*

6 *In notabili quantitate ſolutio præſumitur pro reſiduo licet facta in mobilibus.*

7 *Subminiſtratio alimentorum, modus ſolutionis in inſtrumento expreſſus, & promiſſio iurata de reſtituendo dotis ſolutionem probant.*

8 *Confeſſio pluribus vallata coniecturis probat non ſolum in præiudicium confitentis, ſed etiam tertii, & remouet ſuſpicionem ſimulationis.*

9 *Quiſque tenetur obligationem ſui authoris adimplere nec poteſt exceptiones deducere.*

10 *Promittens per publicum inſtrumentum ſoluere, ſolutione ſecuta non poteſt amplius illam impugnare.*

11 *Partes quando aliter inter ſe conueniunt præcedens reductio non venit attendenda.*

12 *Procurator habens generale mandatum ad tranſigendum non poteſt tamen donare & partem dotis remittere.*

13 *Per reconciliationem inter Coniuges ſecutam quælibet iniuria cenſetur remiſſa.*

14 *Renunciatio de ſtatuto loquente de lucro circa medietatem dotis etiam in præiudicium creditorū valet quando agitur de lucro quærendo ſecus de quæſito.*

DECISIO XXXXV.

IVlius Monterentius, qui vſque de anno 1637. in vxorem duxit Iacobam Mediceã, in Inſtrumento inito die 5. Aprilis 1642. agnoſcendo veritatem, & fatendo dotem ſibi fuiſſe promiſſam in ſumma librarum duodecim millium, habuit pro reſiduo libras 4000. & reliquas 8000. faſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe tempore contracti Matrimonij, partim in pecunia, partim verò in mobilibus regiſtratis in Inuentario ibidem inſerto.

Reiterauit præfatus Iulius pluries, & pluries confeſſionem huiuſmodi, & facta renunciatione omnibus in contrarium facientibus conſenſit, quod eadem Iacoba poſſet conſequi dictam ſummam ſuper omnibus ſuis bonis, firma ſemper remanente aſſignatione eidem facta de Terris Bubani pro libris 6000. quas voluit ſolui à Galeatio Dondutio emptore, vna cum annuis libris 360. pro interuſuris prout ipſe promiſit, & in forma Cameræ ſe obligauit.

Cum itaque factus fuerit locus reſtitutioni præfatæ dotis inſtetit Barbara hæres Iacobæ contra Iulium Cæſarem Dondutium filium, & hæredem Galeatij pro man-
1 dati relaxatione in libris 6000. ad effectum deponendi, & pro libris 360. annuis ad effectum ſoluendi liberè, & Rota relaxan. eſſe cenſuit, quia per Inſtrumentum publicum conſtat de expreſſa obligatione Camerali Galeatij habente viam executiuam contra bona hæreditaria eiuſdem, quæ non poteſt dici vulnerata per ſententiam A. C. reuocatoriam decreti de partibus, cum illa non tangat ſubſtantiam ipſius obligationis, ſed ſolum infirmet dictum decretum, & mandatum relaxatum, vt dixit *Rota deciſ.132.numer.12.par.2. diuerſ. Pen. deciſ.700. num.3.& ſeqq.Coccin.deciſ.78. nu 11.Buratt.deciſ.329.n.5.* & latè firmatum fuit *in Romana Cenſus 11.Martii 1652.& 14.Februarii 1653. coram Reuerendiſſ.D.meo Cerro.*

2 Imò dum Signatura Iuſtitiæ commiſit poſtea cauſam appellationis R.P.D Carpineo cum facultatibus A.C. qui mandatum modo quo ſupra decreuit, & relaxauit per huiuſmodi reſcriptum reintegrata fuit virtus obligationis Cameralis, itaut executi-

nè procedi potuerit ex adductis per Marcheſan.de commiſſ.appellat.ab obligat.Camer.§.1. num.88.fol.mihi 700.tom.1.& dixit Rota coram Millin.deciſ.362.num.1.& 3.coram Coccino dicta dec.78.num.9. & cumulatis concordantibus in Aeſina pecuniaria 17. Februarii 1648. coram bo:mem.Peutingerio, & in Reatina fideicomniſſorum 8.Iunii 1657.coram me.

Nec huiuſmodi ſolutionem euitare poteſt ſub prætextu, quod de credito dotoli non appareat, niſi per confeſſionem de recepto factam à marito conſtante matri-
3 monio quæ non præcedente promiſſione, & deficientibus adminiculis præſumitur ſimulata. Siquidem non deſunt coniecturæ ſuadentes veritatem præfatæ confeſſionis; Nam illa non ſolum facta fuit cum decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus requiſitis per Statutum Bononien.vt ponderat Dec.conſ.536.numer.9.in fin. & late firmauit Rota in Fanen.Dotis 17.Martii 1642.coram Reuerendiſſ.D.meo Cerro poſt Merlin. de Pignor. deciſ. 53. numer. 3. cum pro decreto Iudicis regulariter ſit præſumendum Mantic. deciſ.151.numer.7.& in recent.deciſ.675.numer.1. par. 2.

4 Sed etiam poſtea fuit pluries repetita in diuerſis Inſtrumentis, quæ geminatio, & repetitio arguit illius veritatem Alex. conſ. 45.numer.7.lib.1.Soccin.ſen.conſ.122.eod.numer. verſ. Primo quia lib. 3. Rota coram Merlino deciſ.718.num.16.

Vlterius de tempore confeſſionis non reperiebatur Iulius ære alieno grauatus, &
5 ſic illa emanauit tempore non ſuſpecto, vt benè in propoſito aduertit Gratian. qui alios cumulat diſcept.foren.cap.382.num.21.& firmauit Rota coram Merlin.deciſ.652.num.13.& deciſ.718.num.11.& poſt Zacch.de obligat.Camer. deciſ.258.num.4.

Quinimò illa fuit facta ad petitionem,& inſtantiam Catherinæ matris abſque interuentu vxoris, & ſic inter perſonas non prohibitas, quo caſu ſuſtinetur, etiam nulla præcedente promiſſione ex notatis per Dec. d. conſ.536.num.9.verſ.ad hoc etiam Ruin. conſ.183.num.4.lib.1.Surd.conſ.290.nu.52.Menoch.de præſumpt.lib.3.præſumpt.12.nu.78.Rota coram Duran. deciſ.409. num.15. cum alijs in Rauennaten.Saluiani 17.Decembris 1646.coram R.P.D.meo Meltio.

His accedit, quod in actu confeſſionis recepit Iulius libras 4000.ex qua ſolutione in tam notabili quantitate præſumitur ſo-
6 lutio etiam reſidui Bald. in l.vnica ſub num.4. verſ.vnde quæritur C.de priuileg.dot.Aretin.in §. fuerat ſub num.45.Inſtitut.de act.Mareſcott. variarum reſolut.lib.1.cap.8.num.14. vbi ampliat etiamſi talis ſolutio ſit facta in mobilibus Grat.cap.372. numer.18.& deciſ.Marchiæ 103. numer.23.Rot.coram Merlin.deciſ.652.numer.9. & in recent.deciſ.160.numer.2.par.7. & latiſſimè firmatum fuit in Anconitana dotis 17. Iunii 1647.& 31. Ianuarii 1648. coram bo:mem. Arguelles.

7 Et vltra ſubminiſtrationem Alimentorum, quæ veriſimiliter Iulius non præſtitiſſet ſi dos non fuiſſet ſoluta iuxta Doctrinam Bald.in l.vnica numer.4. C.de priuileg.dot. Rota coram Gregor. deciſ.62. numer.5. & coram Merlin.deciſ.652.numer.12. Concurrit modus ſolutionis in Inſtrumento expreſſus, vna cum inſertione Inuentarij Rota poſt Pacific. de Saluiano deciſ.18.num.6.Nec non promiſſio iurata de reſtituendo dotem prædictam in omnem, & quemcumque caſum ad formam confeſſionis,vt notat Surd.cõſ.489. num. 16. verſ. Quinto concurrit Ioſeph Ludouic. deciſ.Peruſ.66.num.11.Rot.deciſ.24.nu.8.par.7. rec. & in Anconitana bonorum 1.Iuly 1643. coram bo:mem.Bichio.

Vnde attentis prædictis coniecturis ceſſat quælibet ſuſpicio ſimulationis, & con-
8 feſſio probat non ſolum in præiudicium confitentis, ſed etiam tertij Bald.in l.1. ſub num.4.verſ.Vnde quæritur C.de priuileg.dot.Rota coram Seraph.deciſ.795.numer.1.& coram ſa: mem.Gregorio deciſ.491.num.7. in Ciuitatis Vetulæ Dotis 17. Marty 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro, & in dicta Anconitana Dotis 17. Iunij 1647.coram bo:mem.Arguelles.

Sed quod remouet omnem difficultatem huiuſmodi confeſſio, nec impugna-
9 tur ab ipſo confitente, nec à Creditoribus illius, ſed tantum à Iulio Ceſare Dondutio hærede Galeatij, qui cum Prædium Bubani emerit, & pretium pro ſupradicta rata ſoluere promiſerit Iacobæ, ita mandante Viro, tenetur illud omnino ſoluere, & obligationem ſui Authoris adimplere, nec valet ſimilem exceptionem deducere l.doli mali exceptio 19.ff. de Nouat.& ibi Aretin. num.1.Roman.conſ.87.numer.2.& benè probat Cyriac.controu.214.num.6.& 7. quia non ſpectat ad eum quærere, An ei, cui facta eſt delegatio ſit creditor delegantis, nec nè,& clarius contr.427.num.20.& 21.

Maxime cum ipſe acceptauerit confeſſionem prædictam promittendo per In-
10 ſtrumentum publicum ſoluere in illius executionem libras 360. annuas eidem Iacobæ, prout cum effectu ſoluit, vſque ad annum 1653. itaut hodie nõ poſſit amplius illam impugnare Bald. in l. Gallus §. quidam rectè num.5.ff.de liber.& Poſthum.Rota deciſ.70. num.6.par.1.recent.& in Romana, ſeu Tiburtina Dotis 14. Iunij 1647. coram bo:mem.Peutingerio.

Hinc

Hinc ceſſant ea, quæ exaduerſo deducun-
tur de reductione eiuſdem dotis ad libras
6000. & de aſſignatione bonorum Anzolę,
11 loco prædicti Prædii Bubani, quia eum
partes poſtea ab illis receſſerint conuenien-
do expreſsè, quod ſimilis ſumma ſoluere-
tur à Galeatio, reductio præcedens non
venit attrendenda *l. pacta nouiſſima C. de pact.
l. 1. §. fin. ff. de ſtipulat. ſeru. Rota in Romana Sal-
uiani Interdict. 12. Nouembris* 1618. *coram Sa-
crato.*

Quod indubitantèr procedit in præſenti
caſu, in quo talis reductio non fuit facta
ab ipſa Iacoba ſed à prætenſo procuratore,
12 qui eſto quod habuiſſet mandatum gene-
rale ad tranſigen. non poterat tamen dona-
rę, & partem dotis remittere *Bartol. in l.
Procurator in princip. ff. de procurat. Alex. conſ. 22,
num. 8. lib. 1. Rota coram ſa: mem. Gregor. dec. 311.
nu. 8. ibique addent.* vbi plures cumulant *n. 18.
& in rec. deciſ. 696. num. 4. par. 2.*

Nec obſtat obiectum deductum in me-
moriali partis aduerſæ quod dicta reductio
non ſapiat donationem, ex quo Iacoba per
prætenſum Adulterium dotem amiſerat
nam cum illud non fuerit iuſtificatum, nec
præceſſerit ſententia Iudicis, quinimò in-
ter Coniuges ſequuta fuerit reconciliatio
per huiuſmodi reconciliationem, quælibet
13 iniuria cenſetur remiſſa, *iuxta text. in cap.
plerumque 4. ibique gloſ. verbo nec reconciliata de
donat. inter Virum, & Vxorem Gloſ. in l. cum mu-
lier 49. verbo probauit ff. ſolut. matrim.* cum alijs
innumeris, quos adducunt *Gratian. forenſ.
diſcept. cap. 591. numer. 2. Farinac. de delict. Carn.
quæſt. 142. numer. 68. & ſeq. Barboſ. in l. 2. in prin-
cip. numer. 100. verſ. limita 3. & numer. 101. ff. ſo-
lut. matrim. Rota in Bonon. fideicommiſſi de Mal-
uetijs 6. Maij* 1640. *coram bo: mem. Peutingerio.*

Demum non obſtat, quod per mortem
Iacobę Maritus lucratus fuerit medietatem
14 dotis vigore Statuti Bononiæ, quia cum
idem Iulius renunciauerit dicto ſtatuto, ta-
lis renunciatio, tamquam de lucro quæ-
rendo, non autem quæſito fuit valida
etiam in præiudicium Creditorum *Soccin.
Sen. conſ. 114. viſo Teſtamento nu. 8. lib. 1.* quem
ſequitur *Soccin. Iun. conſ. 109. numer. 1. & ſeqq.
lib. 3. Vincent. de Franch. deciſ. 101. num. 2.* & plu-
res cumulat *Gratian. diſcept. foren. cap. 882. nu-
mer. 31.*

Et ita pro relaxatione mandati reſpon-
ſum fuit.

R. P. D. B E V I L A Q V A.

Romana Fructuum.

Veneris 16. Ianuarij 1660.

A R G V M E N T V M.

Soluto matrimonio ſuperexiſtentia filiorum non reddit immunem ab vſurarum labe exactionem fructuum dotis inexactæ, qui etiã ſponte ſcienteſque ſoluti, & bona fide conſumpti ſortem extenuant.

S V M M A R I V M.

1 *Conuentio inter partes inita habet vim legis.*
2 *Iuramenti calumniæ defectus à parte petita vitiat processum, & ſententiam.*
3 *Iuramentum calumniæ ſufficit eſſe præſtitum terminis ſubſtantialibus quando conſtat de iuſtitia ſententiæ.*
4 *Nullitas quæ non eſt de tribus non habetur in cõſideratione.*
5 *Fructus dotis non ſolutæ non debentur poſt ſolutum matrimonium.*
6 *Fructus dotis non debentur ſoluto matrimonio etiamſi exiſtant filij, & petantur ex conuentione, ſeu pro alimentis.*
7 *Fructus indebitè percepti computantur in ſortem.*
8 *Fructus Vſuræ labe infecti repetuntur etiam ſi fuerint ſoluti ſponte, & ſcienter. & num. 12. & 13.*
9 *Inueſtimẽti occaſio in Vrbe ſemper dicitur extare.*
10 *Fructus recompenſatiui debentur per retinentem rem, & pretium.*
11 *Fructus dotales ſpectant ad virum.*
12 *Inſtrumentũ magis attenditur quam præſumptiones, & coniecturæ.*
13 *Fructus dotales non poſſunt percipi poſt ſolutum matrimonium ſine labe vſuræ.*

D E C I S I O XLVI.

COmmiſſa mihi cauſa appellationis interpoſitæ à Sententia Rotali, in qua pronunciatum fuit non licuiſſe Aureliæ, & Magdalenæ de Baccis hæredibus Lucretiæ Matris exigere poſt illius obitus fructus dotales ad rationem quinque, & quidquam vltra hanc ſummam fuerit exactum, eſſe in ſortem computandum; & dato dubio ſuper confirmatione, vel infirmatione DD. confirmandam eſſe reſponderunt, quia viſa fuit valida, & iuſta.

Viliditas colligitur ex actorum reuolutione, contra quam non obſtant oppoſitæ nullitates nõ prima quod fuerit proceſſum actis non tranſportatis, quoniam conuentum fuit inter partes de ſtando ſummarijs

con-

Digitized by Google

concorditer ſubſcriptis, vndè non require-
batur alia actorum tranſportatio, ſed ſuffi-
cit fuiſſe ſubſcriptum ſummarium Iurium
(quod non conuertitur) & ſic ſeruatam
1 conuentionem vim legis habentem, l. pri-
ma, §. ſi conuenerit, ff. depoſit. Afflict. deciſ.73.
num.8. neque altera quod fuit petitum iu-
ramentum calumniæ, & ammiſſum ob
2 cuius defectum vitiatur Proceſſus, & Sen-
tia redditur nulla ad text. in cap.1. & ibi gloſſ.
de iuram. calum. in 6. Bart. & alijs in l. de pupillo,
§. qui opus, ff. de non. oper. nunc. nunc quia vltra-
3 quod fuit pręſtitum in terminis ſubſtantia-
libus, quod ſufficit, Rot. deciſ.12. num.4. poſt
Marcheſ. de commiſſ. part.3. fol.49. & deciſ.101.
num.9. part.3. recent. quando conſtat de iuſti-
tia ſententiæ, & bono iure illius pro quo
lata fuit, vt hic, excluditur calumnia, &
per conſequens nullitas ex defectu dicti iu-
ramenti deducta, Text. in l. admonendi in ſe-
cunda lectura nu.84. ff. de iur. iur. Rot. deciſ.195.
poſt 2. vol. conſ. Farinac. & apud Zacch. de oblig.
Cameral. deciſ.131. num.6. & in recent. deciſ.45.
nu.6. part.1. & part.4. deciſ.456. nu.3. verſ. de-
que, & coram bon. mem. Merlino deciſ.374. nu.1.
minuſque vltima ex eo, quod lata fuit etiā
pro filijs Paltronerii, nulla ad eorum in-
ſtantiam procedente citatione, nam ibi de
prędictis fit mentio tanquam litis conſorti-
bus Angelæ, & Erſilię principalium, reſpe-
ctu quarum certum eſt, quod de inualidi-
tate argui non poteſt, & nihilo minus cum
nulla prędictarum nullitatum ſit de tribus,
quæ ſunt inſanabiles in hoc ſacro Tribuna-
4 li, non habentur in cōſideratione, vt diſpo-
nitur in Conſtitutione ſan. mem. Clemen-
tis VIII. & reſpondit Rota coram bo. me. Mer-
lino in deciſ.38. num. fin. & in alijs.

Iuſtitia verò patet quia viſa eſt concluſio
firmata in deciſione 10. Decembris 1657. coram
R. P. D. meo Veroſpio, de more ante ſenten-
tiam emanata; quòd poſtquam per obitum
Lucretiæ ceſſarunt onera matrimonij non
debebantur fructus dotis pro rata non ſo-
5 luta, nec citrà labem vſuræ exigi potue-
runt, vt pręter allegatos in ea deciſione con
cludunt DD. & pręcipuè Io. Andr. in cap. ſa-
lubriter col. penult. ad med. verſ. ex prædictis de
vſur. Anchar. conſ.150. num.4. Roland. conſ.55.
num.18. & ſequen. lib.2. Fontanell. de pact. nupt.
clauſ.6. gloſſ.2. part.1. nu.28. & clauſ.8. gloſſ. vni-
ca numer.23. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 240.
num.3. Theſaur. deciſ.43. num. 2. Rot. deciſ.94.
num.1. apud Merlin. de pignor. & hypoth. Adden.
ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.573. numer. 17.
6 etiam ſi ex matrimonio ſupereſſent filij, &
fructus ex conuentione, & pro alimentis
peterentur, quia adhuc ceſſat priuilegium
dotis illius titulus remanet extinctus ad
text. in l. cum me 8. modus autem, ff. de tranſact.
Bart. conſil.128. num.2. lib.1. Peregr. conſil.73.
numer. . . lib.4. & latè firmauit Rota in de-
ciſ.607. per tot. part.4. tom.3. & deciſ.91. poſt
Fenzon. ad Statut. Vrb. deciſ.38. num.1. part.5.
in d. deciſ.94. nu.4. & 5. poſt Modern. de pignor.
in Romana fructuum dotis 21. Aprilis 1651. coram
Reuerendiſſ. D. Decano, & 15. Ianuarij 1651. co-
ram bon. mem. Bichio. Ideòque fructus, qui
7 fuerunt percepti compenſantur in ſortem
dotis ad illam minuendam leg. indebit. C. de
vſur. & l. ſi ita, ff. de ſolut. Bald. in l. fin. §. pro-
pterea nu.9. C. de iur. dot. Gratian. diſcept. Forenſ.
cap.244. num.17. & cap.427. nu.11. Fontanell.
de pact. nupt. clauſ.6. gloſſ.2. num.33. part.1. non
refragante, quod ſint ſpontè ſoluti, & bo-
na fide conſumpti, ſi quidem ſpeciale eſt in
8 vſura, quòd repeti poſſet ſolutio quamuis
ſcienter, & ſpontè facta Alex. conſ.80. nu.11.
& ſeq. lib.3. Riminald. Iun. conſil.399. num.71.
& pluries dixit Rota, & ſignanter in deci-
ſionibus relatis in deciſ.409. numer.29. coram
Merlino.

Ex quibus inferebatur ad iuſtitiam alte-
rius partis ſententiæ admittentis exactio-
nem fructuum in quantitate ſcutorū quin-
que, nam cum Brunorus in Inſtrumento
emptionis Vineę pro dote Lucretię in ſum-
ma ſcutorum 500. hypothecatę, ſuſcepiſſet
in ſe onus ſoluendi fructus dotales pro di-
cta rata, eamque reinueſtire promiſerit in
ſtabilibus, vel locis montium, vt facilè po-
terant, ex quo occaſio huiuſmodi reinue-
9 ſtimentorum in Vrbe ſemper extat, vt ſæ-
pè reſpōdit Rota in reſolutionibus in dicta
deciſ. D. mei Veroſpij relatis, licet eſſet libera-
tus à ſolutione fructuū ad rationem ſeptem
cum dimidio cōſtante matrimonio ad for-
mam ſtatutariæ diſpoſitionis in Inſtrumen-
to liquidatorum, ad ſtrictus tamen reman-
10 ſit, illo diſſoluto ne vineam, & pretium
retineret contra text. in l. curabit de act. empt.
ſoluere fructus ad rationem ſcutorū quin-
que pro centenario iuxtà taxam legalem,
de qua Gloſſ. in auth. Præterea verbo iuſta, C. de
Sacroſ. Eccleſ. Peregr. conſ.77. num.9. lib.2. Re-
uizan. conſ.79. num.5. Cyriac. contr.163. nu.24.
Modern. de cenſ. quæſt.35. num.8. Rota apud eun-
dem deciſ.508. nu.9. & deciſ.135. nu.18. part.6.
recent. bo: mem: Merlin. deciſ.646.

Non obſtat quòd Vinea ad diuerſarum
perſonarum manus deuenerit, & in Inſtru-
mentis deſuper celebratis, fuit ab Empto-
ribus ſuſceptum onus ſoluendi fructus cen-
ſus, in quem propterea cenſentur factum
fuiſſe reinueſtimentum attenta ſolutione
vniformi ſpatio 30. & vltra annorum, ta-
metſi non reperiatur Inſtrumentum, & ob
id non tanquam dotales, ſed vti prouenien

ex eodem reinueſtimento, & cenſu fuerint percepti, nam reſponſum fuit in his omnibus Inſtrumentis habere relationem ad primum anno 1599. ſtipulatum loquens ſpecificè pro fructibus dotis Lucretiæ Vxoris
11 Ioannis Baptiſtæ, ad quem ratione onerũ matrimonialium dicti fructus ſpectabant, *l. pro oneribus, C. de iur. dot. DD. in cap. ſalubriter de vſur. Surd. conſ. 269. nu. 16. Rot. dec. 105. num. 14. & deciſ. 398. numer. 41. part. 4. tom. 2. recent.* quapropter huiuſmodi Inſtrumentum debet attendi, & non ſolutionibus, &
12 coniecturis deducere argumentum facti reinueſtimenti, mediante cenſus impoſitione, de quo aliundè non docetur, *l. aue toto, ff. de hæred. inſtit. Honded. conſ. 73. nu. 16. lib. 1 Mantic. deciſ. 137. num. 6.*

Deciſio autem Cardin. Seraphini 1226. firmans ex diuturna fructuum ſolutione præſumi creationem cenſus, nec fructus ſolutos in ſortem imputari non applicatur, quia loquitur in terminis longè diuerſis à caſu præſenti, in quo agitur de fructibus dotis, qui ſi exiguntur, matrimonio iam
13 diſſoluto vſura eſt, non ſolùm diuino, ſed omni iure prohibita, *Alex. conſ. 1. in princip. lib. 2. Angel. conſ. 90. pariter in princ.* aliique allegati in ſupracitata *deciſ. 607. numer. 57. & ſequen. part. 4. tom. 3. recent.* & propter eandem
14 rationem ceſſat etiã obiectio, quod ſciens ſoluere indebitum non repeti, vt per *text. in l. indebitum, C. de cond. indeb. & in l. 1. ff. eod.* proſequitur *Seraph. vbi ſupra,* quia non pro-
15 cedit in ſoluente vſuras, qui nunquam cenſetur ſcire ſe indebitè ſoluere, *Alex. dicto conſ. 80. numer. 15. lib. 3. Gratian. diſcept. 911. num. 13.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Tiburtina Caſtrorum.

Luna 16. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur non leſa fides teſtamenti licet ex additionibus marginalibus, & lituris turbida poſſet cenſeri.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio competit hæredi Teſtamentario conſtito de Teſtamento non vitiato, & de poſſeſſione, & identitate bonorum teſtatoris.*
2 *Immiſſio competit hæredi hæredis.*
4 *Poſſeſſio teſtatoris de tempore obitus eſt ſecundum extremum requiſitum in immiſſione.*
5 *Poſſeſſio probatur per cõfeſſionem partis aduerſæ.*
6 *Teſtamentum non vitiatur per additionem verborum à Notario factam ad maiorem expreſſionem.*
7 *Apoſtilla, ſeù additio in Teſtamento facta præſumitur appoſita de voluntate teſtatoris.*
8 *Teſtamentum non vitiatur ex abolitione generalis inſtitutionis à Notario facta exiſtente clara, & particulari inſtitutione.*
9 *Hæres particularis ſuccedit loco vniuerſalis quãdo non adeſt.*
10 *Hæres particularis quando deficit generalis habet remedium,* l. fin.
11 *Immiſſio ex Teſtamento non impeditur per exceptionem turbidam, requirentem altiorem indaginem.*
12 *Immiſſio conſequitur conſtito quod bona fuerint à Teſtatore detenta.*
13 *Immiſſio non requirit dominij probationem, etiam ſi bona fuerint retenta à Teſtatore iure pignoris.*
14 *Dominij probatio requirit altiorem indaginem.*

DECISIO XLVII.

Reaſſumpta hodie ad Inſtãtiam Excellentiſſimi D. Ducis Bracciani diſputatione dubij ſub die prima Februarij 1608. per Cardinalem Marquemontium tunc Sac. Rotæ Auditorem propoſiti, & non reſoluti ſuper immiſſione petita à bon: mem: Duce Verginio in vim Teſtamenti bon: me: Ioannis Baptiſtæ Vrſini in Caſtris Cantalupi, & Bordellæ, de quibus agitur, DD. dandum eſſe dixerunt ſuper duabus ex tribus partibus illorum, quia conſtito iam ex deciſionibus, deindè eodem Cardinali, & me ſub die 31. Martij præteriti emanatis de recognitione eiuſdem Teſtamenti exhibiti non aboliti, nec in aliqua ſui parte vitiati de poſſeſſio-
1 ne, & identitate bonorum. Quemadmodum eidem Duci Verginio hęredi ibi ſcripto debeatur immiſſio ex *l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. toll. vbi gloſſ. & Bart. num. 3. Peregr. de fidoicom. art. 48. per tot. Rota coram ſan. mem. Gregorio XV. deciſ. 206. nu. 1. Duran. deciſ. 179. num. 5. & deciſ. 180. num. 1. & in recent. deci-*
2 *ſion. 637. num. 1. part. 4. tom. 3.* & alibi paſſim ita pariter cõpetit moderno D. Duci illius hæredi, idem *Buratt. in d. l. fin. num. 15. Bald. num. 35. verſ. idem in hærede hæredis, & in conſil. 186. numer. 7. lib. 1. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 236. Rot. deciſ. 116. num. 1. part. 3. recent. & deciſ. 79. num. 5. inter impreſſ. Eminentiſſ. D. Cardinalis Otthobono.*

Poſſeſſio autem bo: me: Ioannis Baptiſtæ
3 Teſtatoris iſtorum Caſtrorum pro duabus ex tribus partibus de tempore obitus, quod eſt alterum *d. legis inquiſitum, Duran. dec. 321.*

&

& 358. num. 2. & deciſ. 682. num. 1. part. 2. recent. probata eſtat. Tum quia bo:me:Catharina Autrix partis collitigantis, ſequuto
Ioannis Baptiſtæ obitu, prætendens illi ab
inteſtato ſuccedere, Procuratorem ad capiendum eius nomine poſſeſſionem dd. Caſtrorum conſtituit prout ille actualiter eam
apprehendit, cum ſubſequuta Vaſſallorum
recognitione d. Catharinæ, & eius Seruorum in Dominam, ex quibus reſultat con-
4 feſſio illius, per quam probatur poſſeſſio
Ioannis Baptiſtæ, *Rota deciſ. 51. num. 6. apud Modern. de manut.* Tum etiam ex Teſtibus de ea optimè deponeñ *Rota coram Andr. dec. 12. num. 3. Duran. deciſ. 118. numer. 1. Card. Caual. deciſ. 629. num. 5. & in recent. deciſ. 135. num. 1. & 2. part. 1. & deciſ. 131. num. 2. part. 2. & deciſ. 539. num. 2. part. 4.*

Nec ad tolleñ fidem dicti Teſtamenti obſtare ſuperadditio nominis Virginij Ducis hæredis in narratiua, & cancellatio inſtitutionis eiuſdem in diſpoſitiua, nàm quoad addictionem nominis Ducis Virginij ſupra, & poſt illa verba, & eumdem Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Dominum ex depoſitionibus Teſtium patet fuiſſe ſcripram manu Tarquinij de Pretis Notarij; qui fuit de eo rogatus, & ex inſpectione fuiſſe ſuperadditum nomen ad maiorem declaratiouem, eo quia verba: *eundem Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum ſatis exprimebant perſonam D. Ducis Virginij ſuperius nominatam;*
5 ideòque non vitiat Teſtamentum, ſed fides eſt ei adhibenda, *Bald. in rubr. num. 2. C. de fid. Inſtr. & in l. . . . C. de Teſtam. Alex. conſil. 59. verſ. non obſtat lib. 2. Rota apud bon:mem: Coccin. deciſ. 167. nu. 2. & ſeq. & deciſ. 276. nu. 3 part. 2. & deciſ. 122. numer. 2. part. 4. tom. 2. deciſ. 126. num. 17. part. 7. recent. Caual. deciſ. 122. num. 6. & deciſ. 379. num. 6. 7. poſt Cinc. de cenſib.* Præ-
6 ſumitur enim talis interlineatura, & ſuperadditio facta de voluntate Teſtatoris, *Bertaz. conſ. Ciu. 14. num. 10. Rot. deciſ. 367. nu. 1. poſt 2. vol. conſil. Farinacc. & deciſ. 698. nu. 11. part. 4. tom. 3. recentior. & in Vrbinaten. Prædij 13. May 1658. ſub §. nec alias coram me;* Caſſatura autem Inſtitutionis eiuſdem Ducis Virginij in proprijs ipſius Teſtatoris, & maternis bonis, manu eiuſdem Notarij facta nihil etiam officit, quia cum ipſe fuiſſet inſti-
7 tutus in ſuperiori parte Teſtamenti potuit deleri iſta generalis inſtitutio tanquam ſuperflua, nec tollit ſenſum aliorum verborum, quæ clara ſunt *Alex. conſil. 14. num. 10. lib. 6. Rot. deciſ. 276. num. 4. & deciſ. 453. in fin. part. 2. recent.*

Non obſtat quod Dux Virginius in nulla parte Teſtamenti legatur ſcriptus vniuerſalis hæres, ſed in re certa, nempè in con-
8 trouerſis Caſtris; quare non poteſt ipſi neque Hæredi competere *Edict. l. fin.* vt admonet *Alex. in l. quoties numer. 7. C. de hæred. inſtit. Menoch. de adipiſc. remed. 4. nu. 145.* nam cum
9 nullus alius Cohæres datus fuerit, ipſe, detracta mentione rei certæ, debet conſequi totam ſubſtantiam ad *Text. expreſſ. in l. Cohæredi 4. §. videri, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. 1. §. ſi ex fundo,* & ibi *Gloſſ. in verb. Inſtitutio l. quoties 9. §. ſi duo, l. ſi vlterius* 10. & ibi *gloſſ. m. 15. & leg. 35. §. ita igitur, ff. de hæred. inſtititut. Cyriac. 43. nu. 25. & 26. contr. 221. nu. 11. & 12. & contr. 498. num. 24. Buratt. deciſ. 257. num. 4. Seraphin. deciſ. 584. num. 6.* & pro ipſa re cer-
10 ta, aliiſque omnibus bonis, competit huiuſmodi hæredi *dict. l. final. remedium Craſſ. in §. Inſtitutio quæſt. 22. nu. 9. Argel. de acquir. poſſ. quæſt. 17. num. 58. & ſeq. & numer. 103.* de receptiſſima opinione atteſtatur *Bellon. de Iur. accreſc. cap. 7. quæſt. 9. numer. 35. Rota deciſ. 83. num. 20. & 25. part. 6. recent.*

Nec obſtare videbatur donatio per Paulum Iordanum facta Io: Paulo, Catherinæ Patri, ne dum, quia eſt priuata ſcientia, non recognita, neque effectum ſortita dum Caſtra pro duabus partibus à Ioanne Baptiſta, & pro alia tertia per ipſam Catherinam Donatarij hæredem fuerunt poſſeſſa, verùm etiam quia vti exceptio turbida requirens diſcuſſionem reijcienda eſt ad petitoriam, & minus apta redditur ad impedien-
11 dam immiſſionem hæredis ſcripti in Teſtamento, *Menoch. conſ. 180. nu 27. & de adipiſc. remed. 4. num. 759. Cyriac. contr. 426. num. 58. Rot. deciſ. 36. num. 1. part. 1. & deciſ. 131. num. 9. part. 2. & deciſ. 773. num. 2. part. 3. & deciſ. 67. num. 25. & ſeq. part. 6. recent.*

Neque etiam releuant quæ dicebantur de poſſeſſione iſtorum Caſtrorum a bo:me: Ioanne Baptiſta iure pignoris mediante aſſignatione facta in ſecunda tranſactione de anno 1539. ad fauorem Franciſci Patris per Paulum Iordanũ cum dilatione vſque ad annum 1569. conceſſa dicto Paulo aſſignañ Franciſco, & eius filijs actualiter Caſtrum Sancti Gregorij, ſeù aliud annui redditus ſcut. 1000. ita quod facta actuali aſſignatione, teneantur relaxare dd. Caſtra eidem Paulo, ſiquidem quidquid ſit, an ipſa aſſignatio ſit temporalis videlicet perpetuò & an dictum pactum expirauerit, vbi quoque hæc ita ſe haberent; non indè excluderent
12 rent immiſſionem debitam hæredi Io: Baptiſtæ, pro qua ſufficit quod appareat bona fuiſſe detenta per Defunctum ex verbis *dicta l. fin.* vbi *gloſſ.* ibi *indic.* ſiue poſſeſſionem, ſiue detentionem habuerit defunctus *Alciat. conſ. 162. num. 2. Rol. conſ. 2. num. 30. lib. 3. Rot. deciſ. 648. num. 6. part. 1. diuerſ. & in recent. de-*

*ciſ.*131. *num.*5. *in fin. part.*2. vbi loquitur de retentione Iure pignoris, abſque eo quod
13 opus ſit probare Dominium, *Caſtr. in leg.*2. *num.*6. *de edict. Diu. Adr. toll. Alex. numer.*22. *Zuccard. numer.*355. *Oldrad. conſ.*139. *num.*12. *Menoch. de adipiſc. remed.*4. *num.*368. *Rota deciſ.*614. *num.*14. *part.*4. *tom.*3. & in alia *Romana, ſeù Tiburtina Caſtrorum coram Buratt. de-*
14 *ciſ.*386. *num.*2. Cuius inſpectio quoque requirit altiorem indaginem, ideòque non impedit Immiſſionem *d. l.*2. *Dec. conſil.*424. *num.*4. & 588. *num.* 12. *Bar. ibidem num.*4. & *deciſ.*444. *num.*1. *part.*4. & *deciſ.*67. *numer.*26. *part.*6. *recent.*

Minus denique viſum fuit poſſe retardari D. Duci Immiſſio ex eo quia ipſe non ſolum ſit hæres Ioannis Baptiſtæ Teſtatoris, & Creditoris, ſed etiam Pauli Iordani debitoris abſque benef. leg. & Inuent. quia præter quod id in facto controuertebatur vti pariter altiorem indaginem requirens, & reſpiciens petitorium non eſt in hoc Iudicio poſſeſſorio diſcutiens ex præallegatis.

Et ex his dandam eſſe Immiſſionem pronunc in duabus ex tribus partibus Caſtrorum Cantalupi, & Bordellæ, concluſum fuit vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PRIOLO

Romana prætenſæ filiationis.

Veneris 20. *Februarij* 1660.

ARGVMENTVM.

Generatio potius Iuueni Amaſio, quam ſeni valetudinario mulierem cognoſcentibus tribuenda. Similitudo partus tunc ad Patrẽ demonſtrandum concurrit quando conſtat de accuſu prætenſi Patris. Confeſſio in Iudicio Criminali probat, & in Ciuili. Tractatus ex falſa credulitate, & contra Iuris pręſumptionem non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Senes ſeptuagenarij cenſentur inhabiles ad generationem.*
2 *Filiatio ex matre vulgo expoſita redditur dubia, & incerta reſpectu Patris.*
3 *Mulier præſumitur potius concepiſſe ex Iuuene, quam ex ſene.*
4 *Filiatio arguitur ex ſimilitudine Capillorum.*
5 *Imaginationis poſſibilitas ceſſat quando concurrit acceſſus ad mulierem illius cui filius adſimilatur.*
6 *Matris confeſſio probat filiationem.*
7 *Filiationis quaſi poſeſſio eliditur ex cõtrarijs præſumptionibus, & coniecturis.*
8 *Argumentum deſumitur à communiter accidentibus.*
9 *Filij in concurſu iuuenis, & ſenis potius nati præſumuntur ex iuuene, quam ex ſene.*
10 *Agnitio filiationis præiudicat agnoſcenti, & eius hæredibus.*
11 *Agnitio filiationis non præiudicat agnoſcenti, quãdo contra eam militant præſumptiones validiores à iure approbatæ.*
12 *Agnitio filiationis adulteri cenſetur ea eius erronea credulitate.*
13 *Agnitio, & tractatus filiationis contra præſumptionem Iuris non attenditur.*
14 *Filiationis falſa confeſſio etiam ſcienter facta veritati non præiudicat.*
15 *Inſtitutio facta ſub falſo ſuppoſito dicitur nulla.*
16 *Filij vulgo quæſiti, & ſpurij excluduntur à ſucceſſionibus de iure Ciuili.*

DECISIO XLVIII.

Iterum diſcuſſo dubio filiationis Matthæi, & Eugeniæ, ex Io: Baptiſta olim Marchione Caſtri Viſcardi, & cauſa bis propoſita, adhuc DD. perſiſtendo in deciſis die 22. Iunij 1657. coram R.P.D. meo Veroſpio, dixerunt non conſtare de tali filiatione.

Cum enim Io: Baptiſta de tempore quo conuerſabatur cum Angela eorum matre ſeptuageſimum annum excederet, & eſſet mala valetudine affectus, & in annis 1634. qui fuit annus conceptionis, & natiuitatis Eugeniæ, & 1635. quo Matthæum, Angela pariter concepit, & enixa eſt, ageret annum ſeptuageſimum ſecundum, & tertiũ *Sum.* D. Marchioniſſæ Mariæ in præterita poſitione *num.* 13. & 14. & præſenti *Summ. num.*4. & 5. filij prædicti non præſumuntur geniti ex eo, quia licet ætas, & mala valetudo in ſenibus non ſit impedimento, quominus naturaliter generare poſſint, com-
1 muniter tamen generare nõ ſolent, & ideo moraliter cẽſentur inhabiles *ad not. per gloſ. in l. ſi Pater fam. §. fin. verbo ſexaginta ff. de adop.* & *ex Ariſt. Galen.* & *alijs tradit Tiraq. l. connub. vbi gloſ.* 1. *part.*6. *nu.*19.47. & 48. & *firmat Pariſ. conſ.*29. *num.*26. *lib.*2. & *ſequitur Giouagn. qui plures adducit conſ.*6. *num.*12. *lib.*1.

Stante præſertim quod Angela fuit ſolita cum alijs conuerſari, vt in *Summ. num.*7. & ſignanter quidam Io. Iacobus ætate, & viribus florens, tunc temporis paſſim verſabatur in eius domo, d. præterito *Summ. num.* 3. & 6. *cum quatuor ſequentibus*; Vnde probatio filiationis non ſolùm redditur æ-
2 quiuoca reſpectu ipſius Io: Baptiſtæ, cum filij nati ex muliere incuſtodita, & palam expoſita dicantur vulgo quæſiti *l. vulgo concepti ff. de ſtat. hom. Paleott. de not.* & *ſpur. c.*63. *num.*2.

num.2.Puti deciſ.435.num.2.lib.1. & deciſ.167.
num.17.par.8.recent. Sed etiam excluditur ex
aſſidua conſuetudine cum d. Iacobo iuue-
ne & Amaſio ; cum in concurſu Iuuenis,
& ſenis intret Iuris pręſumptio, immo ſua-
deat ratio ipſa naturalis, Iuuenem fertilem
3 & prolificum potius reddidiſſe grauidam
mulierem, quam ſenem deſtitutum pro-
pinqua, & expedita generandi facultate, *ita*
Soccin.ſen.conſ.65.num.2.in fin.lib.3. Fulgoſ.con-
ſil.212.num.4.Giouagn.conſ.6.nu.42. & 44.lib.1
Surd.deciſ.83.num.17.§. demum, & num.23.§.
quare cum hic.

Quæ præſumptio incaleſcit ex eo, quod
filij retuuerint rubros capillos, quibus ip-
4 ſe Io: Iacobus capillabatur; quod vti vehe-
mens argumentum filiationis conſiderat
Marius Salomonius in repetitione l.Gallus nu.19.
& ſeqq.ff. de liber & poſthum.Pariſ.conſ.10.n.59
lib.2.Dec.conſ.1.num.117. lib.3. & Gratian. di-
ſcept.forenſ.cap.567.num.29. Et licet coniectu-
ra huiuſmodi ex ſe ſola non ſufficiat cum
aſſimilatio poſſit ſuboriri ex imaginatione
tempore conceptionis, Attamen ceſſat poſ-
5 ſibilitas imaginationis quando (prout hic)
conſtat de veritate acceſſus illius, cui filij
aſſimilantur *Rota apud Mohed. deciſ.1. num. 2.*
qui filij ſint legitimi, & ita ratiocinatur
Lotther. de re beneſ.lib.2.quæſt.48. n.66. & ſeqq.

Hanc eamdem veritatem comprobat
vtriuſque confeſſio; Nam Angela in Iu-
dicio criminali perquiſita, ex quo ſuſce-
perit filios, retulit ex Io: Iacobo; & iſte
tam in iudicio criminali, quàm ciuili de-
poſuit, quod Angela quoties apparuit gra-
uida, affirmabat quod ex ipſo conceperat;
6 quæ matris confeſſio probat etiam in iudi-
cio ciuili *l.2. vbi Bald. num.25. Alex.num.28.*
& alij C. de eden. Rota apud Cæſ. de Graſſ.dec.3.
num. 3. & 6. de ſolut. coram Penia deciſ. 1546.
num.5. & deciſ.416.nu.4. coram bon.mem. Mer-
lino, & ad hunc effectum, vt cenſeantur filij
Io: Iacobi non leue præbat adminiculum,
tot præſertim concurrentibus coniecturis,
vt explicat *Surd.deciſ.83. num.7. & 8. & Spe-*
rell.deciſ.forenſ.Eccleſ.32. num.103.verſ. & hæc
quidem lib.2.

Hinc eliditur quaſi poſſeſſio filiationis
elicita ex nominatione tractatu agnitione,
& impenſis factis per Io: Baptiſtam erga
dictos Angelæ filios, quoniã omiſſo quod
actus huiuſmodi non videntur ſubſiſtere
ex adductis ab informautibus pro D. Mar-
chioniſſa, ſenectus, & grauis admodum
ætas eiuſdem Io: Baptiſtæ de tempore con-
ceptionis, in qua iuxta legalem præſump-
tionem, & ordinem naturæ, inſolita ac in-
uerìſimilis eſt in Hominibus generatio (iũ-
cto præſertim acceſſu Amaſij iunioris, &
validioris, vna cum alijs præſumptionibus
& coniecturis præmiſſis, alijſque adductis
per informantes) ſuperat, & eneruat om-
7 nes coniecturas reſultantes ex dicta quaſi
poſſeſſione filiationis, vt ponderat *Fulgoſ.*
conſ.212.col.3. ad med.verſ.in prima videtur Pa-
riſ.conſ.29.num.89. & 113.lib.2.Giouagn.conſ.6.
num.51. cum ſeqq. lib.1. Surd.deciſ.83. num.21.
verſ. quod ſi coniecturæ Sperell.dec.184.n.93.95.
& 109. & firmat Pontan. de alimentis c.3.n.28.

Nec releuat quod ſenes prouectioris etiã
ætatis viſi ſint filios procreare; exempla
enim ſingularia; & raro contingentia non
lædunt, neque alterant ſupradictam iuris
præſumptionem, quia non attenditur id
8 quod euenit minus frequenter, & raro, ſed
quod communiter, & ſecundum ordinem
naturæ contingere ſolet *text. in l. nam ad ea*
cum ſeqq.ff. de leg. & aduertunt *Soccin. d. conſ.*
65.num.1.lib.3.Pariſ.d.conſ.29.num.50.Surd.di-
cta deciſ.83. ſub num.9.Giouagn.d.conſ.6.num.43
& Pontan. de alimentis dicto cap.3.nu.29. maxi-
mè cum non agatur de filijs procreatis ex
coniugata cohabitante cum viro, vel re-
tenta inſchemate concubinatus, in quibus
terminis procedunt exempla prædicta (ad
præſumendum potius honeſtum poſſibile,
quod filius ſit natus ex matrimonio, aut
concubinatu, quam poſſibile inhoneſtũ) ſed
verſemur in filijs natis ex muliere ſui iuris,
& libera, inter publicas meretrices iam
pridem deſcripta *Summario num.8.* ſimulque
à ſene, & à Iuuene cognita, quo caſu in-
ſpici debet ex quo filij potuerint magis na-
9 turaliter concipi, & ſic potius ex Iuuene,
quam ſene, vt benè deducunt *Soccin. d. con-*
ſil.65.num.2. in fine lib.3. & Giouagn. d. conſ.6.
num.42. & 44.lib.1.

Nec obſtat quod agnitio in filium præ-
iudicet agnoſcenti eiuſque hæredibus ex
10 adductis per *Grat.diſcept.for.cap.653.num.71.*
cum ſeqq. Rota coram Put.deciſ.425.lib.1. in cor-
rectis in recent.deciſ.661.num.4. part.4. & deciſ.
438. num. 3. apud Merlin. Nam quicquid ſit
de tali prætenſa agnitione, iſtæ doctrinæ lo-
loquuntur, vel in filijs matrimonij; vel
vbi agnitio nitida eſt, nec offuſcatur con-
trarijs præſumptionibus, aut vrgent aliæ
coniecturæ pro filiatione; ſecus autem vbi
contra agnitionem adſunt præſumptiones
validiores, & in iure approbatæ, tunc enim
non ſufficit agnitio, & quaſi poſſeſſio filia-
tionis, ſed exigitur probatio magis certa,
11 & concludens vt conciliando opiniones
refert *Boſſ. in praxi crimin. tit. de part. ſuppoſ.*
num. 27. in fine, Petr. de fideicom. quæſt.11. ſub
num. 482. pariter in fine, & Gozz. ad conſ. 12.
num.12. Surd.d.deciſ.83. num.21. verſ. qua opi-
nio Soccin.ſen.d.conſ.65.num.2. in fine.

Fortius cum agnitio proceſſerit à ſene decrepito, & malæ valetudinis conuerſante cum muliere vulgo expoſita, quæ victa erat aſſidua conſuetudine iuuenis, quo caſu actus filiales ab eo geſti (vltra magnum fumum qui eliciebatur ex datis in *Summ. nu.19. & 20.*) cenſentur habuiſſe originem
12 ex falſa, & erronea credulitate, quod agniti in filios re vera eſſent filii ipſius iuxta monitum *Dec. in cap. per tuas num. 8. de probat. Palleot. de not. & ſpur. cap. 20. num. 10. Petr. de fideicom. quæſt. 11. nu. 261. Pariſ. dicto conſ. 29. num. 113. lib. 2. Giouagn. d. conſ. 6. num. 55. lib. 1. Marcabrun. conſ. 113. num. 75. et ſeqq. Sperell. deciſ. 174. num. 84. et 95.* vbi quod agnitio, &
13 tractatus contra præſumptionem Iuris nõ attenduntur *Mandell. Alb. conſ. 9. num. 29. lib. 1.* vbi quod falſa confeſſio circa filiationem
14 etiam ſcienter facta, non præiudicat veritati *Barz. conſ. vnico poſt deciſ. Bonon. ſub numer. 30. verſ. his tamen non obſtantibus,* vbi quod inſtitutio eſt nulla tamquam facta ſub falſo ſuppoſito, & errore, quod inſtitutio eſſet
15 filius inſtituentis non obſtante, quod vltro fuerit adiectum, *perche eſſendo, ò non eſſendo ſuo figlio l'inſtituiſce, et Rota apud Achill. deciſ. 1. num. 1. et 2.* qui filij ſint legitimi.

16 Nec quidquam facit, quod Ius ciuile excludens à ſucceſſione vulgo quæſitos, & conceptos ex matre concubinaria, *vt in l. vulgo concepti, ff. de ſtat. homin.* prout etiam inceſtuoſos *Auth. ex complexu C. de inceſt. nupt.* fuerit correctum à iure canonico; quia id procedit ſolùm quoad alimenta relinquenda filijs tam illegitimis ſimpliciter, quam ſpurijs, & inceſtuoſis, non autem quoad modum probandi filiationem; Nam etiam de iure canonico illa eſt concludenter iuſtificanda, de qua tamen in caſu noſtro nullatenus conſtat vt ſupra dictum eſt.

Ex quibus, & alijs in deciſione R. P. D. Veroſpii deductis, pro illius confirmatione, partibus hinc inde informantibus, reſolutum fuit &c.

R. P. D. VEROSPIO

Romana Locationis.

Veneris 20. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

Locatio non ſubijcitur vſurarum cenſuræ ob penſionis diminutionem, niſi conſtet diminutionem proceſſiſſe ex cauſa mutui veri, vel ficti Mutuans reſeruata ſibi facultate pecuniam retinendi ſub Cambijs non mutuum, ſed cambium Inire dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Locatio non ſubiacet vitio vſuræ ſi valor rei locatæ non probatur diminutus ex cauſa mutui veri vel ficti.*
2 *Cambij contractus arguitur ex facultate reſeruata creditori retinendi pecunias ſub cambijs.*
3 *Mutui verbum non alterat naturam Cambij quod ex alijs conſtat partes voluiſſe contrahere.*
4 *Valoris diminutio licita reputatur ex iniunctione oneris facta conductori.*
5 *Lucri portio ceſſa alteri, quam locatori poſt contractum locationis non cenſetur ſimulata, et debet in portionem pretij admitti.*
6 *Valor locationis non deſumitur ex locatione in qua locator defecit.*
7 *Valor rei elicitur ex venditionibus vniuerſalibus non autem ex particularibus.*
8 *Valor vilior eſt rei in magna quantitate venditæ quam in pauca, et minutata uenditione diſtractæ.*
9 *Valor rei præſumitur iuſtus dum non probatur per locatorem tempore contractus potuiſſe pro maiori pretio communiter res locari.*
10 *Valoris Iuſtitia probatur ex communi ualore rei tempore uenditionis.*

DECISIO XLIX.

Confirmarunt hodiè DD. deciſionẽ editam ſecunda Maij præteriti, in qua contractus locationis Venæ ferrariæ inter Dominum Principem Ludouiſium cum DD. Rinuccinis celebratus, à fœnoris labe ſancitus fuit immunis. Siquidem locatio vitio vſurariæ prauitatis infecta cenſeri non
1 debet, dum conſuetus ferri valor ex cauſa mutui veri, vel ficti non comprobatur diminutus, vt tradit *Curt. iun. in l. 2. §. mutui datio num. 19. cum ſeqq. ff. ſi cert. pet. Geminian. conſ. 16. num. 2. Rub. Alexand. conſ. 20. num. 3. Couarr. uariar. lib. 3. cap. 2. num. 5. §. tertio tamen, uerſ. quibus accedit Borgn. Caualc. deciſ. 32. n. 55. par. 2. Vrſill. ad afflict. deciſ. 20. num. 10. Maſtrill. deciſ. 106. num. 32. Caſtill. deciſ. 143. num. 1. et 2.*

Neque contractus mutui poterit deſumi ex conductorum obligatione ſcuta 175. mil. Domino Principi in hunc modum exburſandi, videlicet *di preſtare, ò far preſtare*; Cum enim facultatem ſibi metipſis reſeruauerint, eandem quantitatem retinendi
2 ſub cambijs, contractus cambij, non autẽ mutui adſtipulatus eſſe cenſetur, vt aduertit *Gabr. conſ. 69. num. 1. et 8. lib. 1.* vbi quod
3 agnita ex verborum ſerie qualitate contractus, verbum mutuum ibidem adiectum eiuſdem naturam non immutat. *Guidopap. quæſt. 168. num. 1. uerſ. Nec obſtat uerbum mutuat, Gouar. uar. lib. 3. cap. 2. num. 2. in fine, uerſ.*

quin

quin et pecunia Statt. de camb. §.1.*quæſt.*7.*par.*2 *ampliat.*20.*num.*4.*Duard. eodem tract.* §.1. *q.*10. *num.*3. *prope finem cum alijs in præterita deciſione in ultimo* §.

Diminutionem verò pretij antecedens locatio cum Sanguinetto contracta ſuadere non valet, licet pretium centeni in plaſtris quadraginta ibidem legatur conuentum; Si quidem in contractu, de quo agitur, tertia lucrorum portio, annuam ſummam adæquans ſcutorũ circiter 2773. Domino Principi à conductoribus delata fuit, ex qua cuiuſlibet centeni valor, qui concorditer in ſcutis triginta octo, ac obulis 20. fuerat conſtitutus, vſque ad quadraginta duo ſcuta, ac obulos viginti remanſit accretus. Pacta enim conductori, ſeu locatori oneroſa ad hunc effectum diſcuti debent, itaut pretij accretio, ſeu diminutio
4 pro eademmet rata oneris iniuncti licita reputetur *ad text. in l. fundi partem, ibique notat Bald.ff. de contrahen.empt. Alciat.conſ.*44.*numer.*6.*lib.*8. *idem Bald.conſ.*182.*num.*5. *propè finem lib.*1.*Becc.conſ.*45.*num.*32. *Tiraquell. de retract.conuentional. in præfat.num.*21. & 22. *Rota coram bon.mem. Merlino deciſ.* 533. *num.* 15. & *deciſ.*702.*num.*68. *cum ſeqq.*

Non obſtante quod eadem lucrorum portio in Nerlij fauorem ſucceſſiuè à locatore dimiſſa fuerit. Poſſet enim Conductoribus officere, quoties ceſſio ipſis, ſeu alteri eorum nomine ex conuentione in limine contractus inſerta, facta foret, ſecus vero dum in vtilitatem perſonæ in locationis inſtrumento non compræhenſæ expleta conuincitur, nec non ex cauſa cambij ſcutorum quadraginta millium longè poſt per Dominum Principem cum Nerlio contracti. Hoc ſanè caſu lucrorum pars, tanquam realiter, non autem ſimulatè in locationis contractu attributa, in portionem pretij de-
5 bet admitti, vt præter auctoritates ſupra relatas *notat Caroc. de locat. tit. de reſcin. locat. num.*14. *ad med.Cyriac.controuerſ.*87.*numer.*12. *Rota coram Buratt.deciſ.*453.*num.*4. & *dec.*247. *num.*5.*par.*8.*recent.*

Hinc contractus ſanguinetti in controuerſæ locationis concurſu dignoſcitur inferior. Potiſſimè, quia ex pretio conuento plaſtræ decem mille in ducatis monetę Neapolitauæ, ſcuti vnius valorem non excedentibus, debuerant ab ipſo enumerari. Nec non ex quo ſcuta annua ſex centa ex ſigilli gabella retrahenda eidem attributa fuere; quæ impenſis pro refectione pontiũ ſibi iniuncta detractis, iuxta tenorem calculi pro parte Domini Principis exhibiti centeni, pretium in obulis quatuor, & quinquaginta decreſcunt.

Neque vrgere viſa fuit Sanguinetti conuentio aſſumendi ſingulis annis centena pondera 803. perinde ac ſi, dum vena indeficiens exiſtit, maiorem vtilitatem videatur contractus, ille locatori intuliſſe, quam alter DD. de Rinuccinis ad centena 360. tantummodo reſtrictus. Cum enim Sanguinettus in propriæ promiſſionis implemento defecerit, ipſius conſequenter obli-
6 gatio conſuetam locandi legem ex actibus effectum ſortitis comprobañ, inducere nequiuit, *vt not.Surd.deciſ.*51.*num.*21. *Rota deciſ.*675.*num.*5.*par.*2.*recent.* & *deciſ.*317.*num.*7. *verſ. vltra quod pènes Poſth. de manut.* & *coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Otthobono deciſ.*188.*nu.*11. dum maximè tum ante, tum poſt terminatum Sanguinetti contractum in anno ſcilicet, quo vena inafflctata, remanſit, longè inferior ferri quantitas conſumpta conuincitur.

Et licet minutorum extractio in appaltu Sanguinetti præſeruata, in locatione controuerſa noſcatur interdicta, cuius ex cauſa locator ſcuta ſex mille D. Duciſſæ Bracciani, ac eiuſdem ſorori perſoluit: non tamẽ ad pretij diminutionẽ exinde poterit inferri Status quippè Plumbini, tẽpore quo prodijt Sãguinetti locatio, à Regia Camera moderabatur, inter quam, & D. Duciſſam nulla fuerat ſuborta ſuper minutis controuerſia; At ſecuta in perſonam D. Principis inueſtitura ſtatim minutorum extractio ab ipſo per edicta fuit interdicta, eo ſub prætextu, quod D. Duciſſæ forent indebita: Dum itaque prohibitio in proprij iuris tutamen à locatore adiecta præſumitur, non debet proinde eadem in Conductorum detrimentum retorqueri. Quinimmo ſolutio ſcutorum ſex mille in vim laudi, poſt à locatione receſſum editi, proceſſiſſe conuincitur,

Neque maiorem pretij valorem poterunt redolere particulares ferri venditiones Conſuetus namque valor ex ſimilibus lo-
7 cationibus generalibus, cum Sereniſſimo videlicet M. Duce, ac Sanguinetto contractis debet deſumi, vt tradit *Roman. conſ.*43. *num.*1.*Molin. de contract.diſput,*348.*num.*4.*verſ. quo fit*: Cuius ea videtur eſſe ratio, quod viliori exiſtimantur pretio res in maiori
8 quantitate diſtractæ, quam ſi ſeparatim earumdem alienatio contingat, vt notat *Reginal. in praxi fori pœnit.lib.*25.*num.*282. *Salon. ad D. Thom. de contract. tom.*2. *quæſt.*77. *tit. de mutat.prat. ex diuerſ.venden.mod. pag.*25. *Bonac. de contract. diſp.*3.*quæſt.*2. *punct.*4. *num.*21. *cum alijs in præterita deciſione relatis in* §.*Neq. obſtant*

Facultas vero Appiano Principi in contractu Sereniſſimi Magni Ducis reſeruata, aſſu-

aſſumendi videlicet quantitatem ferri pro ſuis ædificijs neceſſariam, neque viſa fuit obeſſe; Præterquam enim de tempore cõtrouerſæ locationis Princeps ædificiorum Dominus nondum euaſerat, neque hanc propterea facultatem ſibi reſeruauit ex diuerſitate pretij inter contractum vtrumque militante penitus arcetur obiectio. Nam cuiuslibet centeni valorem in ſcutis triginta tribus, necnon obulis 34. ille conſtituit, hic verò pretium in ſcutis duobus, ac quadraginta, necnon obulis 20. adauget, & conſequenter nulla dubitatio inſurgit, quin maius lucrum in hoc appaltu, quam ex altero locator ipſe retraxerit. Conductorum obligatione potiſſimè perſpecta cambiandi pro ſcutis ſeptem in ſingula centenaria, cũ tamen tunc temporis cambia pro maiori lucri quantitate potuiſſent adſtipulari.

Aliqui præterea ex DD. ponderabant, pretium à conductoribus conuentum iuſtitiam redolere, dum concludenti probationum genere ex parte D. Principis non elu-
9 ceſcit, pro maiori valore venam potuiſſe tunc temporis communiter locari, vt tradunt *Curt.iun. in l.2.§.mutui datio num.23.verſ. poſtremo ff. ſi cert.pet. Roder. de ann. reddit.lib.2. quæſt.* 11. *num.*25. *Cyriac. contr.* 87. *num.*14. & in terminis rei venditæ, quod iuſtitia pretij
10 ex communi valore de tempore venditionis deſumi debeat, notat *Pariſ. conſ.vlt.n.*26. *lib.* 2. *Card. Mant. de tacit. lib.* 4. *tit.* 20. *nu.*52. *Rota coram Seraph. deciſ.* 665. *numer.* 1. *Buratt. deciſ.* 465. *num.* 5. *& in Albanen. redditionis rationis* 13. *Iunij* 1657. *coram R. P. D. meo Celſo*, præſertim, quia quantitas ex ferri venditione in anno dislocatæ Venæ retracta, longè inferior eſſe dignoſcitur ſumma ſingulis annis à Conductoribus ſucceſſiuè exburſata.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Romana, ſeu Florentina Tranſactionis.

Mercurij 4. *Aprilis* 1660.

ARGVMENTVM.

Simoniaca cenſetur tranſactio ſuper ſtatu Religioſo, præcipuè quando lis inſtituta erat ſuper re ſpirituali, puta ſuper validitate, vel inualiditate Profeſsionis quamuis in illius conſequentiam veniat res temporalis nempè reſolutio, ſeu confirmatio renunciationis bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaca cenſetur tranſactio inita ſuper ſtatu religioſo, ſi concurrat pecunia, & impoſitio oneris ſine conſenſu Superioris.*

2 *Simoniaca cenſetur tranſactio ſi fuit dictum, vt quis Monachus remaneat, vel ſæcularis euadat.*

3 *Simoniaca habetur tranſactio ſi fuit dictum, vt quis poſſit ſe facere Monachum, & interueniat pecunia.*

4 *Tranſactio corruit ſi nihil hinc indè datum, ſeu promiſſum fuit.*

5 *Simonia incurritur, ſi fuit datum temporale pro ſpirituali ſine licentia Superioris.*

6 *Simoniaca non dicitur tranſactio ex promiſſione pecuniæ, & ſuſceptione oneris, contemplatione rei temporalis diſtinctæ à ſpirituali.*

7 *Tranſactio dicitur correſpectiua ad rem, quæ erat principaliter in lite.*

8 *Tranſactio non ſubſtinetur, ſi cauſa temporalis fuit annexa ſpirituali ratione indiuiſibilitatis.*

9 *Tranſactionis indiuiduitas, & inſeparabilitas elicitur ex cauſa, ex qua fuit inita.*

10 *Tranſactio ſubſiſtit, ſi fuit facta ſuper receſſu à lite.*

11 *Simonia non incurritur, ſi dans pecuniam pro re ſpirituali eam legittimo titulo, & iuſtè obtinet.*

12 *Simoniaca dicitur tranſactio, qua mediantè paratur via ad conſequendam rem ſpiritualem.*

13 *Tranſactio validè facta continet exceptionem litis terminatæ, & impedit ingreſſum nouæ.*

14 *Tranſactio ſuper lite, quæ eſt in limine expeditionis, dicitur nulla.*

15 *Tranſactio remanet inefficax, ſi pars altera controueniat, quando ſic colligitur ex ſubiecta materia.*

DECISIO L.

Conſulta S. Rota, & ab ipſa 28. *Aprilis* 1659. tradito voto ſuper inualiditate profeſsionis D. Mahionis Petri Corſini ex rationibus maturè, & latè diſcuſsis in duabus deciſionibus editis 13. *Ianuarij* 1653. coram Reuerendiſs. D. Archiepiſcopo Tarraconen. & 27. *Ianuarij* 1659. coram Reuerendiſsimo D. meo Epiſcopo Papien. per apocham priuatam inter ipſum, & D. Marchionem Andream eius fratrem inita fuit concordia, in qua inter cætera fuit conuentum, quod cum vltra annuam præſtationem debitam D. Marchioni Petro ſupereſſet ſolutio ſcutorum 7000. pro reſiduo 10000. Marchio Andreas ei promiſit ſoluere, prout ſoluit, ſcuta 3500. & pro alijs 3500. annuam reſponſionem ſcutorum 245. eius vita durante, nec non aſſumpſit in ſe onus perſoluendi quaſcumque impoſitiones etiam extraordinarias, tàm præteritas, quàm futuras, & demum in vltimo Capitulo ita concluſum fuit, ibi: *Et eſſendo in oltre ſeguita tra*

ta trà detti Signori Fratelli longa, é trauaglioſa lite ſopra la validità della profeſſione del Sig. Marcheſe Pietro nella Religione di Malta, ſopra della quale eſſendo dalla S. Rota Romana vſcite più deciſioni, quindi è, che in virtù della preſente Concordia ſcambieuolmente ſi promettono l'vn' l'altro di non proſeguir più auanti detta lite, ne di ricercar reſpettiuamente ſentenza, ò reuiſione, ne far' atto alcuno da hora innanzi diretto à queſto fine, mà di ritirarſene ciaſcuna delle parti totalmente per viuere in pace, e quiete. volendo, che in caſo di traſgreſſione, s'intenda ſubito ceſſata la ſudetta renuntia dell'anno 1636. e queſta preſente concordia ancora, &c. riducendo con detta ceſſatione le coſe à i termini della ragione, e del douere, &c. Summario vtriuſque partis *num.* 1.

Verum cum Marchio Petrus peteret ab Eminentiſsimo Domino Cardinali Ginetto Iudice deputato expeditionem ſententiæ ad formam Voti Rotalis ſe oppoſuit Marchio Andreas exhibendo dictam concordiã: Vnde placuit eidem Eminentiſsimo ſuper hoc etiam conſulere Rotam, An obſtet cõcordia, itaut non ſit procedendum ad vlteriora, & hodie negatiuè reſponſum fuit, Concordiam ſcilicet non obſtare expeditioni ſententię ſuper nullitate profeſsionis.

Cum enim ex ea appareat initam fuiſſe ſuper validitate profeſsionis, & Statu Religioſo Marchionis Petri, mediante promiſ-
1 ſione pecuniæ, & aſſumptione oneris impoſitionis, ſine licentia Superioris, Simoniaca eſt, & non obligat, *cap. cum pridem de pact. cap. vlt. de rer. permut. cap. preterea* 1. *&* 2. *de transact. cap.* 2. *de arbitr. Abb. in d. cap. preterea il primo in princ. verſ. ſuper iure, & num.* 1. *de tranſact. Mohed. deciſ.* 5. *de Simon. Put. deciſ.* 42. *lib.* 2. *in correct. Suar. de relig. to.* 1. *lib.* 4. *tit. de Simon. cap.* 51. *num.* 6. *Bonacc. oper. moral. tom.* 1. *tit. de Simon. diſput.* 1. *q.* 4. §. 15. *in prima propoſitione num.* 3.

2 Et in indiuiduo tranſactionis factæ ſuper Monacatu, ſiue vt quis Monacus remaneat, ſiue vt Sæcularis euadat, *tradunt communiter DD. in l. fin. C. de tranſact. reprobata gloſa ibid. verb. ſeruili verſ. item nota, & ſignanter Bart. num.* 2. *verſ. verum eſt, quod in Cauſa Bald. nu.* 3. *& ſub num.* 4. *verſ. quod etiam, Paul. de Caſtr. num.* 3. vbi quod oportet iſtam quæſtionem dirimi per ſententiam diffinitiuam, quæ habebitur pro veritate, ſubdẽs, quod & ſi quis poſſit facere ſe Monachum, propter hoc nõ
3 vitiatur tranſactio, ſed videtur vitiari, ſi detur pecunia, cum contineat ſimoniam, *Salycet. num.* 3. *verſ. ſed dic contra, & Iaſ. ſub num.* 1. *verſ. ipſa gloſa malè dicit,* firmans quod in hac materia tranſactio nullo modo ſuſtineri poteſt, quia aut nihil datur, & corruit, ex
4 quo fieri non poteſt, niſi aliquo hinc indè dato, vel remiſſo *l. Tranſactio C. de tranſact.* aut datur aliquid, & cauſa Monachationis eſt Simonia.

Licet enim non ſit illicitum aliquid tradere pro congrua Religioſi ſubſtentatione, cum non detur temporale pro ſpirituali, ſed temporale pro temporali; vbicumque tamen datur aliquid, vt quis ingrediatur Religionem, vel vt in ea permaneat Religio-
5 ſus, tunc pro ſpirituali datur temporale, & conſequenter non ſubſtinetur ceſſante Superioris authoritate *Nauar. conſ.* 86. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 5. *de Simon. Azor. inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 12. *c.* 16. *in princ. & verſ. quinto quæritur,* vbi in ſpecie loquitur de ordine Militari *Summ. Silueſtr. verb. Simonia* 15. *quæſt. poſt princ. verſ. quia planè eſſet Simonia Sot. de iuſt. & iur. lib.* 9. *quæſt.* 6. *artic.* 2. *circa finem verſ. ad quartum argumentum Leſſ. eodem tract. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 12. *Sanch. conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub* 23. *in princ. Suarez vbi ſupra d. num.* 1. *lib.* 4. *tit. de Simonia cap.* 17. *num.* 5. *&* 6. *Bonac. vbi ſupra d. diſp.* 1. *quæſt.* 4. §. 8. *num.* 3.

Non obſtat quod promiſsio pecuniæ, & ſuſceptio oneris facta cenſeatur intuitu bonorum renunciatorum, & ſic pro re temporali,, vt voluit *Tondut. Sanleger. quæſt. & reſol. benefic. tom.* 1. *cap.* 96. *ſub num.* 24.

Quia quicquid ſit de veritate eius opinionis, de qua etiam ipſe dubitaſſe videtur *ſub num.* 26. *verſ. ſed ego ſaluo.* Id forſan poſ-
6 ſet admitti, ſi lis principaliter fuiſſet introducta ſuper re temporali diſtincta, & ſeparata à re ſpirituali, cum quo ſuppoſito ipſe tranſit, vt declarat *ſub nu.* 28. *verſ. & ſic cum dictæ prætenſiones,* inferens exindè, quod promiſsio, ſeu traditio annui redditus facta in tranſactione, correſpectiuè facta cenſeatur pro re dumtaxat temporali diſtincta à ſpirituali, & ſic in cauſam licitam; At in caſu noſtro lis principaliter introducta fuit ſuper re ſpirituali, nempè ſuper nullitate profeſſionis, vt conuincunt deciſiones deſuper emanatæ, & Votum Rotale, in quibus de alio non agitur, quàm de dicta nullitate, & conſequenter deſuper celebrata tranſactio correſpectiuè referri debet ad ipſam rem ſpiritualem, quæ principaliter erat in lite,
7 & ſic in cauſam illicitam, vt probãt omnes authoritates ſupra allegatæ, & ſignanter *Rota apud Mohedan. d. deciſ.* 5. *de Simonia, & apud Put. dicta deciſ.* 42. *lib.* 2. *in correct. & ita declarando admittit idem Tondut. dict. num.* 28. *verſ. præterea promiſſio, & clariùs num.* 31. vbi ita reſpondet præfatis deciſionibus, & ponit hęc præciſa verba, ibi: *Item in caſu illarum deciſionum renunciabatur liti, quæ ſimpliciter erat ſuper re ſpirituali, nempè ſuper beneficio, hic autem agebatur de bonis, quæ Religioſus ob nullitatem*

pro-

Digitized by Google

profeſſionis ad ſe pertinere contendebat, *& nu.* 33.
ibi: *& Generale eſt, vt quando litigatur ſuper ſpi-
ritualibus ſimul, & temporalibus tranſactio fieri
poſſit per dationem rei ſpiritualis*.

Et quamuis in conſequentiam huius litis
veniat res temporalis, nempè reſolutio re-
nunciationis, & recuperatio bonorum, at-
tamen quia eſt annexa, indiuidua, & inſe-
parabilis à re ſpirituali, nempè a nullitate
profeſſionis, ratione huius connexionis, in-
diuiduitatis, & inſeparabilitatis, quicquid
fuit in tranſactione datum, vel promiſſum,
non poteſt plus referri ad temporalitatem,
quam ad ſpiritualitatem, & per conſequens
8 labes Simoniæ non euitatur, *vt probat text.
in cap. quæſitus §. generaliter de rer. permut.* ibi
*Præſertim pactione præmiſſa, quæ circa Spiritualia,
vel connexa Spiritualibus labem ſemper continet
Simoniæ; ibique gloſſa verb. Simonia. Mohedan.
dict. deciſ. 5. in fine verſ. tamen fuit dictum*, ibi:
*Quod cum tota conuentio ſit indiuidua totum, &
qualibet res, quæ datur ex vna parte, intelligitur
dari pro toto, quod ex altera parte datur, quia eſt
correſpectiuum. Put. dic. deciſ. 42. pariter in fine
verſ. tamen quia dabantur lib. 2. in correct. benè
Bonac. oper. moral. tom. 1. tit. de Simonia diſp. 1.
quæſt. 4. §. 11. in. 3. propoſit. numer. 8. cum ſeqq.*
probans, quod annexum conſequenter ſpi-
ritualibus materia eſt Simoniæ, vt propte-
rea abſque eius labe illud vendi non poſſit,
nec deſuper fieri aliqua pactio.

Quodque in propoſito reſolutio renun-
ciationis, & recuperatio bonorum annexa,
& indiuidua ſit, ac inſeparabilis à materia
profeſſionis, clarè etiam conuincitur ex te-
nore ipſiuſmet concordiæ, ex qua apertè
educitur, quod ſuper vno, ſine altero nul-
latenus fuiſſet tranſactum, vt præ cæteris
oſtendit pactum reſolutiuum in fine adie-
ctum, ibi: *Volendo che in caſo di traſgreſſione
s'intenda ſubito ceſſata la detta renuncia dell' anno
1636. e queſta præſente concordia ancora, &c.*
9 Cumque vtrumque proceſſerit, & origi-
nem habuerit ab eadem cauſa profeſſionis,
hoc eſt ſignum euidens indiuiduitatis, & in-
ſeparabilitatis *ex deductis per Rot. in rec. dec. 554
num. 3. 4. & 5. par. 4. tom. 3.*
10 Nec obſtat, quod licita ſit tranſactio ſuper
receſſu à lite ex *Suarez. vbi ſup. d. tom. 1. lib. 4.
cap. 51. num. 15.*

Omiſſo enim quod iſti fratres non receſ-
ſerunt dumtaxat à lite, ſed principaliter
tranſegerunt ſuper validitate profeſſionis,
vt apparet non ſolũ ab expreſſis in apocha,
ſed etiam ex poſtea ſubſequutis, cum Mar-
chio Andreas oppoſuerit concordiam, vt
frater remaneat in profeſſione, & Statu Re-
ligioſo Domini amplexi fuerunt commu-
nem diſtinctionem Canoniſtarum, vt tunc
ſolum licitus ſit receſſus à lite ſuper re ſpi-
rituali, mediante pecunia, vel alia re tem-
porali, quando qui dat pecuniam pro tali
receſſu, iuſtè obtinet rem ſpiritualem præ-
uio legitimo titulo, & vult ſimpliciter ſe
liberare ab iniuſtis vexationibus per colliti-
gantem ſibi illatis; tunc enim, quia exindè
ſolum redimuntur iniuſtæ vexationes, nec
illas redimens aliquod nouum ius acquirit
ſuper re ſpirituali, quæ permanet ſecundum
iuſtitiam, & iuxta legitimum titulum apud
11 eum, & in eo Statu, in quo de iure eſſe de-
bet, nulla deſuper cadit Simonia *Abb. in dic.
cap. cum pridem num. 9. de pact. Felin. in cap. Di-
lectus il primo num. 2. verſ. niſi vexatio, & nu. 4.
verſ. 3. limita de Simon. Anchar. conſ. 34. verſ.
quia ergo, Nauar. conſ. 38. num. 2. lib. 5. de Si-
mon. Pariſ. conſ. 135. num. 20. lib. 4. Menoch.
conſ. 67. num. 17. Pyrr. Corrad. in prax. benefic.
lib. 4. cap. 5. ſub num. 59. verſ. primus eſt*, vbi
ſub num. 60. dicit hoc etiam eſſe valdè peri-
culoſum ſine authoritate Superioris; At
quando, prout hic, pecunia datur ab eo, qui
iniuſtam habens prætenſionem ſuccubuit,
& ſic ea mediante, parat ſibi viam ad con-
ſequendam rem ſpiritualem, quam litigan-
do de iure, & ſecundum iuſtitiam non po-
tuit, nec poteſt obtinere, hoc vtique non
eſt redimere vexationes, cum ab ipſo præ-
ſtitæ fuerint, ſed eſt rem ſpiritualem pro-
12 curare mediante re temporali, quam aliàs
conſequi non poterat, vt optimè diſtinguẽ-
do probant *Nauarr. conſ. 41. num. 20. d. lib. 5. de
Simon. Sanchez. conſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 3.
num. 3. & 4. Suar. de Relig. d. tom. 1. lib. 4. tit. de
Simon. cap. 50. num. 2. & d. cap. 51. ſub d. n. 15.
Caſtropal. oper. moral. p. 3. tract. 17. tit. de Simon.
diſput. 3. punct. 20. num. 1. 2. & 3. Corrad. vbi
ſup. d. lib. 4. d. cap. 5. ſub dict. num. 59. verſ. & eſt
trita concluſio.*

Nec refert quod Marchio Andreas tan-
quam merus tertius nullum ius circa pro-
feſſionem acquirere potuerit; nam ſatis ac-
quiſiuiſſe ſperabat retinendo fratrem vinculis
Religionis obſtrictum, quod erat, & eſt
principale ſuæ intentionis motiuum, vt do-
cuit experientia, dum acerrimè litigauit, &
acritèr contendit illius profeſſionem eſſe
validam, & non poſſe expedire ſententiam
ſuper eius nullitate, etiam ipſa Religione
pro nulla eam declarante. Hinc enim ne-
gari nequit, quin aliquid acquirere inten-
debat reducendo, & retinendo fratrem in
eo ſtatu incerto ſuæ perſonæ, in quo erat
ante motam litem ſic eludendo reſolutio-
nes, & votum S. Rotæ. Quod autem fir-
ma remanente concordia ſuper receſſu à li-
te, poſſit Petrus mediante nouo iudicio, &
noua commiſſione iterum petere declara-
tio-

tionem nullitatis ſuæ profeſsionis, in iure
non ſubſiſtit, quia concordia quando vali-
da eſt non ſolum continet exceptionem li-
13 tis finitæ, ſed etiam impedit nouæ litis in-
greſſum, *cap. 1. de lit. conteſt. in 6. l. cauſas, & l. fratris C. de tranſact. Rolan. conſ. 28. num. 16. lib. 4. Rot. coram ſanct. mem. Gregor. deciſ. 354. num. 1. coram Card. Canal. deciſ. 550. num. 2. in recent. deciſion. 218. numer. 1. par. 7. & in Romana Donationis 9. Decembris 1650. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. ſub §. 1.*

Duo præterea Domini ponderarunt, Al-
terum quod concordia inita fuit ſuper lite
non vtique pendente, & cuius eſſet incertus
exitus, ſed ſuper lite, vel iam terminata,
vel ſaltem cuius finis erat certiſsimus,
cum cauſa reperiretur commiſſa de voto
14 Rotæ appellatione remota, & iam Ro-
ta, vt dictum eſt, tradiderat votum,
quo caſu ſubſtineri non poſſe firmant *Roman. conſil. 517. numer. 18. Aymon. conſ. 152. numer. 10. & 11. quos ſequuta fuit Rota in Bononien. nullitatis Concordiæ 12. Iun. 1645. coram me §. At hic neutrum.*

Alterum quod in eadem concordia non fuit promiſſa eiuſdem obſeruantia, nec in caſu contrario adiecta pœna, nec eſt iuramento, minuſque obligatione Camerali vallata, ſed ſolum appoſitum fuit ſupradictum pactum reſolutiuum, ibi: *Volendo, che in caſo di traſgreſſione s'intenda ſubito ceſſata la detta renuntia dell'anno 1636. e queſta preſente concordia ancora, &c. riducendo con detta Ceſſatione le coſe a i termini della ragione, e del douere, &c.*

Hinc enim Domini cenſuerunt, quod
attenta ſubiecta materia Partes intellexerint
admittere reſolutionem tranſactionis, &
omnia reducere ad terminos iuris propter
ſolam contrauentionem alterius, & ſic vo-
luiſſe, quod etiam altera obſeruante pactum
15 reſolutiuum operetur effectum ſuum, vt
ſcilicet tranſactio reſoluta remaneat perin-
dè, ac ſi celebrata non fuiſſet *Bald. in l. ea lege num. 13. verſ. Ego dico C. de condit. ob cauſ. Ioſ. in l. quamuis in fin. num. 4. de tranſact. Aym. conſil. 145. num. 19. Caputaq. deciſ. 315. nu. 2. par. 3. Penia deciſ. 274. num. 2. Eminentiſſ. Otthob. deciſ. 159. num. 19.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Legati.

Mercurij 14. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Animaduertitur manus ſubſcribētis alienum teſtamentum, quæ nedum à fraudis ſuſpicione abſoluitur cum Teſtator ſpeciali, licet non indiuidua ſubſcriptione illud approbauerit, ſed etiam capit ſibi ſcriptum legatum; generalis autem ſubſcriptio liberat à pœna falſi, ſed ad petitionem legati non admittit.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius ſcribens Teſtamentum petere poteſt legatum in eo ſibi factum, quando legans Teſtamentum ſpecialiter ſubſcribit, & confirmat.*

2 *Verba ſpecialia comprehendunt omnia, ac ſi de illis fuiſſet indiuidualiter facta mentio.*

3 *Confirmans videtur nolle in aliquo denegare de confirmato.*

4 *Dictio* plenè *ſignificat omnimodam approbationē ac ſi qualibet pars approbati fuiſſet ſpecialitèr approbata.*

5 *Verba* habentem vim ſpecialis mentionis *ſufficiunt ad mutationem voluntatis.*

6 *Legatarius per ſubſcriptionem à Teſtatore in Teſtamento factam eximitur à pœna falſi, ſed ex hoc non poteſt petere legatum à ſe ſcriptum.*

7 *Verba in approbatione appoſita ſi habent virtutē diuiſiuam, faciunt, vt omnia ſpecialiter, & diuiſim cenſeantur approbata.*

8 *Teſtamentum non recipit robur à ſcriptura priuata perſona, ſed a ſubſriptione, & ſigillo Teſtatoris.*

9 *Fraudis vbi ceſſat ratio à lege inducta ibidem ceſſat fraudis ſuſpicio.*

10 *Legatarius vacat omni ſuſpicione fraudis, ſi Teſtamentum per eum ſcriptum fuit diù retentum à Teſtatore, & alteri ſigillatum indè tranſmiſſum.*

11 *Teſtator non præſumitur ſubſcribere, & claudere teſtamentum, niſi eo perlecto.*

12 *Legatum exiſtens in teſtamento à Teſtatore ſubſcrito præſumitur appoſitum de eius ordine.*

13 *Falſitas non præſumitur commiſſa quando ictu oculi eſt detegibilis.*

14 *Teſtamentum approbatum nequit amplius impugnari.*

DECISIO LI.

PER ſententiam Rotalem præuia deciſione ædita coram R. P. D. meo Celſo fuit pronunciatum Lucæ Antonio Iunctæ deberi legatum eidem relictum à clar. me. Cardinali Ludouiſio ſcut. 2000. pro vnica vice, & partis, quæ familiaribus dari ſolet pro ipſo, & vno famulo, donec vixerit cuius ſententiæ validitatem, & Iuſtitiam DD. agnoſcentes hodie coram me reſponderunt illam eſſe confirmandam.

Quia cum legatum fuerit factum in Teſta-

Digitized by Google

ſtamento condito ab eodem Cardinali vigore ampliſſimæ facuitaris teſtandi non adhibitis ſolemnitatibus iuris poſitiui eiuſque manu & caractere ſubſcripto Ius & inrentio dicti Lucæ remanet vndequaque fundata licet ipſe teſtamentum conſcripſerit nam prohibitio deducta ex *Sen.conſ.liton.* ne quis ſcilicet adhibitus ad ſcribendum alienum teſtamentum poſſit ſibi emolumentum adſcribere emanauit quidem, vt euitentur fraudes, quæ poſſent committi
1 ſi licitam eſſet ſcribenti aliquid ad ſui commodum apponere, vt habetur in toto titulo *C.de his qui ſibi adſcrib.* in teſtamento, ſed non procedit quoties teſtamentum fuit à Teſtatore ſpecialiter ſubſcriptum & confirmatum, tunc enim remouetur ſuſpicio, quod extraneus, qui ſcripſit teſtamentum adſcripſerit ſibi legatum inſcio, vel inuito teſtatore eſt *text.in l.1. §.ad teſtamenta verſ. inter filium & extraneum vbi gloſ. & in l.diuus 15. §. planè ibique tradit Bart. ff. ad l.Cornel. de falſ. Ang. in l. quamquam Cin. in l. ſi teſtator & Odofred. in l. ſi libertate C. de his qui ſibi adſcrib.*

Subſcriptionem autem eſſe ſpecialem clarè depræhenditur ex verbis quibus Cardinalis vſus fuit: *Ego Cardinalis Ludouicus de prædictis omnibus, & ſingulis tota animi inductione vltimò diſpoſui & quam exactiſſime ſeruari volo & præcipio.* Quæ verba ſpecialis expreſ-
2 ſionis vice funguntur perinde ac ſi de omnibus ſuperiùs diſpoſitis fuiſſet indiuidualiter facta mentio iuxta *gloſ. in cap. vt circa verbo omnia & ſingula de elect. in 6. Bald. in l. 2. col. 2. verſ. circa clauſulam ſuper quibus omnibus & ſingulis & conſ.461. numer. 6. lib.1. Roland. conſ. 1. num.6. lib.1.* & alios adducit *Paciſ. de Saluian. interdit. inſpect. 4. cap.1. numer. 8.*

Et comprobant verba ſtatim adiecta: hoc autem teſtamentum plenè ſtabilitum, & confirmatum ad Partem Generalem Societatis Ieſu tranſmitto. Qui enim con-
3 firmat, videtur noluiſſe in aliquo derogare *l.more maiorum, ibique DD.ff.de iuriſdic. omn. iudic.& notat Modern.Panorm.conſ.6.ſub nu.14.*
4 & dictio (plenè) operatur omnimodam confirmationem ac ſi teſtamentum fuiſſet in qualibet parte, & Capitulo approbatum abſque vlla diminutione *Ruin.cõſ.100. num.7.poſt med.verſ. & quia etiam verbum prædictum lib.3.Menoch.conſ.29.num.12.Gratian.deciſ.Marchia 239.num.5.*

Nec refert quod non expreſſerit perſonam legatarij minuſque de legato eidem adſcripto mentionem fecerit quiâ cum nõ ſit neceſſaria mentio, & expreſſio indiuidua, ſed requiratur taman ſpecialis, quæ nec in ſola generalitate conſiſtit, nec deſcendit ad indiuidua, ſed media eſt inter vtramque, ſufficit quod ſubſcriptio fuerit concepta verbis æquipollentibus ſpeciali mentione ſicuti ad mutationem prioris voluntatis requirentis ſpecialem mentionem clauſulæ derogatoriæ ſufficere verba,
5 quæ vim habeant ſpecialis mentionis reſpondit *Alex. conſ.134. num.2. lib.1.* & dixit *Rota in Romana legatorum 28.Iuny 1641. coram bo: mem. Peutingerio, & in Amerina hæreditatis 20.Iunij 1659. coram R. P. D. Meltio Epiſcopo Papien.*

Licet verò ſi tantummodò dixiſſet omnia, quæ ſcripta ſunt in Teſtamento (approbo, & confirmo) ſubſcriptio dici potuiſſet generalis, quæ ſolum ſuffragatur ad
6 euitandam pœnam falſitatis, non autem tribuit ius petendi legatum, vt ità loquitur *Bart. in l.diuus 15. §. item Senatus ff.ad l. Corn. de falſ.* Attamen cum vltro adiecerit ſe diſpoſuiſſe de prædictis omnibus & ſingulis & quam exactiſſimè ſeruari velle & percipere dicitur ſpecialiter declaraſſe, quod legatum reliquerat, illudque legatario ab hæredibus dari volebat ex vi clauſulæ prædictę quę habens virtutem diuiſiuam facit,
7 vt ſingula ſpecialiter & diuiſim approbata cenſeantur ad tradit per *Altograd.conſ.32.numer.15.lib.2.& firmat Rota deciſ.130.n.3.par.2. deciſ.95.num.2.par.3.& deciſ.284.nu.48. par.6. & pluribus comprobat 1.deciſ.coram R.P.D. meo Celſo ſub die 8.Iuny 1658.*

Præterea cum non verſemur in teſtamento rogato à notario a cuius ſtipulatione pendet validitas teſtamenti abſque alia ſubſcriptione Teſtatoris, in quibus terminis præcedunt auctoritates in contrarium allegatæ, ſed in Teſtameuto ſcripto à dicto Luca, quod non recepit robur à ſcriptura
8 eiuſdem Lucæ ſed à ſubſcriptione & ſigillo Cardinalis, vt aduertit *Oddofred. in rubr. & Cin.in d.l.ſi teſtator.de his qui ſibi adſcrib.* vtique nulla poteſt in Luca conſiderari fraus, ceſſante enim ratione legis requirentis ſpecialem ſubſcriptionem, ceſſat quælibet
9 ſuſpicio fraudis, & valet relictum, vt firmatur in alia deciſione §.cumque ipſe non ſit tabellio & faciunt tradit. per *Rub. de teſtam.cap.27.ſub num.323.*

Fortius verò quià non ſolùm teſtamentum remanſit pænes Lucam cum ipſe poſtquam illud conſcripſit conſignauerit in manibus Cardinalis, qui compos mentis, & ſanus corpore dictum teſtamentum dici pænes ſe retinuit & poſteà clauſum & ſi-
10 gillatum tranſmiſit Generali Præpoſito Societatis Ieſu quod valdè ponderat *Martin.de ſucceſ.leg.par.4. queſt.2.artic.3.numer.26.*

nam

nam præſumendum eſt, quod Cardinalis vir ſummæ prudentiæ nullo modo ſubſcripſerit & clauſerit teſtamentum quin antea illud perlegerit, & ſuæ religioſiſſime Pietatis & extreme voluntatis elogium
11 ſeriò ſibi conſtiterit iuxta deducta *coram bo: mem. Merlino deciſ.137.numer.13.* & quod alias ſi legatum non fuiſſet appoſitum ipſo ſciente & volente ſed propio marte ipſius Lucæ ſcribentis vtique teſtamentum
12 non ſubſcripſiſſet, vt bene in propoſito conſiderat *Iacob.Gall.in 1 deciſ.allegat.conſ.80. per tot.*

Sed etiam quia videtur admodum inueriſimile, quod in re tantę circumſpectionis, & maximi momenti Lucas de cuius legalitate Cardinalis ſummopere confidit voluerit ſe exponere euidenti periculo frau-
13 dis ictu oculi detegibilis, vt ratiocinatur *Rota in Romana hæreditatis 13. Ianuarij 1659. §. rem prorſus coram R.P.D. meo Albergato.*

Denique cum hæres ne dum voluerit à principio dicta ſcuta 2000. ſed præſtiterit quoque partim per aliquot menſes non poteſt à dicta ſolutione recedere nam ſtante approbatione teſtamenti reſultante
14 ex eadem ſolutione abdicauit à ſe ius illud impugnandi ex notat per *Giouagn. reſpon.8.num.8.lib.2. & Magon.deciſ.Flor.58.numer.33.*

Et ita pro confirmatione ſententię vtraque parte informante reſolutum fuit, &c.

R. P. D. PRIOLO

Romana ſeparationis Thori

Lunæ 26. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Viri ſeuitia, ob quam Thori ſeparatio inducitur demonſtratur, & effectibus hic recenſitis, & horum probatio reſultet à Teſtibus etiam ſingularibus, & cœteroquin inhabilibus.

SVMMARIVM.

1 *Sæuitia præterita viri & timor futuræ & malæ tractationis dant iuſtam cauſam vxori ſeparandi Thorum.*

2 *Verba Contumelioſa pariunt odium & inimicitiam inter Coniuges.*

3 *Sæuitia viri deſumpta ex iteratis verberationibus habitis in vxorem ſine rationabili cauſa debet euitari per ſeparationem Thori.*

4 *Teſtes de auditu probant in rè occultè geſta.*

5 *Sæuitia viri ex vulneribus attentatis in vxorem deſumpta indicat cauſam iuſtam ſeparandi Thorum, & num.6.*

7 *Crimina adulterij & procurati Abortus obiecta per virum vxori demonſtrant intenſum odium & impacabilem animum illius.*

8 *Amplia maxime ſi de illis fuerit vxor per ſententiam abſoluta.*

9 *Sæuitiæ futuræ metus deducitur ex ſæuitia & odio antecedenti.*

10 *Sæuitiæ viri vxor exponi non debet etiam ſub Cautione.*

11 *Odium & inimicitia augetur inter Coniuges ex lite introducta ſuper ſeparatione Thori.*

12 *Sæuitia viri probatur per teſtes ſingulares & inhabiles.*

13 *Dos reſtituitur per virum ſi eius ſæuitia & culpa fuit deuentum ad ſeparationem Thori.*

DECISIO LII.

PEr ſententiam R.P.D.Vicesgerentis Anna à Dominico viro, & maritali Thora ſeparata petebat in gradu appellationis declarari locum eſſe reſtitutioni dotis. Super quo poſito dubio ſub die 12. Decembris præteriti contra ipſam informantem reſponſum fuit, ex quo in dicta ſententia de huiuſmodi reſtitutione nulla fieret mentio, & Rota ſententias extra eam latas attendere non ſoleat, niſi cognito de bono iure partium. Hodie itaque aſſumpta diſputatione an eſſet locus ſeparationi Thori ad effectum rehabendi dotem prędictam affirmatiuè DD.conceſſerunt.

Et moti ſunt quia concurrit non ſolùm ſæuitia præterita Domini, ſed etiam timor futuræ ſæuitiæ, & malæ tractationis, quæ duo requiſita neceſſaria propter periculũ,
1 quòd in vtroque euentu vxori imminet, iuſtam eidem diuertendo à viro cauſam probat *cap. litteras, & cap. ex tranſmiſſa* vtrobique *Abbas, & cæteri Canoniſtæ de reſtitut.Spol.& cap.1. vbi gloſſ. verbo ſuſpectum, vt lit. non conſtet* idemque tradit *Ioannes Andreas cap.1.de diuort.* & conformis eſt *text. in l.conſenſu C.de repudiat.Sperell.deciſ.139.nu.38. & Rot.deciſ.155.num.1.par.6.rec.*

Sæuitia præterita, vltra verba contumelioſa, quibus Dominicus pluries Annam impetiuit, vt deponunt Teſtes *Sum. num.2.*
2 quæ inter Coniuges pariunt inimicitiam, & odium *Bart. in l.3. non ſolùm numer.4. ff. de adim.leg.cum alijs,* quos adducit *Aldobrandinus conſ.71.nu.19.lib.1.* reſultat ex iteratis verberationibus cum ſignis, & liuoribus *in fin.dicto Summ.numer.3. & 4.* quæ cum excedant limites correctionis ſine vlla rationabili cauſa denotant læuam viri naturam à qua
3 vxor neceſſario auxilio ſeparationis libera-

tur *Aldobrandinus d. conſ.71. numer.19. & 21. lib.1. Sperell.d.deciſ.139.num.62.& ſequen. Farinac.quæſt.143.num.182. Sanchez de matr.lib.10. diſput.19.num.16. Rot.d.deciſ.155. & deciſ.239. vtrobiq.num.4.par.6.recent.*

Augent hanc irrationabilem viri ſæuitiam modus verberandi cum ipſe vna cum aliis, noctis tempore appræhendiderit vxorem, & in currum coniectam traduxerit ad Domum Matris ipſius vbi eam in cubiculo clauſam adeò acriter verberauit, vt plenè ſemiuiuam reliquerit, ſicut referunt
4 Teſtes eodem *Summ.nu.3.* qui licèt loquantur de auditu ab ipſa vxore tamen in hac re clanculò per acta ſufficiunt, vt dixit *Rota d. deciſ.155.num.51.par.6.recent.*

Referunt quoque quod ſuborta differentia ſuper nonnullis mobilibus, quæ vxor aiebat Dominicum ſibi ſubripuiſſe hic percitus ira titionem extraxit ab igne, quem iecíſſet in vxorem, ſi impeditus non fuiſſet, vt in *Summ.num.5.* Pleterutatus huiuſmodi, vtpotè rei aptæ vulnus inferre ſæuitiam in-
5 dicat, & eſt cauſa ſufficiens remouendi vxorem à viro,& ſeparandi matrimonium quoad coniugalem cohabitationem *Sperel. d.deciſ.139.num.68. & d.deciſ.239.nu.11.par.6. recent.*

Ac etiam quòd eam inſecutus eſt gladio, eo quia conquæſta eſſet quòd ille non curaret eam alere, vt inquit vnus teſtis deponens audiuiſſe Annam in cubiculo vbi aufugerat, & ſe ſaluam fecit clamantem. Ah traditore à me con la Spada *Summ. dicto numer.6.* vnde non niſi ope ſeparationis ei-
6 dem eſt conſulendum aduerſus tantam viri ſæuitiam *l. conſ. & auth. ſed nouo iure C. de repud. Ioannes Andr. in cap.1. de diuort. Pariſ. conſ. 54. numer. . . lib.4. Aldobrand. dicto conſ.71.per tot & firmat in ſpecie Zabarell. conſ.9.num.8.*

His accedunt Iuminationes obiectæ eidem vxori ſuper mendicatis abortibus, & adulterio *Summ. num.10.* quæ magis oſten-
7 dunt animum intenſum, & implacabilem viri *ad not. per Bellett. diſquiſit. Cleric. par.1.§.4. numer.110. Triuiſan. deciſ.61. per tot lib.1. Sperell.d.deciſ.139. numer.52.* Maximè cum illa
8 ab his accuſationibus reportauerit ſententiam abſolutoriam *d.Summ.num.11.* vt dixit *Rota deciſ.706.num.1. & deciſ.58.num.1.par.3. recent.*

Timor futuræ ſæuitiæ, vltrà quod ſufficienter deducitur ex inimicitia, & odio
9 propter ſæuitiam, & machinationes de præterito, vt conſiderauit *Aldobrand. ſæpè citato conſ.71.num.15. cum ſequen. & Rota d.deciſ.155. num.34. par.6.recent.* reſultat ex iurgijs, & diſſentionibus, quæ inſurrexerunt eo quia noluit vxor implicare pecunias dotales in emptione officij vacabilis in perſonam viri, ob quam recuſationem illi venerat in mentem aliquid moliri in necem ipſius vxoris, vt ex depoſitione Teſtis, *Summ. numer. 8.* aſſerentis eum ſibi dixiſſe: Che gl'erano venuti penſieri di ſtrangolarla, &c. & ſe lei non mi comprarà queſto officio mi farà fare queſto ſpropoſito, &c.

Item comprobatur Epiſtolà *d. Summ numer. 9.* in qua talia minantur contra vxorem ibi: Io ſono perſona, che tutto il mondo mi è paeſe, & ti farò in modo, che non ſarai più Donna, quæ verba prolata, & ſcripta à viro, qui natura ad iracundiam procliuis eſt, vt dicunt Teſtes *Summ. numer. 7.* & ſolitus ſæuire iuſtum, & rationabilem metum incutiunt in mulierem quantumuis conſtantem de peiori in futurum tractatione, adeout non debeant exindè am-
10 plius eadem ſubire pericula etiam ſub qualibet cautione *d.cap. litteras in fin. de reſtit. Spoliat. Hoſt. in cap. ex tranſmiſſa nu.5. ibique tradunt Butr. numer.7.& 9. Bald. numer.1. & 2. & Abb. numer.4. eodem tit. Gloſſ. in cap. de Benedicto 32. par.1. verſ. ſub cautbela Ricc. deciſ.121. numer.2. par.1.& deciſ.8. numer.13. par.2. Aldobrandinus d. conſ.71. numer.15. lib.1. Sperell. d.deciſ.139. numer.44.& ſequen.* ſtante etiam lite ſuper ſe-
11 paratione, quæ confluitur ad augendam inimicitiam, & odium, vt ponderauit *Rot. d.deciſ.155.num.4.par.6.recent.*

Nec refert, quod aliqui ex Teſtibus, ex quibus facta memorata recenſentur ſint ſingulares, quia cum agatur de probanda ſæuitia non ex vnico actu ſpecialiter, ſed ex
12 pluribus in genere admittuntur Teſtes etiã ſingulares,& alias inhabiles iuxta tradit: *per Grat. diſcept. forenſ. cap.738. numer.52. Zabarell. conſ.9.num.5.& Rota d.deciſ.155.num.55.par.6. recent.* eoquè magis, quia dicta ſupradictorum Teſtium corroborantur ex Epiſtola Dominici, de qua in *Summ. numer. 9.* in qua ipſa dixit: Doue per il paſſato ti hò fatto qualche mal mancamento, mi diſpiace non t'hauer fatto più di quello hò fatto.

Cum igitur ex præmiſſis apparet, quòd
13 ſeparatio Thori proceſſerit ob ſæuitiam,& culpam Dominici viri, locus eſt reſtitutioni dotis *ad text. in §. mitiores auth. de nupt.* & dixit *Rot. d.deciſ.706. numer.3. par.1. d. deciſ.239. num.27.& deciſ.277. num.37.& deciſ.300.nu.2. par.6. rec.* & latè fuit comprobatum *in d. deciſ. huius cauſæ edita ſub die 12. Decembris coram me.*

Et ita pro Anna nunc quoque ſolùm informante fuit reſolutum, &c.

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. BEVILAQVA

Maccraten̄ Cappellanię

Lunæ 10. *Maij* 1660.

ARGVMENTVM.

Amotio Cappellani manualis fieri non poteſt ex odio ſeu malitie, quamuis arbitrium remouendi etiam ſine cauſa datum ſit. Prouocatus ad diuiſionem bonorum, odium ex tali prouocatione conceſſiſſe non præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Iniuſtitia impedit rem indicatam licet intra legitima tempora non fuerit prouocatum.*

2 *Iniuſtitia præbet cauſam reſtitutionis in integrum.*

3 *Beneficium manuale poteſt alteri per nouam prouiſionem conferri non expectata morte primi prouiſi.*

4 *Exequutor Teſtamentarius non poteſt circa ius patronatum alterare præſcriptum fundatoris.*

5 *Teſtatoris diſpoſitionem non ſeruare incongruum videtur.*

6 *Odium & malitia debet abeſſe in amotione Cappellani amouibilis facta ſine cauſa.*

7 *Odium non præſumitur ortum ex diuiſione imo excluditur.*

8 *Odium & malitia non probantur ex prouocatione ad diuiſionem ſed debent plene probari.*

9 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti.*

10 *Hæres poteſt impugnare factum defuncti ſi venit ex iure proprio & independenti à defuncto.*

DECISIO LIII.

A Sententia abſoluentur Nicolaum ab inſtantia facta per Euandrum ſuper illius remotione à Cappellania inſtituta per Hyppollitum communem Parentem, & exequutorem teſtamētarium Antonij Accurſij fuit commiſſa mihi cauſa rei iudicatæ., & reſtitutionis in integrum ad cuius commiſſionis formam dato dubio negatiue quoad primam partem, & affirmatiuè quoad ſecundam fuit reſolutum ex capite iniuſtitiæ, quæ impedit rem iudicatam quamuis ille, qui ſuccubuit intra legitima
1 tempora non procurauerit *cap.* inter cæteras communiter *DD. de re indic. Alex. conſ.* 91. *numer.* 1. *lib.* 6. *Rota deciſ.* 311. *numer.* 2. *par.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 524. *numer.* 6. *par.* 3. *& deciſ.* 102. *numer.* 5. *par.* 4. *& deciſ.* 102. *numer.* 5. *par.* 4. *& deciſ.* 11. *& deciſ.* 343. *vbique numer.* 1. *par.* 6. & ad-
2 uerſus illam præbet cauſam reſtitutionis in integrum *Rota coram Cardin. Seraph. deciſ.* 251. *numer.* 2. *& in recent. deciſ.* 492. *par.* 1. *& deciſ.* 307. *vbique num.* 1. *par.* 2. *Buratt. deciſ.* 92. *numer.* 5. *Canaler. dec.* 164. *bo: mem. Merlin. dec.* 432. *num.* 1.

Iniuſtitia ex eo deducebatur quod Cappellania controuerſa eſt laicalis & amouibilis ad nutum & pro libito Primogeniti ipſius Hyppolliti, qui hodie eſt Euander, vt cauetur in teſtamento Antonij fundatoris ibi: *Conſtituiſca vna, ò due Cappellanie laicali amouibili; è che l'erettione delle Cappellanie, è Cappellani ſpetti è debba ſpettare alli SS. Hyppollito viuente, è dopò la ſua morte à quello de ſuoi deſcendenti maſchi che ſarà di maggior età, & al più vecchio, &c. è poſſino rimouere toties quoties à loro guſto à piacere non ſolo li Cappellani, ma anche le Chieſe, &c.* Vndè iniuſta eſt ſententia abſoluens Nicolaum, ne poſſit remoueri ab Euandro contra expreſſam facultatem ei à Teſtatore attributam & iuris diſpoſitionem ſecundum quo-
3 rum Beneficium manuale poteſt per nouam prouiſionem alteri conferri non expectata morte primi Prouiſi *cap. cum ad monaſterium* 6. *§. tales de ſtat. Monach. cap.* 1. *§. fin. de Priuileg. in* 6. *gloſ. in Clement.* 1. *verbo ad menſam circa fin. & ibi Imol. numer.* 16. *Zabarell. in verbo præſentatas verſ.* 6. *nota de exceſſ. Prælat. Gonz. ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. *§.* 6. *num.* 2. *Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 2. *numer.* 85. *& ſeq. Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 20. *&* 21. *Rot. deciſ.* 2. *numer.* 2. *de ex eſſer. Prælat. in nou. & deciſ.* 778. *per tot par.* 1. *diuerſ. & apud modern. Peruſ. de manut. dec.* 328. *num.* 9. *Buratt. deciſ.* 382. *num.* 4. *& in Hiſpalen. iuris nominandi Curatos* 20. *Aprilis* 1640. *&* 21. *Iunij* 1641. *&* 23. *eiuſdem menſis* 1642. *coram bo: mem. Peutingerio, & in Pampilonen̄ Vicariæ* 28. *Martij* 1659. *coram R. P. D. meo Albergato §. exiſtimarunt.*

Non afficit, quod Nicolaus collitigans vti de familia Auriſpa non poſſit remoueri, & Cappellania quoad ipſum non ſit amouibilis ad nutum ſed perpetua ad eius vitam ex eo quia dictus Hyppollitus exequutor teſtamentarius Antonij in illius inſtitutione adiecit, quod ſi electus, & nominatus fuerit de familia Auriſpa eius vita durante à tali officio remoueri non debeat ſiquidem non licuit Hyppollito ſtatum à teſtatore præſcriptum immutarę, illiuſque mentem tranſgredi in pręiudicium dicti Euandri, & aliorum Primogenitorum, quod Antonius ex cuius bonis erecta fuit Cappellania voluit perpetuis futuris temporibus eſſe Patronus cum ampla poteſtate Cappellanos, & Eccleſias ſem-
4 per & toties quoties, vt dictum eſt eis vi-

 debi-

debitur amouendi *cap. tua nobis 11. & cap.*
Ioannes 19. de teſtamentis Mantic. de coniecturis
vlt. volunt. lib. 3. tit. 3. nu. 8. Lambert. de Iurepatr.
art. 6. quæſt. 2. princip. par. 2. lib. 1. numer. 4. Garz.
de benef. par. 5. cap. 9. numer. 68. Modern. Piſ. in de
Iurepatron. lib. 14. cap. 3. num. 10. Rota deciſ. 216.
num. 4. par. 2. recen. & coram bo: mem. Merlino de-
ciſ. 340 num. 8.

Non obſtant verba illa: *Come meglio pa-*
rerà al Signor Hyppolito Auriſpa: Ex quibus
prętenditur Cappellaniarum Inſtitutionem
fuiſſe ab Antonio Teſtatore totaliter re-
miſſam arbitrio Hyppolliti exequutoris,
qui proinde potuit apponere qualitatem
perpetuitatis ad fauorem illorum de fami-
lia, quoniam ex tenore totius diſpoſitionis
aperte depræhenditur prædicta verba eſſe
reſtricta ad numerum Cappellaniarum, &
ad onera imponenda Cappellanis ipſi exe-
cutori beneuiſa, hæcque tamen eſſe in il-
lius facultate remiſſa, vt ibi: *Se ne faccia &*
inſtituiſca vna ò più Cappellanie laicali amouibili
come meglio parerà al Signor Hyppollito con por-
ci quelli oblighi di meſſe, & altro, &c. non au-
tem ad qualitatem ipſarum extendi cum in
hac parte ſit clarà diſpoſitio, & mens An-
tonij volentis Cappellanias eſſe amouibiles
iam in vita Hyppoliti quam maioris natu
ab illo pro tempore deſcendentis, & fami-
liæ Auriſpæ atque indè incongruum om-
5 ninò fuit ab ea recedere & taliter ordinare
cap. decernimus 16. quæſt. 7. l. in conditionibus 19.
ff. de condit. & demonſtrat. l. cum quæſtio 23. C. de
leg. Rota in Trunen. Iuriſpatron. 18. Martij 1627.
coram bo: mem. Vbaldo §. ſed quia in erect.

Nec dicatur Euandrum motum fuiſſe
ad remouendum Nicolaum ex Patre fratre
& odio elicitis ex diuiſione bonorum pa-
ternorum ad quam ille fuit ab iſto prouo-
catus, quæ tamen abeſſe debent ad finem,
6 vt amotio fieri poſſit etiam ſinè cauſa *Car-*
din. in Clementina prima §. præmiſſa num. 4. verſ.
ego puto de ſupplenda negligentia Præla-
torum. *Rota dicta deciſ. 778. num. 2. par. 1. diuerſ.*
Caualer deciſ. 72. numer. 1. & deciſ. 325. numer. 2.
par. 2. recent. Buratt. dicta deciſ. 382. numer. 4. alij-
que ſuperius relati, tum quià ex cauſa expreſ-
ſa in mandato per Euandrum dato, quod
7 intendit Cappellania pro ſe retinere; ceſſat
obiectum odium tum etiam quià diuiſio,
quæ nulli infert præiudicium imò tollit
8 diſſenſiones, quæ ex Communione exci-
dere ſolent iuxta *text. in l. cum Pater 79. §. dul-*
ciſſimis ff. de leg. 2. non eſt ſufficiens cauſa ad
9 arguendum malitiam odij præſumptionē
ſed debet plenè probari *Molin. de Primogeni.*
lib. 2. cap. 5. numer. 24. & plenè in terminis fuit de-
ciſum in ſupracitata Hiſpalen. Iuris nominandi
21. Maij 1638. coram Reuerendiſſ. Compoſtellano
& 20. Aprilis 1640. & 21. Iunij 1641. coram bo:
mem. Peutingerio.

Non obſtat tandem quod Euandro filio,
& hæredi Hyppolliti non liceat illius factū
impugnare, & ſic Nicolaum ab eo ad vi-
tam nominatum amouere ex regula *text. in*
l. cum à Matre C. de rei vindic. quia ommiſſo
quod eſt hæres beneficiatus reſponſum fuit
quod eum iure propio & ex perſona An-
tonij fundatoris non autem dicti Hyppol-
liti exequutoris in hoc iure Patronatus
10 ſuccedat, rectè valet illius facto contraue-
nire, & nominationem impugnare *l. Lutius*
Titius 38. ff. ſolut. matrimon. Natt. conſ. 470. nu-
mer. 13. Menoch. conſ. 89. numer. 13. Cyriac. con-
trouer. 312. numer. 105. & 106. & reſpondit in
puncto *Rota in deciſ. 363. numer. 12. & 13. par. 6.*
recent.

Et ita deciſum vtraque parte informan-
te, &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Gerundeñ Parrocchialis

Luna 28. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Teſtium depoſitio magis efficax ſuper inter-
rogatorijs quam ſuper articulis, ſuſcipit
aliunde adminicula ſi ſit contra producen-
tem fere omnem oppoſitionem euadit L.
Barbarius 3. ff. de off. Prætor, limitatur.

SVMMARIVM.

1 *Examen in concurſu requirit præſentiam Epi-*
ſcopi.
2 *Beneficij vacatio inducta per Decretum ab ea die*
qua quis Epiſcopatum impetrauit, habet locum
non expectata aſſecutione poſſeſſionis Epiſcopa-
tus & conſacratione.
3 *Concurſus ſubſtinetur ex quaſi poſſeſſione exercen-*
tis iuriſdictionem in illo actu.
4 *Concurſus factus contra formam Concil. Trid. &*
Conſtit. Pij V. inualidus cenſetur.
5 *Beneficiorum titulus ſi ceſſat, vacat etiam quaſi*
poſſeſſio exercendi iuriſdictionem illorum.
6 *Beneficij vltimus ſtatus non attenditur conſtito de*
contrario ſtatu anteriori.
7 *Teſtes dubij & de auditu non probant.*
8 *Teſtium depoſitione in interrogatoriis ſunt*
magis attendendæ quam in articulis fa-
ctæ.
9 *Teſtes probant contra producentem nec ab illo*
poſſunt reici.
10 *Concurſus poteſt indici à promoto ad alium Epi-*
ſcopatum ſi promotionem ignorat.
11 *Prouiſio legitima præfertur inualidæ.*

Scien-

Digitized by Google

12 *Scientia præſumitur ex lapſu temporis quo potuit quis certiorari.*
13 *Error excluditur ex ſcientia.*
14 *Veritas prævalet opinioni.*

DECISIO LIV.

DOmini perſiſtentes in deciſis coram me ſub die 5. Martij præteriti denuo dixerunt gratiam Raymundi Ros eſſe in omnibus iuſtificatam, & ſignanter reſpectu narratiuæ, in qua cardo difficultatis poſitus eſt; quod in concurſu habito ad hanc Parochialem ſub die 27. Octobris 1656. in quo fuit prælectus Laurentius Coſta collitigans non fuerit ſeruata forma præſcripta à *Sac. Concil. Trident. in cap. 18. ſeſſ. 24. de reformat.*
1 exigente in examine interuentum Epiſcopi, vt litteraliter habetur *ſub §. Tranſacto conſtituto tempore*, & refert *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 31. numer. 56. & 57.* dum factus fuit coram D. Bernardo de Cardona tanquam Archidiacono per translationem Epiſcopi Gerunden. ad Eccleſiam Dertuſen. vices illius tunc gerente, & tamen talis non erat ob promotionem ad Epiſcopatum ſub die 24. Iulij antecedentis cum expreſſo decreto, quod ab illa die Archidiaconatus, aliaquè Beneficia, quæ obtinebat de facto, & de iure vacarent. Huiuſmodi enim decretum illicò vacationem induxit non expectata aſſecutione poſſeſſionis Epiſcopatus;
2 nec conſacratione, & lapſu temporis ad id præfixi, vt declarando *textum, & Abbatem in cap. cum in cunctis §. cum verò de elect.* tradit *Garz. de benef. part. 11. cap. 6. numer. 10.* & ſequendo *deciſionem 2. Caſſad. numer. 3. & 4. de conſtitut.* probat *Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 1. numer. 77.* & firmauit *Rota in recent. deciſ. 475. numer. 19. & 20. part. 1. & coram Cardin. Millin. deciſ. 45. numer. 9. aliique adducti in deciſ. §. Quod demum.*

Non obſtat quod ſaltem pro ſubſtinendo concurſu ſufficiat Laurentio quaſi poſſeſſio exercendi Iuriſdictionem, in qua idem D. Bernardus tunc temporis exiſtebat ad inſtar inſtituti ab Ordinario ad præſentationem eius, qui Eccleſiæ credebatur Patronatus, & Iuſpatronatus poſſidebat, quod
3 non poſſit remoueri, licèt Ius ab eo poſtmodum euincatur per *text. in cap. conſultationibus 19. de Iurepatron. Rota in Aſculana Iuriſpatronatus 1. Iulii 1650. §. Non obſtat quod Nouellus coram Reuerendiſſ. D. meo Papien.* Quoniam facili reſponſione ſatisfieri obiecto Domini putauerunt, aduertendo quod in tantum D. Bernardus poſſeſſione exercendi Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem gaudebat, in quantum erat Archidiaconus, Cumquè compertum, & indubitatum ſit; quod tempore concurſus deſierat eſſe talis; ob dictum decretum in antecedenti ſua promotione ad Epiſcopatum à Summo Pontifice appoſitum continens Archidiaconatus vacationem, vtiquè concurſus coram eo fuit illegitimè factus contra *Concil. Trid. & Conſtitutionis ſan. mem. Pii V.* diſpoſitionem
4 per viam legis generalis æditæ, & certam formam præſcribentis cum clauſula ſublata, & decreto irritanti *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 360. & 365. Maſſobr. in prax. habend. concurſ. requiſit. 3. dub. 4. à numer. 2. vſque ad fin. Mar. Antonin. Maceraten. lib. 1. reſolut. 63. num. 2. Lotter. de re benef. dicto lib. 2. & quæſt. 31. num. 25.* Inde inferebatur quod ceſſante titulo Archidiaconatus, in quo non habebat quidquam aliud agere, omnequè Ius amiſerat, neceſſario ceſſauit etiam poſſeſſio, vel quaſi exercendi Iuriſdictionem ex hoc ſibi competentem, præſertim ſtante eius expreſſo
5 conſenſu ex ſpecifica Epiſcopatus petitione, & ſpeciali procuræ mandato reſultante ad tradita per *Io. Andr. in cap. quod ob gratiam 61. num. 5. de regul. iur. in 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 54. num. 145. Rot. deciſ. 475. num. 5. & 6. par. 1. recent.* Et ſuccedit clara Iuris
6 concluſio, quod vbi liquidò conſtat de veritate anterioris ſtatus, & proprietatis abſorbentis poſſeſſionem, non attenditur collatio, & inſtitutio repugnans ſtatui anteriori, vt in iiſdem terminis *c. conſultationibus tradunt Abb. ibi numer. 9. Dec. conſ. 149. numer. 2. Modern. Piſan. de iurepatron. lib. 11. cap. 5. nu. 23. Rota deciſ. 167. numer. 10. par. 2. diu. & in recent. deciſ. 568. numer. 9. par. 4. Add. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 77. num. 12. verſ. Prædictis*, & admittitur *in dicta Aſculana Iuriſpatronatus ſub d. §. Non obſtat.*

Qua reſponſione tollitur etiam alia obiectio, quod concurſus non fuit actus voluntarius, ſed neceſſarius, quia non ideo potuit ab Archidiacono expleri, dum per vacationem non erat talis, nec amplius vices Epiſcopi gerere poterat, ſed explendus erat à Capitulo, quod de iure communi Sede Epiſcopali vacante ſuccedit loco Epiſcopi in vniuerſa Iuriſdictione *c. cum olim 14. de maior. & obed. cap. 1. eod. tit. in 6. Garz. de benefic. part. 5. cap. 7. num. 38.* & Vicarium deputat, vt diſponit *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 16. de reformat. Rota in Ampurien. ſeu Biuitaten. depoſitionis Vicarii 19. Ianuarii 1646. coram Reuerendiſſ. Papien. in Eluen. Iuriſdictionis 19. Iunii 1647. in principio coram bo. mem. Dunozetto & inter impreſſ. Eminentiſſ. Cardinalis Ottoboni deciſ. 220. numer. 2. & 3.* & in ſpecie quod poteſtas habendi concurſum Sede Vacante tranſeat in Capitulum *Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 31.*

numer.68.& Rota deciſ.632. numer.4. par.2.recent.

Non releuant teſtes nouiſſimè à Laurentio examinati, quatenus ſuper articulis aſſerunt eundem D. Bernardum à menſe Ianuarij 1656. vſque ad 2. Nouembris publicè tentum fuiſſe pro Archidiacono, pluresquè actus Iuriſdictionales intra dictum tempus exercuiſſe, quia præter quod certitudinaliter id non aſſerunt; Imò alter illo-
7 rum de tempore, & de actibus in ſecunda ſeſſione examinis non recordari ex ſe ſubdit, ſed de ſimplici auditu deponunt, ideò non probant *c. licet ex quadam de teſtibus Mantic. deciſ. 280. numer. 8.* Primus, & ſecundus iuxta ſeptimum Interrogatorium ingenuè fatentur, quod tempore habiti concurſus non modica fuit dubitatio de poteſtate Archidiaconi, ob notitiam, quod eſſet ad Epiſcopatum promotus; Ideoquè Capitulum ſtatim ac ei certè innotuit promotio cum decreto antedicto indixit Sedem Vacantē, & vti minus validus fuiſſet concurſus coram eo pro illum iterum habendo edicta affixit, & publicauit, illorumque alter ea vidiſſe teſtatur, cui depoſitioni ſtandum potius eſt, cum certi Iuris ſit, quod teſtium
8 depoſitiones magis ſunt attendendæ factæ in Interrogatorijs, quàm in articulis *Rota deciſ.774. num.3. par.3. recent. in dicta Elnen. Iuriſdictionis coram bo: mem. Dunozetto §. final. verſ. Neque teſtes, in Bononien. Pecuniaria 16. Iunij 1653. §. Nec obſtant Teſtes in fine coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro Decano.* Et eo magis cum fuerint producti à Parte, & adminiculentur ab Epiſtolis per diuerſos Canonicos ſcriptis, & recognitis, in quibus amplius dicitur, quod quando factus fuit concurſus pro certo habebatur, Archidiaconum fuiſſe iam promotum, & ob id Capitulum ſta-
9 tuit illum denuo indicere, quo fit, vt teſtes magis probent contra producentem, vt vix contra illos poſſit aliquid opponere *l. ſi quis Teſtibus 16. C. de teſtib. Rota deciſ. 182. numer. 7. par. 1. recent. Add. ad Gregor. deciſ. 12. & dec. 215. numer. 9. & in Piſana damnorum, & Intereſſe 10. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Celſo §. Maximè cum.*

Hinc viſum etiam fuit inſiſtendum minimè eſſe in motiuo aliàs deducto, & ſublato, ſed iterum repetito, quod Archidiaconus bona fide, ac vti ſibi, & aliis tunc igno-
10 ta aſſumptione ad Epiſcopatum potuit validè concurſum intimare, & explere per *text. in l. Barbarius 3. ff. de offic. Prat.* Quia non ſolùm huius legis diſpoſitio non intrat vbi vt hic duo ſunt Prouiſi, & infimul concurrunt; vnus ab Ordinario putatiuo, Alter verò habens prouiſionem Apoſtolicam
11 fundatam in nullitate concurſus, & prouiſionis in vim illius obtentæ, hoc enim caſu vera, & legitima prouiſio prævalere debet, vt ratiocinatur *Ferret. conſ. 9. n. 1. & 2. Rot. dec. 17. n. 6. part. 2. recent. & coram Buratt. dicta deciſ. 479. numer. 17.* Sed etiam quia ex prædictorum teſtium depoſitionibus, conſtitutione Procuratoris factę ab Archidiacono ad Archidiaconatū dimittēn, & cuicumque decreto parendum, nec non ex tranſmiſſione eidem Procuratori pecuniarum, & ex aliis ad effectum reſignationis, & aſſumptionis ad Epiſcopatum peractis iuncto lapſu triū
12 menſium à tempore promotionis ad diem concurſus, intrat præſumptio fuiſſe certioratum, & ſufficientem notitiam habuiſſe *Roman. conſ. 481. numer. 7. Rota in Seguntina Beneficiorum, relata per Garz. de benef. dicta part. 5. cap. 1. §. 4. numer. 249. verſ. finem verſ. quod ſecus,* quam noluiſſe propalare cenſeri debet ad effectum gratificandi dictum Laurentium
13 Collitigantem, qui ipſius erat familiaris, vt deponunt eius teſtes *Summ. Raymundi numer. 1.* vel ſaltem ceſſat ratio communis erroris ſuper qua fundatur *l. Barbarius*; vt ibi notat *Iaſon. ſub numer. 65. verſ. 1. quia ff. de offic. Prat.*

Et quod Dominis videbatur tollere omnem difficultatem eſt, quia vt ponderatur in præterita deciſione *verſ. Certius*, de tempore quo certitudinariè conſtitit de aſſumptione Archidiaconi ad Epiſcopatum, non erat completum negotium prouiſionis cōtrouerſiæ Parochialis, ſed complementum recepit de menſe Ianuarij ſubſequentis 1657. quo Laurentius in concurſu prælectus adiuit Sanctiſſimum, & obtinuit illius vigore Apoſtolicam prouiſionem non expoſito, quod per quinque dies poſt factum concurſum, publicè declaratum fuit D. Bernardum Archidiaconatu priuatum, electumquè fuiſſe Epiſcopum de menſe Iulij
14 antecedentis; Comperta igitur veritate ceſſat diſpoſitio *l. Barbarius*, nec ſtatur opinioni, quæ illi cedit *c. conſuetudo 8. diſtinct. 8. l. cum ita legatum ſit ff. de condit. & demonſtrat.* & in terminis *d. l. Barbarius*, præter Rotam *coram Buratt. d. deciſ. 479. in fine*, & alios ibi; & in deciſione relatos notat *Roman. in ſingular. 767. incipit lex Barbarius Add. ad Bart. in eadem l. ſub verbo An facta, verſ. Item quod regula.*

Auctoritates verò in contrarium allegatæ, & præcipuè *Gratian. in diſcept. forenſ. 18. & 127.* non applicantur, quia vt fuit pariter reſponſum in alia *deciſ. §. Et hinc dicebatur*, loquuntur in caſu Iudicis reuocati, cuius geſta tenent ante ſcientiam reuocationis, non autem in iſtis terminis, nec

cum

cum iſtis facti circumſtantiis, & vbi adeſt decretum importans vacationem ex ſuperius, & in dicta deciſione adductis, in qua ideò Domini peſtiterunt vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Rauennaten Penſionis.

Lunæ 5. Iulij 1660.

ARGVMENTVM.

Apoſtilla, vt extra ſuſpicionem fraudis quoties concordat cum Carathere Inſtrumenti, cui adijcitur, nec requirit expreſſam Notarij approbationem. Teſtis contra publicum Inſtrumentum debet eſſe omni exceptione maior. Interroganti in Iudicio An aduerſarius velit Inſtrumentum habere pro bono, & reali ſufficit reſpondere conditionaliter, ſcilicet *affirmatiuè donec conſtet de contrario*. Satis per Pontificem derogatum cenſetur *cap. 1. de Bigamis*, quoties expreſſam alicuius Concilij derogationem ſubſequitur derogatio generalis Conſtitutionum conciliarium.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet exequutionem paratam, & viam exequutiuam.*
2 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*
3 *Inſtrumentũ non vitiatur ex apoſtilla in eo appoſita ſi fuerit conſcripta ab eodem Notario etiã ſine illius approbatione.*
4 *Probatio nulla maior quam propria confeſſio.*
5 *Inſtrumenti fides, & legalitas educitur ex approbatione facta à parte oppugnante.*
6 *Scripturæ veritas alijs ſcripturis comprobatur.*
7 *Teſtes non admittuntur ad reprobationem Inſtrumenti niſi ſint omni exceptione maiores.*
8 *Notarij legalitas, & confeſſio partis præualet teſtibus contrarium deponentibus.*
9 *Teſtis depoſitio redditur ſuſpecta ex cõtraria confeſſione partis pro qua emanauit.*
10 *Declaratio velle habere Inſtrumentum pro bono, & reali donec, &c. ceſſante ſuſpicione admittitur.*
11 *Bigamiæ exceptio non afficit habentem Indultum Pontificis retinendi penſiones etiamſi matrimonium contrahat cum Vidua.*
12 *Recognitio generalis Conſtitutionum Conciliarium ſufficit ſi præcedat ſpecialis alicuius Concilij derogatio.*
13 *Tranſportatio actorum non eſt neceſſaria ſi cauſa fuit commiſſa cum facultatibus A.C. tanquam in prima.*

DECISIO LV.

IN manibus ſanct. mem. Innocentij X. reſignauit clar. mem. Cardinalis Capponius Archiepiſcopatum Rauennæ, fuitque in eius locum electus R. P. D. Torrigianus cum reſeruatione penſionis annuæ ſc. 6000. ad fauorem Excellentiſſ. D. Principis Pamphilij, tunc S. R. E. Cardinalis, etiam per Cedulam Conſiſtorialem, cui reſeruationi dictus D. Torrigianus conſenſit, & cum iuramento in forma Cameræ ſoluere promiſit, & ad illius computum perſoluit ſcuta 25. Cœterum mortuo Cardinali Capponio, per cuius obitum factus eſt locus ſolutioni, coutra D. Archiepiſcopum ſoluere recuſantem cenſuerunt DD. relaxandum mandatum virtute obligationis Cameralis, quæ paratam habet exequutionem, & viam
1 exequutiuam indulget, vt in iſtis terminis, *Lother. de re benef. lib. 1. quæſt. 40. numer. 241. Rota coram Durano deciſ. 60. num. 2. & ſeqq. & in Mantuana penſionis 12. Iunij 1617. coram bo: memor: Dunozetto, & in Monopolitan. penſionis 2. Martij 1643. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. §. validitas non fuit.*

Nec releuant plura, quæ in memorialibus pro parte D. Archiepiſcopi porrectis latè fuerunt deducta; etenim quod Cardi-
2 nalis Capponius conſenſum non præſtiterit ſeruationi penſionis, tollitur ex publico Inſtrumento dicti conſenſus in *Sum. D. Principis numer. 3.* ibi: *In præſentia, & de conſenſu eiuſdem Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. Capponij*; quòd facit probationem probatam, rem claram, & manifeſtam, *Bart. in l. 1. nu. 8. ff. de noui op. nunc. Rot. coram Buratt. deciſ. 564. num. 3.* quamuis verba prædicta appoſita fuerint per remiſſam, ſeu apoſtillam in fine Inſtrumẽti, nam cum ex oculari inſpectione appareant ſcripta manu eiuſdem, qui totum Inſtrumentum confecit, ceſſat om-
3 nis imaginaria ſuſpicio, & benè probant ſine alia expreſſa Notarij approbatione, *Caſtren. conſil. 131. num. 2. verſ. ſi conſtat quod ſunt de manu. lib. 2. Thob. Non. conſ. 80. nu. 9. & ſeqq. Alex. conſ. 14. num. 13. lib. 6. Rot. coram Mantic. deciſ. 357. ſub num. 4. poſt med. verſ. vel quando apparet, Coccin. deciſ. 467. num. 2. in recent. deciſ. 226. num. 17. part. 7. in Firmana Profeſſionis 2. Decembris 1639. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. §. nec obſtant, in Bononien. fideicommiſſi de Amorinis 18. Maij 1648. coram Reuerendiſſimo D. meo Papien. §. fines autem in fine, & in Viterbien. Prædij 10. Decembris 1659. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. quia cum.*

Quod ſine difficultate procedit ſtante alio Inſtrumento inter dictos DD. Cardinalem, & Archiepiſcopum celebrato, in quo

quo ille renunciauſit hunc partem fructuũ
Eccleſię Rauennaten. & ambo mentionem
fecerunt de huiuſmodi penſionis reſerua-
tione, & conſenſu deſuper præſtito, & ad
vtrumque ſe retulerunt declarando enixis
verbis per præſentem conuentionem in ni-
hilo præiudicare velle reſeruationi penſio-
nis, etiam quo ad poſſeſſionem exigendi,
vt ex *Summar. dicti D. Principis num. 12.* ibi:
*Eædem partes expreſſe declararunt, atque declarant
præſens Inſtrumentum, & conuentiones ſicut ſupra,
inter ipſas partes, & ſaluo beneplacito Apoſtolico,
ſtabilitas, in nihilo præiudicare velle reſeruationi
penſionis factæ ad fauorem Eminentiſſimi, & Re-
uerendiſſimi D. Camilli Cardinalis Pamphilij,
etiam quo ad poſſeſſionem exigendi, itaut reſerua-
tio fructuum, ſeu penſio prædicta numquam poſſit
vigore cuiuſcunque facultatis transferrendi eidem
Eminentiſſimo D. Cardinali Capponio conceſſæ,
ſeu concedendæ, in toto, vel in parte, etiam minima,
transferri; ſed eidem Priuilegio, ſeu facultati tranſ-
ferendi denuò renuntiat, & medio Iuramento tacto
pectore præſtito promiſit ea numquam vel vti, prout
in motu proprio deſuper ſignato, & conſenſu deſu-
4 per præſtito, ad quos, &c.)* Qua confeſſione
nulla maior probatio dari poteſt, *cap. per
tuas de probationibus, Rot. coram Pen. deciſ. 1628.
5 num. 2.* & quod ex approbatione contento-
rum in Inſtrumento illius fides, & legalitas
arguatur plenè *Rot. in Bononien. Primogenitu-
ræ 25. Iunij 1655. coram bon. mem. Bichio §. eo
magis, & ſeqq.*
6 Et paſſim veritas ſcripturæ alijs ſcriptu-
ris comprobatur, *Pariſ. conſ. 28. nu. 45. & ſeqq.
lib. 2. Surd. conſ. 173. nu. 54. & ſeqq. Rot. in dicta
Firmana Profeſſionis, vbi ſupra.*

Hinc non releuat depoſitio vnius Teſtis
pro parte D. Archiepiſcopi inducti, aſſeren-
tis D. Cardinalem ſtipulationi non fuiſſe
pręſentem, quia patitur plures exceptiones
tàm in dicto, quàm in perſona, latè dedu-
ctas ab informantibus pro Domino Princi-
7 pe; ob quas nihil penitus afficit ad repro-
bationem publici Inſtrumenti, *Crauett. con-
ſil. 56. nu. 10. verſ. quod tamen, Grat. diſcept. 192.
num. 27. Rot. deciſ. 150. part. 8. recent. num. 14.
& 15. & in Aſſiſien. Dotis 22. Iunij 1640. coram
Reuerendiſſimo Tarraconen. §. minus obſtat vni-
cus Teſtis*, vbi quod ad hunc effectum teſtis
debet eſſe omni exceptione maior.

Tantominus, cum in contrarium mili-
tet legalitas Notarij inueriſimilitudo, &
8 prędicta confeſſio Cardinalis in alio Inſtru-
mento contenta, quæ præualet Teſtibus
etiam ſi forent mille, *Burſat. conſ. 111. nu. 15.
lib. 1. Gabr. de Teſtibus concl. 4. num. 77. & Du-
ran. deciſ. 90. numer. 8. & 214. num. 4.* & qui-
buſcunque contrarium deponentibus, *Bald.
conſil. 192. num. 8. verſ. ſed contrarium lib. 2. Rot.
poſt Faciſic. de Saluian. Ilerd. deciſ. 46. num. 6.
& deciſ. 267. nu. 8. part. 8. recent. Cæſar de Graff.
deciſ. 75. alias 6. de Teſtibus num. 2.* Immo ex
9 prędicto Inſtrumento, & cõfeſſione ibidem
adiecta valdè ſuſpecta redditur depoſitio
eiuſdem Teſtis, *Caputaquen. deciſ. 284. num. 6.
part. 3. Rot. poſt 2. volum. conſil. Farinacc. de-
ciſ. 251. num. 2.*

Rurſus non obſtat quod D. Princeps te-
neatur declarare an velit habere dictum In-
ſtrumentum pro bono, & reali, nam hæc
declaratio iam facta fuit, quod vult habere
illud pro bono verò, & reali, donec conſtet
10 de contrario, quæ, ceſſante ſuſpicione con-
tra Inſtrumentum, vt pręſenti, ſufficere ſo-
let, *Speculat. in tit. de edit. Inſtrumentorum §. vi-
dens num. 3. verſ. quod ſi velit, Crauett. conſ. 46.
num. 11. Rot. poſt ſecundum volum. conſil. Fari-
nacc. deciſ. 1. num. 4.* & concordant relata per
Modern. Cortonen. in Prax. part. 2. cap. 4. nu. 85.

Et multo magis, cùm aliundè conſtet de
veritate dicti Inſtrumenti, & conſenſus per
expreſſam confeſſionẽ, non ſolum eiuſdem
Cardinalis, ſed etiam ipſiuſmet D. Archie-
piſcopi.

Minus obſtat exceptio Bigamiæ, nedum
quia vt requirens altiorem indaginem non
impedit exequutionem Cameralis obliga-
tionis, ſed etiam quia D. Princeps habet
ampliſſimam diſpenſationem Pontificis re-
tinendi quaſcunque penſiones ſuper qua-
rumlibet Patriarchalium, Primatialium,
Archiepiſcopalium, etiam Rauennaten. &
Epiſcopalium, aliarumque Eccleſiarum
fructibus, &c. etiam ſi cum Vidua contra-
11 heret, eius *Summ. num. 4.* Quæ adhunc effe-
ctum ſufficit, *Ancharan. conſil. 464. numer. 4.
verſ. diſpenſatio enim,* latè *Rot. in Ferrarien. pen-
ſionis deciſ. 12. num. 29. & ſeqq. & deciſ. 50. nu. 9.
part. 5. recentior. & Alexandrin. penſionis 19. Iu-
nij 1648. §. nec obſtat coram R. P. D. meo Celſo.*

Cui indulto non obſtat defectus ſpecia-
lis derogationis *cap. 1. de Bigamis,* continen-
tis Conſtitutionem Cõciliarem, dum Pon-
tifex ſubſtulit obſtaculum Bigamiæ, &
Principem habilitauit, vt eo non obſtante
capax fuiſſet retinendi penſiones, & in dicto
Indulto derogauit Cõcilio Lateranen. pro-
hibenti reſeruationes penſionum ſuper fru-
ctibus Cathedralium Eccleſiarum, alijſque
Vniuerſalibus, Prouincialibus, Synodali-
buſque Concilijs editis, alijſque Conſtitu-
tionibus Apoſtolicis; vbi enim præcedit
12 expreſſa alicuius Concilij derogatio, ſuffi-
cit poſtea derogatio generalis aliarum Cõ-
ciliarum Conſtitutionum, *Rota in Cochen.
exemptionis Decimarum 17. Martij 1598. coram
Orano,* relat. per *Garz. de benef. part. 4. cap. 5.
numer. 38. & 39. Rota in Ferrarien. Decimarum*

Vene-

Veneris 8. Aprilis 1658. §. nec videtur, coram R.P.D.meo Beuilaqua,& in terminis Bigamię dixit *Rota in Alerien. penſionis la ſettima num.4. & deciſ.58. num.7. part.5. recent.*

Exceptio denique tranſportationis Actorum non releuat ob reſcriptum Signaturæ, quod procedatur cum facultatibus A. C.
13 tanquam in prima, & inchoatum fuit nouum iudicium, quo ſtante non eſt neceſſaria talis actorum tranſportatio, *Saluſt.Tiber. in Prax.lib.2. cap.28.nu.3. Graiian.diſcept.121. num.25. Add. ad ſanct.mem.Greg.XV.deciſ.320. num.2.* latè diſtinguendo materiam, *Rota in Romana Societatis Affictus 27. Martij 1647. coram bo. me. Arguelles §.nec refert.*

Et ita altera tantum parte, parte altera pluries, & pluries citata reſolutum fuit.

R. P. D. PRIOLO.

Auenioneñ Tranſactionis.

Lunæ 4. Aprilis 1661.

ARGVMENTVM.

Præſentia Parochi indicat matrimonium de præſenti, quam de futuro fuiſſe contractũ. Partus potius à Marito, quam ab Adultero genitus præſumitur inualida dicitur legitimatio in cuius conſecutione non exprimitur illa qualitas, quæ alterat naturam concubitus.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio dubia, & incerta dat iuſtam cauſam tranſigendi.*

2 *Matrimonium nõ requirit certam formulam verborum, ſed ſufficit quod quouis modo conſtet de voluntate vtriuſque coniugis.*

3 *Verba in Inſtrumento appoſita de tempore præſenti non referuntur ad tempus futurum ſi non ſint apta illud importare.*

4 *Matrimonium præſumitur contractum ex antecedenti tractatu.*

5 *Matrimonium probatur præſumptionibus ſi de eo incidentur agatur.*

6 *Matrimonij validitas non requirit interrogationem Parochi, ſed eius præſentiam.*

7 *Matrimonium probatur Inſtrumentis, & teſtibus.*

8 *Matrimonium cum aſſenſu Vicarij poteſt celebrari coram quocumque Parocho, & Presbytero.*

9 *Matrimonium poteſt probari non ſolum ex parti ta libri Parochi, ſed etiam aliundè.*

10 *Filius præſumitur natus ex marito non autem ex adultero quando concurrit matrimonium legitimè probatum, & coniugum cohabitatio etiam ſi adultero pateat acceſſus.*

11 *Filius ſemper præſumitur natus ex matrimonio, niſi in contrarium probetur.*

12 *Filiatio deſumpta ex coniecturis, & præſumptionibus ſufficit ad effectum conſequendi alimenta, ſecus autem ad effectum ſuccedendi.*

13 *Filiatio ex adultero debet probari, aut per impotentiam mariti, aut per abſentiam illius tempore conceptæ ſobolis.*

14 *Coniecturæ validiores conquaſſant debiliores.*

15 *Actus filiales nõ præiudicant veritati nec admittuntur contra iuris præſumptionem imò præſumuntur geſti ex credulitate Adulteri.*

16 *Legitimatio inualidatur ex falſa expreſſione.*

17 *Legitimatio requirit expreſſionem qualitatis alterantis naturam concubitus.*

18 *Fictio per imaginem non datur vbi non poteſt cõcurrere veritas ficti.*

19 *Relatio adulteri contra filiationem valde vrget ſi ſub ea deceſſit.*

20 *Clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato ſoluit legitimato facultatem redarguendi teſtamentum ex cauſa præteritionis.*

21 *Clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato præſeruat legitimis ſucceſſiones omnes bonorum prouenientium tam ex fideicommiſſo, quam ex alia diſpoſitione maiorum.*

22 *Filius adulterinus eſt incapax totaliter hæreditatis paternæ, & auitæ.*

DECISIO LVI.

Diſſidebant inter ſe Henricus vti filius naturalis Henrici Senioris, & Franciſcus à Labeau ſuper ſucceſſione bonorum hæreditariorum, tàm dicti Henrici, quàm fideicommiſſariorum Franciſci Aui pro portione obuenta dicto Henrico Seniori, ſed lata ſententia primò in partibus ad fauorẽ Franciſci deinde inRota emanata deciſione ad fauorem Henrici pro cõſequendis alimentis prouiſionalibus ambo deuenerunt ad concordiam, in qua Henricus accepta obligatione ſibi facta per Franciſcũ ſoluendi annua ſcuta 144. liti, & cauſæ renunciauit. Quam tamen concordiam, cum idem Henricus ſub prætextu læſionis obtinuerit nullã declarari, ſibique debitam eſſe ſucceſſinnem paternam, Auitumque fideicommiſſum Dubitaui in gradu appellationis, An ſententia Rotalis eſſet confirmanda vel infirmanda, & DD.Infirmandam eſſe reſponderunt.

Rota enim in præcedenti inſtantia mota fuit, quia ex probationibus tunc factis apparebat Henricum fuiſſe filium Henrici Senioris, & conſequenter renunciationem paternæ hæreditatis, & Auiti fideicommiſſi ab eodem factam pro annua præſtatione ſcutorum dumtaxat 144. tanquam læſiuam

ſubſti-

ſubſtineri non poſſe, vt latius in deciſione
ſub die 22. Iunij 1657. coram bo: mem: Du-
nozetto.
Nuper autem ex Iuribus pro Franciſco
1 exhibitis prætenſio filiationis viſa fuit non
ſolùm dubia, & incerta. Adeò vt ipſe Hen-
ricus, ſuper ea potuerit validè tranſigere,
juxtà doctrinam *Baldi in l. ſi mulier in fin. ff. de
cond. cauſ. dat. Rota coram Merlino deciſion. 163.
num. 14. & in Peruſina fideicommiſſ. de Rodulphis
14. Iunij 1652. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro
Decano*, ſed vlterius, quod ille natus fuit èx
Catherina Charpaglia de tempore, quo erat
matrimonio coniuncta cum Nicolao Poge.
De matrimonio inter ipſos doctum fuit ex
Inſtrumento publico celebrato coram Pa-
rocho per verba de præſenti *Summ. impreſſ.
numer. 1.* ibi: *In manibus D. Curati celebrarunt
dictum matrimonium per mutuam donationem cor-
2 porum*. Nam cum ad iſtum effectum non
ſit determinata certa formula verborum,
ſufficit quouis modo conſtet de vtriuſque
coniugis conſenſu *cap. ſufficiat. 27. qu. 2. Card.
in Clem. vnica num. 10. de conſang. & affinit. Lap.
allegat. 59. num. 17. Rota deciſ. 74. ſub numer. 2.
part. 1. & deciſ. 189. num. 4. part. 8. recent.*
Nec refert quod Inſtrumentum in prin-
cipio contineat promiſſionem contrahen-
di, & ſic verbum illud *celebrarunt*, referan-
tur ad celebrationem ſponſalium. Quo-
niam id procederet ſi verba eſſent tantum
apta importare matrimonium de futuro,
in quibus terminis loquitur *Ciarl. contr. 331.
num. 8. & ſeq.* ſecus cum matrimonium fuit
celebratum ad præſentiam Parochi præuia
licentia, & diſpenſatione Vicarij, quæ non
requiritur, niſi in celebratione matrimo-
3 nij, tunc enim verba huiuſmodi referri ne-
queunt ad matrimonium de futuro, ſed de
præſenti ad textum in *cap. ex literis de ſponſa-
libus, Rot. coram Seraphin. deciſ. 519. num. 2. &
deciſ. 121. num. 23. part. 1. & 273. nu. 10. part. 4.
diuerſ. & in recent. d. deciſ. 89. nu. 2. & 3. part. 8.*
4 Iuncto quoque præcedenti tractatu, qui
plurimum vrget ad præſumendum matri-
monium fuiſſe contractum, *Sanch. de matrim.
lib. 1. diſput. 18. num. 27. Natta conſ. 250. num. 3.
lib. 4. in recent. deciſ. 74. ſub num. 2. part. 4.*
Coadiuuatur huiuſmodi probatio ex te-
ſtibus remiſſorialibus *d. Summ. num. 3.* depo-
nentibus ſupradictos Nicolaum, & Carhe-
rinam ſe ad inuicem vti coniuges tractaſſe,
& nominaſſe, & ita ſemper ab omnibus
fuiſſe reputatos, & habitos, ac etiam vti ta-
les ab anno 1591. vſque ad annum 1598.
inſimul habitaſſe, quibus adſtipulantur tres
alij Teſtes eodem *Summar. num. 4.* quorum
vnus deponit de cohabitatione ab an. 1592.
alij verò ab anno 1593. vſque ad d. tempus;

Vnde licet non conſtaret de matrimonio
per Inſtrumentum adhuc illud præſumere-
5 tur; Quia cum de eo non agatur principa-
liter, ſed incidenter ad effectum filiationis
ſatis eſt præſumptiuè probari ad *textum in
l. ſi vicinis, C. de nupt. Gemin. conſ. 27. numer. 7.
Menoch. conſ. 490. num. 9. & ſeqq. Magon. deciſ.
Lucen. 86. num. 2. & 3. Rota deciſ. 79. nu. 1. & 2.
part. 1. diuerſ. & coram Seraphino deciſ. 979. nu. 3.
apud Butatt. deciſ. 530. numer. 13. apud Caualer.
dec. 79. n. 1. & in Colonien. legitimitatis 15. Mar-
tij 1658. coram R. P. D. meo Veroſpio.*
Minus refert, quod verba prædicta non
videantur prolata ad interrogationem Pa-
rochi, ſed potius eſſe verba Notarij. Nam
6 vltrà quòd ad validitatem matrimonij nō
eſt neceſſaria talis interrogatio, ſed ſola
præſentia Parochi, *Rota coram Seraphin. de-
ciſ. 1094. num. 5.* & firmatum fuit in *Neapoli-
tana matrimonij 13. Martij 1651. coram Eminen-
tiſſ. D. Card. Corrado*, cum Parochus vnàcum
teſtibus in calce Inſtrumenti ſe ſubſcripſit
non cenſentur verba Notarij, ſed partium,
7 & nihilominus ſufficit matrimonium pro-
bari ex publico Inſtrumento, ac Teſtibus,
vt reſpondit *Rot. in dicta Colonien. legitimitatis,
& in Romana, ſeù Sabinen. fideicommiſſi 14. Apri-
lis 1660. coram R. P. D. meo Veroſpio.*
Ceſſat pariter aliud obiectum, quod non
fuerit adhibitus Parochus Viri, neque ma-
trimonium regiſtratum in libro matrimo-
niali, ſiquidem attenta licentia Vicarij po-
8 tuit matrimonium coram alio Parocho ce-
lebrari; Immo quilibet Presbyter erat ido-
neus ex *not. per Barboſ. ad collect. Concil. ſeſſ. 24.
lib. 1. de reformat. matr. num. 105.* Et quamuis
Parochus ex diſpoſitione eiuſdem Concil.
obligetur retinere librum, & in eo matri-
9 monia adnotare, non tamen indè adimitur
facultas probandi matrimonium aliundè
per legitimas probationes, vt declarauit
*Rota in Tullen. matrimonij 26. Iunij 1648. coram
Reuerendiſſ. Tarraconen. & in deciſ. 251. nu. 23.
cum ſeqq. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono.*
Eoque tempore ſub figura dicti matri-
monii Henricum fuiſſe conceptum, & na-
tum ex Catherina, deponunt iidem Teſtes
Summar. num. 5. Vndè eſto quod Henricus
Senior habuiſſet ad eandem acceſſum, ta-
men concurrentibus copulatiuè matrimo-
10 nio legitime iuſtificato, & coniugum co-
habitatione de tempore conceptionis præ-
ſumitur, quod illa filium ſuſceperit ex Ni-
colao marito non autem ex Adultero, vt
probat *textus in l. filium, vbi poſt gloſſ. not. Bald.
nu. 1. cum ſeqq. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.*
11 Quoties enim poſſibile eſt filium eſſe na-
tum ex matrimonio ſemper ita præſumitur
niſi contrarium probetur *vulg. l. miles, §. de-
functo,*

Digitized by Google

funſto. ff. ad l. Iuliam de Adult. l. ſi vxoris, ibique *Bald. num. 3. C. de nupt. cap. per tuas*, vbi *Dec. nu. 6. de probat. Alex. conſ. 88. num. 14. verſ. præterea lib. 7. Soccin. Sen. conſil. 86. num. 40. lib. 2. Gozzad. conſ. 2. num. 1. conſ. 1. numer. 45. Rota coram Buratto deciſ. 721. num. 18. & 19. in recent. deciſ. 363. numer. 2. part. 5*, alijſque relatis in *Bononien. fideicommiſſi de Victorijs 5. Maij 1655. & 8. Februarij 1656. coram Reuerendiſſ. Zarate Epiſcopo Segobien. in Romana, ſeù Sabinen. fideicommiſſi 24. Maij 1658. coram R. P. D. meo Beuilaqua confirmata 14. Aprilis 1660. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Roman. hæreditatis 16. eiuſdem menſis, & anni coram R. P. D. meo Celſo.*

Et licet plura deducantur ad probandum eumdem Henricum eſse filium Henrici ſenioris, & ſignanter quod ille tractatus fuerit, nominatus, & bis legitimatus tanquam filius ipſius vt deducitur in deciſione huius cauſæ edita *coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado ſub die 18. Ianuarij 1647.* Adhuc non ſuffragantur, nàm coniecturæ, & præſumptiones huiuſmodi ſufficiunt quidem vbi agitur de probanda filiatione ad effectum ali-
12 mentorum, ſicuti agebatur coram Eminentiſs. D. Card. Corrado; ſecus ad effectũ ſuccedendi, vt præ cęteris declarat *Bald. in cap. per tuas ſub num. 4. circa medium, de probat.* & dixit *Rota deciſ. 289. num. 1. & 8. part. 1. & deciſ. 164. num. 8. part. 3. recent. coram Merlino deciſ. 457. num. 4. & ſeqq. & 658. numer. 24. in Romana hæreditatis 16. Aprilis 1660. & 19. Nouembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Celſo.*

Multoque minus in bonis alterius quam nominantis, & agnoſcentis in filiũ, quo ca-
13 ſu ad tollẽdam legalem illam præſumptionem filiatio probari debet, aut ex impotentia mariti, vel abſentia illius circa tempus conceptæ ſobolis iuxtà *textum in l. filium, ff. de de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, Dec. conſil. 567. per tot. Natt. conſ. 473. num. 24. verſ. ad contraria, Peregr. conſ. 16. num. 3. cum ſeqq. lib. 5. Rota deciſ. 164. num. 3. & 4. part. 3. recent. coram Merlino deciſ. 716. num. 7. & 8. & in Farſen. bonorum 23. Ianuarij 1647. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado, & in Romana, ſeù Sabinen. fideicommiſſi 24. Maij 1658. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Cum præcipuè concurrat, quod idem Henricus tractatus, & educatus fuit à Nicolao vti proprius filius *Summar. numer. 6.* quòdque illum conſignauit Nutrici ad lactandum cum ſolutione mercedis *Summar. num. 7. & 8.* Imò quod eſset filianus, non autem filius Henrici Senioris deponunt Teſtes partis aduerſæ eodem *Summar. nu. 10* ex quibus fortius intrat præſumptio, quod ipſe potius ex Nicolao, quam Henrico ſuſceptus fuerit non obſtantibus coniecturis quæ ex præmiſſis validioribus proſternuntur nulliuſque remanent roboris, & mo-
14 menti, vt ex hac ratione deducit *Surd. deciſ. 83. nu. 21. Sperell. deciſ. 174. nu. 42. & ſeqq. Rota deciſ. 167. num. 16. part. 8.* & dictũm fuit *in Bononien. fideicõmiſſi de Victorijs 5. Maij 1655. coram Reuerendiſſ. Zarate, & in Romana filiationis 22. Iunij 1657. coram R. P. D. meo Veroſpio confirmata 20. Februarij 1660. coram me, cum alijs in Romana hæreditatis 19. Nouembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Celſo.*

Neque talis nominatio, & agnitio in filium poteſt ſuffragari pro ſucceſſione in bonis Henrici, qui ſe geſſit adinſtar Patris; Etenim quicquid ſit an actus filiales præiudicent agnoſcenti. Attamen veritati præ-
15 iudicare non poſſunt, minuſue contra iuris præſumptionem admitti, ſed geſti præſumuntur ex erronea crudelitate Adulteri, quod filius eſſet ipſius *Dec. in cap. per tuas n. 8. de probat. Petra de fideicomm. quæſt. 11. nu. 261. Sperell. deciſ. 174. num. 94. & ſeq.* & dixit *Rota coram Achill. de Graſſ. deciſ. vnica, qui fil. ſint legit. Merlin. deciſ. 716. num. 8. verſ. hoc enim caſu, & in deciſionibus in Romana filiationis coram R. P. D. meo Veroſpio, & coram me editis.*

Ex eadem ratione non releuant legitimationes, cum vtraque fuerit obtenta ſub
16 falſa expreſſione, quod Henricus natus eſſet ex ſoluto, & ſoluta ex adductis per *Oldrad. conſ. 247. num. 2. Lup. de illegit. comm. 5. num. 6.*
17 In legitimatione enim exprimi debet illa qualitas, quæ alterat naturam Concubitus, vt tradit *Hoſt. in cap. final. in fin. de filijs Presb. Rota deciſ. 2. & 4. eodem tit. in antiqu. Felin. in cap. poſtulaſti nu. 2. declarat. 3. de reſcript.* & ideò
18 ſicuti inter Catherinam, & Henricum non poterat eſſe veritas matrimonij. Ita neque poterat fingi per Imaginem, vt inquit *Beca. conſ. 149. num. 6. lib. 3.* & firmauit *Rota in Bononien. fideicommiſſi Bartholomæi de Bologninis 8. Iunij 1648. coram Reuerendiſſ. Terracinen.*

Sed ceſſat difficultas, tum quia Henricus, qui obtinuit huiuſmodi legitimationes declarauit medio iuramento id feciſſe ad meliorandum Henrici Iunioris conditionem in futuro matrimonio, non autem animo agnoſcendi illum in filium ſubdens cum ſit natus ex Nicolao Poga, & Catherina Iugalibus, vt in *Summar. num. 26.* Quæ
19 declaratio cum ſub illa deceſſerit plurimũ vrget ad excludendam prætenſam filiationem; *Rota coram Merlino deciſ. 684. numer. 20. & ſeq. & in Bononien. fideicommiſſi de Victorijs 5. Maij 1655. coram Reuerendiſſ. Zarate.*

Tum etiam quia idem Henricus in vltimo Teſtamento inſtituit hæredem ſupra nominatum Franciſcum Nepotem, & ab inteſtato ſucceſſurum prætèrito Henrico aſſ.

aſſ. filio, qui propterea nihil poteſt præten-
re propter clauſulam *ſine præiudicio venien-
tium ab inteſtato* in legitimationibus adiectam
20 quæ adimit legitimato facultatem redar-
guendi Teſtamentum de nullitate ex cauſa
præteritionis, *Ang. conſ.264. num.3. Socc.Sen.
conſ.41: ſub num.8. lib.3. Rota coram ſan. mem.
Gregorio deciſ.135. n.7. cum ſeqq. & in Romana
locorum montium 21.Iuny 1660. coram R.P.D.
meo Beulaqua*. Et præſeruat legitimis om-
21 nes ſucceſſiones bonorum prouenientium
ex fideicommiſſo, & quacunque diſpoſi-
tione maiorum, *Gabr. conſil.30. lib.1. Hond.
conſ.64. nu.22. lib.1. Peregr. de fideicom. art.23.
num.65. & 77. & 87.* & dixit *Rota deciſ.667.
num.3. per tot. part.1. recent.*

Non obſtant Teſtes in contrarium exa-
minati, quia plures patiuntur exceptiones,
tam in dicto, quam in perſonis, & præſer-
tim Margarita Vxor Henrici Senioris, tan-
quam habens intereſſe, & vbi etiam (adde-
bant Domini) probaretur Henricus filius
præfati Henrici Senioris, adhuc tanquam
22 Adulterinus eſſet incapax totaliter hæredi-
tatis Parternæ, & Auitæ, vt plenè firmat
*deciſio in dicta Romana hæreditatis 29. Nouem-
bris 1660. coram R.P.D. meo Celſo*.

Vlterius ex alio fundamento venit infir-
manda ſententia, ex quo concedit immiſ-
ſionem Henrico Iuniori in vim penultimi
Teſtamenti Henrici Senioris conditi de an-
no 1638. Nam cum in eodem Teſtamento
eſſet inſtituta hęres Margharita Vxor ipſius
Teſtatoris non poterat adhuc ea viuente
eidem Henrico concedi immiſſio.

Et ita vtraque parte informante reſolu-
tum fuit.

R.mo D. CERRO DECANO

Florentina Oratorij.

Lunæ 2. Maij 1661.

ARGVMENTVM.

Præſumptio ducta ex l. Miles §. Defuncto ff. ad l. Iul. de adulter: non eſt Iuris, & de Iure, exploditur à contrarijs probationibus, quarum plures hic magiſtraliter recenſentur ad conuincendum, quam potius Adulteri, quam Coniugis filium eſſe locus & qualitas rei de qua agitur ſæpe reddunt Teſtes immunes ab exceptionibus perſonalibus.

SVMMARIVM.

1 *Filius præſumitur potius natus ex marito, quam ex adultero.*

2 *Mariti cohabitationem cum Vxore, & acceſſum eiuſdem ad illam, vel illius impotentiam; onus probandi ad quem ſpectet referuntur opiniones. num.3.*

4 *Poſſibile honeſtum eſt potius præſumendum, quam poſſibile inhoneſtum.*

5 *Præſumptio ſimplicis iuris tollitur ex contrarijs probationibus, & præſumptionibus.*

6 *Teſtes inhabiles, & perſonalibus exceptionibus iniuſti admittuntur ad probandam rem dificilis probationis.*

7 *Teſtes bonæ conditionis, & famæ admittuntur in quacumque materia.*

8 *Teſtes de auditu in antiquis admittuntur ob dificultatem inueniendi alios, qui deponant de viſu.*

9 *Filiatio probatur in antiquis per teſtes deponentes de publica voce, & fama.*

10 *Teſtes in antiquis probant famam, etiam ſi non referant à quibus audiuerint.*

11 *Teſtes non eſt neceſſe, quod deponant per verbum fuit, & eſt, ſi ea circumſtantijs facti colligitur depoſuiſſe de tempore ante motam litem.*

12 *Præſumptio legis remouetur ex confeſſionibus, & actibus contrarijs per eum cui fauebat geſtis.*

13 *Legitimatus cum priuilegio ſuccedendi in quibuſcumque bonis etiam Eccleſiaſticis habilitatur ad ſuccedendum in iure patronatu.*

DECISIO LVII.

Deciſum fuerat in hac cauſa 31.Maij 1665
coram bon. mem. Bichio, & prius in
alia deciſione impreſſa in recent. deciſ.363.
non conſtare de filiatione Horatij ex Lau-
rentio de Puccis, ac proinde Iuſpatronatus,
de quo agitur per obitum Roberti vltimi
ex deſcendentibus Antonij de Puccis fun-
datoris de Gentilitio euaſiſſe hæreditariũ,
& ſpectare ad D. Octauiam Capponiam
vxorem, & hæredem vniuerſalem dicti Ro-
berti verùm pluries repropoſito articulo
tandem DD. cenſuerunt recedendum eſſe
à Deciſis.

Licet enim Maria Bella Fagiana tempo-
re conceptionis, & Natiuitatis Horatij nup-
1 ta eſſet Michaeli Erminio de Luculena, itaut
potius ex marito, quam ex adultero natus,
ac genitus de iure pręſumatur *iuxta text. in
l. miles §. Defuncto ff. ad l. iul. de adult.*

Nihilominus ſiue ſit attendenda illa
opinio, quod ad iſtum effectum non ſuffi-
cit ſola probatio Matrimonij niſi inſimul
iuſtificetur cohabitatio Coniugum tempo-
2 re conceptionis filij, & facilis acceſſus ma-
riti ad vxorẽ, vt videtur eſſe de mente *text.
in l. filium ff. qui ſunt ſui vel alieni iuris in illis
verbis*: Qui cum vxore ſua aſſiduè moratus
&c. *Surd. conſ.1. num.54. verſ. & non obſtat, &
num.55.*

num.55. Rota coram Merlino deciſ.488.num.18. & 19. & repet. in recen.deciſ.409. ijſdem numeris par. 5. in Auen. Alimentorum 28. Iannarij 1647. §. nam quatenus, & in Romana filiationis 27. Iunij 1650. §. quia prætermiſſis coram Reuerendiſſimo D. Card. Corrado Prodatario, & in Viterbien. fideicommiſſi 2. Maij 1653. coram R.P.D. meo Veroſpio in fin.verſ. dum maximè.

Siuè verior ſit ſententia, quod præſumptio dictæ legis adeo fortis ſit, & efficax vt
3 allegans eſſe filium Adulteri ipſe probare tenetur, quod tempore ſuæ conceptionis maritus non haberet acceſſum ad eius vel ob aliquam grauem Infirmitatem eam non poſſet cognoſcere, vt voluerunt *Pariſ. conſil.64.num.5. & 6.vol.3. Brun.conſ.15.num.20. Petr. de fideicommiſ.quæſt.11.num.36.Sperell.deciſ.164.num.54. Rota in Romana 29. Nouembris 1613.§. Preſertim verſ. & debet omnino, & 29 Nouembris 1614. ſub §.Accedit coram bon.mem. Vbaldo ſen.* vbi quod potius præſumendum eſt honeſtum poſſibile, quod filius ſit natus ex matrimonio, quam poſſibile inhoneſtū,
4 quod ſit natus ex Adulterio, cum huiuſmodi præſumptio Chriſtianæ etiam Pietati videator conformis *Rota in Bonon. fideicommiſſi de Victorijs 5.Maij 1655.§.& quamuis prædictæ coram Reuerendiſſimo Zarate Epiſcopo Segobien. & in Romana ſeu Sabinen. fideicommiſſi 24. Maij 1658. coram R.P.D. meo Beulaqua §. nec refert*, vbi quod tunc præſumptio *l. miles* inducta eſt fauore filij nec debet in eius odium, & præiuditium retorqueri quando allegat ſe eſſe filium Mariti ſuæ Matris, ſecus autem quando allegat ſe eſſe filiū adulteri, quia tunc habet præſumptionem legis contra ſe.

In propoſito verſamur extra terminos huius difficultatis, quia hodiè concludenter videtur probatum per plures Teſtes remiſſoriales, quod de tempore, quo Maria Horatium concepit retinebatur à Laurentio in Palatio eius villæ nuncupatæ oliueto conſtructo ad inſtar Arcis ſub arctiſſima cuſtodia vnicuique prohibito acceſſu, quodq; Michael eius maritus habitabat in loco luculenæ diſtantem à d. Villa per 25. ſeù 30. milliaria circiter erat ſexagennarius timidus, & imbecillis, e contra verò Laurentius Amatius vir potens, & nobilis, ac magna animi ægritudine, quæ Zelotipia dicitur, affectus, & ſignanter tempus conceptionis percutiunt, & de eo deponunt Primus tertius, & nonus ſuper quarto articulo per hæc, & ſimilia verba ibi: Et ſuper quarto *diſſe eſſer vero, che nel tempo che eſſo Signore Lorenzo Pucci ingrauidò detta Maria, e che fù concepito e generato il detto Signor Oratio il marito di detta giouane ſtaua, & habitaua lontano cioè à Luculena, che è lontano dalla Villa d'Olíueto penſo in circa 25. ò 30. miglia &c. e sò che detto marito di detta giouane non poteua in modo alcuno hauer acceſſo alla detta ſua moglie ſi per la lontananza come hò detto, come anche perche detto Signor Lorenzo per l'amor grande, che portaua detta Bella Fagiana, e per hauer da lei vn figliuolo non permetteua ne hauerebbe permeſſo, che il marito, che era Contadino, e perſona baſſa, ne qualſiuoglia altro ſi fuſſe accoſtato in alcuna maniera à detta giouine, e perciò la teneua à Olíueto à caſa ſua molto ben cuſtodita e guardata*: vt latius in vltimo Summ. DD. de Puccis n. 4.

Dùm igitur prædicti teſtes iuſtificantur ne dum natiuitatem Horatij in propria domo Laurentij. ſed etiam continuam retentionem Mariæ eius matris de præciſo tempore ſuæ conceptionis ſub tam arcta cuſtodia, & in loco adeò diſtantur à Domicilio viri, vt proindè moraliter impoſſibilis ad eam omninò eſſet tam ipſius, quam aliorum acceſſus probata vtiquè remanet ad iſtum effectum eius filiatio ex ipſo Laurētio Adultero, & excluditur præſumptio legis quæ (vt omnes conueniunt) eſt iuris
5 ſimpliciter non autem iuris, & de iure & ſic tollitur, & ſuffocatur ex contrarijs probationibus, & præſumptionibus vt benè in terminis reſpondent *Alciat. conſ.40. num.7. verſ. & regula eſt §. Defuncto lib.6.Gozzad.conſ.13.num. 45. verſ. decimoquarto omnes, & n. 46. Rol. à Valle conſ.22. nu.32. verſ. vbi inquit quod abſentia lib.3.Gionagn.conſ.21.num.1.in fin.verſ. quod in caſu iſto lib.1.Creſcent.deciſ.1. circa med.* ſi tamen illa qui filij ſint legitimi.

Non obſtat, quod ex dd. teſtibus plerique ſint perſonæ humilis conditionis, & omnes deponant de auditu.

Prima enim exceptio remouetur tàm ratione loci, quam materiæ, cum agatur de re geſta in loco rurali, & quæ occulto geri ſolet, ſaltem abſque participatione virorum, qui probi ſint, Nobiles, & honeſti,
6 indeque ad eam probandam admittuntur teſtes alias inhabiles, nec contra eos recipiuntur exceptiones perſonales *ad tex. in l. veniens ſecundo in fin. de teſtib. Rota in terminis in Romana filiationis 8. Iunij 1611. coram bo.me. Pirouano §.fin. deciſ.314. num.27. par.6. rec. in Romana hæreditatis de Gratianis 28. Maij 1649. coram me & in d. Viterbien. fideicommiſſi coram R.P.D. meo Veroſpio §. Horum autem*, ac in proximis terminis ad effectum probandi copulam pro nullitate matrimonij *in Romana nullitatis matrimonij 19. February 1646. coram bon.mem. Arguelles*.
7 Cumque de cætero ſint perſonę bonæ cōditionis, & famæ admitterentur etiam in quacunque alia materia *cap. ſi quis vbi Butr.*

*& Felin.num.8. de teſt. Rota poſt ſecundum vol.
Specul. eodem tit.§.1.num.61.Cæſar de Graſſ.de-
ciſ.9.num.5. de Teſt. Rota poſt 2.vol.conſ.Farin.
deciſ.83.num.3. & coram Buratt.deciſ.553.n.11
& deciſ.725.num.12.*

Secundo nec etiã ob: aduertendo quod
Teſtes non deponunt ſimpliciter de auditu
non ſpecificando à quibus audiuerint, ſed
quilibet aſſerit audiuiſſe à ſuis maioribus
ſpecificando idemtificè Patrem Auum, Pa-
truum & alios *dicto Summ. num.3. & 4.* Ideò
cum agatur de re valdè antiqua cum Hora-
tius natus fuerit anno 1554. & lis mota an-
8 no 1630. circiter, vtique Teſtes de auditu
admittuntur ob difficultatem inueniendi
alios qui poſſint deponere de viſu *Bart. in l.
Conuenticula num.6. de Epiſc. & Cler. Abb. in
cap.licet ex quadam n.1. de Teſtib. Aret. conſ. 37.
num.3. poſt med. Alex.conſ.187. numer.21. lib.2.
Dec.conſ.321.num.8.Corn.conſ.135.nu. 20.lib.1.
Card.Mantic.deciſ.154.num.3.Buratt.deciſ.172.
num.13.* & certius cum vltra auditum à ma
ioribus deponant etiam de publica voce, &
fama percutiendo vt colligitur ex tota ſerie
depoſitionum etiam ipſum tempus ante
motam litem, quod gratis alias controuer-
9 tebatur filiatio enim in antiquis optimè
probatur à teſtibus de publica voce, & fa-
ma *Rota apud Put.deciſ.506.num.2. & 3. & per
tot. lib. 2. in correc. & coram Buratt. deciſ. 147.
num.5.* in quibus firmatur, quod tempus
annorũ 60. ad hunc effectum eſt antiquum
10 fama verò probata eſſet, etiam ſi Teſtes
non dicerent à quibus audiuerint, vt tradit
*Bald. communiter receptus in cap. per ſuas poſt
princ.verb. publicè de probat.Caſſador.deciſ.3.nu-
mer.4. eodem tit.Caputaquen.deciſ.7.par.2.& co-
ram Andrea deciſ. 45. num. 6:* nec eſt neceſſe,
quod deponant per verba fuit, & eſt quo-
ties vt hic in circumſtantijs facti colligitur
11 depoſuiſſe etiã de tempore ante motam
litem vt benè reſpondit *Rota in rec.deciſ.283.
num. 14. par.3. cum alijs per adden. ad Greg. de-
ciſ.277.num. 10.verſ. ſi tamen ex tota facti ſerie.*

Præterea concurrunt etiam quamplures
Coniecturæ quæ vrgentes ſunt etiã vehe-
mentes, & hanc filiationem optimè con-
cludunt. Primo enim adducuntur facta,
& geſta per Laurentium non ſolum paſſus
fuit quod Horatius naſcitur in propria do-
mo, ſed imò curauit, quod ſacro Baptiſ-
matis fonti vti proprius filius exhiberetur,
& tanquam talis in libro Baptiſmali deſcri-
beretur cum proprijs ſumptibus vera, &
vigilantia ſemper vti à ſe genitum, aluit,
& educauit, cumque vti ab ipſo ſuſceptum
ex muliere coniugata legitimari curauit an
no 1557. à DD. de Campeggijs & anno
1577. illum tanquam eius filium, & de fa-
milia Pucci Procuratorem conſtituit ad
præſentandum ad Eccleſias Parochiales Sã-
cti Bartholomei, & S.Nicolai Colli S. Pa-
cti de iure patronatus dictæ familiæ, qui
præſentauit Andream de Gauinis, & præ-
ſentatio effectũ ſortita fuit mediante actua-
li Inſtitutione, ac demùm anno 1692. in
ſuo vltimo teſtamento annua ſcuta 400.
iure Inſtitutionis, & omni alio meliori mo-
do eidem reliquit, quæ actualiter ipſi ſolu-
luta fuerunt *dicto Summ.num.19.20.31.32.33.
38. & 39.*

Secundo illamet ipſius Horatij aliaque
ab eo procurata de anno enim 1564. tan-
quam filius naturalis Laurentij ex muliere
coniugata diſpenſationem impetrauit à Se-
de Apoſtolica ad ſuſcipiendos ordines Sa-
cros, eiuſque vigore de anno 1576. vti fi-
lius Laurentij iam ad Sacros ordines, & ad
Beneficia diſpenſatus ab eadem Sede Apo-
ſtolica prouiſus fuit de Subdecanatu Eccle-
ſiæ Cathadralis Florentiæ, & anno 1586. ad
eius fauorem tanquam filij Laurentij vnici
ex Patronis reſeruata fuit ſuper fructibus
Parochialis Eccleſię Sancti Bartholomei de
Iurepatronatus familiæ Pucciæ annua pen-
ſio ducatorum 80. auri de Camera. De an-
no autem 1594. orta lite coram ordinario
Florentino inter Horatium Puccium hære-
dem Laurentij occaſione officij militis Sã-
cti Petri emanauit ſententia ad fauorem
Horatij, & tam in articulis, quam in po-
ſitionibus, & ſententia Horatius enuncia-
tur filius Laurentij, taliſque pariter enun-
ciatur tàm in alia ſententia ab eodem ordi-
nario lata de anno 1596. in cauſa reductio-
nis laudi, quam in libris publicis Gabella-
rum, & Eccleſiæ Cathedralis Ciuitatis Flo-
rentiæ *eodem Summ. num.22.23.24. 26.27. 30.
35. & 37.*

Tertiò geſta à tota familia Puccia, & præ-
cipuè tanquam filius Laurentij præſentatus
fuit à Iacobo Puccio ad ſimplex beneficiũ
ſeu Cappellaniam ſitam in Eccleſia Pa-
rocchiali Sancti Michaelis de iurepatro-
natus dictæ familiæ, & ſucceſſiuè ab or-
dinario Inſtitutus, ac pluries Horatius in-
uitatus fuit ad prandium in die feſtiuitatis
S.Sebaſtiani a fratribus Conuentus Beatiſ-
ſimæ Annunciatæ, quo die ex lege funda-
tionis inuitari debent duo de familia Puc-
cia *dicto Summ. num.40. & 42.* & ſic habetur
poſitiua probatio totius familiæ, quæ id
non permiſiſſet niſi verè, & realiter eſſet
talis.

Quartò demum concurrunt actus facti à
Roberto de Puccis, & ab ipſa D. Octauia
Capponia collitigantur eius hærede, nam
Robertus anno 1576. Horatium tanquam
filium

filium Laurentij Procuratore conſtituit ad præſentandum ad d. Parochialem Eccleſiā S.Nicolai Collis Pacti, & inſuper in proprijs libris eam deſcripſit, & adnotauit vti filiam Laurentij Octauia verò ſequuta morte ipſius Horatij alium præſentauit ad ſubdecanatum Eccleſiæ Cathedralis Florētiæ ſub expreſſa aſſertione, quod vacabat per obitum Horatij filij Laurentij de Puccis *eodem Summ.num.25.39.41.*

Ex quibus circumſtantijs tam vrgentibus, & vehementibus facti veritas ſufficiēter remanet comprobata, præſertim quia nullus adducitur actus à marito factus ex quo deſumi poſſit, quod Horatium vnquā agnouerit in filium ſuum, & dum hodiè dumtaxat agitur de pręiudicio Roberti ſeù dictę Octauiæ eius hæredis ad effectum ſolius ſucceſſionis in hoc iurepatronatus vtique ſtantibus geminatis confeſſionibus
12 tam ipſius Roberti, quam eiuſdem D. Octauiæ hæredis præſumptio legis pro ipſis non eſt admodum efficax, imò in ipſorum præiuditium ex prædictis eorum confeſſionibus, & actibus per eos geſtis facilius eliditur, & remouetur, vt benè tradunt *Pariſ.conſ.7.num.44. cum ſeqq. & num.84.lib.2 Decian.conſ.1.num.127. verſ.3. reſpondeo lib.3. Scip.Theodor.alleg.18.nu.48.& ſequ.* vbi quod non licet hæredi controuertere has aſſertiones defuncti cum alijs *per Rotam coram Merlino deciſ.488. num. 30. & in d. Romana filiationis 47. Iunij 1650.coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado.*

Nec applicanter auctoritates, & deciſiones in contrarium allegatæ cum procedant in caſibus valdè diuerſis à noſtro in quibus præcipuè agebatur de præiudicio tertij, qui nunquam agnouerat neq; tractauerat colligantem vti filium Adulteri, & in quibus non aderant probationesnec coniecturæ ità concludentes eius filiationem cum præciſa qualitate, quod ſua mater detineretur tempore conceptionis, & partus in propria domo adulteri ſub arctiſſima cuſtodia prohibito acceſſu tam mariti, quam aliorum.

Firmata itaque filiatione Horatius omnino ſucceſſibilis erat in hoc Patronatu ob ampliſſimā legitimationem DD.Campeggijs, quorum Priuilegium in verbis ex-
13 preſsè habilitat legitimationes ad ſuccedendum in quibuſcumque bonis etiam Eccleſiaſticis, vt habetur ex lectura illius apud *Lup. de illeg. Comment.3. §.1. ſub nu.33.* & latè reſpondit *Rota coram Card.Seraph.deciſ.5.per tot.*

Et ità vtraque parte informante &c.

EMINENT. D.CARD. CELSO.

Tudertina Succeſſionis.

Veneris 20. Maij 1661.

ARGVMENTVM.

Suſpecta Parochi integritas non ſubſtinet Teſtamentum conditum iuxta cap. cum eſſes de Teſtamentis, Identitatis Schedulæ ad quam Teſtamentum ſe refert, concludenter probari debet, ceſſat quoties illam Horatius in actis non poſuit, ſed conſignauit habenti ex illa diſpoſitione Intereſſe. Teſtes contrarij ſibi ad inuicem adimunt fidem non probant geſtum in loco à quo fuerunt excluſi.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ſuccedunt ex perſona matris æqualiter cum amitis.*

2 *Teſtamenti imperfectio ratione voluntatis deducitur ex defectu ſubſcriptionis teſtatoris, ſi ex verbis colligitur illud voluiſſe ſubſcribere.*

3 *Teſtamentum non ſubſtinetur ex diſpoſitione cap. cum eſſes de Teſtam. ſi Parochi fides eſt ſuſpecta.*

4 *Teſtes inter ſe contrarij ad inuicem ſibi tollunt fidem ideoque non probant.*

5 *Teſtamentum relatiuum ad Schedulam requirit certitudinem identitatis Schedulæ ad quam refertur.*

6 *Teſtamenti ſchedulæ identitas non probatur ſi per notarium non fuit in actis exhibita.*

7 *Teſtes deponentes ſuper tenore teſtamenti debent eſſe omnino exceptione maiores.*

8 *Teſtes affines non probant.*

DECISIO LVIII.

Obijt Gregorius de Nobilibus relictis Maria & Martha Sororibus nec non Bartholomeo, & Doralice Nepotibus & Magdalena altera ſorore prædefuncta quibus pro tertia parte immiſſionem concedendā eſſe DD. reſponderunt Nam cum ipſi repreſentent Matrem ſuccedunt æqualiter cū
1 Aduerſarijs *iuxta tex. in auth. ceſſante C. de legit.hæred. & in corpore vnde tex. deſumitur §.ſi igitur il ſecundo auth. de hæred. ab inteſtato venien.& in auth.vt fratrum filij in princ.& tradit. Mantic. de tacit.lib.23. tit.31. num.7. & tit. 32. num.9. & ſequen.*

Nec obſtant duæ prætenſæ ſchedulæ teſtamenti exaduerſo exhibitæ nam prima conſcripta à Notario ſub die 20. Iulij 1657 non continet diſpoſitionem perfectam, ſed ſimplicē tamen præparationem ad teſtan-

dum ibi: (ſunt verba notarij in eadem ſchedula) ſuperueniſſe apud D. Gregorium dixit ſe velle condere teſtamentum clauſum, & ſigillatum & non publicari ante eius mortem excluſis ex Camera omnibus retentis in ea tantum Gregorio Mariano, & Laurentio Benedicto teſtibus & voluit per me Notarium ſcribi Teſtamentum ac ſuam voluntatem animo die ſequenti eam ſubſcribendi coram pluribus teſtibus, & ſigillandi cum ſubſcriptione ipſorum teſtium in calce cedulæ & ſignatione informa &c. & ſic mandauit per me Notariũ ſcribi prout ſcripſi &c. Quæ verba denotant expreſsè Gregorium non feciſſe teſtamentum, ſed cæpiſſe illud facere,
2 & præparaſſe materiam ad teſtandum, vt aduertit *Oldrad.conſ.119. per tot quem ſequitur Ruin.conſ.11.num.12.lib.3.* vbi quod a d. opinione tanquam communi non eſt recedendum *Paſcal. de iur.Patr.poteſt.par.2. cap.8. numer.63.* & late probat *Surd.deciſ.292.num.11. Capic.latr.deciſ.7. ſub nu.10.verſ. pro parte vero verſ. vſque ad fin.* & vltra plures quos refert *Rub. de teſtam.cap.7.num.245. & ſequen.*& firmauit *Rota in Romana teſtamenti 31. Ianuarij 1659. coram R.P.D. meo Beuilacqua, & in Aeſina bonorum 31.Martij eiuſdem anni coram R.P.D meo Veroſpio.*

Altera verò à Parocho a die obitus Gregorij in qua aſſerit d. Gregorium expoſuiſſe ſibi,& teſtibus ſe die 20. Iulij 1657. ſuam condidiſſe vltimam voluntatẽ per ſcripturã manu Franciſci Petruccij Notarij animo illam ſubſcribẽdi eius propria manu quod ob debilitatem effectuare minimè valuit, eoſque rogaſſe, vt teſtes eſſe vellent vltimæ ſuæ voluntatis deſcriptæ a dicto Notario ad quam ſe retulit, & quam confirmauit, & confirmatam eſſe voluit, imo & nouo iterum dictã ſuam voluntatem per relationem ad primam ſcripturam condidit, & compleuit, eamque valere voluit iure teſtamenti Codicillorum,vel donationis, & omni meliori modo &c. vt teſtatorem dixiſſe aſſeruit; & hæc pariter non merentur allegari, nam idem Parochus pro exoneratione ſuæ conſcientiæ declarauit ipſum interrogaſſe tantumodo Gregorium per duas vices: *ſe voleua che valeſſe quello, che haueua fatto ſcriuere la ſera auuanti dal Notaro di Marcellano, e che eſſo Gregorio li riſpoſe Signor sì facendo ſegno parimente di sì con la teſta, e che queſta è la pura verità* ſubdens: *Ancorche vna fede da me copiata ſopra vna minuta mandatami dal Notaro di Marcellano parli diuerſamente perche io la copiai e ſottoſcriſſi ſenza fare alcuna conſideratione.* Cum enim diſpoſitio fere
3 in terminis *cap. cum eſſes de teſtament.* conſiſtat potiſſimum in integritate Parochi, *iuxta doctrinam Abbatis ibidem num. 6. & 12. Imol.num.11.* Dum in præſenti caſu poteſt de illa dubitari non eſt locus dictæ diſpoſitioni, vt dixit *Rota in d. Aeſina bonorum 31. Martij 1659. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

Fortius vero quia duo Teſtes à Parocho adhibiti nempè Vincentius Balleonus, & Palmerinus Pauli non ſolum diſcordant ab ipſius depoſitione, ſed etiam ſunt inter ſe
4 contrarij quo caſu nihil probant nam vnus alteri tollit fidem *l. qui falſo ff. de teſtibus*, & benè in propoſito firmat *Soccin.ſen.conſ.239. num.6.verſ. & ſi dicatur lib. 2.* & vltra plures cumulatos per *Farinac. de teſtib.quæſt.65. n.2. & ſequ. par.1.* tenuit *Rota deciſ.588. numer. 16. par.5.rec.*

Additur prædictis, quod cum agatur de teſtamento per relationem ad ſchedulam
5 debet conſtare certitudinaliter de identitate ſcripturæ ad quam fuit relatio, vt copioſè probat *Pariſ. conſ.19. num.25. & ſeq. lib.3. Mantic. de coniect. lib.1.tit.7. num.7. Rota deciſ. 581.num.12.par.4.tom.3 rec.& in Peruſina Teſtamenti 28.Iunij 1658.coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Talis autem identitas ceſſat, dum Notarius cedulam a ſe confectam, non poſuit in actis, ſed illam conſignauit filio Martæ
6 vnius ex aduerſarijs intereſſem habentis, quod ponderat *Pariſ. in conſilio ſuperius allegato 19.num.29.lib.3.Ciriac.contrmicro.444.nu.23. & ſeqq.Rouit.deciſ.95. ſub num.16.verſ. his omnibus, & numeris ſequen. & dixit. Rota in d. Peruſina Teſtamenti 28.Iunij 1658. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Teſtes verò examinati ſuper tenore, qui fuerunt præſentes nempè Gregorius Marianus, & Laurentius Benedictus ſunt intereſſati, & Laurentius in ſpecie eſt famulus ſalariatus, & commenſalis, & tamen
7 eſt certum, quod illi debent eſſe tales, vt nulla exceptione legitimè repelli poſſint vt aduertit *Imol. in l.1.§. ſi quis neget num.10. ff.quemad.teſt. aper.Pariſ. conſ.24. nu.13. & 14. lib.3. Rota deciſ.369.num.13. & deciſ.372.n.57 par.9.tom.2.rec.*

Nec eſt attendenda depoſitio Palmerini & aliorum quia omnes fuerunt excluſi a cubiculo, in quo teſtator morabatur in lecto: ibi excluſis e Camera omnibus retentis in ea tamen Gregorio Mariano,& Laurentio Benedicto, & ipſemet Palmerinus. licet ſtudeat deponere de tenore Teſtamenti fatetur tamen ſe fuiſſe excluſum. Ibi: *Io non ſono informato di tutto il Teſtamento di eſſo Gregorio perche cacciò fuori tutti della Camera quando vi era il Notaro*, & quod magis vrget noluit ſe ſubijcere examini niſi prius eſſet de

8 de eius mercede ſatisfactus, & eſt affinis vt patet ex eius confeſſione Ideoque repellendum *Rota deciſ.277.num.18. & deciſ.290.nu.1. par.6.rec.*

Vnde ex prædictis exiſtimarunt Domini non eſſe habendam rationem prædictæ ſchedulæ, & maximè, quia ipſæ mulieres aduerſariæ dubitantes de illius viribus reportarunt immiſſionem in bonis hæreditariis Gregorii tanquam hæredes ab inteſtato quam etiam Baccis concedendum eſſe reſponſum fuit vtraque parte informante &c.

EMINENT. D. CARD. CELSO.

Patauina Penſionis.

Lunæ 13. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Præuentiuum indultum præſeruat ab incurſu Bigamiæ, adeò ut matrimonium nullimodè alteret ſtatum diſpenſati.

SVMMARIVM.

1 *Apoca per debitorem ſubſcripta probat contra eũ, & habet vim inſtrumenti, & exequutionem paratam.*

2 *Indultum præuentiuum impedit incurſum bigamiæ, & præſeruat in eodem ſtatu, in quo erat ante.*

3 *Fideiuſſoris obligatio non ceſſat, ſi non eſt mutata perſona, etiamſi fuit immutata dignitas.*

4 *Obligatio reſpicit magis perſonam, quam dignitatem.*

5 *Obligatio duratura ad vitam creditoris, & debitoris dicitur contemplatiua perſonæ, non autem dignitatis.*

6 *Obligatio videtur potius directa perſonæ, quam dignitati, ſi in literis Apoſtolicis prius fuit expreſſum nomen perſonæ, quam dignitas.*

7 *Obligatio non extinguitur ex regreſſu reſeruato fauore Creditoris.*

8 *Beneficium excuſſionis non competit Mercatori, ſeu Campſori, per Cedulam obligato.*

9 *Beneficium excuſſionis non competit contrahenti, reſpectu creditoris, vti principalis.*

10 *Penſionarius non tenetur ſoluere decimas, & ſubſidia impoſita in fructibus Beneficij, ſi Pontifex in Breui prouiſionis titulari hoc onus impoſuit.*

11 *Debitor ſoluens poſt ortas exceptiones creditori, non poteſt contra eum exindè illas deducere.*

DECISIO LIX.

CVM de menſe Decembris ſan. mem. Innocentius Decimus reſeruauerit ad fauorem Excellentiſſimi Principis Panphilij tunc Cardinalatus dignitate fulgentis penſionem annuam ſcutorum mille ſuper fructibus Abbatiæ S. Euphemiæ, de qua D. Petrus Labia prouiſus fuerat, & pro ſolutione eiuſdem penſionis Cedulam Bancariam, ſeu Apocã promiſſionis fecerit Dominus Petrus Nerlius, recuſante iſto ſolutionem continuare; & promiſſa in præfata Apoca adimplere, Dedi dubium, An teneatur, & teneri reſponſum fuit.

Siquidem de eius obligatione cõſtat per dictam Apocam ab eo ſubſcriptam, quæ fa-
1 cit probationem indubitatam, & habet vim publici Inſtrumenti, vt notat *Bald. conſ.348. num.4. lib.1. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 454. *num. 1. & 2.* & tradit *Lotther. qui ponit illius formulam de re benef. lib.1. quæſt.38. numer.*155. immò ex ſtylo Curiæ habet executionem paratam ad inſtar obligationis Cameralis, *Rota deciſ.* 52. *num.1. & deciſ.*196. *eod.num.p.4. tom.2. recent.*

Nec ſolutio retardari valet ex eo, quod Excellentiſſimus Princeps effectus fuerit incapax præfatæ penſionis ob dimiſſionem Habitus Clericalis, & matrimonium cum Vidua initum; Nam attento ampliſſimo Indulto retinendi quaſcumque penſiones, etiamſi Matrimonium cum Vidua contraxerit, huiuſmodi exceptio non mærebatur allegari, prout in indiuiduo de præfato Indulto firmauit Rota ad fauorem Principis *in Rauennaten. penſionis* 5. *Iunij* 1660. *coram Reuer. P. D. meo Albergato*. Indultum enim prædictum, & præuentiua Principis diſpenſatio impedit incurſum Bigamię, & præſer-
2 uat ipſum in eodem ſtatu, in quo erat antè matrimonium contractum, vt benè per *Rot. deciſ.*12. *à num.*29. *& deciſ.* 50. *num.* 9. *& ſeqq. par.*5. *recent.* cum alijs in *Alexandrina penſionis* 19. *Iunij* 1648. *coram me*.

Nec applicantur deducta in *Oxomen. penſionis coram Litta penès Garz. de benef.p.1. cap.5. num.* 247. quia fundamentum illius conſiſtit in mutatione perſonæ, qua mutata ceſſabat obligatio fideiuſſoris, hic autem per-
3 ſona ſemper eſt eadem licèt ceſſauerit dignitas Cardinalatus, & propterea non exigitur nouus conſenſus fideiuſſoris, prout reſponden. deciſioni prædictæ firmauit *Rota coram ſan.mem. Greg. deciſ.*445. *nu.*3. *& ſeqq. & præſertim num.* 7.

Minus retardari valet ex eo, quod promiſsio facta fuerit, dum Princeps erat Cardinalis, & ſub expreſſione Cardinalatus, quo ceſſante, ceſſauerit etiam ipſa promiſſio, quia talis expreſſio apparet facta demonſtratiuè ad indican. perſonam, cui erat fa-
4 cienda ſolutio, quæ ſemper in dubio potius contemplata cenſetur, quàm Dignitas *iuxt.* doctri-

doctrinam Bartol. in l. Centurio nu.3 t. ff. de vulg. Gratian. cap.541. num.1. & 2. Rot. coram ſa. me. Gregor. deciſ.516. num.8. & ſeqq. & coram Penia deciſ.500. num.13. iuxta primam impreſſionem.

Idque clarius ex eo conuincitur, quia
in Cedula expreſſum fuit tempus duratio-
5 nis, nempè ad vitam Cardinalis, & vitam
ipſius Nerlii, quæ expreſſio indicat fuiſſe
contemplatam perſonam non dignitatem,
vt aduertit *Abb. in cap. mandata Cæleſtia ſub
num. 1. verſ. quia ex tranſactis de præſumpt. Dec.
conſil. 601. num.6. verſ. & hoc idem, Menoch. con-
ſil. 146. num.12. & in tractat. de præſumpt. lib.4.
præſumpt.123. num.11.*

Imò illa præſtita fuit in executionem li-
terarum Apoſtolicarum, in quibus habetur
decretum, quod Cedula præſtaretur ad fa-
uorem Camilli Cardinalis, quando enim
exprimitur nomen proprium alicuius, licet
6 poſtea adijciatur etiam nomen Dignitatis;
perſona magis, quàm Dignitas contem-
plata videtur, *Abb. in d. cap. Mandata Cæleſtia
ſub num.1. verſ.2. moueor. Lotther. de re beneſ.
lib.2. quæſt. 9. num.56 & 57. Rota coram Man-
tica deciſ.150. num.5. & in recent. deciſ.53. nu.4.
in fin. par. 1.*

Nec dicatur, quod mutatio ſtatus Pen-
ſionarij fuerit præiudicialis eidem Nerlio,
dum per dimiſſionem habitus, & matri-
monium contractum amiſit regreſſum, quo
mediante poterat facilius conſequi ſatisfa-
ctionem. Nam Nerlius non ſe obligauit
contemplatione dicti regreſſus, nec valet
de eo opponere, cum fuerit adiectus fauore
7 ſolius Principis, qui etiam durante Cardi-
nalatu poterat eo vti, vel non vti, prout ſi-
bi magis expediebat *Mohed. deciſ. 136. circa
medium verſ. non obſtat de renunc. Put. deciſ. 36.
per tot. lib.2. & in recent. deciſ. 119. circa finem
verſ. dicitur præterea par. 4.*

Exceptio verò excuſſionis facili negotio
tollitur; Nàm vltra ea, quæ fuerunt dedu-
cta per informantes, & ſignanter, quod be-
neficium huiuſmodi non competit Merca-
8 tori, & Campſori obligato per Cedulam
Bancariam, vt notat *Bald. in l. fruſtra num.1.
& 2. Cod. de non. num. pec. Curt. Sen. conſ.6. ſub
num.1. verſ. ſecundo quod iſte, Gratus conſil. 28.
num.18. lib.1. Fab. de Anna conſ.82. numer.26.
Neguſ. de pignor. par.8. memb.1. n. 29. fol.147.
Theſ. deciſ. 166. num. 7.* alijque plures addu-
cti per *Mant. de fideiuſſ. par.2. tit.1. ſect.4. c.33.
num.5. & ſect.6. cap.3. num.113.* Placuit Ro-
tæ reſponſio, quod Nerlius reſpectu Pen-
ſionarij non eſt fideiuſſor, ſed Principalis
debitor, cum promiſerit ſoluere etiam
mortuo Titulari reſeruando ſolum ſibi iu-
9 ra contra ſucceſſorem in Abbatia, ideóq;
non gaudet beneficio excuſſionis, neque
priuilegio fideiuſſoris, vt benè per *Alex. con-
ſil. 29. num.35. & 36. lib. 7. Surd. conſ.150. ſub
num. 57. circa med. verſ. quod verum eſt,* & plu-
ribus comprobat *Gail. pract. obſeru. lib. 2. ob-
ſeru. 28. num.6. Gratian. diſcept. for. cap. 164.
num. 20. & ſeqq. Rot. poſt Zacch. de oblig. Camer.
deciſ. 22. num.3. & in recent. deciſ.331. nu.1. p.9.
tom. 2.*

Non obſtat, quod liceat ſaltem eidem
Nerlio retinere ratam d. Penſionis pro ſol-
uen. decimis, & alijs ſubſidijs conceſſis Se-
reniſſimæ Reipublicæ Venetæ ab eodem
ſan. mem. Innocentio Decimo, quia talis
conceſſio habet locum contra Titularem,
non autem contra Penſionarium, ad cuius
fauorem fuit reſeruata penſio libera ab om-
ni Decima, & onere caritatiuo impoſito, vel
imponen. cum decreto, quod Titularis, nec
ſucceſſores prætendere poſſint detractionē
aliquam, ſed imò de proprio obligati ſint
quamcumque ratam perſoluere, quibus
propterea clauſulis non cenſetur Pontifex
voluiſſe derogare, nec Penſionario præiu-
10 dicare, vt alias articulo maturè diſcuſſo,
& reſponden. contrarijs firmauit *Rot. coram
Durano deciſ.48. ſub num.6. verſ. cæterum vſque
ad finem, & deciſ. 157. à num.1.*

Et huiuſmodi, & alias exceptiones modò
deductas eſſe friuolas, & irreleuantes admi-
ſit ipſemet Nerlius, dum poſt matrimoniū
contractum agnouit Principem in Credito-
rem, illique ſoluit ſcut. 3500. & dirigen.
actiones contra Titularem pro reintegra-
tione ſummæ ſolutæ, & liberatione à mo-
leſtijs obtinuit deliberationem quamplu-
rium locorum Montium, ac etiam ſibi cō-
ſignari ſcut. 4000. penès Auuerſos exiſten-
11 tia, adeòut illas amplius deducere non
valeat, vt dixit *Rota coram Millino deciſ. 275.
num.4. & ſeqq. & coram Eminentiſſ. Otthobono
deciſ.105. ſub num. 18. verſ. & demum, & nume-
ris ſequen.*

Et ita deciſum vtraque parte informan-
te, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Conuerſana Iuriſdictionis.

Lunæ 23. Ianuarij 1662.

ARGVMENTVM.

Copia legitimè extracta non impertitur lega-
litatem alteri Copiæ, quæ indè deſumatur
Archiuium, nec vltra Territorium proba-
tionem extendit, nec informem ſcripturam
fidei integritate nobilitat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sumptum de ſumpto non facit fidem.*
2 *Sumptum de ſumpto non facit fidem, etiam ſi primum fuiſſet legitimè extractum.*
3 *Amplia maximè ſi primum non exhibetur, vt poſſit inſpici, an ſecundum ſit alteratum.*
4 *Subamplia, ſi in extractione pars non fuit citata.*
5 *Archiuium dat fidem ſcripturis in eo retentis.*
6 *Archiuium non probat extra Territorium, & inter perſonas non ſubditas.*
7 *Archiuium non ſupplet ſcripturas informes, & copias.*
8 *Archiuium non ſupplet ſcripturas, quarum incertum eſt tempus, quo in eo fuerunt repoſitæ.*
9 *Adminicula deducta ex articulis, ſententia, & cõmiſſionibus non admittuntur deficiente obſeruantia.*
10 *Literæ executoriales originaliter exhiberi debent.*
11 *Scripturæ informes non reſpiciunt authenticam, nec mutant ſubſtantiam ex adminiculis.*
12 *Literarum exequutorialium exequutio non datur, ſi de earum exiſtentia originaliter non conſtat.*
13 *Literarum exequutorialium exequutio non conceditur, poſt lapſum decennij, niſi illarum bono iure diſcuſſo.*
14 *Literarum exequutorialium exequutio non conceditur, ſi illæ emanauerunt per contradictas.*
15 *Literæ exequutoriales non poſſunt exequi contra non nominatum in eis.*

DECISIO LX.

ANtiquam Cõtrouerſiam inter Epiſcopos Conuerſan. & Baiuliuos Sancti Stephani propè Monopolim, ſeù Sacram Religionem Hieroſolymitanam verten. ſuper Iuriſdictione ſpirituali Terræ Putiniani, prætendens modernus Epiſcopus iamdiù ad fauorem menſæ abſolutam per ſententias Rotales, & literas executoriales, illarũ vigore expeditas, obtinuit diſputare, An conſtaret de executorialibus, quæ venirent exequendæ, ſed DD. quoad vtramque dubij partem negatiuè reſponderunt.

Nam quoad illarum exiſtentiam ea nullibi probari viſa eſt, quamuis enim executoriales fuerint nuper productæ, quia tamen non ſunt originales, ſed ſumptæ ex quodam ſumpto Franciſci Ferę Notarij Monopolis, qui illas extraxerat ex alio ſumpto Notarij
1 Vrbis, non ſunt attendendæ, nam ſumptũ de ſumpto nullam meretur fidem, vt tradit *Bocc. in auth. Si quis in aliquo,* ibi *DD. communiter C. de edend. l. 3. cum ibi notatis, C. de diuerſ. reſcript. Decian. conſ. 24. num. 23. cum ſeqq. lib. 1. Alex. conſ. 138. num. 4. lib. 1. Rota coram Andr. deciſ. 57. num. 9. & ſeqq. & coram Verallo deciſ. 234. num. 1. par. 3. & coram Greg. dec. 412. num. 1. & deciſ. 469. eodem num. 1. & coram Buratt. deciſ. 290. num. 9. & in recent. deciſ. 297. n. 1. p. 2. & deciſ. 105. num. 4. p. 5. & deciſ. 224. n. 17. p. 6. & poſt Viuian. de Iur. patr. deciſ. 16. la ſeconda num. 8.* Licet primum ſumptum fuiſſet
2 legitimè extractum, & proindè haberetur pro Originali, iuxtà *diſpoſit. cap. fin. de fid. inſt.* Quia ex eo adhuc non eſſet aliud ſumptum deſumi licet in reliquis probaret tamquam Originalis, vt reprobato *Bartolo contrarium ſentiente* tradit *Caſtren. in d. l. 3. C. de diuerſ. reſcript. & DD. in d. auth. ſi quis in aliquo,* præſertim *Dec. num. 30. C. de eden. Alex. conſ. 38. lib. 1. Decian. d. conſ. 24. num. 19. cum ſeqq. lib. 1. Rota deciſ. 733. p. 1. recent.* & diſtinguendo firmatum fuit *in d. deciſ. 432. num. 2. & ſeqq. & deciſ. 550. d. num. 2. coram Greg. & d. deciſ. 16. la ſeconda, num. 8. poſt Viuian. de Iur. pat.*
3 Cum maximè nec exhibeatur ad hoc, vt poſſit inſpici an ſit alteratum, vel vitiatum, vt requirit *alleg. cap. fin. de fid. inſtr. & tex. in d. auth. Si quis in aliquo,* ibiq; *DD. & Dec. n. 22. C. de edend.* Nec in actu extractionis citatio
4 partis, & alia neceſſaria præceſſerint, quæ non præſumuntur, niſi probentur, vt benè diſtinguit *Dec. d. auth. Si quis aliquo num. 24. & 25.* & tradit ibidem *Bald. num. 5. & 14. Butr. in cap. cum P. Tabellio num. 8. de fid. inſtr. Afflict. deciſ. 6. num. 6. Put. deciſ. 210. nu. 4. lib. 2. Caputaq. d. deciſ. 233. & 234. p. 3. & coram Buratt. deciſ. 444. num. 4. & 5. & 472. num. 4. verſ. & demum, Mantic. deciſ. 177. num. 4. & 5. Coccin. deciſ. 101. num. 4. & in recent d. deciſ. 297. num. 2. p. 2.*

Hinc non vrget, quod ſumptum fuerit extractũ ex alio exiſtente in Archiuio Epiſcopi Conuerſanen. quod publicum repu-
5 tatur, & ideò regulariter ſcripturis in eo retentis integra fides, quoad omnia præſtari debeat ad *text. in cap. 2.* ibique *gloſſ. in verbo ſigillum de fid. inſtr. Franc. Marc. deciſ. 439. n. 2. & ſeq. par. 5. Rota coram Merlino deciſion. 264. num. 3.*

6 Quia præter quod Archiuium non probat extra Territorium, & perſonas, prout hic non ſubditas, vt dixit in ſimili *Rot. coram Verall. dec. 42. per tot. & coram Coccin. dec. 128. num. 2. & in recent. deciſ. 271. in fin. p. 1.* Obiectum procederet, ſi ageretur de ſcripturis extractis ex Originalibus, & in Archiuio detentis tamquam publicis, non autem ex
7 copijs, & ſcripturis informibus, quarum imperfectionem ſupplere non poteſt Archiuium, vt benè declarat *Corn. conſ. 142. nu. 6. lib. 3. Decian. d. conſ. 24. num. 5. verſ. Item aliter, vol. 1. Rot. coram Verall. deciſ. 41. num. 2. & ſeqq. p. 1.* Eo magis, quod non conſtat de tem-
8 pore, quo fuerint ſcripturæ in Archiuio repoſitæ

poſitæ, cum aliàs ibi potuiſſent, etiam pen-
dente lite dimitti, vt aduertit *Rota in d. de-
ciſ.41. coram Verall.* & notat *Adden. ad Buratt.
deciſ.667.num.18.*

Nec ſuffragari poſſunt adminicula elicita
ex articulis, Sententia, Commiſſionibus, &
alijs ad Comprobationem executorialium
deducta.

9 Vel quia non admittuntur deficiente ob-
ſeruantia, vt dixit *Rot. in d. deciſ.16. poſt Vi-
uian. num.8. in fin. verſ. attamen ceſſante,* & no-
tat *Adden. ad Buratt. deciſ.290. num. 15. verſic.
dummodò cum adminiculis*, vel quia potius ar-
guunt præexiſtentiam litis, quàm conuin-
10 cant veritatem harum literarum, quæ aut
originaliter exhiberi debent iuxtà *text. in d.
l. 3. C. de diu. reſcript. cum alijs ſuperius notatis*;
Aut ſaltem, quia ex illis reſultat maximum
præiudicium, debent concludenter probari
non autem ex adminiculis, quę non poſſunt
11 mutare ſubſtantiam, & qualitatem ſcrip-
turæ informis, eamque authenticam, &
perfectam efficere, vt notat *Alex. conſil. 13.
num.19. lib. 1. Garz. de benef.par.6.cap.2.n.17.
num.17. & 18. Rota in recent.deciſ.297.n.3.p.2.
& deciſ.187. num.2. par. 5. cum alijs in Romana
pratenſi fideicommiſſi de Strozijs 17. Februarij
1645. coram Reuerendiſſimo Domino meo De-
cano.*

Ex quibus nimis clara viſa fuit DD. reſo-
lutio quoad aliam partem dubij, Nam fru-
12 ſtra quæritur de literarum executione, ſi de
earum exiſtentia originalitèr non conſtat
*Acchill. deciſ. 2. de offic.deleg.Pen.deciſ.321.n.1.
per tot. & in Tridentina Beneficij coram Corduba
impreſſ.* penes *Garz. de benef.p.6.cap.2.num.18.*
qua etiam admiſſa, tamen attenta literarum
antiquitate centum, & vltra annorum non
eſſent exequendæ, niſi guſtata earum iuſti-
tia iuxtà inueteratum ſtylum Rotæ, quæ
13 eas nec poſt lapſum decennij exequi ſolet,
niſi præuia boni iuris diſcuſsione, vt fuit di-
ctum *in deciſ.1. num.6. & ſeq. p. 7. recen. & de-
ciſ. 222. num.4. & 735. num.8. coram Penia, &
in Carpentoraſten. tranſactionis 27. Ianuar. 1653.
§. nec obſtat coram bona mem. Bichio, & in Cor-
duben. Decimarum 11. Decembris 1658. coram
R.P.D. meo Taia §. Attamen Domini.*

Potiſsimè quando prout hic executoria-
les emanarunt vigore ſententiæ latæ per
contradictas, quia tunc ab executione eſt
14 abſtinendum, donec de earum ſubſiſtentia
cognoſcatur, vt fuit reſponſum in *deciſ.138.
num. 6. coram Seraph. & dicta deciſ.735. num.5.
coram Pen.* Quinimò cum relaxatæ præten-
dantur contra Baiuliuum habentem nudā
adminiſtrationem nō citata Sacra Religio-
ne, quæ poſtea Cauſam, vt in prima com-
miſit Antonio Auguſtino ſuper dicta Iuriſ-
dictione, vt eius *Sum. num.6.* eo minus poſ-
ſunt hodie exequi contra ipſam in eiſdem
15 literis; & ſententia non nominatam, nec
citatam *Rota deciſ. 505. penes Poſth. de manu-
tent. & coram Pen. deciſ. 1233. num.9.* & in *re-
cent. deciſ. 17. part. 3. num. 2. & 4.* & in *Tole-
tana Decimarum de Cappella 8. Iunij 1657. in
princ. coram R.P.D. meo Veroſpio.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Meleuitana Expenſarum.

Veneris 10. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Dum aliqui ex Vniuerſitate propria cōtuma-
cia Vniuerſitatem vexationi ſubiecerunt,
refectionem expēſarum pati debent in red-
ditibus proprijs.

SVMMARIVM.

1 *Litis expenſa victori ſunt à victo reficienda.*
2 *Expenſæ iudiciales iuſtificatæ abſque vlla dimi-
nutione reſtituuntur.*
3 *Et harum iuſtificatio, ex probabilitate reſultat.*
4 *De ſtylo S. Rota taxantur extraiudiciales expen-
ſæ in ſcutis 10. pro qualibet inſtantia.*
5 *Non detrahuntur de communi maſſa capituli ex-
penſa litis, cui aliqui ex canonicis ex proprio facto
cauſam dedere, ſed de eorum redditibus dedu-
cuntur.*

DECISIO LXI.

PRolata fuerat coram me ſententia decla-
ratoria contra Canonicos Collegiatæ Ec-
cleſiæ Sanctæ Helenæ de Berearia, quos ad
refectionem etiam expenſarum fore adſtri-
ctos hodie DD. reſponderunt. In ſententia
enim ipſi expreſsè damnantur in expenſis,
ad quas Victori reficiendas regulariter ſuc-
1 cumbens in lite compellitur, iuxtà *tex. in
l. eum quem 79. ff. iudic. l. properandum, in §. ſinè
autem alterutra*, ibique DD. communiter *C.
eod. tit. cap. finem litibus 5. de dol. & contum. Veſtr.
in prax. lib.8. cap. 20. n.10. Grammat. deciſ. 83.
num. 1. Rota coram Buratt. deciſ. 921. & coram
Merlin. deciſ. 296. vtrobique num.1. & in Came-
rinen. Canonicatus 14. Martij 1661. in §. quia cum
ipſe coram R.P.D. Priolo.*

Has vero expenſas in ſcut. 99. 96. DD. ta-
xarunt ſcut. 51. 36. à Ioanne Baptiſta Paro-
cho eiuſdē Eccleſiæ S. Helenæ conſumpta
noſcuntur in citationibus, & regiſtro notu-
la ſententiæ, ac Inſtrumento declaratoriæ,
necnon in Iudicis ſubdelegatione. Quarum
ſanè

Digitized by Google

ſanè expenſarum ſpecies vti Iudicialium,
2 necnon iuſtificatarum ex actis debet abſq;
diminutione reſtitui, vt notat *Veſtr. adden.
lib.8. cap.2.nu.11. Rota coram Durano dec. 161.
num.1. & deciſ. 744. num.9.par.4. tom.3. recen.
coram bon. mem. Merlin. deciſ. 759. num.2.& in
Meleuitana Bonorum 3. Decemb.* 1653. *in §.nāq;
conſtituunt coram R.P.D. meo Beuilaqua, & in
Firmana Beneficij 24. Martij* 1656. *in §. expen-
ſas verò coram R.P.D. Albergato*.

Quibus addi debent ſcut.29. 60. conſum-
pta in actis diuerſis coram Iudice delegato
præhabitis ſecundum notulam productam
in actis, quæ veriſimilis viſa fuit, ac ſuffi-
cienter iuſtificata, cum ad hunc effectum
3 ſoleant quoque coniecturæ admitti, nec-
non probatio poſſibilis, & ex conuento, vt
addit *Federic. de Sen. conſ. 119. num.9. Rot. de-
ciſ. 283. num.1. p.1. & deciſ.209. num.2.p.4. &
deciſ.744.num.14. eadem p.4. tom.3. recent.*

Pro extraiudicialibus verò expenſis in
Procuratoribus, Aduocatis, & Copiſtæ
mercede conſiſtentibus ſcut. 20. dumtaxat
decreta fuere ſcut. 10. ſcilicet pro expenſis
in obtinenda declaratoria peractis, & toti-
dem ſumma in præſenti diſputatione desū-
4 pta iuxta huius Sacri Tribunalis ſtylū ſcuta
decem pro qualibet inſtantia taxantis, de
quo teſtatur *Rota in Maceraten. hæreditatis 24.
Ianuarij 1642. coram bo. mem. Bichio approbata
in deciſ.92. num. 4. coram Eminentiſſimo D. meo
Cardinali Otthobono, & in Rom. Domus 31. Ia-
nuarij 1652. in princ. coram Reuerendiſſ. D. meo
Epiſcopo Papien., & in Romana expenſarum 16.
Februarij 1654. in §.fin. coram bon. me. Dunoz.&
in Firmana Beneficij 24. Martij 1656. in §. vlt.
coram R.P.D. meo Albergato*.

Verum quia aliqui dumtaxat ex Cano-
nicis Rotalibus mandatis obtemperare re-
cuſarunt, nec lis pro Eccleſiæ ſeruitio ab
ipſis inſtituta fuit, expenſarum proindè ſo-
lutio non ex communi maſſa peragi debet,
ſed ex proprijs cōtumacium Canonicorum
5 redditibus vt reſpondit *Rota in Burgen. ſeruitij
20. Nouembris 1595. coram Litta, & in Tiraſo-
nen. Iuris votandi 14. Decemb. 1609. coram Mā-
zanedo, & notat add. deciſ. Greg. 263. num.8.* vbi
quod lis pro intereſſe Eccleſiæ inſtituta cē-
ſetur, ſi contra extraneum actio directa
fuerit, non autem quoties, vt in propoſito
caſu de eiuſdem Eccleſiæ gremio collitigās
exiſtat.

Et ità altera tantum Parte per contradi-
ctas reſolutum, &c.

R.P.D. BOVRLEMONT.

Tudertina ſucceſſionis.

Lunæ 27. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Varians in ſubſtantialibus ſuæ depoſitionis cadit ab integritate fidei, quam lex præſumit. Teſtis Affinis pro affine non probat, ſibi contrarius non attenditur maior omni exceptione requiritur pro ſubſtinenda legalitate Teſtamenti. Identitas ſchedulæ ſuſpectæ adeo probari debet, vt excludatur poſſibilitas ſuppoſitionis.

SVMMARIVM.

1 *Nepotibus matrem repræſentantibus debetur immiſſio vna cum ſororibus in bonis inteſtati.*

2 *Præparatio ad teſtandum cui deficit effectuatio cum ſolemnitatibus nihil operatur.*

3 *Teſtamentum coram Parocho & duobus teſtibus etiam cum relatione ad cedulam ſubſtinetur authoritate cap. cum eſſet de teſtament.*

4 *Limitatur vt non ſubſtineatur ſi cadere poſſit ſuſpicio fidei & integritatis Parochi.*

5 *Teſtis varians in ſubſtantialibus præſumptam legalitatem amittit.*

6 *Teſtes non probant affinium fauorem deponentes.*

7 *Teſtamenti validitas ad formam c. cum eſſes requirit teſtes omni exceptione maiores.*

8 *Relatiuus actus corruit ob incertitudinem illius ad quod refertur.*

9 *Notarius nihil magis probat quam teſtis quando, &c.*

10 *Identitas ſcripturæ ita debet probari, vt excludatur poſſibilitas ſuppoſitionis.*

11 *Teſtium ob exceptiones contra perſonas & dicta imperfecta probationes ſimul iungi non poſſunt.*

12 *Statutum laicale ex defectu poteſtatis non includit clericos.*

13 *Clericus non incedens in habitu, quæ priuilegia amittat.*

DECISIO LXII.

COnfirmandam eſſe DD. exiſtimarunt
ſententiam Rotalem, qua pronunciatum
fuerat ſtante nullitate Teſtamenti Gregorij
de Nobilibus concedendam eſſe Immiſſio-
nem pro tertia parte illius nepotibus tan-
quam venientibus ab inteſtato, per repræ-
1 ſentationem matris prædefunctæ in con-
curſu aliarum ſororum ipſius Teſtatoris
*Auth. ceſſante C. de legit. hæredit. & §.ſi igitur il
ſecundo Auth. de hæredit. ab inteſt. venien. Patiſ.*

conſ.

conſ.37.num.2.lib.2. Menoch. lib.2.præſumpt.95. num.8.cum ſeqq. Rot.deciſ.346.num.3.& 4.coram Canal.

Pro cuius ſucceſſionis excluſione binæ cedulæ teſtamentariæ adducebantur. Altera ſcripta à Notario dictante Teſtatore, altera confecta à Parocho coram duobus Teſtibus neutram tamen ſubſiſtere cenſuit Rota.

Nàm prima controuerti non poterat, quin eſſet ſimplex præparatio ad teſtandum tanquam facta coram ſolo Notario abſque Teſtibus, & vt idem Notarius aſſerit in dicta ſchedula *animo die ſequenti eam ſubſcribendi coram pluribus Teſtibus, ac ſigillandi eum ſubſcriptione ipſorum Teſtium in calce cedulæ, ac ſignatione in forma*; & proinde cum prædictæ ſolemnitates non acceſſerint, remanſit vo-
2 luntas imperfecta, & inualida, vt fuit ponderatum *in §.1.deciſ.huius cauſæ coram R.P.D. meo Celſo*, & in ſimili fuit etiam dictum *in Romana hæreditatis 14. Ianuarij 1661. coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Secunda verò cedula facta à Parocho coram duobus Teſtibus licet regulariter debuiſſet ſubſtineri ex diſpoſitione capituli cum eſſes de Teſtament., vt tradit *Corn. conſ.262.numer.31.verſ. Tamen interuenit lib.4. Soccin. Iun. conſ.178. numer.32. lib.2. Rota deciſ.145. numer.19. coram Eminentiſſ.Otthobono.*
3 Quando etiam prout in præſenti ageretur de diſpoſitione facta cum relatione ad ſchedulam, vt tradit *Bart.in l.ſi ità ſcripſero, ff.de de condit.& demonſtrat. Ruin. conſ.193.numer.9. & 10.lib.2. Clar.in §.Teſtamentum quæſt.36.numer.3.* Rota *deciſ.533. numer.2. par.4.tom.3.recent.*

Tamen nequidquam releuare poſſe viſum eſt DD. diſpoſitio enim *d.cap. cum eſſes de Teſtamen.* innititur potiſſimè integritati & fidei Parochi, quæ ſi vaccillare contige-
4 rit Teſtamentum non ſubſtinetur, vt voluit *Abb.in dicto cap.ſub numer.12. & Imol.numer. 11. & firmauit Rota in Pirmana Codicillorum 13.Nouembris 1645. in §.tertia reſponſio coram Reuerendiſſ. Terracinen. & in deciſ.145.numer. 19. coram Eminentiſſimo Otthobono, & in Aeſina Bonorum 31.Martij 1659. §. quæ eo facilius confirmata 26.Ianuarii 1660. §.non obſtante coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Parochi fides deficere viſa eſt ex variatione depoſitionis, nàm primus dixerat ſe, alioſque fuiſſe ab eodemmet Teſtatore rogatos, vt Teſtes adeſſent diſpoſitioni à Notario conſcriptæ, quam in omnibus confirmabat, adeout ſi Iure Teſtamenti non valeret Iure Codicillorum, vel donationis cauſa mortis ſubſtineretur. In altera verò atteſtatione in exonerationem conſcientiæ facta negat ſe cum Teſtibus à Teſtatore requiſitum concludens narrationem facti, & clauſulam Codicillarem, ac donationis cauſa mortis à ſe ſponte additam, non à Teſtatore ordinatam, ſicque cùm variatio cadat in ſubſtantialibus præſumpta Parochi fides minuitur adeut nec integrá, nec
5 perfecta dici poſſit diſpoſitio coram eo facta ad formam *cap. cum eſſet*, vt tradit *Menoch.de arbitr.lib.2. cap.108. numer.21. & Cancer.var.reſolut.lib.2.cap.13.numer.7.verſ. Et eſt aliud Crauett.conſ.14.numer.6.* & in ſimilibus terminis fuit reſponſum *in allegata Aeſina Bonorum coram R.P.D.meo Veroſpio.*

In quam ſententiam eo magis inclinarunt DD. quià deficit etiam requiſita Teſtium integritas, nam Palmerinus alter ex duobus à Parocho adhibitus præterquod ſe
6 fatetur affinem collitigantium. *Summ. 1. poſitionis num.7.* ſicque nihil probat in eorum fauorem, *Honded.conſ.77.numer.7.lib.1.Rota in Romana hæreditatis 1. Aprilis 1658. coram R.P.D.meo Albergato*, ſibimet contrariatur, deponens ſe interfuiſſe confeſſioni cedulæ à Notario ſubſcriptæ, dùm ipſe & Notarius teſtantur omnes fuiſſe è cubile Teſtatoris eiectos de tempore conſcriptæ cedulæ, & tamen in huiuſmodi Teſtamentis
7 Teſtes omni exceptione maiores requiruntur, vt notat *Capr. conſ.262. numer.12. Pariſ. conſ.24.numer.13.& 14.lib.3.Mantic.de coniect. lib.6.tit.3. numer.6. Rota in Romana hæreditatis 1. Aprilis 1658. §. defectus probationis coram R.P.D.meo Albergato.*

Sed quatenùs adducti defectus non adeſſent, tamen quià non conſtat certitudinariè de identitate ſcripturæ, ad quam prætenditur ſe retuliſſe Gregorium, quinimò de eo admodum dubitari contingat, dùm nec ſcripta, aut ſubſcripta eſt manu Teſtatoris, nec notarius illam poſuit in actis, ſed eam tradidit filio Marthæ, qui præcipuum ob Matris inſtitutione habens intereſſe potuerat de facili aliam ſupponere, ex hoc ſolùm corruit Teſtamentum licet aliàs actus relatiuus ſubſiſteret ob incertitudi-
8 nem illius, ad quod refertur, vt dixit *Rota deciſ.581.numer.12.par.4.tom.3.recent. & coram Duran.deciſ.206.num.2.*

Nec identitas cedulæ probari viſa eſt ex depoſitione Notarij, qui eam recognouit,
9 quià in his Notarius nihil magis probat, quam Teſtes, vt tradit *Cyriac. controu. 444. numer. 43. Gratian. diſceptat. 973. numer. 48.* & ideò tanquam vnicus non ſufficit,
10 cùm identitas ità debeat probari, vt excludatur poſſibilitas ſuppoſitionis alterius ſcripturæ, Rota *deciſ.372. numer.57. par. 9. recent. & in dicta* Romana *hæreditatis 1. Aprilis*

lis 1658. *coram R. P. D. meo Albergato.*

Quæ ſingularis notarij depoſitio adminiculari non potuit ab alijs Teſtibus ſuper identitate cedulæ emanatis, quia cum ſinguli in dictis, & in perſonis exceptiones patiantur, vel quia ſunt inter ſe diſcordes, vel quia famuli, & ſalariati Collitigantium eorum probationes in ſe imperfectæ iungi ſimul non poſſunt ad faciendam plenam, & euidentem probationem in huiuſmodi ca-
11 ſibus requiſitam, vt benè reſponſum fuit præcedenti *deciſ. §. Teſtes verò & §§. ſeqq. Alex. conſ.* 93. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 277. *nu.* 12. *coram bo: mem. Merlino.*

Demum nec obſtat, quod admiſſa etiam ſucceſſione ab inteſtato, adhuc Bartholomeus tanquàm cognatus admitti non poſſit reſiſtente ſtatuto Tuderti deferente ſucceſſionem ſolis Agnatis.

Quià cùm ſtatutum ſit laicale illum tan-
12 quam Clericum excludere non potuit ex defectû poteſtatis ad *Text. in cap. Sanctæ Mariæ* 10. *vbi Dec. num.* 28. *de conſtitut. Imol. in cap. quod Clericis* 9. *nu.* 4. *de for. compet. Alex. conſ.* 44. *num.* 13. *& ſeqq. Rota deciſ.* 149. *num.* 3. *verſ. Tamen Domini coram Eminentiſſimo Ottobono, & in Bonon. ſucceſſionis de Zanis* 9. *Decembris* 1654. *§. bis, & aliis coram bo: mem. Bichio, & in Maceraten. hæreditatis* 27. *Maij* 1658. *§. & licet coram R. P. D. meo Veroſpio*, & in terminis huius ſtatuti *in Tudertina ſucceſſionis* 29. *Maij* 1652. *§. non obſtat coram Reuerendiſſimo Papien.* licèt etiam Bartholomæus clericalem habitum non geſtauerit, quià præter quod contrarium probant Teſtes eius *Summ.* reſponſionis *num.* 2. ob non delationem potuit amittere priuilegium fori, non autem cætera Clericorum priuilegia ad quæ retinenda
13 geſtatio habitus à Sacro Concilio Tridentinos non requiritur, vt cum *Sanchez in Summ. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 13. *numer.* 34. *ratiocinatur Squill. ant. de priuileg. Cleric. cap.* 8. *num.* 8. *verſ. Ipſe verò, Barboſ. de Iur. Eccleſ lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 15. *ad med. & fuit reſponſum in allegata deciſ.* 149. *num.* 18. *coram Eminentiſſ. Ottobono & in Tudertina ſucceſſionis §. nec etiam refragari coram Reuerendiſſ. Papien.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Pecuniaria.

Veneris 3. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Coniecturas ad probandam fraudem concurrentes è medio tollit non probata cauſa fraudandi. Defectus Archiuij, ſcripturæ legali fidem non minuit.

SVMMARIVM.

1 *Tutor etiam ante reditionem rationis eſt debitor rerum in inuentario deſcriptarum.*
2 *Per apocam probatur debitum.*
3 *Per ſolutionem dicitur debitum recognoſci.*
4 *Semper contra Tutorem actio eſt in promptu pro redditione rationis, & condemnatione ad res in inuentario exiſtentes.*
5 *Excluditur fraudis ſuſpicio ceſſante cauſa fraudandi.*
6 *Recipere fructus compenſatiuos eſt iuſta cauſa non agendi contra Debitorem.*
7 *Actio contra Tutores competit in ſolidum.*
8 *Niſi decreto Iudicis inter illos diuiſa eſſet adminiſtratio.*
9 *Non obſtat archiuij defectus ſcripturæ, cuius legalitas aliunde probatur.*
10 *Statutum inducens præſumptionem ſolutionis admittit etiam probationes, & præſumptiones in contrarium.*

DECISIO LXIII.

PLacuerunt Dominis fundamenta deciſionis *coram me edita ſub die* 10. *Iunij* 1661. ex quibus in deciſis ſtandum eſſe cenſuerunt; nam quicquid ſit, an Tutor dici poſſit verè debitor rerum in Inuentario contentarum etiam ante redditionem rationis, vt voluit
1 affirmatiuè *Bart. in l. Tutor, qui repertorium ff. adminiſtr. Tut. & Salycet. in l. Tutores C. eod. Soccin. conſ.* 24. *num.* 36. *& ſeq. lib.* 1. & contrarijs adductis firmauit plenè *Surd. deciſ.* 184. *præſertim num.* 11. *relat. per Buratt. deciſ.* 557. *num.* 8. & videtur firmaſſe *Rota deciſ.* 126. *n.* 4. *par.* 9. *recent.* In præſenti non dubitauerunt DD. creditum illorum de Crucijs probari, tùm ex Inuentario Pauli Blaſij Tutoris, à quo verè ratio fuit reddita, tùm ex apoca ab eodem ſubſcriptà pro reliquatu computorum in ſcut. 4250. quæ cum euidenter vera videretur ex veriſimili debito ob præcedētem adminiſtrationem, & ex recognitione manus ipſius debitoris, ac alterius Teſtis in ea ſubſcripti legitimè facta per Teſtes concurrentibus etiā alijs adminiculis ſuffi-

cien-

2 clenter probare debitum ſubſcribentis di-
ctum fuit ad tradita *per Bart. in l. 1. §. Idem
Cornelo ff. de quaſt. & in auth. & ſi contractus
num. 6. C. de fid. Inſtrum. Decian. conſil. 133.
num. 116. lib. 1. Rota deciſ. 570. & deciſ. 124. p. 2.
diuerſor. cum alijs adductis in præcedenti deciſione
§. primo*.

Præcipuè quod illud etiam extra Apocã
plures Paulus faſſus eſt, ſoluendo fructus in
eo conuentos, & receptas ſolutionum
3 producendo, quod pro recognitione etiam
ſufficeret, *Aym. conſ. 101. num. 4. & conſ. 158.
num. 1. Rota coram Canal. deciſ. 142.* Nec rele-
uare viſa eſt iterum obiecta ſuſpicio anti-
datæ, & ſimulationis, quoniam ſtante præ-
cedenti Inuentario, ex quo reſultabat cre-
ditum, vel ſaltem actio pro redditione ra-
tionis Crucij non egebant fictionibus, dum
verè poterant obtinere condemnationem
Tutoris in longè maiori ſumma pro rebus
4 in Inuentario deſcriptis *ad text. in l. fin. C. ar-
bitr. ſuffr. tutel. & l. primo officio ff. adminiſt. tu-
tor.* & præter ſuperius adductos in principio
Rot. deciſ. 242. num. 1. p. 9. recent.

Nam ceſſante cauſa fraudandi ſuſpicio
5 fraudis non præſumitur, *Rota deciſ. 307. n. 11.
p. 1. & deciſ. 241. num. 10. & deciſ. 077. num. 5.
p. 2. recent.* & coniecturæ ad eam probandas
non admittantur, *Buratt. in l. poſt contract. n. 1.
ff. donat. & conſ. 65. num. 4. lib. 1.* & pluries di-
xit *Rota*, & ſignanter *deciſ. 435. parte quarta
recent.*

Quoad taciturnitatem tanti temporis in
petendo debitum, ex quo arguebant infor-
mantes ſuſpicionem falſitatis, transierunt
6 DD. cum reſponſione præcedentis deciſio-
nis in §. *minus vrgere*, nimirum, quod vi-
uente Dominico ſeniore actum non fuit,
ex quo Paulus ſoluit fructus compẽſatiuos
in ſolidatione rationum conuentos, & Do-
minico mortuo, Crucij adhuc minores ob-
tinuerunt Paulum condemnari pro ſum-
ma reliquatus, & fructuum in apoca pro-
miſſorum, ab indè vero Iuditium iterum
ſiluit, ex quo ad inſtantiam illorum de
Cremonis conſignata fuit apoca Notario
Criminali.

Ex quo etiam ceſſat adductum inconue-
niens duplicitatis huius ſcripturæ, nàm vt
fuerat in præcedenti ponderatum, cum in
ea correſpectiua contineretur obligatio,
dum Paulus reliquatum promittebat, Cru-
cij verò à redditione computorum eum li-
berabant, vtrinque proindè apoca erat reti-
nenda; Nec obſtat quod adeſſet alius Con-
tutor cum Paulo, contra quem etiam pro
rata erat agendum, quia licèt hæc quæſtio
intraret ſolum ante confeſſionem debiti,
non autem poſt redditam rationem, & pro-
miſſum reliquatum, ceſſat etiam obiectum,
ex quo nec alium Tutorem adminiſtraſſe
docetur, nec ob id ſi doceretur pro virili,
7 ſed inſolidum ſemper actio competeret, *ad
Tex. in l. 1. C. ſi ex plur. Tutor. l. Diui, & l. Tres
Tutores. C. admin. tut. Surd. conſil. 170. num. 11.
& ſeqq. Rota in Romana redditionis rationis 17.
Iunij 1650. coram R. P. D. meo Albergato*, niſi
fortè fuerit, vel à Iudice, vel à Teſtatore
8 diuiſa adminiſtratio, quod hic non concur-
rit, vt diſtinguendo firmatum fuit *in deciſ. 3.
num. 17. & 18. p. 6. recent. & in allegata Roma-
na redditionis rationis coram Reu. P. Domino meo
Albergato*.

Quò verò ad archiuiationem factam poſt
plures annos, nec obſtare viſum fuit, quia
ſtante legalitate, & veritate ſcripturę aliun-
9 dè benè probata illius defectus non releuat,
vt dictum fuit in *Auximana Sepulturæ de Ci-
mis 28. Maij 1646. §. Et ideò coram R. P. D. Ar-
guelles*. Obiectam præſcriptionem DD. nõ
habuerunt in Conſideratione, tùm attenta
minoritate actorum quibus ab indè non
10 ocurrit, tùm quia ſtatutum licèt inducat ve-
ram præſumptionem ſolutionis, ea tamen
in præſenti ex fortioribus probationibus, ac
coniecturis prorſus eliditur, quod ſufficit
ad excluſionem ſtatuti admittentis in hoc
caſu probationes, & præſumptiones, etiam
in contrarium, vt plenè *Adden. ad Buratt. de-
ciſ. 98. numer. 8. & penes Merlin. de pignor. de-
ciſ. 44. num. 9. & in Romana pecuniaria 27. Maij
1649. coram R. P. D. meo Celſo*.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. NINOT.

Romana, ſeu Peruſina Donationis.

Veneris 17. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Ceſſante fraudis ſuſpicione concurrit ſcriptu-
ra priuata cum publico Inſtrumento. No-
bilitas ſubſcribentium. Inſertio in publico
Inſtrumento fides Magnatum, & Religioſi
Viri quantumuis extraiudicialis apocam
reddunt immunem à præſumptione anti-
datæ.

SVMMARIVM.

1 *Excluditur agens titulo poſteriori ab eo, qui an-
teriori iure ſe tuetur.*
2 *Donatio facta contemplatione matrimonij habet
priuilegium tacitæ hipothecæ ad inſtar dotis.*
3 *Promiſſio ſolutionis faciendæ ex bonis inducit ſu-
per bonis hypothecam expreſſam.*
4 *Dotis hypotheca non à die initi matrimonij, ſed
à die*

Digitized by Google

a die ſubſcriptionis Capitulorum ortum habet.
5 *Idem dicendum de hypotheca donationis factæ cõtemplatione matrimonij.*
6 *Scriptura priuata cum Inſtrumento publico non concurrit.*
7 *Ceſſante ſuſpicione fraudis Chirographarius anterior præfertur poſteriori inſtrumentario, etiã non ſeruatis ſolemnitatibus* l. ſcripturas.
8 *Nobilitas perſonarum reddit inueriſimilem antidatæ ſuſpicionem.*
9 *Inſertio apocæ in inſtrumento prodeſt ad illius iuſtificationem.*
10 *Fides Magnatum, & viri conſpicuæ probitatis fidem facit etiam extraiudicialis.*
11 *Aſſociatio competit ob facultatem datam capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*
12 *Certitudo donationis, licèt adſit incertitudo loci, ſuccedit vice quotæ.*
13 *Deſignatio confinium loci certitdinem præſefert.*
14 *Ad limites donationis tribuitur poſſeſſio pro indiuiſo.*
15 *Qui ſibi mutat cauſam poſſeſſionis non poteſt à tali mutatione variando recedere.*

DECISIO LXIV.

REuerendiſſimus D. Ioſeph à Cornea Epiſcopus Vrbeuetanus in vim pacti de capiendo poſſeſſionem propria auctoritate appoſiti in donatione Tenutæ Montaleræ, quàm pro rata ſcut. 14. mil. die 2. Martij 1626. illi donarunt Dux Fuluius, & Fabius à Cornea eius germani fratres petijt coram A. C. mandatum de aſſociando ad poſſeſſionem d. Tenutæ contra hæredes Mariæ Magdalenæ Caetanæ illius Poſſeſſores, etiã quia fuit ei decretum ſub conditione prius ſoluendi dd. hæredibus ſcut. 20. mil. reclamans obtinuit à Sãctiſſimo mihi committi cauſam appoſitionis, in cuius gradu propoſui dubium, An dictum inſtrumentum eſſet ipſi Epiſcopo conceden̄, & DD. affirmatiuè quoad partem Fabij, quo verò ad portionem Ducis negatiuè reſponderunt; eaq; fuit potiſſima ratio denegationis, quia dicta Maria Magdalena de anno 1654. vti hæres Druſillæ vnicæ filię à prædicto Fabio eius Viro relictæ obtinuit adiudicari eamdẽ Tenutam pro credito annuæ præſtationis ſcut. 3000. quam in vita, & alterius annui redditus ſcut. 2000. quem poſt mortem D. Dux eidem Fabio, eiuſque filijs naſcituris contemplatione certi matrimonij aſſignari promiſit, quod creditum cum ſit munitum
1 hipotheca anteriori excludit à portione dicti promittentis D. Epiſcopum agentem vigore poſterioris donationis *ad regulam cap. qui prior 54. ff. de reg. iur. in 6. l. potior 11. & l. Creditor ff. qui potior. in pign. hab. Rota coram Mant. deciſ. 69. n. 1. in Romana Saluiani 14. Februarij 1661. in principio coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Duplex autem concurrit hypotheca tacita ſcilicet, & expreſſa: Tacita quia dictę annuæ præſtationes, vt ſupra debentur ex donatione, facta contemplatione matrimonij, quæ habet priuilegium tacitæ hypothe-
2 cæ ad inſtar dotis, cui in hoc æquiparatur, vt probat *Cutell. de donat. tom. 2. diſcurſ. 1. ſpecial. 13. num. 22. & ſpecial. 54. numer. 7. & ſeqq.* Adeſt etiam expreſſa, nam fuit promiſſa
3 illarum ſolutio facienda ex Bonis, quo caſu iſta cenſetur hypothecata *Bart. in l. huius numer. 2. ff. alim. & leg. cibar. Gratian. diſcep. 683. num. 1. & ſeqq. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 3. q. 91. num. 2. & ſeqq. Rota in Romana, ſeu Ianuen. locorum Montium 27. Maij 2658. §. cæterum coram R. P. D. Priolo.*

Pręterea cum dicta aſſignatio non ſolum fuerit conuenta in Inſtrumento dotali ſtipulato poſt Inſtrumentum, cui innititur Dominus Epiſcopus, ſed etiam in Capitulis matrimonialibus antea ſubſcriptis, indè reſultat anterioritas, quoniam ſicut hypotheca dotis non incipit à die iuiti matrimonij, ſed à die ſubſcriptionis Capitulorum,
4 ad quam retrotrahitur iuxta veriorem opinionem, cui facit *Text. in l. 1. ibi: Non vtiq; ſolutionum obſeruanda ſunt tempora, ſed dies contractæ obligationis, ff. qui potior. in pign. habeant,* & quam latè tuetur *Panzirol. conſ. 180. nu. 3. & ſeqq. Cutell. d. ſpecial. 13. numer. 11. & ſeqq. Molpheſ. ad conſuet. Neapol. p. 6. tit. de iur. dot. quæſt. 2. à num. 16. Merend. controu. lib. 6. tit. 35. num. 6. & 7. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clauſul. 7. gloſſ. 2. par. 1. num. 27. & 32. & deciſ. 365. per tot. Add. ad Reuerter. deciſ. 379. num. 1. & ſeqq. Franc. deciſ. 677. per tot. Criuell. deciſion. 133. Chriſtoph. Mar. Medic. deciſ. Senen. 76. à nu. 5. vſque ad fin.* & amplexa fuit *Rota in Fulginaten. Dotis 5. Iunij 1648. coram Reu. P. D. meo Celſo.*

5 Ità paritèr ob dictam æquiparationem idem procedit in huiuſmodi donatione, ex *Cutell. d. ſpecial. 13. num. 22.* Nec refert quod
6 dicta Capitula fuerint confecta per apocam priuatam carentem requiſitis *à l. ſcripturas Cod. qui potior.* ideò non poſſit concurrere cum Inſtrumento publico; nam cum ſolemnitates dictæ legis non fuerint inuentæ pro forma, ſed ad tollendam ſuſpicionem fraudis, & antidatæ,
7 hac ceſſante Creditor Chirographarius pręfertur poſteriori Inſtrumentario; quamuis illæ non fuerint ſeruatæ, *Menoch. conſil. 787. num. 6. Decian. conſ. 11. ex num. 140. lib. 1. Rota deciſ. 100. num. 1. & ſeq. p. 4. diuerſ. coram Caual. deciſ. 446. num. 7. coram Buratt. deciſ. 719.*

num. 8. deciſ. 17. num. 5. poſt *Merlin. de pignor. in Romana pecuniaria* 10. *Iunij* 1661. §. *quia cum apoca coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Ex pluribus autem in hoc caſu dicta ſuſpicio remanet excluſa, & primò ex qualitate perſonarum, à quibus dicta Capitula fuere ſubſcripta, ſiquidem earum magna
8 Nobilitas reddit inuerisſimile, quod voluerint apponere antidatam in fraudem aliorũ, *Rota d. deciſ. 57. ſub num. 8. & 9. poſt Merlin. de pignor coram Seraph. deciſ. 879. num. 7. in Melevitana Commenda* 19. *Iunij* 1654. §. *hinc quoq; coram R.P.D. meo Veroſpio.*

9 Secundò quia dicta Capitula fuerunt inſerta in ipſomet Inſtrumento dotali, quod multum prodeſſe ad iuſtificanda ea realiter præceſſiſſe ait Rota coram *Caualer. dec. 446. num. 8.*

Tertio ex atteſtationib. D. Principis Amatricis, & bo. me. P. Carauitæ viri notiſſimæ probitatis, quibus licèt extraiudicialibus ad-
10 modum eſt deferendum, vt in terminis fidei Magnatis dicit *Rota in Romana* 22. *Iunij* 1661. §. *neque poterit coram R.P.D. meo Veroſp. & de atteſtatione Religioſi Rota coram Merlin. deciſ. 714. num. 15. coram Mantic. deciſ. 325. ſub ſub num. 1. deciſ. 192. num. 5. p. 3. deciſ. 11. num. 9. p. 7. deciſ. 312. num. 7. p. 9. recent.*

Quo verò ad partem Fabij capta fuit reſolutio affirmatiua ob difficultatem capien-
11 di poſſeſſionem propria auctoritate in donatione contentam, cuius vigore competit aſſociatio, *l. 3. ibique gloſſ. verb. non videtur C. de pign. Rota coram Buratt. deciſ. 387. n. 5. coram Merlino deciſ. 104. num. 6. & in recent. deciſ. 373. num. 25. pa. 9. deciſ. 16. num. 7. poſt Salgad. in Labyrinth. Credit. in Romana Vineæ ad Aquam Sanctam* 4. *Iulij* 1659. §. *quia ſcilicet coram Reuerendiſſ. Papien.*

Non obſtat, quod cum d. donatio non ſit alicuius certæ partis ſupradictæ Tenutæ; ſed pro concurrenti quantitate ſcut. 1400. adſit incertitudo ratione loci, & quotæ impediens tranſlationem Dominij, & poſſeſſionis; Etenim ſufficit donatam
12 ſummam eſſe certam; vt ea ſuccedere dicatur loco quotæ, idemque eſt dd. fratres fuiſſe loquutos per nomina numeralia, ac ſi donaſſent per nomina quotitatiua, dum
13 ex certo pretio totius Tenutæ certis finibus terminatæ, & ſic etiam reſpectu loci omnino certæ colligi valet quanta ſit pars cadens ſub donat. *Pariſ. conſ. 61. nu. 9. & ſeqq. lib. 1. Rota deciſ. 130. num. 8. & ſeqq. par. 5. recent. deciſ. 154. ſub num. 25. & 26. part. 9. recent.* &
14 pro illa poteſt modo tribui D. Epiſcopo actualis poſſeſſio pro indiuiſo reſpectiuè, vt reſpondit *Rota deciſ. 59. num. 7. par. 2. diuerſ. in Aſculana Bonorum* 11. *Decembris* 1624. §. *non obſtat coram Rembaldo, &* 26. *Martij* 1639. §. *non obſtat coram clar. mem. Card. Virili.*

Minus obſtat exceptio retentionis pro interuſurijs quarti dotalis ſcut. 6000. à dicta Maria Magdalena quoad vſumfructum ſuperlucrati ad formam Statuti Vrbis c. 131 lib. 1. quia dicta mulier poſt obitum Fabij ſequutum de anno 1644. mutando cauſam poſſeſſionis declarauit pro hoc credito velle retinere aliam Tenutam nuncupatam la
15 Barbia *Summ.* reſponſionis Epiſcopi *num.* 1. Vnde ex dicta electione remanſit ſatisfacta, nec ab ea poteſt amplius variando recedi, *Rota deciſ. 292. num. 5. p. 1. recent. coram Otthobono deciſ. 285. num. 12. in Bononien. mercium* 11. *Februarij* 1661. §. *final. coram Rev. P. D. meo Beuilaqua.*

An autem dd. Poſſeſſoribus competat retentio pro alijs aſſ. creditis, vel potius illa ſint compenſanda cum fructibus eiuſdem Tenutæ Montaleræ, ab ipſis, eorumque Auctrice integrè perceptis quia non fuit diſcuſſum à Dominis poterit particulariter videri.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Squillaceñ Teſtamenti.

Veneris 17. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Notario aſſerenti quem ſanæ mentis fuiſſe fides non denegatur magis probant Teſtes affirmantes, quàm negantes aliquem cõpotem mentis. Actus geſtus ab habente dilucida interualla, non præſumitur de tempore delirij.

SVMMARIVM.

1 *Legatarijs debetur immiſſio.*
2 *Teſtamentum primum per ſecundum reuocatur.*
3 *Limitatur, ſi ſecundum ſit nullum.*
4 *Teſtamentum in quo fuerunt adhibiti ſeptem teſtes dicitur ſolemne.*
5 *Freneticum allegantì incumbit onus probãdi nam quiſquam præſumitur ſanæ mentis.*
6 *Aſſertio Notarij auget præſumptionem ſanitatis mentis teſtatoris.*
7 *Teſtamentum ab habente dilucida interualla non præſumitur conditum tempore delirij.*
8 *Et ad validitatem teſtamenti ſufficit quod temporaliter teſtator non ſit in ſtatu dementis.*
9 *Teſtibus magis credendum deponentibus de ſanitate mentis, quàm de furore.*
10 *Præſumptionem ſanitatis mentis coadiuuat prudẽs diſpoſitio teſtamenti.*

Maxi-

11 *Maximè ſi conſtet de præcedenti voluntate taliter diſponendi, vel præceſſerit aliud teſtamentum.*

DECISIO LXV.

MOrtuo, conditis duobus Teſtamentis
Hyacintho Pariſio inſtiterunt Fran-
ciſcus, & Agatius de Funariis, aliiq; Lega-
tarij ſecundi Teſtamenti pro immiſſione in
1 eius bonis, quam DD. concedendam eſſe
responderunt iuxta tex. in l. 1. C. comm. de leg.
Rot. rec. par. 4. tom. 2. deciſ. 359. nu. 2.
Regulare enim eſt, quod per ſecundum
2 Teſtamentum reuocetur primum, l. ſi iure
vbi Bart. num. 3. ff. de leg. 3. Clar. in §. Teſtamen-
tum quæſt. 91. Craſſ. in eodem §. quæſt. 84. & Ro-
ta in Engubina Teſtamenti 28. Iunij 1652. coram
Reuerendiſs. D. Cerro Decano, & in Amerina he-
reditatis 20. Iunij 1659. coram Reuerendiſsimo
D. meo Meltio Epiſcopo Papien. quod licet non
3 procedat, vbi ſubſequens Teſtamentum eſt
nullum C. ſancimus, & ibi communiter ſcri-
bentes C. de Teſtam. §. poſteriore, quibus mo-
dis teſtamenta confirmentur. Rot. diuerſ. p. 1.
deciſ. 295. num. 3. Attamen huiuſmodi non
videtur Teſtamentum, de quo agitur, quia
4 cũ in eo fuerint adhibiti ſeptem Teſtes di-
citur Teſtamentum ſolemne, l. ſi vnus C. Te-
ſtamenti cum ibi notat. Bellon. conſ. 14. in princ.
Hond. conſ. 67. num. 19. lib. 2. Surd. conſ. 450.
ſub nu. 2. verſ. primo, & coram Pen. deciſ. 328.
eod. num. iuxta Venetam impreſſionem.
Nec pro impedienda petita Immiſſione
viſum fuit probari, quod Teſtator eo tem-
pore eſſet freneticus, etenim cum naturæ,
& iuris præſumptio ſit quemlibet eſſe ſanę
5 mentis, læſio, & defectus illius debet con-
cludenter iuſtificari l. me Codicillos 5. C. de Co-
dicill. Ger. Spin. de Teſtam. gloſſ. in rubr. num. 9.
& ſeqq. Gomdſ. ad l. Tauri 3. num. 7. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 843. num. 1. & 2. & nu. 36.
Rota in recent. par. 7. deciſ. 233. num. 17. & p. 8.
deciſ. 292. num. 14. & 15. & in Fauentina Le-
gati 28. Aprilis 1653. coram Reuer. P. D. meo
Celſo.
Talis autem concludens probatio in pro-
poſito caſu non concurrit, quinimo ex eo-
dem Teſtamento conſtat Teſtatorem fuiſſe
ſanæ mentis ibi: Sed ſanũ per gratiam Dei men-
tis, & in ſua loquela, & recordabilis memoria, quę
6 quidem aſſertio facta per Horatium valde
viget præſumendam ſanitatem mentis,
Honded. conſ. 72. num. 57. & ſeqq. lib. 2. Surd.
conſ. 89. num. 7. Rota in rec. par. 7. deciſ. 233. n. 32.
& par. 8. d. deciſ. 292. num. 15. & in ſupradicta
Fauentina legati coram R. P. D. meo Celſo, & in
Auenionen. fideicommiſſi 20. Iunij 1661. coram R.
P. D. meo Decano.
Fortiùs quia cum aſſertione Notarij cõ-
cordant plures Teſtes teſtamentarij formi-
ter examinati deponentes vno ore Teſta-
torem tempore conditi teſtamenti fuiſſe in
ſenſu rectiſſimo, adeòut non ſint attenden-
di duo, quorum alter deponit dubitatiuè,
alter verò aſſerit, quod Teſtator patiebatur
dilucida interualla: Tum quia non ex-
cludunt ipſum fuiſſe ſanæ mentis, quo
7 tempore cenſetur Teſtamentum condi-
diſſe potius, quàm in infirmitate mentis,
& in delirio Angel. in l. furioſum num. 1. verſ. ſed
in dubio, ibique Caſtrenſ. num. 3. C. qui Teſtam.
facer. poſſ. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2.
tit. 5. num. 6. in fin. & 7. & Rot. apud Buratt. de-
ciſ. 256. num. 14. ad hunc enim effectum nõ
exigitur ſenſus omnino perfectus, ſed ſuffi-
8 cit, quod Teſtator non ſit in ſtatu demen-
tis, vt ponderauit Rota in recen. deciſ. 233. nu-
mer. 23. p. 7. & in Meleuitana hæreditatis 15. Apr.
1649. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.
Tum quia Teſtes deponentes de inſania
mente nequeunt conferre pedem cum Te-
ſtibus affirmantibus de ſana, quibus magis
9 credendum eſt propter naturalem, & lega-
lem iuris præſumptionem, Abb. in cap. cum
dilectus ſub num. 20. verſ. quod autem de ſucceſſ. ab
inteſt. Iaſ. conſ. 2. num. 10. lib. Buratt. deciſ. 256.
num. 14. ibique Adden. num. 29. Rot. in recen. de-
ciſ. 570. num. 17. p. 4. tom. 3. & in allegata Fa-
uentina Legati coram R. P. D. meo Celſo.
Prædicta coadiuuantur ex eo, quod Te-
ſtator in dicto Teſtamento rectè, & pruden-
ter omnia diſpoſuit, cum plura reliquerit
pro eius anima, & inſtituerit hæredem Fa-
bium fratrem conſobrinum, qui erat ſuc-
ceſſurus ab inteſtato, ex hoc namque mo-
do, & forma diſponendi adeò inualeſcit, na-
turalis, & legalis illa præſumptio rationis,
& ſanę mentis Teſtatoris de tempore actus,
10 vt quamcumque aliam præſumptionem
in contrarium elidat, vt in propoſito notat
Io: And. in cap. fin. cum dilectus num. 7. de ſucceſſ.
ab inteſt. Alex. in l. furioſum 9. num. 3. C. quo-
modo Teſtam. fac. poſſ. latè Rub. reſolut. practic.
cap. 15. à num. 266. cum plurib. ſeqq. & dixit
Rota coram Buratt. deciſ. 211. num. 21. & 31. co-
ram Duran. deciſ. 178. ſub num. 20. in recent. de-
ciſ. 232. num. 29 p. 7. in dicta Fauentina Legati
coram R. P. D. meo Celſo, & in dicta Auenionen. fi-
deicommiſſi coram Reuerendiſſimo Domino meo
Decano.
Minuſq; probari viſum fuit Teſtatorem
non ſua ſpontè, ſed ad ſuggeſtionem, & in-
terrogationem Notarij Teſtamentum con-
didiſſe, quoniam aliter apparet ex lectura
illius, imò conſtat ipſum ore proprio no-
minaſſe hæredem, & ceſſat etiam difficul-
tas ex duobus Teſtibus, qui deponunt de
eius præcedenti voluntate ita diſponendi,

adeoût nullatenus ambigi potuit de validitate ipſius diſpoſitionis, *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 4. num. 10. Surd. conſ. 414. numer. 54.* & dixit *Rot. deciſ. 139. num. 2. poſt ſecũdum vol. conſ. Farin. & in ſupradicta Aucnionen. fideicommiſſi 20. Iunij 1661. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in ſpecie quando præceſſit aliud Teſtamentum conſuluerunt, Dec. conſ. 489. ſub numer. 9. verſ. ſed his non obſtantibus Ruin. conſ. 12. num. 10. lib. 2. Surd. d. conſ. 414. ſub nu. 54. poſt med. verſ. & loquuntur prædicti ferè omnes, & numer. 61. & dixit Rota in recent. p. 4. deciſ. 581. d. num. 29. vſque ad 32.*

Et ita Fratribus de Ferrarijs tantum informan. deciſum, &c.

R. P. D. T A I A.

Auenionen. Tranſactionis.

Mercurij 22. Martij 1662.

A R G V M E N T V M.

Adulterium Mâtris præſumptæ filij legitimitati non præiudicat. Conceptio ante matrimonium tamquam delictum concludenter probari debet ab aſſerente. Adulterinus filius inſucceſſibilis, licet ex Patre libero, ſed matre coniugata progenitus.

S V M M A R I V M.

1. *Matrimonium pro filij legitimitate facit præſumere.*
2. *Matris adulterium filij legitimitati non præiudicat.*
3. *Retunditur vis præſumptionis legitimitatis, quando id lucroſum eſt filio adulterino.*
4. *Hoc tamen lucrum ad hunc effectum non attenditur, quando eſſet cum aliena iactura.*
5. *Delicta concludenter ab allegante probanda.*
6. *Filius adulterinus inſucceſſibilis eſt Patri. Amplia num. 7.*

D E C I S I O LXVI.

HEnricus quaſi filius naturalis alterius Henrici duas lites mouit Franciſco nũc ab Anna Felice Teſtamentaria ipſius hærede repræſentato alteram de immiſſione in bona fideicommiſſaria ab alio Franciſco Seniore Patre Henrici Senioris, alteram de ſucceſſione d. Henrico ſeniori quaſi Patre naturali, & præcedente de more ſuo deciſione per duas ſententias, Reus primo in partibus deindè hic in Curia fuit abſolutus. Deuoluta nunc ad me tertio cauſa hodie propoſui dubium, An vltima eſſet confirmanda, vel infirmanda, & confirmandam eſſe Domini reſponderunt.

Quia validitas in controuerſa erat ad ſernata omnia ſeruanda in *trita iam deciſ. 260. coram Verallo*, Iuſtitia verificata eſt ex publico Inſtrumento 21. Septembris 1591. matrimonij inter Nicolaum, & Catherinam matrem Henrici Iunioris nihil releuãtibus exceptionibus cõtra dictũ Inſtrumentũ adductis, & præcipua illa inſtrumenti nõ recogniti cũ cõtrariũ appareat ex actis primę inſtãtię, in quibus Iudex omnia hincindè producta, intra quæ eſt hoc Inſtrumẽtũ, de quo agitur partibus præſentibus, eodem Enrico Auctore D. Annæ Felicis conſentiente mediante particulari Decreto habuit pro recognitis in proceſſu de partibus fol. 13. ad fin. Præſertim quia dictum Inſtrumentum comprobatum eſt aſſidua cohabitatione coniugum multis annis, & publica voce, & fama, quibus dictus Nicolaus, & Catherina ſe habeant, & habeantur pro veris coniugibus, vt in *deciſione huius cauſa 4. Aprilis 1661. §. Coadiuuantur coram R. P. D. meo Priolo.* & ſatis ſuperq; dicitur filius legitimus, qui ex viro, & vxore ad matrimonium contrahendum, & generandum habilibus ſimul habitantibus coſtante matrimonio naſcitur *ad Text. in l. 6. ff. qui ſunt ſui, vel alieni*, & ibi notat ad literam *Bart. & alij*. Quin etiam adultera matre non vtique crimen adulte-
1 rij, quod mulieri obijcitur filio præiudicat, cum poſſit, & illa adultera eſſe, & filius maritum matris Patrem habuiſſe, *§. defuncto l. miles 11. ff. ad l. Iul. de adult. cum ibi notat.*

Nec valet aſſerere Enricum filium Enrici Adulteri, non autem Nicolai mariti, hoc illi multum expedit, & eſt lucroſum, quo
2 caſu niſi ceſſat legis præſumptio, & ceſſat lex, eſt beneficium non confertur in inuitum, non ità mordicus inhærẽdum eſt præſumption d. §. defuncto, & facilius admit-
3 tuntur in contrarium præſumptiones, &c. ad literam apud *Rot. deciſ. 409. numer. 30. verſ. quibus etiam accedit, & nu. 31. p. 5. & coram Merlino deciſ. 488. num. d. & verſ.*

Tum quia vix habemus aliquid contrarium reprobatis contrarijs probationibus, Tum etiam quia quæſtio eſt locupletationis filij adulterini pro naturali cum aliena
4 iactura, & in præiudicium Tertij repugnantibus omnibus adnotatis *ad Buratt. deciſ. 725. num. 26. & Rota deciſ. 645. ſub nu. 4. p. 4. recen.* & planè legitimationes ſubſequutæ, & tanquam filij ex ſoluta muliere ſuſcepti manifeſtiſſimæ ſunt cum clauſula abſque præiudicio venientium ab inteſtato in *Summario Franciſci num. 28.* tanquam filij ex ſoluta muliere ſuſcepti, *l. inquam quod falſum erat* ex ſuperius indicatis, & vberius declaratio in *d. deciſ.*

Digitized by Google

d. deciſ. coram R.P.D. meo Priolo; Quin etiam
ex declaratione ipſius Enrici, qui ſalutari
pœnitentia ductus pro exoneratione ſuæ
conſcientiæ medio iuramentò declarauit
fauore ſuorum hæredum, & aliorum, quo-
rum intererit, quod etſi procurauerit Hen-
ricum legitimari in Curia, vti filium ſuum
naturalem, nihilominus illud non eſt ve-
rum, cum ſit natus ex legitimo matrimo-
nio, nempè à Nicolao, & Catherina, illudq;
fuiſſe ad hoc vt dictus Henricus facilius col
locaretur in matrimonium, & pro bono ſuo
& legitimationem per eum obtentam eſſe
nullam ob narratiuam ipſius natiuitatis ex
ſoluto, & ſoluta, quod veritati refragatur,
prout in publico Inſtrumento 8. Aug. 1640.
d. Sum. num. 26.

Nec ſubſiſtit obiectio, quod Henricus Iu-
nior fuerit conceptus antè d. matrimonium
quia in primis pro parte dic. Annæ Felicis
nunquam fuit probatum, & tamen proba-
ri, debuerat concludenter, præſertim tan-
5 quam materia ſapiens delictum iuxtà nota-
ta *in l. meritò 51. ff. pro ſocio*. Deindè quia
viſum fuit reprobatum à Teſtibus remiſ-
ſorialibus ipſius Franciſci, atteſtantibus di-
ctum Henricum natum fuiſſe anno 1593.
duobus annis poſt contractum matrimo-
nium, *vt in Summario impreſſo Franciſci num.* 5.
quibus conſenſit etiam nouus teſtis denuò
inter potiſſimas probationes conſideratus,
& datus in *reſponſiuo Sum. num.* 1.

Et hanc veritatem agnouit Nicolaus ma-
ritus dictæ Catherinæ, cum ſæpè ſæpius di-
xit, & declarauit d. Henricum Iuniorem
eſſe filium ſuum ſuſceptum ex Catherina
ſua vxore, vt in *Summario impreſſo eiuſdem
Franciſci num.* 6. & melius in *dicto Sum. reſpon-
ſionis num. 2. & 3.* quod etiam conſideratum
fuit *in ſupradicta die 4. Aprilis* 1661. *§. cum præ-
cipuè concurrat*.

Et denique facili, & ſolito dilemmate
concluſum eſt, aut Henricus eſt filius legi-
timus, & naturalis Nicolai mariti Catheri-
næ matris, & extraneus eſt ad conſequendã
hæreditatem Henrici, & fideicommiſſorum
6 Franciſci, aut eſt filius adulterinus Henrici,
& inſucceſſibilis eſt Patri adulterino *auth. li-
cet in fine C. nat. liber. auth. ex complexu, C. inceſt.
nupt. Cap. de illeg. comment. 1. §. 5. num. 9.* & in
7 puncto etiamſi Spurius primogenitus ſit ex
patre libero, ſed matre coniugata, *ibid. verſ.
quod extenditur*, & pariter inſucceſſibilis eſt
Auo ex fideicommiſſo, & conditione filio-
rum, nempè legitimi, & naturali delli lor
corpi, ouero matrimonio procreati, &c. in
d. Sum. in fine.

Denique ad confirmationem ſententiæ
multum contulit tranſactio inter d. Henri-
cum Iuniorem, & Franciſcum; quæ planè
eſt de re dubia incerta, neq; finita non gra-
tuita, pactio ex *l. 1. ff. tranſact. & ad literam ad
Tor. ad rubr. C. eod. num. 1.* & magis contulit,
quia clarum fuit ex ſupradictis, & alijs di-
ctum Henricum Iuniorem tranſigentem
nullum ius habere, quia tãquam extraneus
ad neutram hæreditatem Patris, & Aui po-
tuit aſpirare, vt ſupra *in dicta dec. 4. Apr.* 1661.
§. nuper autem.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. T A I A.

Calaguritana Beneficij de Durango.

Lunæ 15. *Maij* 1662.

A R G V M E N T V M.

Negans ex ſua contumacia reſpondere ſyno-
dalibus examinatoribus, vt in culpa ſuæ re-
probationis, à qua appellat. Iniuſtè, & ge-
ſtum hac appellatione pendente non eſt at-
tentatum.

S V M M A R I V M.

1 *Dignus miſſo digniore rectè præſentatur.*
2 *Attentatum eſt, quod geritur poſt interpoſitam ap-
pellationem.*
3 *Non habens Beneficium præfertur habēti, & pau-
per diuiti.*

D E C I S I O LXVII.

VAcante Beneficio Parochialis Eccleſiæ
Oppidi de Durango oppoſuerunt ſeſe
de more legi inter plures alios Dominicus,
& Braulius, quos ſeruatis omnibus de ſty-
lo Calaguritano in huiuſmodi vacationibus 1
ſeruari conſuetis, Prouiſores Sede Epiſco-
pali vacante remiſerunt Examinatoribus
Synodalibus, vt eos examinarent, & de ſuf-
ficientia facerent relationem, vt in ſchedu-
la 27. Ianuarij 1659. *in Summario Dominici nu-
mer.* 1. relationem deſcripſerunt die 27. Ia-
nuarij 1659. examinaſſe contentas in ea, &
pro habilibus, & ſufficientibus declaraſſe
Dominicum, & alios Braulio tantum non
nominato, & non approbato; Appellato
pro parte Braulij à grauamine, admiſſa fuit
appellatio 29. eiuſdem menſis Ianuarij, vt
in eius *Summario numer.* 4. & interim 6. Fe- 2
bruarij ſequentis præſentatus fuit à Bene-
ficiatis Dominicus, qui inſtitutionem 9.
Februar. à Prouiſoribus obtinuit, *vt in Sum.
Braulij num.* 5. & 6.
Cauſa vero, mihi commiſſa, ſubſcripſi du-
bium cui ſit adiudicandum Beneficium, &

interim ordinato nouo examine Braulij in Vrbe, & habita eius approbatione 26. *Aprilis 1662. in eodem Summ. nu. 7.* Hodie propoſito dubio DD. Beneficium adiudicandum Dominico reſponderunt.

Cùm enim Braulius oppoſitor non fuerit approbatus in dicto examine, & in dicta relatione concurſus ſua præcipuè culpa, quia noluit examinatoribus interrogantibus reſpondere. Idque, vt aſſerit, Dominicus iactauerit inaniter Braulius, vt apparet in Proceſſu exiſtente in ſecretaria Inquiſitionis, qui quamuis fuerit petitus à Dominico, ad hoc demonſtrandum negatus ſemper fuit ab Inquiſitore, eiuſque Secretario, qui teſtatus etiàm eſt non poſſe Proceſſum extrahere nec eiuſdem copiam ſuppeditare, *in Summ.* Dominici *num. 2.* quibus habita fide, & reiecta in Braulium culpa huius denegationis Proceſſus, cum ipſe ſit miniſter S. Inquiſitionis Ita placuit Dominis reſpondere.

Et dato etiam quod Braulius fuiſſet approbatus poterunt Beneficiati ex Approbatis, & magis idoneis, & idoneiore etiam Braulio præ omnibus alijs Dominicum

1 ſolùm præſentare, iuxtà celebrem deciſionem in Calagurritana motus proprij S. me: Clementis VIII. 23. *Iunij* 1657 *coram R. P. D. Meltio. gloſſ. qui maioribus cap. 3. de iurepatr. Rot. deciſ.* 16. *numer.* 6. *par.* ... *notauit Barboſ. ad Sac. Concil. Trid. cap.* 18. *de reform. ſeſſ.* 24. *numer.* 137.

Nec obſtare viſum eſt quod opponebatur præſentationẽ & inſtitutionẽ Dominici ad controuerſum Beneficium eſſe attentatas, vti ſequutas poſt appellationem Braulij, præſertim cum Signatura cauſam hanc appellationis commiſerit, tunc enim omnia

2 poſt appellationem geſta ſunt attentata, *Rota coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Ceccheboni deciſ. 269. num. 3. & 4. & dec. 266. n. 1. & 2.*

Nam iniuſta, & irrita fuit appellatio Braulij non approbati, nec reſpondentis Interrogantibus, vt ſupra deinde cùm ex Clementina Auditor de reſtitutione in præſenti iuſſit Auditoris conferendi Beneficiũ placuit præferre Dominicum Braulium, præſertim quia Dominicus pauper eſt, Braulius Diues, & poſſidens Beneficium ſufficiens, ex Teſtibus in *Summ.* Dominici

3 *num.* [illegible] non habens Beneficium præferendus habenti & pauper diuiti, ad notat. *Barboſ. ad Sac. Conc.* [illegible] *cap.* 18. *numer.* [illegible]

Et ità vtraque, &c.

R.ᵐᵒ D. CERRO DECANO
Naulen̄ Parrocchialis
Lunæ 15. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

Iuramentum ab Examinatoribus Sinodalibus in ipſa Synodo præſtitum non eſt perneceſſe reiterandum quotieſcumque fit examen concurrentium. Notarius per ſubſequentem fidem à ſe factam non ledit publicum Inſtrumentum à ſe exaratum.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans iuſtificare debet fundamentum gratiæ ſibi conceſſæ licèt in negatiua conſiſtat.*

2 *Synodales examinatores, non tenentur in quolibet concurſu iuramentum præſtare quia ſufficit iuramentum ab initio præſtitum in ipſa Synodo generali.*

3 *Vota examinatorum ſtatim per acto examine Cancellario conſignari debent ſub pœna nullitatis.*

4 *Notarius per contrariam depoſitionem, non deſtruit relationem primò factam.*

5 *Examinatores renunciare debent in manibus Epiſcopi idoneos in examine repertos.*

6 *Roma examinatores referunt exprimendo maiorem vel minorem idoneitatem illorum qui ſe examini ſubiecerunt.*

7 *Epiſcopus ex approbatis eligit quem ipſe magis idoneum reputat non ex calculo examinatorum ſed ex alijs circumſtantijs.*

8 *Rationabiliter Epiſcopus præfert minori doctrina præditum, ſed candidioribus moribus ornatum.*

DECISIO LXVIII.

IN concurſu habito coram Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Naulen̄, & examinatoribus Synodalibus ad Eccleſiam Parrocchialem Sanctiſſimæ Annuntiatæ loci ſpetumi Naulen̄ Diœceſis vacantem per obitum Bernardi Berlingerij ex quinque concurrentibus duo tamen fuerunt idonei renunciati, nempè Bernardus Fulcus, & Io: Antonius Mariconus, qui Fulcus tanquam præelectus ab Ordinario fuit ſucceſſiuè à Sede Apoſtolica prouiſus, habita etiam poſſeſſione. Sed cùm Mariconus ab irrationabili Iudicio Ordinarij appellaſſet, & à Iudice appellationis ſententiam fauorabilem reportaſſet, cauſa poſtmodum commiſſa in *Rota* 26. *Aprilis* 1659. *coram R. P. D. Taia* per contradictam reſolutum fuit conſtare de bono Iure Fulchi, & ab eodem fuit ſucceſſiuè

lata

lata ſententiam, denique commiſſa mihi cauſa appellationis, eaque pendente Mariconus ſub narratiua quod in concurſu forma decretorum Concilij, & Conſtitutionis Sanctæ memoriæ Pij Quinti ſuper modo, & forma prouidendi de Parrocchialibus ſeruata non fuerit, impetrauit dictam Parrocchialem. Ideò ad eius inſtantiam dubitaui an litteræ iuſtificatæ Apoſtolicæ ſint, itaut veniant exequendæ, & negatiuè DD. reſponderunt.

Cùm enim fundamentum gratiæ conſiſtat in narratiua, quod prouiſio Fulchi fuerit nulla ob non ſeruatam in concurſu formam Concilij, & Pianæ conſtitutionis, illa omnino venit ab ipſo impetrante iuſtifi-
1 canda, quamuis conſiſtat in negatiua, *Rota coram San. mem. Greg. deciſ. 242. n. 1. & duob. ſeq. & ibi Add. num. 10.*

Pro cuius iuſtificatione non ſuffragatur allegatus defectus Iuramenti in examinatoribus, qui iuxtà modum præſcriptum à *Sac. Concil. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat.* tenetur iurare ſe quacunque humana affectione poſtpoſita fideliter munus executurus, quià vltra quod nulla affertur probatio iſtius negatiuæ, quæ coarcet illos, non iuraſſe, verius eſt in examinatoribus Synodalibus, qui à principio in ipſa Synodo generale iuramentum præſtiterunt, hæc ſufficere pro
2 quolibet actu, itaut non teneantur pro ſingulo concurſu illud particulariter præſtare, vt expreſſe firmat *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. numer. 359.* quem refert, & ſequitur *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 94.*

Non obſtat altera nullitas deducta ex fide Cancellarij Epiſcopalis Naulen̄ vbi teſtatur, quod vota non fuerint ipſi tradita ſtatim peracto examine coram Epiſcopo, & Examinatoribus, ſed illa à ſolo Epiſcopo receperit poſt menſem contra formam
3 Concilij, vt in *Elnen̄ Parrocchialis 5. Decembris 1661. §. nec Ioſepho in fine coram R. P. D. Beuilaqua.*

Obiectum enim remouetur ex Inſtrumento publico approbationis traditæ per eundem met Cancellarium ſub die habiti concurſus *Summ. Fulchi num. 8.* Vbi apparet renunciationem fuiſſe factam ab examinatoribus peracto examine in manibus Epiſcopi, & ideò nulla vis fieri poteſt in eo, quod Cancellarius dixit poſt Inſtrumentum nedum quià eſt ſimplex fides, quæ non facit fidem ſed etiam ſi eſſet depoſitio formiter facta non ſuffragaretur vti contra-
4 ria primo dicto, & eius primæ relationi, *Innoc. in cap. Præterea num. 2. de Teſtib. cogen. Com. conſ. 27. numer. 15. verſ. & dato à fortiori lib. 3. Rot. deciſ. 346. par. 1. diuerſ. & coram Burratt. deciſ. 176. numer. 3. & ſeqq. & ibi Adden. numer. 8.*

Benè autem fuit facta renunciatio in manibus Epiſcopi, cui debent Examinatores peracto examine renunciare, quos
5 idoneos reperierunt, vt notat *Garz. vbi ſupra par. 9. cap. 2. numer. 104. Barboſ. ad conſ. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. num. 110. & comprobatur etiam in deciſ. Canal. 299. ante numer. 1. verſ. an omnes.*

Neque redditur ſuſpectum Iudicium Ordinarij ex illius relatione, ſeu teſtimonio ad Datariam tranſmiſſo, vbi narrat Fulchum fuiſſe approbatum, & magis idoneum renunciatum, quod eſt contra depoſitionem duorum examinatorum aſſerentium non fuiſſe factam declarationem magis idonei.

Quià Ordinarius in eius teſtimonio non ſuppoſuit Datariæ Fulchum fuiſſe declaratum magis idoneum ab examinatoribus, ſed dixit, quod per examinatores duo fuerunt idonei renunciati, ex quibus ipſe magis idoneum Fulchum iudicauit, ibi: *Et ſucceſſiuè à nobis poſt examen, & approbationem prædictam fuiſſe magis idoneum iudicatum, habitum, & reputatum, & uti talem à nobis electum pro dicta Parrocchiali obtinenda, &c.* quæ quidem electio magis idonei fieri non debebat per examinatores, ſed per Epiſcopum, & licèt hic Romæ iuxtà caſuum contingentiam ſoleant examinatores referre quis-
6 nam ſit dignus, & quis dignior, vt dixit *Rota in Florentina Parrocchialis 11. Martij 1647. coram bo: mem. Peutingerio.* Attamen in alijs locis non pertinet ad illos iudicare de maiori aptitudine, ſed vbi quis in concurſu eſt pro idoneo approbatus, poteſt Epiſcopus illum eligere, ſi magis idoneum iudicaue-
7 rit ex qualitatibus ſibi bene viſis non autem ex calculo votorum *Garz. de benef. d. par. 9. cap. 2. num. 109. & ſeq. Barboſ. ad Concil. d. ſeſſ. 24. cap. 18. num. 116. Maſtobr. in praxi habiti concurſ. requiſit. 4. dubitat. vlt. in Eugubina Parrocchialis Sancti Venantij 13. Ianuarij 1623. coram Remboldo, & firmatur in deciſ. huius cauſæ 28. Aprilis 1659. §. nec ſubſiſtit coram R. P. D. meo Tia.*

Et hinc non releuant ea quæ adducuntur circa maiorem habilitatem, & doctrinam Mariconi, quià hodie non quæritur quis nam veniat præferendus, ſed an ipſemet Mariconus eius narratiuam iuſtificauerit ſuper eo quod in concurſu non fuerit ſeruata forma Concilij, & Conſtitutionis Pianæ ſed etiam ſi in ipſo concurreret, & maior doctrina, non tamen poſſet Epiſcopus de irrationabili Iudicio redargui, cum in hac materia non habeat ſola ſcien-

tia,

tai, & doctrina perpendi, ſed etiam vitæ innocentia, morum honeſtas, prudentia,
8 zelus ſedulitas, & alia multa, quæ ad tranquillum Eccleſiæ gubernium, & ad regimen animarum videntur neceſſaria ex quibus licèt minus doctus, quis poſſet ab Epiſcopo præferri, *cap. niſi cum pridem §. pro defectu quoque ſcientiæ, de renunciat. idem Barboſ. vbi ſupra numer. 118. Rota coram Merlin. deciſ. 612. numer. 3. & ſeqq. & in Maioricen. Parrocchialis 13. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Celſo.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Bononien. Cenſus

Lunæ 16. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

Scripturę repertę in Arca Notarij ſigillo munita, & perſonæ non ſuſpectæ conſignata, non redarguuntur de frandolenta repoſitione, licèt Arca aperiatur extra conſpectum Teſtium, ſed ſolum in conſpectu Notarij de Iudicis mandato. Ceſſante intereſſe ceſſat, & fraudis ſuſpicio. Dolus difficilius ingreditur clauſtra Religioſorum.

SVMMARIVM.

1 *Ille ad cuius manus pecunia peruenit cadit debitor.*
2 *Sufficiens conſtituitur probatio ex pluribus, quæ ſingulariter non probarent.*
3 *Ex imperfectis componitur perfecta probatio.*
4 *Teſtes non requiruntur in actu geſto coram notario de Iudicis mandato.*
5 *Quis de facili ſibi conciliat fidem in re ſuper qua intereſſe non habet, & nu. 6.*

DECISIO LXIX.

Deciſum fuerat coram bo: mem. Dunozetto 5. Maij 1636. cenſū in ſorte libr. 4300. impoſitum per Franciſcum Mariam Argelatum ad fauorem Patrum Sancti Dominici Venetiarum cum fideiuſſione inſolidum Victorij Bennatij ſpectare pro rata libr. 3000. ad dictū Bennatium fideiuſſorem & proinde binas ſententias de poſtibus condemnantes illius hæredes ad præſtandam indemnitatem Argellato eſſe iuſtas, & validas. Hodie verò coram me ſobrogato iterum cauſa ſuper ſubſiſtentia reſolutionis propoſita fuit ſed pro illius confirmatione reſponſum.

Sententiarum namque Iuſtitia, quæ ſolum impugnabatur clarè viſa fuit DD. reſultare ex pluribus circumſtantiis perneceſſe concludentibus ratam librarum 3000. perueniſſe ad manus Bennatij; licèt in Inſtrumento non receptorum, ſed ſimplex fideiuſſor appareat. Cùm enim pecuniæ receptæ ad Cenſum aſportatæ fuerint in apothecam ipſius Bennatij, vt comprobat depoſitio Teſtium de viſu, cum quo concordat alter Teſtis Inſtrumentarius deponens de auditu ab Antonio Saſino, qui pecunias aſportauerat *Summ.* Argellati *num. 2.* & Sindicus Conuentus Patrum S. Dominici Emptorum Cenſus teſtatus fuerit ſe pluries recepiſſe fructus pro dicta rata libr. 3000. à Bennatio, dictamque ratam ad eundem ſpectare, licet ex Inſtrumento contrarium reſultaret eodem *Summ. num. 3.* Idemque etiam probetur tùm ex raceputis eiuſdem Sindici Bennatio factis, & ab eo ſemper retentis, & in eius hæreditate repertis. *Summ. num. 8.* Tùm ex partitis extractis ex libris Prouentuum Conuentus concordantibus cum ſupradictis quietantiis, & atteſtatione. *Summ. num. 9.* dubitari non potuit
1 quin pecuniæ non peruenijſſent ad manus Bennatij, & ob id effectum fuiſſe principalem debitorem pro dicta rata libr. 3000. *Duard. de ceſſ. quæſt. 9. numer. 14. & 15. Cenc. dicto tract. quæſt. 73. num. 2. & 6. Rota deciſ. 114. num. 1. par. 3. recent. & coram Duran. deciſ. 253. numer. 3. & 4. Merlin. deciſ. 634. num. 5.* illiuſque hæredes proinde non teneantur ad releuan indemnem Argellatum concurrentibus relatis circunſtantijs, quarum vnaquæque licèt de per ſe non ſufficeret ſimul tamen
2 iunctæ plenam probationem conſtituunt, *ad Text. in cap. cum cauſam il primo de probat. & gloſſ. in verb. legitim. in l. 2. ff. de excuſat. tut. Bald. conſ. 3. num. 4. lib. 3. Roman. conſ. 7. num. 3. Rota coram Seraph. deciſ. 1267. num. 4. & in Romana diuiſionis 15. Iunij 1640. coram bo: mem. Bichio, §. non obſtat, & in proximioribus terminis deciſ. 114. num. 3. par. 3. recent. & in allegata deciſ. 634. coram Merlino numer. 5. verſ. quoniam ex multis.*

Attentis præſertim iteratis querimonijs Argellati contra Bennatium, ex quo differret, mediante publico Inſtrumento eius bonam fidem recognoſcere pro dictis libr. 3000. de quibus deponunt Teſtes. *Summ. num. 5.* & minuta eiuſdem recognitionis reperta penès notarium iam defunctum, ac etiam Inuentario confecto ab hæredibus Bennatij, in quo Argellatus fuit deſcriptus penſionarius creditor in dicta rata, & demū faſciculo ſcripturarum in eiuſdem Bennatij hæreditate reperto, & in Inuentario ad

nota-

Digitized by Google

notato per verba; *Varie ricevute fatte ſopra un foglio delli Padri di S. Domenico di Venetia di Cenſi pagatili di lire 3000.* quæ omnia perneceſſe viſa fuerunt DD. præſeferre antecedentis reſolutionis confirmationem ex regula, quod plures probationes imperfectæ,
3 perfectam tamen probationem inſimul cõſtituunt *Gabr. concluſ. 1. num. 1. de probat. Argel. de legit. contradict. quæſt. 19. nu. 81. Rot. deciſ. 686. num. 1. par. 4. tom. 3. rec. & deciſ. 169. nu. 12. par. 6. & deciſ. 253. num. 24. par. 7.*

Hinc non obſtat, quod non fuerit legitimè facta aſportatio Capſarum, in quibus repertæ fuerunt receputæ, & exinde robuerint facile ſupponi, & in Capſis ab intereſſe habentibus fraudulẽter immittit. Quodque illarum aperitio fuerit facta abſque neceſſaria Teſtium præſentia.

Quià aſportatio procurata conuincitur à Stella Marito Eliſabeth hæredis Bennatij proſemiſſe cum conſenſu etiàm Albani Prioris aliorum cohæredum, & conſignatio facta ſuffraganeo Bononiæ, ſubſequuta ſtatim publica ſignatione illarum à Notario appoſita, & aperitio fuit iudicialiter facta coram Notario de Iudicis mandato citatis eiuſdem Bennatij hæredibus coram
4 perſona ad hunc effectum ſpecialiter deputata, quo caſu Teſtium præſentia potuit omitti iuxtà *gloſſ. in cap. quoniam contra verb. duos de probat. Alex. conſ. 13. num. 8. lib. 1. verſ.* Et licet quandoque ex quibus omnibus adeò quæuis fraudis ſuſpicio remouetur, vt euidentioribus, & perneceſſe concludentibus probationibus ad illam arguendã, & comprobandam in tot perſonis nullum intereſſe habentibus, quibus proinde credendum
5 eſſe dixerunt DD. ex adductis in deciſione *Mantic. 325. num. 1. & deciſ. 11. num. 9. par. 7. recent.*

Cumque demùm ex tota facti ſerie euidenter reſultet debitum libr. 3000. pluries atque iterum agnitum fuiſſe à Bennatio ceſſat prorſus allegata ſuſpicio fraudis, dum libri deſcripti, & quietantiæ confectæ fuerunt à perſonis Religioſis, quas veriſimile non eſt voluiſſe de nouo receputas doloſe conficere cum dicta aſſertiua, quod rata Cenſus libr. 3000. ſpectabat ad Bennatium in graue propriæ conſcientiæ, & aliorum præiudicium, ceſſante præſertim quocunque imaginabili intereſſe, quo caſu plenam
6 fidem eſſe adhibendam dixit *Rota in præcit. deciſ. Mantic. 325. num. 2. & 4. & deciſ. 658. nu. 4. & 5. coram Merlino, & deciſ. 31. num. 7. par. 9. recent.*

Reliqua iterum repetita ſatis tolluntur ex reſponſionibus datis in præcedenti deciſione in qua ideò perſiſtendum dixerunt Domini vtraque Parte informante, &c.

R. P. D. TAIA

Auenionen. tranſactionis.

Lunæ 5. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Vindicatur à pluribus exceptionibus inſtrumentum, & tamquam legale oſtenditur ad probandum matrimonium.

SVMMARIVM.

2 *Debent inſtrumenti qualitates concurrere in originali, adhoc vt copia inde deſumpta dici poſſit inſtrumentum & de alijs requiſitis vid. num. 2. & 3.*
4 *Statutum Auenionen. requirit partium & teſtium ſubſcriptionem in inſtrumento publico, ijs autem ſcribere neſcientibus, debet Notarius de tali ignorantia mentionem facere.*
5 *Plura concurrunt ad præſumptionem inducendam quod Notarius rogatus fuerit.*
6 *Tranſactio auctoritatem habet rei iudicatæ.*
7 *Non tollitur reſcripto Principis.*
8 *Timor litis etiam de facto mouendæ illam iuſtificat.*

DECISIO LXX.

CVm 22. Martij proximi præteriti DD. confirmandam eſſe ſententiam Rotalem reſponderint, in qua Franciſcus iterum poſt aliam ſententiam in partibus fuerat abſolutus à petitis ab Anna Felice vidua, & hærede Teſtamentaria Henrici quaſi filij naturalis alterius Henrici, vt in deciſione 22. Martij 1662. & Domini pro ſolita benignitate non acquieſcentem imò reclamantem Annam Felicem iterum audiuerint in deciſis quoque ſtandum eſſe iterum DD. reſponderunt.

Neque obſtare viſa ſunt, repetita præcipua, quibus Anna Felix petijt audiri; inſtabatur itaque pro Anna Felice non probari matrimonium Catherinę Matris Henrici Iunioris cum Nicolao; Vndè facilè, & ſolitum dilemma concluſum fuerat; aut Henricus eſt filius legitimus, & naturalis Nicolai, mariti Catherinæ Matris, & extraneus eſt ad conſequendum fideicommiſſum Franciſci Aui, aut eſt filius adulterinus Henrici, & in ſucceſſibilis eſt Patri adultero, prout *in deciſ. 22. Martij §. Et denique* & dicebatur matrimonium non probari ex quodam exemplo cuiuſdam Natalis

tis informis abſque inuocatione Diuini
nominis, abſque Indictione, & Pontifica-
tu facto ab eodem Natali de nota originali
Inſtrumenti, vt ipſe aſſeruit rogato Hie-
ronymo ſuo Padre defuncto, cum ad hunc
effectum duo neceſſaria deducerentur. Pri-
mum, vt nota contineret omnes ſolemni-
tates neceſſarias ad confectionem Inſtru-
menti adhoc, vt ex ea ſumi, ſeù leuari
1 poſſet Inſtrumentum validum, & in for-
ma probanti, *ad §. vltimum, auth. de Tabellion.
& ibi gloſſ. in talibus cum alijs apud Surd. cõſ. 287
2 num. 11.* & præcipuè quod debeat eſſe ſcri-
pta de manu eius, qui ſcripſerit *ad §. nos au-
tem d. auth. de Tabell. & ibi gloſſ. quis per ſe Surd.
conſ. 187. num. 15. & ſeqq. Decian. reſponſ. 24. n. 35
& ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 42. num. 9. & ſeqq. Ma-
ſcard. de probat. quæſt. 6. num. 91. verſ. Iſti requiſito
cum alijs alleg.*

Secundum requiſitum, vt illius in tran-
ſactione ſeù exemplatione dictæ notæ ſer-
3 uaſſet illa multa requiſita *in cap. cùm C. Tabel-
lio 15. de fid. Inſtr. & ibi Abb.* & præcipuè, vt
fiat auctoritate Ordinarij *Abb. ibid. n. 1. verſ. 2
vt hoc & ibi Adden.*

Sed paucis pro Franciſco reſpondebatur
ex facto Inſtrumentum eſſe perfectum eſt
ſua clauſula etiam expreſſa. Actum Aue-
nionem in Aula inferiori Domus habita-
tionis; &c. & in præſentia, &c. Teſtibus ſub-
ſcriptis partibus, vt aſſeruerunt ſcribere
neſcientibus, &c. ad ſtatutum Aueniones;
quod nempè non aliter valeant Inſtrumen-
ta, & matrimonia, quàm ſi illa fuerint à
4 partibus, & Teſtibus ſubſcripta, & parti-
bus ſcribere neſcientibus Notario de hoc
mentionem faciente, prout hæc omnia
fecit Hieronymus Notarius rogatus, cui
originali deſcripto, & à dicto Hieronymo
Notario publicato Patre ſuo rogato Nata-
lis filius coſtos, & Commiſſarius ſcriptu-
rarum ipſius debita collatione facta cum
originali ſubſcripſit, vt apparet *in Summ. n. 1.*
Franciſci impreſſo.

Nec obſtare viſum eſt nomen notæ, quià
nihil refert nomen vbi ſubſtantia conſtat, &
præcipuè vbi nota pro Inſtrumento eſt, &
ibidem id ipſum dicitur nota originalis, &
præſens Inſtrumentum.

Denique nec viſus obeſſe defectus ali-
quis ſcriptionis, aut ſubſcriptionis Hiero-
nymi Notarij, quià cuiuſcunque manu
fuerit ſcriptum inſtrumentum Hieronymi
quod non declarauit Natalis, & potius præ-
ſumitur manu ipſius Hieronymi, rogati,
tamen ſubſcriptio Notarij ſatis conſtat ex
Inſtrumento matrimonij *in proc. de partibus
de folio 84. à tergo*, ibi: *Et à me Hieronymo
Martino Notario*, ſic in nota originalium

præſentium ſubſcripto; & de Inſtrumento
ſatis antiquo agimus, & ſeptuagenario ab
anno 1591. & de fauore matrimonij multiſ-
que concurrentibus, quæ faciunt præſumi
5 dicto Notarium fuiſſe rogatum, vt aliàs
reſpondit *Angel. conſ. 400. num. 5. ad fin.*

Et ad hæc, & per ſe ſuccurrere viſi ſunt
Teſtes, eorumque teſtimonia videlicet di-
ctum Nicolaum, & Catherinam Coniu-
ges per ſe ſe inuicem tractaſſe vti tales, &
pro talibus ab alijs habitos fuiſſe, & de con-
tinua cohabitatione dictorum Coniugum
ab anno 1591. vſque ad annum 1598. *in dicto
Summ. num. 2. 3. & 4.*

Quin etiam Teſtes deponentes Henricū
Iuniorem natum fuiſſe ex dictis Coniu-
gibus in figura matrimonij, & tempore,
quo ſimul habitabant, eundemque Henri-
cum fuiſſe habitum, tractatum, educatum,
nominatum à dictis Coniugibus pro ſuo
filio naturali, & legitimo *in dicto Summ. nu-
mer. 6. & ſeqq.* & contra nonum de tot Teſti-
bus, nec vlla obſiſtit exceptio, quod exa-
minatus de anno 1658. dixerit ſe d'anni 72.
& ſic anno 1591. fuerit annorum vix qua-
tuor circiter, aut quinque quo tempore
non potuerit ea cognoſcere quæ nunc vo-
luerit conteſtari.

Quià vt in dicto Summariolo reſponſio-
nis facti teſtificatio, & verba referuntur di-
xit, *che hà conoſciuto Nicolò, qual Nicolò eſſo
Teſtimonio l'hà conoſciuto dall'anno 1593. fino al-
l'anno 1598. è che dell'anno 1598. il detto figliolo*
(Henricus) *poteua hauere quattro, ò cinque anni
è che già caminaua, è che la Madre del detto fi-
gliolo ſi chiamaua Caterina*, atque adeò, in
quo eſt fundamentum teſtificationis & co-
gnitionis Teſtis, agebat annum circa 12.

Et hæc eo magis cõgruere viſa ſunt DD.
in re tranſacta & pro ſubſtinenda tranſactio
ne inita die 4. Aprilis 1648. quæ cauſa de-
nominauit Auctricem Tranſactionis, quæ-
6 que non minorem auctoritatem habet,
quàm res iudicata, *l. non minorem 20. C. tran-
7 ſactionibus* cuiuſque tãtus eſt fauor, vt neque
reſcripto Principis tollatur *l. cauſas 16. C. eod.*
& ibi notat *Alex. Bald. cum Salicet.* cuique
8 non ſulùm ſuffecit queſtio, ſed timor etiàm
de facto, & non de Iure *l. 2. C. eod.* & ibi no-
tant *Salicet. & Alex.* maximè quando tranſa-
ctio ſeruata eſt tandiù quando maximè cõ-
ſtat ex litteris Franciſci eidem obiectis quã-
do cognominauerit nobiliori Henricum
cognomine proprio, benè retortis à Fran-
ciſco quando id fuerat poſt tranſactionem
iam ſequutam ex hoc, quo eidem Henri-
co non amplius & maximè indulto, ex
quibus ſiuè intentionem Franciſci, claris
rationibus, ſiuè tranſactionem dubijs, &
lon-

Digitized by Google

longè minùs dubijs pro parte Franciſci, quàm pro parte Annæ Felicis, DD. facillimè cenſuerunt ſtandum in deciſis.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO

Squillacen Teſtamenti

Mercurij 7. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Subſtinetur Teſtamentum conditum ad interrogationem quantumuis interrogatio fiat ab eo qui lucrum ex tali Teſtamento conſequitur dummodo Teſtator ſanæ mẽtis antea voluntatem ſuam explicauerit huic diſpoſitioni conſonam. Teſtis omni exceptione maior alios ſuperat in probatione, vnicus, & ſingularis admittitur ad declarandum Teſtatoris voluntatem non rogatus rectè adhibetur in Teſtamento continente clauſulam codicillarem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum conditum à teſtatore interrogato, & reſpondente per Monoſyllabam* ſic *ſubſtinetur.*

2 *Maximè ſi praceſſerit ordinatio teſtamenti cui talis interrogatio cobaret.*

3 *Depoſitio teſtis cui non deberetur integra fides roboratur à depoſitione teſtis omni exceptione maioris, quo cum alij teſtes concurrere non poſſunt.*

4 *Pro declaratione teſtamenti, vnius & ſingularis teſtis admittitur.*

5 *Teſtator dummodo ſanæ mentis poteſt interrogari etiam ab intereſſe habente quando antea voluntatem ſuam explicauit, & num. 8.*

6 *Morti proximus integræ mentis eſſe poteſt & ideo teſtari valet.*

7 *Clauſula codicillaris excuſat à rogatione teſtium.*

9 *Vulnerata via executiua agendum via ordinaria.*

DECISIO LXXI.

Bifariam impugnabant Agentes pro Fabio deciſionem æditam ſub die 16. Martij prçteriti in qua firmatum fuit Legatarijs ſecundi Teſtamenti dandam eſſe immiſſionem. Primò quia Teſtamentum fuit nullũ vti conditum ad interrogationem. Secundo quia non ſit procedendum via executiua immiſſionis propter ſententiam Ordinarij ſuper illius nullitate.

Sed placuit DD. quoad primum perſiſtere in reſolutis, quià Teſtamentum factum ad interrogationem ab Aegroto re-
1 ſpondente per monoſyllabam *ſic* valere, & fieri poſſe dummodo habeat vſum rationis, & vocem intelligibilem tradit *gloſſ.* communiter recepta in *l. Iubemus, verbo quemadmodum C. teſtam, Gabr. concluſ. 2. numer. 1. eod. tit.* & in terminis reuocationis prioris teſtamẽti *Surd. conſ. 414. numer. 54. Rota recent. par. 4. tom. 3. deciſ. 581. num. 29. & ſeqq. & par. 8. dec. 23. num. 13.*

Et procul dobio quando conſtat de præordinata voluntate teſtandi. Tunc enim toleratur iſta interrogatio, cum habeat
2 præexiſtentem cauſam ex explicatione voluntatis, vt de communi teſtatur *Theſaur. Iun. quæſt. forenſ. 99. numer. 7. Surd. conſ. 414. numer. 4. & ſeqq. Farinacc. tom. 1. conſ. 76. numer. 1. & 29. Rota poſt eundem deciſ. 139. numer. 21.* & vltra alias relatas in præterita dictum fuit in firmana relationis teſtamenti 25. *Iunij* 1660. *coram R. P. D. meo Albergato.*

Probatio autem præcedentis voluntatis Hyacinthi, quod ità voluit diſponere, conſtat ex depoſitione Pauli Gonnellæ, cuius dictum licèt videatur debilitari ob modi-
3 cum legatum relictum eius filio, nihilominus coadiuuatur ex ſimili depoſitione Patris Guardiani Capuccinorum aſſerentis ante ſtipulationem Teſtamenti perlegiſſe totam minutam Infirmo, & ab eo retuliſſe reſponſum, quod talis erat eius voluntas. Huic enim Teſti omni exceptione maiori maior eſt fides adhibenda, quàm alijs, iuxtà *gloſſ. in can. Monachus, verbo quorum 77. diſtinct. Menoch. conſ. 92. num. 89. Capic. Latr. deciſ. 12. num. 14. Rota coram S. M. Gregor. deciſ. 351. nu. 10. & in Melenitana habitus 26. Iunij* 1658. *§. Ex eiſdem in fine coram R. P. D. meo Celſo.*

Et eo libentius illius depoſitioni deferebant DD. quia non agitur de probanda ipſa diſpoſitione ſed ſolùm de declaratione voluntatis Teſtatoris, ad quem effectum ad-
4 mittuntur Teſtes etiam vnici, & ſingulares, *Aymon. conſ. 73. numer. 3. Gabr. conſ. 451. numer. 8. lib. 2. Surd. loquens in his terminis dicto conſ.* 414. *numer.* 57. Rota *in Cathacen. hæreditatis* 28. *Maij, &* 29. *Nouembris* 1649. *coram* R. *D. meo Cerro Decano in Anconitana legitimæ* 8. *Iunii* 1657. *coram me.*

Hinc non refert, quod Teſtator fuit interrogatus à Paulo Gonnella Patre vnius ex legatarijs, & Franciſco de Ferranis altero Legatario, nàm licet interrogatio fieri nequeat à perſonis intereſſatis, de quibus
5 lex ſuſpicatur, tamen non procedit ſi Teſtator erat ſanæ mentis, & prius explicuerat ſuam voluntatem. Tunc enim ceſſat

quæ-

quælibet ſiniſtra ſuſpicio, vt aduertit *Ruin. lib. 2. conſ. 12. num. 12. Gramm. deciſ. 46. ſub numer. 5. Theſaur. vbi ſupra queſt. 99. num. 10. tamen apud me.*

Ex eadem ratione tollitur obiectũ, quod
Teſtator grauitèr laboraret, & eſſet morti
proximus, non enim ad hoc, vt quis teſta-
6 ri valeat requiritur corporis ſanitas, ſed mẽ-
tis integritas, vt eſt *text. in l. quoniam indignum*
C. Teſtam. ibiquè *Iaſ. in 2. notab. Theſaur. dicta*
q. 99. num. 8. Surd. conſ. 414. num. 59. Rota recent.
p. 4. tom. 3. deciſ. 581. num. 31. & ſeq.

Reliquæ ſuſpiciones, quæ adducebantur
viſæ ſunt DD. leuiores ſiquidem Hyacin-
thũ deceſſiſſe in Domo Franciſci, & Aga-
thæ Legatariorum non releuat, quia potius
7 ex hoc habuit iuſtam cauſam eos recogno-
ſcendi; Teſtes verò non probari fuiſſe ro-
gatos, non intereſt, cum in Teſtamento
fuerit appoſita clauſula codicillaris, quo
caſu non requiritur, quod Teſtes formitèr
rogentur, ſed ſufficit, quod ipſi adhibean-
tur, vt hanc quæſtionem agitans firmat
Boer. deciſ. 34. numer. 9. in fine, Surd. conſ. 414. num. 33.

Auctoritates in contrarium allegatæ pro-
cedunt, vbi deficit probatio præcedentis
8 voluntatis teſtandi, & Teſtator non eſt in-
tegræ mentis, *vt loquitur Soccin. conſ. 229. n. 7.*
lib. 2. & in alijs caſibus diuerſis à noſtro,
quos enumerat *Syluan. d. conſ. 54. ſub num.* 10.
verſ. hac communi concluſione firmata, quem re-
fert, & ſequitur *Surd. d. conſ. 414. num. 18. verſ. Syluanus omninò videndus.*

Verùm DD. quoad viam executiuam,
exiſtimarunt vulneratam fuiſſe per ſenten-
tiam Ordinarij, qui pronunciauit hoc Te-
9 ſtamentum nullum, & non exequibile,
ideòque agendum eſſe via Ordinaria, vt
notat *Angel. de legit. contradict. quæſt. 2. tit. 6. numer.* 199.

Et ità cum hac reformatione in deciſis vtraque Parte informante, &c.

R. P. D. E M E R I X.

Firmana Bonorum.

Mercurij 28. Iunij 1662.

A R G V M E N T V M.

Inſanabile vitium defectus citationis hãc præceſſiſſe non creditur Notario teſtanti de illius executione.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex nullitèr, & iniuſtè procedens non priuat poſſeſſorem ciuili poſſeſſione, cuius vigore datur manutentio pro recuperatione naturalis.*

2 *Citationis defectus eſt inſanabilis, & reddit ſubhaſtationem nullam.*

3 *Liber memorialium Notariorum A. C. & Notarij atteſtationes de exiſtentia, & executione citationis per alium factæ non probant.*

4 *Citatio non probatur ex aſſertione Iudicis, ſed debet realiter oſtendi.*

5 *Subhaſtatio dicitur nulla ſi non præcedant tres oblationes.*

6 *Oblationes adnotatæ in cedula ſubhaſtationis non releuant ſi cedula non fuit in actis producta ante ſubhaſtationem.*

7 *Subhaſtatio plurium corporum bonorum nõ ſubſtinetur, dum vnum ſufficit pro ſatisfactione creditorum.*

8 *Emptor non poteſt compelli ad ſoluendum pretium rei, niſi prius à Venditore remotis moleſtijs ſuper illa illatis.*

9 *Depoſitum pecuniæ oblatæ in ſubhaſtatione debet fieri in loco, vbi facta fuit deliberatio.*

D E C I S I O LXXII.

CVM Ioannes Baptiſta Viſcardus Vendidiſſet Auguſtino Vecchiorſo quoddam Prædium ſitum in Territorio Montis Cauſarij Firmanæ Diœceſis pro pretio ſc. 1800. certis inter ipſos cõuentis temporibus perſoluendo, poſteaque ob moram Vecchiorſi in ſolutione ſcutorum 550. ad formam cõuentionis de menſe Nouembris 1658. perſoluendorum, Viſcardus Prædium, vt ſupra venditum cum nonnullis alijs illi adiacentibus, & pecoribus in ijs paſcentibus ab A. C. ſubhaſtari obtinuiſſet; orta fuit controuerſia ſuper validitate d. Subhaſtationis, & ſubindè motum Iudicium manutentionis. Vndè commiſſa mihi cauſa appellationis dedi dubium, An, & cui eſſet dandum mandatum de manutenendo, & DD. cenſuerunt illam eſſe dandam Vecchiorſo.

Ratio reſolutionis fuit, quia A. C. nulli-
tèr, & iniuſtè proceſſit, & proindè non po-
tuit Vecchiorſum priuare ſua ciuili poſſeſ-
ſione, quam ante ſubhaſtationem habebat
1 vigore cuius ei competit manutentio pro
recuperatione naturalis, vt pluries ab hoc
Sac Tribunali reſponſum fuit, & ſignanter
deciſ. 525. num. 1. & 2. p. 1. & deciſ. 476. n. 3. p. 2.
recent. & deciſ. 52. numer. 1. & 2. penès Poſth. de ſubhaſtat.

Quod autem A. C. ita proceſſerit con-
uincitur ex pluribus nullitatibus cumulatis
per Informantes, quarum prima deſumitur
2 ex defectu citationis, quæ vti inſanabilis
reddit ſubhaſtationem ex omni parte nul-
lam, vt per *text. in leg. A Diuo Pio §. 2.*
& gloſſ. ibid. & in l. De vno quoque ff. re iudic. &
in l.

Digitized by Google

in l. Creditor 4. C. diſtract. pignor. dixit Rota diſt. deciſ. 476. num. 4. §. præterea adeſt defectus citationis par. 2. recent. & coram Buratt. deciſ. 703. numer. 1.

Neque ad probandam exiſtentiam d. citationis ſufficiens eſt ſimplex fides Partitæ, iuxtà ſtylum Tribunalis A. C. adnotari ſolitæ in libro memorialium ante expeditio-
3 nem mandati data pro parte Viſcardi, quia non creditur Notario atteſtanti de exiſtentia, & executione citationis per alium factæ, *Rota deciſ. 535. num. 2. & ſeqq. part. 1. recent. & in Leodien. Decanatus 27. Ianuarij & 22. Aprilis 1652. §. Præterea coram Reuerendiſſ. Papien.* quinimò nec ſtatur aſſertioni Iudicis, ſed cita-
4 tio debet realiter oſtendi, vt agnoſci poſſit, quando, & quomodo fuerit concepta, & an ſit validè, & legitimè executa, *Rot. in Cuſentina Canonicatus 5. Iunij 1649. §. non ſufficit coram Reuerendiſſ. Papien.*

Secunda verò nullitas deducitur ex defectu oblationum, quæ de ſtylo Tribunalis
5 A: C. tres ad minus eſſe debent, ad hoc vt ſubhaſtatio ſubſtineatur: prout notat *Saluſt. Tiber. in praxi lib. 1. cap. 42. num. 12. Poſth. de ſubhaſt. inſpect. 33. numer. 52. & ſeqq. Rota penès eundem deciſ. 32. num. 2.* Nec ad euitandam huiuſmodi nullitatem ſuffragantur oblationes adnotatæ in cedula ſubhaſtationis, quia
6 illa nō fuit producta in actis antequam deuētum fuiſſet ad deliberationem, prout neceſſarium erat ad hoc, vt dictæ oblationes ſuffragari poſſent, *Poſth. d. inſpect. 33. nu. 52. Mangil. de ſubhaſt. q. 147. num. 15. & Rota penes Poſth. d. deciſ. 32. nu. 2.*

Tertia reſultat ex proceſſu ad ſubhaſtationem plurium Prædiorum, quod fieri non poterat, dum vnicum prædium ſufficiens
7 erat pro ſatisfacien. Creditoribus, qui tunc vrgebant, vt reſponſum fuit *in Romana nullitatis ſubhaſtationis 27. Iunij 1627. coram bo. me. Merlino, quæ eſt deciſ. 73. nu. 7. & 8. penès Poſth. de ſubhaſt.*

Quarta demùm elicitur ex eo, quod ſuper Prædio vendito illatæ fuerunt moleſtiæ ad inſtantiam Portiæ Bartolinæ, quæ ſuper eo ſequeſtrum obtinuerat *Summ.* Vecchiorſi *num.* 7. quod ſtante cum proteſtatione Vi-
8 ſcardus omninò remouere tenebatur: aliàs Vecchiorſus ad reſidui ſolutionem cōpelli, & conſequenter ad ſubhaſtationem illius cauſa deueniri non poterat *l. ſi poſt perfectam, vbi gloſſ. & paſſim omnes C. euict.*

His demum accedit defectus actualis ſolutionis integræ ſummæ oblatæ, qui ſaluari non poteſt ex depoſito in Monte Pietatis Maceratæ, quia dum deliberatio facta erat in Vrbe depoſitum fieri debebat in Sacro Monte Pietatis Vrbis ex Cōſtitutione Clementis VIII. in ordine 88. §. 5. & 6. quæ
9 munita decreto irritanti, & clauſula ſublata operatur nullitatem alitèr geſti actus, *Burat. deciſ. 337. num. 8.*

Ex quibus dùm conſtat A.C. nullitèr, & iniuſtè proceſſiſſe cōcluſum fuit Vecchiorſo dandam eſſe manutentionem.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO

Leodien̄ Archidiaconatus,

Lunæ 15. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Delictum menſura pœnæ non tutus acceſſus excuſat à perſonali executione. Deteſtandus, qui laica Iuriſdictione cenſuræ Rotalis vim retundere præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Vt contumax reſipiſcat, & pareat Apoſtolicis mandatis debet creſci pœna.*

2 *Declaratoria licet non ſit perſonaliter executa, ſed ad valuas Eccleſiæ, vel portuario domus data huiuſmodi intimatio arctat, ac ſi fuiſſet perſonaliter executa.*

3 *Recurrens ad habentem pronunciare cenſuras à Sacro Tribunali relaxatas non excuſatur, ſed manifeſta conuincitur contumacia.*

4 *Quando euidenter conſtat de expreſſa contrauentione, & animo deliberato non parendi ſeuerius in pœna procedi debet.*

DECISIO LXXIII.

OB non paritionem executorialibus Rotalibus fuit ſub die 24. Martij Superioris anni contra Nicolaum Miro decreta, & relaxata declaratoria, eaque in partibus intimata, & in actis reproducta, cum lapſo termino ad parendum præfixo non doceat de paritione, ſed indurato corde cenſuras ſubſtineat, ſeruatis ſolitis quatuor terminis ad videndum ſe aggrauari cum interuallo decem dierum inter vnum, & alterum propo-
1 ſui dubium An eſſet danda aggrauatoria, & affirmatiuè reſponſum fuit, nàm creſcēte contumacia, creſcere debet & pœna, vt tandem contumax reſipiſcat, ac pareat mandatis Apoſtolicis per *tex. in c. veritatis de dol. & contum. cap. quoniam frequenter §. fin. & ibi glo. verb. ad alterum, vt lite non conteſtata, Rot. in Romana, ſeu Albinganen Bonorum 18. Martij 1654. coram me, & in alia Leodien. Canonicatus 29. Nouembris 1655. coram Reu. P. Domino meo Veroſpio.*

P Non

1 Non obſtante, quod declaratoria non probetur contra Nicolaũ perſonaliter executa, ſed ad valuas Cathedralis Eccleſiæ
2 Leodien. & Louanij in manibus Portuarij Domus, vbi idem Nicolaus moratur hodierno *Summ. num.* 1. quia cum ex iam deductis in Summario poſitionis ſuper declaratoria conſtet de non tuto acceſſu ad Ciuitatem Louanij huiuſmodi intimatio arctat, ac ſi fuiſſet perſonaliter executa iuxta *tex. in Clem. cauſam de elect.* cum aliis relatis *in deciſ.* ſuper declaratoria §. *non obſtat*.

Et ceſſat omnis hæſitatio, quià ex recurſu per Nicolaum ſucceſſiuè habito ad Cõ-
3 ſeruatorem Priuilegiorum Vniuerſitatis Louanij, qui deteſtabili exemplo auxus eſt pronunciare cenſuras ab hoc Sacro Tribunali relaxatas Nicolaum non afficere *d. Sum. num. 3.* reſultat nedum ſcientia certa, & indubitata declaratoriæ, vt in his terminis conſiderauit *Rota in Iuuenacen. ſeu Melphiten. Bonorum* 1 *Iulij* 1648. *coram Eminentiſſ. D. Cardinali Corrado* §. *fin.* Verum etiam manifeſta conuincitur contumacia non parendi; quæ eo magis inexcuſabilis redditur, dum idem Nicolaus propria auctoritate mandatum, ſeu præceptum comminatorium contra omnes Archidiaconatui ſubiectos relaxauit, vt ipſum in Archidiaconum recognoſcerent *d. Summ. numer.* 4. Cum enim in hoc
4 actu poſitiuam inobedientiam præſeferente euidenter conſtet de expreſſa contrauentione, & animo deliberato non parendi ſeueriùs puniri debet, *Card. Ottbob. deciſ.* 196. *num.* 7. & 8. & *in d. Leodien. Canonicatus*.

Et ità per contradictas, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Peruſina Penſionis.

Lunæ 29. *Ianuarij* 1663.

ARGVMENTVM.

Homicidium licet qualificatum non trahit ſecum ipſo iure priuationem beneficij, ſeu penſionis, & Clericus homicida damnatus, licet poſt annum non compareat, priuatus non intelligitur; quando ſententia condemnatoria id non expreſſerit. Reintegratio conceſſa a Principe tantum reddit, quãtum abſtulit ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Titularis euitare non poteſt ſolutionem penſionis à ſe cum obligatione Camerali promiſſa.*
2 *Simplex homicidium non inducit priuationem penſionis, ſeu Beneficij.*
3 *Etiamſi ſit qualificatum.*
4 *Sententia damnans Clericum homicidam non priuat Beneficio, niſi id exprimat, vel delictum ſit per ſe habile ad priuationem. & num. 7. & 8.*
5 *Sententia lata in contumacia non probat delictũ.*
6 *Sed reo intra annum non comparente probat priuationem.*
9 *Reintegratio conceſſa à Principe operatur, vt reus habeatur pro numquam condemnato.*
10 *Et quod per ſententiam condemnatoriam aufertur reſtituit per indultum Principis.*
11 *Confeſſio extraiudicialis de æquitate canonica probat maximè in iudicio manutentionis. & numer. 12.*
13 *Exactio vnius termini ſufficit pro manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi.*
14 *Appellans manutenendus eſt in ſua poſſeſſione.*

DECISIO LXXIV.

Fverat aliàs auctoritate Apoſtolica ad fauorem Torquati Cæſarei reſeruata penſio ãnua monetæ ſuper fructibus Canonicatus Eccleſiæ Peruſ., quam eodem tempore Angelus Vbaldus obtinuerat ſibi conferri; Cum autẽ Torquatus penſionarius ex cauſa homicidij fuiſſet condemnatus in pœnã vltimi ſupplicij, & confiſcationis Bonorũ; ac deindè gratioſæ, & plenariæ reſtitutionis, ac reintegrationis, & poſt hæc Angelus ab eodem requiſitus renuiſſet ſoluere penſionem introducto Iudicio coram Reu. P. D. A. C. Bulgarino emanauit ſententia ſuper extinctione Penſionis: At cauſa mihi commiſſa dubitaui An conſtet de bono Iure Torquati etiam ad effectum manutentionis, & affirmatiuè Domini reſponderunt.

Probatur enim ipſius bonum ius ex literis Apoſtolicis reſeruationis penſionis, & ex conſenſu Titularis in illius expeditione
1 præſtito, qui cùm promiſerit illam ſoluere ſub obligatione in forma Cameræ hodie non poteſt illius ſolutionem euitare *cap. cum dilecto, vbi Abb. de donat. Bald. in l. Intereſt* 21. *numer.* 2. *C. de ſolut. Angel. in l.* 4. §. *condemnatum n.* 4. *ff. de re benef.*

Non obſtat, quod penſio fuerit amiſſa propter homicidium perpatratum, quia ſimplex homicidium non inducit pœnam priuationis Beneficij, ſeu Penſionis, quæ non incurritur, niſi ex delicto ipſo Iure pri-
2 uationem inducente, vt communiter tradunt DD. *Rebuff. in praxi tit. de mod. amitt. beneſ. num.* 65. *Couar. in Clem. ſi furioſus* 2. *p. relect.* §. 3. *numer.* 6. *verſ. Verum ad huius Concluſionis Garz. de beneſ. p.* 11. *cap.* 10. *num.* 39. & 40. *Lotter. de re beneſ. lib.* 3. *q.* 33. *num.* 48. *Caſtropal. oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 6. *punct.* 9. §. 8. *nu.* 4.

Gabr.

Gabr.conſ.106.lib.1.& 187.num.12. lib.2. & in his terminis *Cardin. Millin. deciſ. 227. num.4.* cum alijs per *Add. ad deciſ.1.numer.9. cum ſeq. par.9. recen.* quod procedit etſi homicidium
3 ſit qualificatum, vt tradunt ſuperius congeſti (quicquid nonnulli dixerint) nam communior opinio eſt in cõtrarium, vt per *Gabr.* & alios relatos *ab Adden. ad d.deciſinem primam.*

Neque priuatio deſumi poteſt ex ſententia condemnatoria contra Torquatum lata in contomaciam per Iudicem delicti, quia cum non contineat expreſſam priuationem penſionis, & cum delictum non ſit tale,
4 quod incurrat priuationem ipſo Iure penſio non poteſt dici extincta, vt ex *ead.deciſ. Millini, & alijs mox alleg.*

Nec refert, quod ſententia lata in contumaciam licèt non probet delictum, cùm
5 præſumatur lata potius propter contumamaciam, vt latè dictũ fuit *in Ferrarien. Vallium impreſſ.poſt ſecundum vol.cõſ.Spad.237.Rot.*
6 tamen nõ comparente intra annum probat ſaltem priuationem, vt dixit *Rota in Romana Beneficiatus Sancti Petri coram Oradino poſt ſecũdum vol. conſ. Farin. deciſ.3. num.5. & in Meliten.Parochialis 31. Ianuarij 1650.§.non obſtat coram Bichio.*

Quoniam,vt dictum eſt id benè procedit quando in ſententia cõtinetur expreſſa priuatio: Secùs verò ſi illa fuerit omiſſa, &
7 propterea non vrgent auctoritates pro titulari allegatæ, *Nam Gamb.de offic.& auth. Legat. à Later.lib.6.num.723.inter tonat. magn.fol.mihi 200.* firmans Clericum Capitaliter in contumaciam condemnatum amittere penſionem eſt intelligendus, vel quando fuit in ſententia priuationis, vel pro delicto, in
8 quo inducitur vacatio ipſo iure abſque facto,& miniſterio hominis *Spad. conſ.70.lib.3* loquitur de ſententia lata in contumaciam, in qua quidem non erat expreſsè priuatus Beneficijs, & penſionibns, prout etiam in caſu *deciſ. Oradini.*

Vndè cum hæc penſio non fuerit extincta,facilius quoque habet locum reſtitutio & reintegratio à Summo Pontifice conceſſa Torquato, quæ cum omnem pœnam,&
9 reatum eidem remittat,perindè eſt ac ſi nũquam fuiſſet condemnatus,vt per *Rebuff.vbi ſup.num.53.& ſeq.Rota in Romana confiſcationis coram bon.mem.Merlino impreſſ. in recen.dec.449. num.1.& ſeq.p.5.* vbi quod per gratioſam re-
10 ſtitutionem tãtum dicitur reſtitutum quãtum per ſententiam fuerat ablatum, *& deciſ.83.num.8.& ſeq. p.7.* Conſtito igitur de bono iure Torquati viſum fuit Dominis eidem conceden. mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi, quæ iuſtificatur tàm ex confeſſione Angeli pro-
11 bata per Teſtes formiter examinatos, quæ licèt ſit extraiudicialis, tamèn de æquita-
12 te Canonica probat præſertim in hoc Iudicio, vt alijs alleg. in his terminis tradit *Poſth.de manutent.obſeruat.29.num.44.& 45* Quàm etiam ex actuali exactione vnius termini, vt deponit tertius Teſtis de facto
13 proprio, qui licèt ſit vnicus ad iſtum effectum ſufficit, *Card. Seraph. deciſ.1316.numer.1.Adden.ad Gregor.XV.deciſ.160. numer.3.* non obſtante ſententia ſuper extinctione penſionis, quià cùm illius effectns fuerit
14 ſuſpenſus per appellationem, interim Torquato non eſt deneganda manutentio, *Coccin. deciſ.125. numer.4. & in Eugubina Penſionis 1. Aprilis 1658. §. fin. coram R. P. D. meo Taia.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Cenſus.

Lunæ 12. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Subſtinetur contractus initus cum filio familias,qui publicè ex negocijs proprio nomine geſtis reputatur extra Patriam poteſtatem Propria confeſſio non deſtruetur aduerſis Teſtibus,horum dicta publico Inſtrumento non præualent.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſibi emens ex pecunia Patris, rem emptam acquirit ſibi ſed tenetur aut pecuniam reſtituere, aut rem conferre cum fratribus.*
2 *Filius ſciente & patiente Patre publicè gerens negotia cenſetur ex paterna poteſtate ſolutus.*
3 *Maximè quando agitur de ſubſtinendo contractu quem geſſit cum tertio.*
4 *Pater permittens filium agere mercaturam, & de illius lucro libere diſponere, cenſetur remiſiſſe vſumfructum aduentitiorum.*
5 *Subſiſtit contractus inter Patrem, & filium cui Pater tacitè, vel expreſsè vſumfructum remiſit.*
6 *Probatur contractum à filio geſtum fuiſſe nomine proprio, quando Pater in vim talis contractus exigit & quietat debitorem vti adminiſtrator ſui filij.*
7 *Non poteſt à me negari illum eſſe creditorem quem vti talem meus author approbauit.*
8 *Cauſa ſimulationis excluſa,fruſtra tentatur ſimulationis probatio.*
9 *Teſtes non concurrunt cum confeſſione Patris.*
10 *Et illis præualent publica documenta.*

11 *Exactio tutoris conſtituit pupillum in quaſi poſſeſſione exigendi.*

12 *Pupillo non labitur tempus, & appellatio ſuſpendit probationem ſententiæ.*

13 *Appellanti non deregatur manutentio.*

DECISIO LXXV.

LEgitimationem Petri Franciſci à Io: Baptiſta tanquam eius Patre obtenta, & poſt reſolutionem huius cauſæ 27. *Februarij* 1662. in actis productam non obſtare cenſuerunt DD. concluſionibus firmatis in deciſione in qua perſiſtendum eſſe hodie reſponſum fuit, quià ſemper ſubſiſtit, quod communi Patris, & filij nomine emptus vnicuique pro medietate acquiſitus fuit, vt firmatur in principio deciſionis, & concordat Rota *deciſ.* 438. *numer.* 6. *coram Durano*, quamuis pro rata ſcut. 1150. probatum fuit Cenſum ex pecunijs proprijs Patris emptum fuiſſe, quia & ſi filius acquirat ex pecunia Patris, dùm tamen proprio nomine emit, ſibi acquirit ſub obligatione tamen
1 reſtituendi pecunias Patri, vel illum cum fratribus conferendum *Caſtr. in l. cùm oporteat* 6. *num.* 7. *C. de Bon. quæ liber. Roland. à Vall. conſ.* 90. *num.* 21. *& ſeq. lib.* 2. *Bertazzol. conſ. ciuil.* 119. *num.* 25. *Becc. conſ.* 113. *numer.* 21. *Paſchal. de vir. patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 3. *ſub num.* 17. *verſ. qui proptereà ſubdit*.

Nec aduerſatur, quod durante patria poteſtate actio non detur inter Patrem, & filios, nec vlla naſcatur obligatio, aduertebant enim Domini, quod pro parte Coniugum probatum, quod Petrus Franciſcus, tàm ante, quàm poſt legitimationem ſciente, & patiente Io: Baptiſta Patre familias poſitiuè agnoſcente, publicè, & palàm pro tali ſe gerebat, negociando, contrahendo in mercatura lignorum, & Agricolturæ, emendo plures Cenſus, vineam, & noualia nomine proprio dando pecunias ad Societates officiorum, & mutuo conducendo Horrea ſoluendo expenſas, & alia gerendo, quæ Patribus familias tamen conuenire poſſunt. *Summ.* Coniugum *num* 17. &
2 tribus *ſeqq.* ex quibus duo reſultant. Primo quod Petrus Franciſcus à patria poteſtate liberatus, & emancipatus cenſetur *Menoch. præſumpt.* 55. *nu.* 28. *& ſeq. lib.* 6. maximè cùm id non deducatur contra Patrem, ſed con-
3 tra tertium ad ſuſtinendum contractum cum eo geſtum, *Morot. conſ.* 52. *num.* 25. *Carpam. ad ſtatut. Mediolanen. cap.* 406. *numer.* 27. *Mareſcott. var. reſolut. cap.* 58. *ſub num.* 22. *verſ. Et filij lib.* 1. *Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap.* 3. *gloſſ.* 7. *par.* 1. *nu.* 42. *Grat. diſcept.* 820. *nu.* 3. *&* 4. *Franch. deciſ.* 10. *nu.* 4. *Rota in* Romana Saluiani 10. *Maij* 1658. *coram R. P. D. meo Priolo* §. *Immò hinc reſultat.*

Alterum quod Io: Baptiſta per ſcientiam patientiam, & conſenſum, quod filius proprio nomine negotiaretur lucra, & fructus
4 perciperet, ac de illis diſponeret ad libitum, etiam pro ſe acquirendum cenſetur vſumfructum remiſiſſe, quem in bonis filij aduentitijs habebat, *Alex. conſ* 138. *ſub num.* 3. *verſ. Tamen quia Pater lib.* 5. *Menoch. conſ.* 282. *ſub num.* 31. *& ſeqq. lib.* 3. *Grauett. conſ.* 39. *num.* 9. *in fine verſ. Ideò aliter reſpondeo Surd. conſ.* 259. *num.* 5. *Aldouin. inter conſ. Peregrin.* 97. *numer.* 57. *lib.* 4. *Gratian. diſcept.* 519. *numer.* 1. *& duob. ſeqq. cum aliis per Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.* 7. *gloſſ.* 1. *par.* 1. *num.* 3. *verſ.* ſiuè expreſsè, quando autem filius peculium aduentitium habet, & vſufructum ob expreſſam, vel
5 tacitam Patris remiſſionem tunc inter ipſum, & Patrem datur actio, & ciuilis oritur obligatio *Bart. in l. frater à fratre* 38. *numer* 16. *ante fin. & num.* 47. *verſ.* Si verò Pater, ibique *Cacetalup. numer.* 53. *vbi quod Bartolum alii ſequuntur ff. de condit. indebit.* & in proximis terminis *Surd. conſ.* 116. *numer.* 21. *vbi alios refert.*

Quod autem Io: Baptiſta voluerit etiam ex proprijs pecunijs verè Cenſum acquiri pro medietate Petro Franciſco filio demõſtratur etiam à poſteriori nam poſt eius mortem quietauit debitorem pro fructibus Cenſus tàm nomine proprio, quàm vti Auus, & legitimus Adminiſtrator filiorum eiuſdem Petri Franciſci, vndè reſultat Cenſum pro parte filiorum fuiſſe ac-
6 quiſitum, vt in propoſito tradit *Surd. conſ.* 206. *num.* 26. *verſ. tertio reſpondeo, Gabr. conſ.* 58. *ſub nu.* 49. *verſ.* Hanc verò interpretationem *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 1068. *ſub num.* 7. *verſ.* 3. *ſuffragatur, & ſeqq. Gratian. diſcept.* 89. *num.* 13. *& duob. ſeqq.* Rot. *in Ancouitana officiorum ſeu nullitatis concordia* 4. *Decembris* 1647. *coram bo: mem. Arguelles*, §. *eoque magis*. Quinimo non ſolùm à Patre pro verò Domino medietatis Cenſus recognitus fuit, ſed etiam à bonæ memoriæ Franciſco Maria Duce Ceræ debitore Cenſus, & fructus ſoluendo pro ſua parte, & poſt eius mortem Patri pro ſuis filijs acceptanti. Vndè non poſſunt hodie hæredes Ducis hoc negare, dùm ab eorum
7 Authore pro tali factis poſitiuis recognitis, & approbatus fuit, *Surd. conſil.* 449. *num.* 38. *& deciſ.* 108. *numer.* 12. *&* 13. *Altograd. conſ.* 45. *numer.* 45. *Rota deciſ.* 297. *par.* 8. *recent. num.* 3. *&* 4. *Mantuana Bonorum* 18. *Maii* 1654. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, §. *Quoniam in fine, & in terminis in dicta Romana Saluiani* §. *eoque magis in fine*.

Ex quibus eliduntur depoſitiones teſtiũ, quod

quod Petrus Franciſcus nihil proprij habe-
ret, & obiecta ſimulationis exceptio, hæc
8 enim vbi nulla datur cauſa ſimulandi, nec
etiam præſumptionibus, & coniecturis
(*ſi quæ concurrerent quæ in hoc caſu nullæ ad-
bibentur*) iuſtificatur ex relatis per *Adden. ad
San. mem. Gregor. XV. deciſ. 157. num. 27.* Quo
verò ad Teſtes vltra exceptiones, quas pa-
tiuntur non poſſunt concurrere cum con-
9 feſſione Patris tot actibus ratificata, *Cra-
uett. conſ. 171. num. 10. Rota deciſ. 86. num. 1. co-
ram Merlino*, & eorum depoſitionibus reſi-
10 ſtunt, & præualent publica Inſtrumenta
acquiſitionum nomine proprio factarum,
quibus potius ſtandum eſt *Rota in puncto
deciſ. 185. num. 8. poſt Zacch. de oblig. Camer. & in
Farfeñ Bonorum 30. Aprilis 1660. coram R. P. D.
meo Priolo, §. atteſtationes verò.*

Conſtito autem ex præmiſſis de bono Iu-
re Eleonoræ filiæ Petri Franciſci eidem
DD. dixerunt dandam eſſe manutentionē
in quaſi poſſeſſione exigendi fructus, in
qua conſtituta fuit per exactiones fructuū
11 tam a Tutore factas ex relatis per *Poſth. de
manutent. obſeruat. 52. num. 333. & ſeqq. Rota poſt
ipſum deciſ. 135. num. 1. Cathaceñ hæreditatis 11.
Decembris 1648. coram* Reuerendiſſ. *D. meo De-
cano, §. reſponſum enim, & in* Romana *manuten-
tionis 28. Iunii 1652. §. non obſtat coram bo: mem.
Dunozetto*, cui non aduerſatur lapſus tem-
poris vel ſententia declarans medietatem
controuerſam Cenſus ad hæredes Ioannis
Baptiſtæ pertinere. Lapſus enim temporis
12 ceſſat ex eo, quod Eleonora erat Pupilla, &
à ſententia appellatum fuit, R*ota coram Coc-
cin. deciſ. 494. ſub num. 9. verſ.* Et acquieſcentia,
& coram Reuerendiſſimo *D. meo Decano, in Pe-
ruſina manutentionis 27. Iunii* 1644. §. nec poſ-
13 ſeſſio, quæ appellatio cùm ſuſpendat ef-
fectum ſententiæ, non eſt interim dene-
ganda manutentio poſſeſſionis, *Ruin. conſ.
154. numer. 10. verſ. ſicut ego lib. 4. Gratian. di-
ſcept. 141. num. 35. Rota coram Caual. deciſ. 243.
nu. 2. Monopolitana fructuum 9. Decembris* 1650.
coram Reuerendiſſimo *Papien. §. neque manuten-
tio, & nuper in* Rauennaten. *Penſionis 26. Ia-
nuarii mox præteriti coram R. P. D. meo Viceco-
mite.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO

Romana Societatis officij

Lunæ 19. Februarii 1663.

ARGVMENTVM.

Mulier, & Minor non obligantur ſine cau-
ſa, cuius validitas metienda eſt, ſiue à po-
ſitiua vtilitate, ſiue ſaltem à negatione
damni, debet illa ſpecificè, & indiuidua-
liter exprimi, nec ſufficit vaga, & genera-
lis expreſſio adhoc, vt obligationis veritas,
& honeſtas inquiratur à Iudice decretum
interponente.

SVMMARIVM.

1 *Deficit obligatio mulieris & minoris ex defectu legitimæ cauſæ.*
2 *Cauſa legitima non dicitur quotieſcumque ea non ſpectat ad mulierem vel minorem.*
3 *Illius expreſſio debet fieri coram Iudice ſpecificè & indiuidualiter.*
4 *Quia generalitas impedit diſenſſionem.*
5 *Quæuis obligatio innixa falſa cauſa corruit.*
6 *Etiam ſi cauſa partim ſit vera, & partim falſa.*
7 *Moderna opinio S. Rotæ ſubſtinet mulieris, minoriſue obligationem licet non adſit vtilitas dummodo abſit præiudicium.*
8 *Præiudicium adeſſe dicit quando obligatus remanet ſine releuatore.*
9 *Actus geſtus metu mandati non inducit approbationem debiti.*
10 *Ratificans actum nullum, ſcientiam nullitatis habere debet.*
11 *Cauſa obligationis ceſſante, ceſſat & obligatio, & huius exequutio improbatur.*

DECISIO LXXVI.

Obligationem Lauiniæ, & Ioannis An-
dreæ minoris, qui acceſſerunt Inſtru-
mento Societatis officij ſcutorum 500.
initæ per Dominicum Fabrinum alterum
filium non ſubſtineri reſponſum fuit ex de-
fectu legitimæ cauſæ, ſine qua nec mulie-
1 res, nec minores validè obligantur, vt
cauetur Statutó Vrbis *lib. 1. cap. 151.* ibi:
Cauſa in ſcriptis illi expoſita, & inſinuata,
ac plenè cognita, quod etiam obſeruatur
*Pic. ad Statut. Vrb. gloſſ. 22. & dixit Rota dec. 32.
in principio apud eundem Picum, & deciſ. 36. nu-
mer. 1. apud Buratt. & deciſ. 714. numer. 35. apud
Merlin.*

Licet enim pro cauſa fuerit Iudici expo-
ſitum, quod Dominicus occaſione cedu-
læ Bancariæ Scutorum 1500. præſtita ad fa-
uorem Collegij Abbreuiatorum, cuius
erat Depoſitarius coactus fuerat mutuo
pecunias accipere, & bona pignorare, pro
quibus, & alijs ſuis, eiuſque Domus indi-
gentijs debitum prædictum contrahebat,
neutra tamen ſufficit, non prima quià re-
ſpicit intereſſe, & commodum Dominici
ad quem ſpectabat reſtituere pecunias, &
res pignoratas liberare, non autem ad hanc

mulierem, & minorem, qui propterea non remanſerunt efficaciter obligati ex cauſa ad ipſos non ſpectante, vt dixit Rota poſt Pic. ad Statut. Vrb. d. deciſ. 32. num. 8. & deciſ. 41. num. 5.
2 repetit. in recent. par. 3. deciſ. 136. & 167. & coram San. mem. Gregor. XV. deciſ. 333. numer. 5. & deciſ. 363. numer. 1. & tradit Fenzon. in annotat. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. inſpect. 1. par. 2. deciſ. 15. num. 2.

Altera verò cauſa pro manutentione, & gubernio, aliiſque neceſſitatibus, & indigentijs Domus tanquam nimis vaga, & generalis eſt pariter inſufficiens cùm cauſa
3 à Statuto requiſita debeat ſpecificè, & indiuidualiter exprimi, ſicut aduertit idem Pic. Statut. Vrbis gloſſ. 22. numer. 4. & dixit Rota coram Merlino deciſ. 714. num. 35. & ſeqq. vbi
4 reddit rationem, quià dum cauſa eſt generalis, non poteſt fieri illius diſcuſſio; nec Iudex cognoſcere an ſit vera rationabilis, & honeſta ad effectum interponendi Decretum ſuum, vt plenè firmatum fuit in Romana Domus 14. Ianuarii, & 12. Iunii 1656. coram R. P. D. meo Veroſpio confirmata 14. Maii 1657. coram R. P. D. meo Celſo relatis in Firmana Cenſus 5. Iunii 1658. coram me.

Imò non ſubſiſtit, quod Gubernium Domus, & onus alendi familiam reſideret penes Dominicum, ſed potius penes Lauiniam Matrem, quæ ex pingui dote ſcutorum 7700. alebat familiam, & habebat mi-
5 niſterium Domus, falſitas autem cauſæ annullat quamcumque obligationem, l. magis puto, §. ſi æs alienum ff. de reb. dub. Pic. ad Statut. Vrb. gloſſ. 21. num. 35. & gloſſ. 22. num. 7. Rota apud Merlin. deciſ. 520. num. 2. in fine, etiam ſi
6 cauſa partim ſit vera partim ſit falſa Rota deciſ. 190. num. 12. par. 6. recent. in Romana Societatis officii 25. Iunii 1655. coram R. P. D. meo Beuilaqua, & in d. Romana Domus 14. Ianuar. 1656 coram R. P. D. meo Veroſpio.

Et nihilominus data etiam veritate ſufficit, quod illa perſonam Lauiniæ, & Ioannis Andreæ nullatenùs reſpiciat, ſed ſolius Dominici pro qua ſe obligauit, quià licet ad effectum, vt obligatio mulieris, & minoris ſit valida, cauſa non debet eſſe vti-
7 lis, requiritur tamen, quod illa ſaltem non ſit damnoſa, & præiudicialis, & recedendo ab antiquis deciſionibus, hodie Rota hanc opinionem ſequitur veluti in Romana Domorum 11. Decembris 1645. coram bo: mem. Bichio, in Romana Domunculatum 10. Februarii, & 26. Iunii 1642. coram bo: mem. Dunozetto, & in Romana pecuniaria 25. Iunii 1655. cor. R. P. D. meo Beuilaqua.

In præſenti autem fideiuſſio eſt euidenter damnoſa, & præiudicialis huic mulieri, & minori, quià vterque remanet ſine releuatore, adeòut cùm ſe obligauerit ſine
8 ſpe releuationis indemnitatis, eorum obligatio nullo modo ſubſtineri poſſit, Abb. conſ. 8. num. 6. par. 2. Theſaur. deciſ. 223. num. 13. verſ. & exinde Maur. de fideiuſſ. par. 6. ſect. 6. cap. 3. numer. 209. verſ. Et hanc partem, Rota diuerſ. par. 4. deciſ. 851. num. 1. poſt 2. volum. conſ. Farin. deciſ. 74. & coram San. mem. Gregor. deciſ. 333. num. 7. & deciſ. 363. num. 2. & poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 33. num. 7.

Nec obſtat prætenſa probatio obligationis, & contractus per exhibitionem cedulę continentis eandem ſummam, de qua agitur à Io: Paulo Cellio iudicialiter petitam, nedùm quià conſtat de proteſtatione antecedenti, quod idem fiebat citra approba-
9 tionem debiti ad effugiendam executionē, & metu mandati, Rota coram Pæn. dec. 374. num. 2. & penes Cenc. de Cenſ. deciſ. 233. numer. 1. Sed etiam quià ſine ſcientia nullitatis non
10 inducitur ratificatio, vt in ſpecie dixit Rota in dicta Romana Domuncular. 26. Iunii 1648. §. penult. coram bo: mem. Dunozetto, & generaliter probat Natt. conſ. 162. numer. 3. & 4. Surd. conſ. 49. numer. 31. verſ. ſecundo reſpondeo, Rota coram Buratt. deciſ. 410. num. 11. & in aliis.

Hinc mandatum non eſt relaxandum etiam quod Lauinia, & Ioannes Andreas ſe obligauerint de reportando depoſitum dict. ſcut. 500. vel de illa ſoluendo. Nam talis obligatio facta fuit vim decreti Signaturæ Iuſtitiæ in caſu ſuccumbentiæ ad omne mandatum Rotæ. Cùm ergò non ſuccubuerint ad aliquid non tenentur, quià
11 ceſſante fundamento obligationis, ceſſat etiam ipſa obligatio, & eius executio, vt pluribus comprobat Zacch. quæſt. 15. nu. 139. de obligat. Camer.

Et ità obligationem non ſubſtineri, & mandatum non eſſe relaxandum deciſum fuit vtraque Parte informante, &c.

P. R. D. N I N O T.

Florentina Cappellaniæ

Lunæ 20. Februarij 1663.

A R G V M E N T V M.

Non plures fides tribuitur Teſtibus ſe referentibus ad libros quam ipſis libris tribueretur.

S V M M A R I V M.

1 *Iuſpatronatus in dubbio præſumitur hæreditarium & contra hanc præſumptionem non admittuntur probationes æquiuocæ, & numer. 14.*

Obſer-

2 *Obſeruantia attenditur ad declarandum qualitates Beneficiorum.*

3 *Iuſpatronatus cenſetur hæreditarium, ſi præſentationes fuerunt factæ in ſtirpes, non in capita.*

4 *Iuſpatronatus arguitur hæreditarium, quando inſtitutio fuit data præſentatis ab hæredibus.*

5 *Præſentatio non effectuata non attenditur.*

6 *Conſenſus à Patrono præſtitus Reſignationi beneficij, habet vim præſentationis.*

8 *Iuſpatronatus quod ſit hæreditarium, & quod ſemper in eos de familia tanquam bonorum poſſeſſores permanſerit, inſimul ſtante non poſſunt.*

9 *In materia Iuriſpatronatus, mentio familiæ non probat illud eſſe gentilicium.*

10 *Teſtes ſe referentes ad ſcripturam non plus probant, quam ſcriptura, ad quam ſe referunt.*

11 *Inſignia non probant Iuſpatronatus*

12 *Iuſpatronatus in defectum familiæ effectiuæ deſinit eſſe gentilicium, & efficitur hæreditarium.*

13 *Fœminæ non admittuntur ad præſentandum in concurſu maſculorum ſtante ſtatuto illarum excluſiuo.*

15 *Iuſpatronatus an, & quando veniat appellatione bonorum, & num. 19.*

16 *Dictio* Altri *eſt repetitiua ſimilium.*

17 *Hæreditas eſt nomen vniuerſale comprehendens etiam Iuſpatronatus.*

18 *Exceptio vnius rei operatur aliarum Incluſionem.*

DECISIO LXXVII.

PEr mortem Petri de Brugiottis cum prætenderet Iulianus Brugiottus Iuſpatronatus Cappellaniæ S. Andreæ de Emporeo non ad Petri hæredes, ſed ad ſe tanquam familiare, & gentilitium pertinere de anno 1627. Nicolaum Panetum præſentauit, qui tamen ab Ordinario fuit reiectus, & admiſſus Andreas de Bernis à dictis hæredibus præſentatus, qui deinceps de anno 1637. cum eorundem conſenſu dictam Cappellaniam Franciſco Ceuaccio reſignauit.

Per cuius obitum iterum de anno 1660. ſequuta eſſet Cappellaniæ vacatio, Iuliani filij paternam prætenſionem renouantes Gaudentium Franchinum in Cappellanũ nominarunt. E conuerſo autem Curator deputatus Hereditati iacinti Ioannes Gualberti, ad quem Petri hæreditas ex fideicommiſſo deuenerat Io: Dominicum de Monaldis præſentauit; inter quos orta ſuper inſtitutione controuerſia, eaque per duplicem ſententiam in partibus contra Franchinum reſoluta; commiſſaque propterea mihi in tertia inſtantia dedi dubium quis eorum eſſet inſtituendus, & Domini Monaldenſẽ inſtituendum eſſe reſponderunt.

Habuerunt enim Iuſpatronatus, quod ſemper in dubium reuocabitur) pro hære-
1 ditario, quia tale de Iure præſumitur *Clem. Plures de Iurepatr. Ricc. in praxi Iuriſpat. reſol. 173. num. 2. & reſol. 180. nu. 4. Rota coram Vbaldo deciſ. 111. num. 3. & deciſ. 144. num. 4. coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 3. nu. 4. poſt Poſth. de manut. deciſ. 172. num. 20. poſt Viuian. de Iurepatron. deciſ. 23. num. 7. ac inter recent. deciſ. 89. num. 1. par. 6. & deciſ. 275. num. 4. & 5. par. 7. deciſ. 185. num. 9. & deciſ. 430. num. 19. par. 9. recent. & in Aquilana Beneficij 30. Maij 1657. §. non obſtat coram R. P. D. meo Beuilaqua, & in Papien. Iuriſpatronatus 15. Martij 1660. §. nec poteſt coram R. P. D. meo Celſo.*

Et vlterius tale etiam conuincebat obſeruantia tùm à remoto; tùm à proximo
2 ſtatu deducta, quæ in hac materia declarandi beneficiorum qualitates optima ſolet eſſe interpres *Modern. Auenionen. reſol. benef. par. 3. cap. 144. num. 17. Marant reſponſ. 46. num. 32. par. 3. Merlin. deciſ. 870. num. 4. Rota deciſ. 275. num. 7. par. 7. recent.*

Conſtat enim in ſtatu antiquo ante mortem Petri non ad formam Iuriſpatronatus gentilitij in capite, ſed ad modum merè
3 hereditarij in ſtirpes præſentationes præceſſiſſe, quod qualitatem innuit hæreditariam *Moder. Auenionen. dicto cap. 144. num. 18. Buratt. deciſ. 647. num. 10. & ſeq. Rota deciſ. 275. num. 7 par. 7. recent. & poſt Viuian. de Iurepatr. dec. 120 num. 15.*

Et in ſtatu moderno poſt illius obitum, ſemper pariter ad præſentationem eius hæ-
4 redum inſtitutiones emanarunt, quod ſimiliter eandem qualitatem demonſtrat *Marant. reſponſ. 46. num. 32. par. 3. Rota d. deciſ. 275. num. 7. quaſi. 7. Eminentiſſimus Otthobon. deciſ. 3. num. 6.*

Et quoties de anno 1627. admiſſa fuit eorumdem nominatio, & excluſa illa Iulia-
5 ni, per quod eo fortius videtur Conualidari ſtatus hæreditarius, quo contrarius Gentilitij remouetur, ad tradita *per Calderin. conſ. 12. verſ. ſecundo quia de Iurepatr. Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 243. num. 11. Rota in Meleuitana Iuriſpatronatus 14. Iunij 1652. §. demum coram R. P. D. meo Albergato, & in Lucana Iuriſpatronatus 6. Iunij 1659. §. non obſtat coram R. P. D. meo Celſo.*

Et quoties de anno 1637. de eorumdem Hæredum conſenſu fuit Cappellania re-
6 ſignata, qui conſenſus præſentationi æquipollet, *Creſcent. deciſ. 2. de Iurepatron. Gregor. deciſ. 399. num. 2. & ibi Addent. num. 7. Merlin. deciſ. 407. numer. 7. Rota in Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. coram R. P. D. meo Albergato.*

Quibus addebatur, quod in huiuſmodi re-

reſignatione Ordinarius non incidenter, &
perfunctoriè, ſed ſerio, & conſulto in to-
tum ad Petri hæredes Iuſpatronatus ſpecta-
re aſſeruerat, quod pariter qualitates hæ-
7 reditariæ præſumptionem adauget, cùm
eius aſſertioni ob ſcientiam, quam de ſta-
tu Beneficiorum habere cenſetur, *Barboſ.
de Iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. numer. 88. plurimum
deferatur Vbald. deciſ. 309. numer. 10. & 11. Se-
raphin. deciſ. 1232. numer. 2. Duran. deciſ. 413. &
deciſ. 423. vtrobique num. 3. Caual. deciſ. 55. nu. 2.
& deciſ. 61. numer. 3. Adden. ad Buratt. deciſ. 3. nu-
mer. 15.*

Nec ex libris Eccleſiæ, & Teſtibus de-
ſuper examinatis ex quibus liquet Cappel-
lam appellari de Brugiottis, atque ex ar-
mis, & inſigniis in eadem Cappella exi-
ſtentibus poterat contrarium ſufficienter
deſumi.

Quià quantum ad libros dictum fuit no-
8 men familiæ non excludere qualitatem
hæreditariam, cùm poſſit ſtare demonſtra-
tiuè ad indicandum perſonarũ genus, quæ
præſentant, ex quo paſſim accidat, quod
Iuſpatronatus ſit hæreditarium; & tamen
ſemper in eos de familia tanquam Bono-
rum poſſeſſores permanſerint; *Merlin. de-
ciſ. 788. num. 9. Card. Ottobono deciſ. 3. numer. 10.*
non verò taxatiuè ad determinandum,
quod tanquam de tali genere præſentabant,
vt aduertunt *Duran. deciſ. 173. numer. 2. &
ſequen. Merlin. dicto deciſ. 788. numer. 10. & 15.
9 Idem Card. Otthob. d. deciſ. 3. numer. 12. Rota de-
ciſ. 288. numer. 8. par. 5. & deciſ. 185. numer. 12.
par. 9. recent. & in Reatina Beneficij 19. Iunij
1658. §. nec releuant coram R. P. D. meo Vero-
ſpio.*

Quo verò ad Teſtes cùm nihil certi ne-
que circa Iuſpatronatus fundationem, ne-
que circa eius reſeruationem ſcire teſtan-
tur, ſed tantummodò de præfata Cappellæ
10 appellatione deponant ſe principaliter in
cauſa ſcientiæ ad dd. libros referendo non
plus poſſunt concludere, quàm ijdem li-
bri, ad quos ſe referunt concludant; *Rota
deciſ. 21. num. 8. par. 4. rec. & deciſ. 7. num. 10. ac
deciſ. 432. nu. 6. & 7. eadem par. 4. tom. 2. & de-
ciſ. 552. num. 17. par. 4. tom. 3.*

11 Inſignia autem ſunt fallacia, & tam ad
ditationem, quam ad dotationem poſſunt
æquè benè referri, *Modern. Veliter. de regim.
Eccleſ. lib. 3. cap. 6. num. 33. Intrigl. in prax. Iuriſ-
patr. annot. 1. §. 2. num. 14. Barboſ. de Iur. Eccleſ.
lib. 3. cap. 12. num. 94. Spada conſ. 19. nu. 11. lib. 2.
Caual. deciſ. 919. num. 9.*

Vltra quod in præſenti caſu in quo non
agitur de probanda exiſtentia Iuriſpatro-
natus, ſed de extendenda illius pertinentia
ad totam familiam contentiuam parum
videntur prodeſſe, cùm non poſſit inſimul
ſtare, quod ſit gentilitium, ſed ſolum fa-
uore familiæ effectiuæ. *Ricc. in praxi for. Ec-
cleſ. tom. 1. reſol. 194. num. 2.* adeo vt in eius de-
12 fectum hæreditarium euaſerit nec tran-
ſeat ad tranſuerſales, vt aduertit in ſpecie
*Merlin. deciſ. 450. num. 14. & deciſ. 798. num. 23.
& ſeqq.*

Nec grauioris momenti eſt alia ponde-
ratio, quod ſemel extiterint fæminæ, nec
tamen in maſculorum concurſu præſenta-
uerint. Potuit quippè hoc fortaſſe contin-
gere ex ſtatuto fæminarum excluſiuo, quo
13 dato non erant ad præſentationem admit-
tendæ *Antonin. reſol. 60. nu. 3. lib. 1. modern. Aue-
nionen. quæſt. benef. par. 3. cap. 153. num. 36.* vnde
14 tanquam æquiuoca probatio non releuat
Eminentiſſimus Otthobon. deciſ. 26. num. 25. Cùm
ad hunc effectum plena requiratur. *Rota
poſt Viuian. deciſ. 120. num. 10. ac inter recent. de-
ciſ. 336. num. 3. par. 5. & in Lucana Iuriſpatrona-
tus 31. Ianuarij 1661. §. non ſubſiſtit coram R.
P. D. meo Beuilaqua.*

Pari modo non obſtat, quod ſubſtitutio
15 de Ioanne Gualberto Legatur facta in
Bonis, quorum appellatione Iuriſpatrona-
tus veluti ius non ad commodum, ſed ad
honorem pertinens non continetur, *Bar-
boſ. de verbor. ſignif. appellat. 35. num. 6. Merlin.
de pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 22. num. 3. & 4. Rota
deciſ. 522. num. 16. & 17. par. 5. rec.*

Quia hoc admiſerunt Domini quoties
nomen Bonorum in ſuo proprio, ac ſim-
plici ſignificatu accipitur, prout à Iuribus
contra diſtinguitur, & pars eſt hæreditatis
ſecùs verò ſi illud pro integra hæreditate
ſynomine, ac identificè vſurpetur; quem-
admodum in caſu noſtro totus ſubſtitu-
tionis contextus teſtatorem vſurpaſſe de-
monſtrat.

Siuè conſiderentur priora illa verba: in
omnibus alijs Bonis, quæ cum referantur,
ad inſtitutionem, quæ vniuerſalis etiam
erat ad Iura, ità pariter eiuſdem vniuerſa-
16 litatis repetitionem indicant in ſubſtitu-
tione, *Rota deciſ. 89. num. 12. par. 5. & dec. 242.
num. 11. par. 6. recent. & in his terminis pondera-
tur in Capuana Abbatia 5. Maij 1659. coram
R. P. D. meo Priolo ſub §. nec ex eo, ad medium.*

Siue perpendantur intermedia ſubſequẽ-
tia, quæ in eos peruenerint ex hæreditate
Teſtatoris, quæ ſimiliter teſtatorem ad eã-
dem vniuerſalitatem reſpexiſſe declarant,
17 prout ex vi propria ſignificationis vniuer-
ſale eſt nomen hæreditatis, & comprehen-
ſium Iuriſpatronatus, vt firmat in ſpecie
*Rota deciſ. 21. num. 8. & ſeq. poſt Viuian. de Iu-
repatr. & in Mediolanen. Iuriſpatronatus 18. Iu-
nij 1657. §. Primum namque coram D. Zarate &*

in

in dicta Capuana Abbatiæ 5. Maij 1659. §. nec ex eo coram R.P.D. meo Priolo confirmata 16. Ianuarij 1660. §. Idemque denotat, & fuit quoque dictum coram me in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 22. Maij 1662. §. quæ veritas confirmata sub 12. Februarij currentis §. 3. quia donationem.

Siuè demum reſpectus habeatur ad poſtrema, in quibus excipiuntur mobilia &c.
18 quæ exceptio tranſitum firmat in reliquis, & ſic etiam in Iurepatronatus; vt etiam in his terminis dicit *Rota deciſ. 173. num. 25. & ſeqq. par. 7. recent. & dicta deciſ. 121. num. 13. poſt Viuian. & in dicta Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 12. Februarij currentis. §. 2. certam tantummodo coram me.*

19 Non enim expedit mentio Bonorum, quin ex præſumpta mente Teſtatoris non poſſit eorum appellatione Iuſpatronatus venire *Spud. conſ. 4. num. 6. tom. 3.*

Deducta ſuper inualiditate deputationis Curatoris tanquam concernentia ſimplicem hæredis fauorem, cui ipſe per ſubſequutum conſenſum renunciauit, non fuerunt habita in conſideratione.

Et ità reſolutum fuit vtraque &c.

EMINENT. D. CARD. CELSO.

Patauina Penſionis.

Lunæ 19. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Impugnans confeſſionem propriam debet clariſſimo probationum genere errorem ſecum demonſtrare etiamſi conſiſtat in negatiua. Pro excluſione delicti militat quęuis interpretatio.

SVMMARIVM.

1 *Indultum, quod fauet Penſionario contra Titularem allegari poteſt contra fideiuſſorem.*
2 *Expreſſio dignitatis non tollit quin fideiuſſio dicatur facta intuitu perſonæ, quia ſtat demonſtratiuè non taxatiuè.*
3 *Error propriæ confeſſionis concludenter eſt demonſtrandus.*
4 *Gratia ex ſola Signatura ſupplicationis perfecta eſt.*
5 *Sola poſſibilitas incontrarium efficit quod probatio non poſſit dici concludens.*
6 *Officiali teſtanti de re ſpectante ad illius officium plenè creditur.*
7 *Excipere quis non poteſt ſuper actu à ſe probato.*
8 *Cedula cuius effectus confertur poſt reſeruationem penſionis, & decretum Sanctiſſimi non ſupponitur inualiditati.*
9 *Prauam pacti qualitatem remis velißque excludere debent interpretes à negotio.*

DECISIO LXXVIII.

PER Cedulam ſub die 20. Octobris 1646. propria manu ſubſcriptam promiſit D. Petrus Nerlius ſoluere Excellentiſſimo Principi, tunc Cardinali Camillo Pamphilio annua ſcuta mille monetæ occaſione penſionis reſeruatæ auctoritate Apoſtolica ad eius fauorem ſuper fructibus Abbatiæ Sanctæ Euphemiæ de Campo, de qua ſimili auctoritate D. Labia prouiſus fuerat, & quia D. Nicolaus ex pluribus contendebat ſe non teneri; Ideò propoſui Dubium ſub die 13. Iunij 1661. & affirmatiua prodiit reſolutio, & hodie renouata diſputatione idem quoque firmatum fuit.

Obligatio enim non controuertitur, & reſultat ex lectura cedulæ exceptiones verò aliæ fuerunt ſublatæ in pręterita deciſione, & aliæ viſæ fuerunt non releuare. Quod enim Princeps per dimiſſionē habitus Clericalis, & matrimonium cum Vidua contractũ effectus fuerit incapax prędictæ penſionis, tollitur ex gratia pręueniua, ac Indulto reportato à ſanct: me: Innocentio X. quo mediante præſeruatus fuit ab incurſu Bigamię, & in eo ſtatu, in quo erat antequam matrimonium contraheret, iuxtà plenè deducta in *deciſ. 1211. num. 29. & ſeqq. & deciſ. 50. num. 9. part. 5. recent.* & in ſpecie de hoc indulto dictum fuit in *Rauennaten. penſionis 5. Iunij 1660.* confirmata nouiſsimè *ſub die prima Decembris proximè præteriti coram Rem. P. D. meo Albergato.*

Et huiuſmodi gratia præuentiua ſicuti ſuffragatur contra Titularem, ità etiam operatur contra D. Nerlium, qui reſpectu
1 Principis Penſionarij non reputatur vti Tertius; Sed tanquam Principalis, dum promiſit ſoluere etiam mortuo Titulari, reſeruato ſibi ſolum Iure contra ſucceſsorem in Abbatia, & tamen tale pręrenſum præiudicium, quod venit conſecutiuè ad diſpenſationem non eſſet attendendum etiam reſpectu Tertij, vt notat *Aym. conſ. 704. num. 4. Rot. coram Seraph. deciſ. 1410. n. 23. & in recent. deciſ. 455. num. 8. part. 1. deciſ. 587. n. 16. par. 2. & deciſ. 273. num. 26. part. 6.* Nam re verà non dicitur propriè præiudicium, cum ſit tantum de futuro; *Samen. ad regul. de non tollendo Iur. quæſit. quæſt. 4. poſt princ. verſ. addo vlterius, Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 4. §. primo num. 45.*

Altera exceptio, quod obligatio D. Nerlij vti concepta ad fauorem Excellentiſsimi D. Principis, dum erat Cardinalis, & cui competebat regreſſus expirauit per ceſſationem

tionem Cardinalatus, tollitur ex eo, quia
2 non apparet facta contemplatione d. Cardinalatus, nec intuitu eiuſdem regreſsus, ſed ratione perſonæ, & nomen dignitatis expreſſum legitur gratia honoris, & ad indicandam perſonam, cui ſolummodo erat facienda, quod propterea ſtat demonſtratiuè, non autem taxatiuè, ex doctr. *Bart. in l. Centurio nu.* 31. *ff. de vulg. Pariſ. conſ.* 4. *nu.* 36. *lib.* 4. *Rota coram Seraphin. deciſ.* 474. *numer.* 4. *& coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.* 516. *num.* 8. *& ſeqq.*

Ceſſat pariter altera exceptio conſiſtens in eo, quod obligatio, & cedula facta fuerit die 20. Octobris occaſione penſionis iam reſeruatæ, & tamen reſeruatio appareat longè poſt nempè ſub die 15. Octobris ſequentis, ideòque corruat, & ex defectu conſenſus Nerlij, qui credebat penſionem iàm legitimè reſeruatam, & ex defectu intentionis Papæ, qui reſeruauit penſionem ſub expreſsione cedulæ tradendæ non autem traditæ; Nàm cum D. Nerlius faſſus fuerit
3 penſionem iàm reſeruatam, debet concludentiſsimè probare errorem præfatæ confeſſionis, & negatiuam non ſequutæ reſeruationis, vt ad litteram diſponit *Textus in l. cum de indebito, §. fin. ff. de probat. Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 38. *numer.* 7. *& ſeqq. Gratian. cap.* 789. *numer.* 5. *Rota coram Duran. deciſ.* 337. *num.* 30. *&* 31.

Talis autem probatio non reſultat ex data litterarum poſt 55. dies à præſtatione cedulæ, cum gratia perficiatur ſola Signatura ſupplicationis, & huiuſmodi requirantur, tantummodo ad probationem, non autem
4 ad ſubſtantiam actus, vt aduertit *Gig. de penſion. quæſt.* 34. *à num.* 1. *per tot. Sarnen. ad regul. Cancell. tit. de non iudican.* iuxta formam ſupplicationis *quæſt.* 5. *ſub num.* 2. *& ſeq.* & probant relati per *Lotteh. de re benef. lib.* 1. *qu.* 27. *à num.* 53. *Ferrett. conſ.* 18. *num.* 13. *verſ. Et quod dicitur*, & firmauit *Rota deciſ.* 585. *nu.* 2. *& deciſ.* 645. *ſub num.* 5. *part.* 1. *in recent. deciſ.* 656. *eod. numero part.* 2. *& deciſion.* 426. *num.* 11. *part.* 4. *tom.* 2.

Nec facit, quod etiam ſupplicatio appareat ſub eadem data ſub qua fuerunt expeditæ litteræ, quia hoc non tollit quin prius potuerit ſignari, prout paſſim ſignantur ante expeditionem litterarum, vt teſtantur
5 Expeditores, & practici in hac materia, & hæc ſola poſſibilitas ſufficit, ne probatio dicatur concludens, iuxtà doctrinam *Caſtr. in l. penult. §. docere numer.* 4. *ff. ne quis ex eo, Dec. conſ.* 37. *num.* 9. *verſ. Præterea, Rota in recentior. deciſ.* 247. *numer.* 2. *part.* 2. cum alijs in *Aſten. Coadiutoriæ* 21. *Iunij* 1652. *&* 14. *Februarij* 1653. *coram me.*

Et tollitur difficultas, attento ſtylo Datariæ recipiendi huiuſmodi cedulas, & cautiones antequam expediantur literæ præſertim vbi agitur de reſeruatione penſionis ad fauorem Reſignantis Beneficium, prout ex fide Officialium eiuſdem Datariæ data, *Summar. num.* 1. quibus in hac materia ſpe-
6 ctante ad eorum officium, credendum eſſe probat *Text. in l. Apparitores quinta, C. de exact. Tribut. lib.* 10. & in his terminis notant adducti per *Spadam conſil.* 167. *num.* 3. *lib.* 2. *Rota coram Seraph. deciſ.* 792. *num.* 3. *& coram Buratt. deciſ.* 910. *num.* 8.

Hinc D. Nerlius agnoſcendo hanc veritatem ſoluit in executione præfatæ cedulæ, & reportata ceſſione à Principe egit contra Titularem pro reintegratione, & liberatione à moleſtijs; Vndè nō amplius huiuſmo-
7 di expeditiones deducere poteſt, *l. ſi cui* 60. *ff. de legat.* 2. *l. ad ſolutionem* 5. *C. de re iudic. Rota coram Mellino deciſion.* 275. *numer.* 4. *& ſequent.* Maximè cum eadem cedula non fuerit ſor-
8 tita effectum, niſi poſt reſeruationem penſionis, ac poſt decretum Sanctiſſimi de illa præſtañ, quo caſu non poteſt dari de inualiditate, vt notat *Sanchez conſ. Moral. lib.* 2. *c.* 3. *dubit.* 106. *num.* 4. quem refert, & ſequitur *Modern. Tondut. quæſt. benef. part.* 3. *capit.* 160. *ſub num.* 10. Poteſt enim eſſe quod illa fuerit procurata à Titulari inſcio Principe ad eius
9 fauorem omnis interpretatio eſt facienda pro excluſione delicti, ac pacti illiciti, *Pariſ. de reſign. lib.* 14. *quæſt.* 7. *numer.* 55. *&* 56. *Rot. deciſ.* 371. *num.* 1. *lib.* 1. *Mellin. deciſ.* 4. *numer.* 3. *& deciſ.* 104. *num.* 7. *& in alijs.*

Ex quibus, & alijs rationibus adductis in deciſione Domini vtraque parte informante permanſerunt in reſolutis, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Fauentina Canonicatum.

Veneris 23. *Februarij* 1663.

ARGVMENTVM.

Diffamatus de aliquo crimine licet alium non patiatur defectum repellitur ab obtinendo beneficio, obtento non priuatur, niſi fortiores vrgeant probationes.

SVMMARIVM.

1 *Diffamati, inquiſiti, & proceſſati ſunt inhabiles ad Canonicatum obtinendum.*

2 *Non debent elegi neque inſtitui qui cauſam ſcandali in Populo ſunt præbituri licet alium non patiantur defectum.*

3 *Bene-*

3 *Beneficium obtentum non tollitur niſi concurrant ea, ex quibus diffamationis notoria inſurgit, & vnum ab altero earum diſtingunt.*

DECISIO LXXIX.

VT numerus Canonicatuum in Eccleſia Sancti Stephani de Modigliana ex diſpoſitione Iulij Ghetti erigendorum augeretur, Eliſabettha de Rauaglis eius Vxor mediante ſuorum Bonorum in illis per ſuos Exequutores teſtamentarios erogari mandauit; Erectione autem nouiſſimè ſequuta; Fratres de Boſijs prętendentes nullos adeſſe habiles de Familia ad illos obtineñ, eſſeque factum locum ex lege fundationis ipſorum inſtitutioni pro illa coram me inſtabat, ſed DD. omiſſa diſcuſſione prælationis, & idoneitatis ex alio capite illam denegandam eſſe cenſuerunt.

Conſtat ex depoſitione ſex Teſtium in vim remiſſoriæ examinatorum poſtquam ſub die 12. Decembris 1661. cauſa iiſdem de Boſijs tantùm informantibus fuit ſuper dicta Inſtitutione propoſita, & nou reſoluta, quod de diuerſis criminibus per eoſdem Teſtes optimam Cauſæ ſcientiam reddentes recenſitis, diffamati, & pro nonnullis
1 etiam inquiſiti, & proceſſati in Curia Epiſcopali, & hac de cauſa extrà Patriam commorari coguntur, quibus ſtantibus effecti ſunt inhabiles ad obtinendum Canonicatũ, *ad Text. in cap. graue nimis de præben. cap. cum in cunctis de elect. Felin. in cap ex parte numer. 4. de reſcript. Zabarell. conſ. 132. in fin. Calderin. conſil. 4. de accuſat. Lambertin. de Iurepatron. lib. 2. part. 1. principal. quæſt. 9. art. 23. numer. 3. & 4. fol. 99. Pariſ. conſ. 138. num. 38. lib. 4. Rota diuerſ. deciſ. 63. part. 3. lib. 1. deciſ. 94. & deciſ. 98. nu. 5. eadem part. 2. lib. 2. Put. deciſ. 502. lib. 2.* & alij quos cumulat *Marc. Anton. Maceraten. reſolut. lib. 1. reſoult. 53. num. 1.* Ea ratione, quia non
2 debet eligi, nec inſtitui ille, qui cauſam ſcandali in Populo eſt prębiturus, quamuis nullum alium patiatur defectum, *cap. Omnipotens 4. de accuſat. Abb. in cap. 1. nu. 6. de Simon. & in dicto cap. cum in cunctis 7. ſub nu. 4. de elect. Rota coram Card. Seraph. deciſ. 516. num. 4.* apud *Otthobon. deciſ. 202. num. 15. & in Calaguritana Beneficij de Bilbao 5. Iulij 1655. §. Hæc autem, coram bo: me: Bichio, & 15. Maij 1657. coram me, §. nec Antonio.*

Adeòut ad iſtum effectum, quo ſolummodo agitur ad repelleñ dd. Fratres de Bo-
3 ſijs ab aſſecutione Canonicatuum nondum obtentorum, non autem vt illis priuentur ſi iàm obtinuiſſent, leuiores ſufficiunt probationes, & quales afferuntur criminum, ex quibus inſurgit diffamationis nota, vt vnum caſum ab altero diſtinguentes tradunt *Ioan. Andr. in cap. penult. de elect. Dec. in cap. porrecta 6. num. 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Pariſ. de confidentia quæſt. 64. num. 15. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 35. numer. 19. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 145. Add. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 238. nu. 13. Rota in præcitatis deciſionibus 102. num. 16. Eminentiſſ. Cardinalis Otthobon. & in Calaguritana Beneficij coram bon: mem: Bichio, & in §. Nec dicatur.*

Et ita in hac vltima Cauſæ propoſitione informantibus tantùm Rauaglis fuit reſolutum Boſijs pluries intimatis ipſos non eſſe inſtituendos.

REVERENDISSIMO D. CERRO DECANO.

Romana Domus.

Lunæ 26. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Coniux acquirens ſibi ſi poſtea ex interuallo in Inſtrumẽto acquiſitionis cumulet etiam nomen alterius Coniugis agere præſumitur ſimulatè in fraudem prohibitæ donationis. Teſtis contrarius, & mendax nullius momenti. Propria confeſſio contra confitentem efficacior probatio;

SVMMARIVM.

1 *Nomen alicuius ſimulatè cenſetur additum ex interuallo in Inſtrumento acquiſitionis, ita vt acquiſitio cenſeatur facta ſolùm ab eo qui pretium ſoluit in primo Inſtrumento.*

2 *Donatio inter virum, & vxorem prohibita.*

3 *Acceptatio præſumitur ex ſola ſcientia ſtipulationis ab alio factæ.*

4 *Hoc tamen procedit in contractu merè lucratiuo non autem in eo cui admixtum eſt onus. nu. 5. & 6.*

7 *Acceptatio requiritur pro acquiſitione dominij, & poſſeſſionis in ſtipulatione ab alio facta, ſed pro inducenda irreuocabilitate contractus ſufficit ſcientia.*

8 *Teſtis ſibi contrarius, & alijs conuictus de mendacio ſine effectu deponit.*

9 *Cõfeſſionibus proprijs magis adhibenda fides quam teſtibus inductis.*

DECISIO LXXX.

COnfirmarunt hodie Domini deciſionem coram me emanatã die 19. Aprilis 1660. in qua fuit Antonio Fabrino denegata manutentio, & reſpectiuè Immiſſio in poſſeſ-
ſionem

ſionem portionis Domus, de qua agitur in
vim Teſtamenti materni, eo quod non
probatur eſſe hæreditariam Angelæ, ſed
Alexandri Patris de illa diſponere eamque
vinculo fideicōmiſſi ſubiicere ad fauorem
D. Antonij filij, ac Nepotis ex Franciſco
altero filio prędefuncto.

Nec enim ſubſiſtit, quod Domus æqua-
liter acquiſita fuerit per Alexandrum, &
Angelam Coniuges, nam ex Teſtamento
anni 1586. Conſtat Alexandrum tantùm
nulla facta mentione Vxoris Domū acqui-
ſiuiſſe ſoluendo pretium Venturæ vendito-
ri augendo Canones, eamque notabiliter
meliorando, & licet poſteà in Inſtrumen-
to 1595. nomen quoque Vxoris expreſſum
fuerit, nihilominus vel dicendum eſt no-
1 men Vxoris fuiſſe ex interuallo in dicto In-
ſtrumento anni 1595. ſimulatè appoſitum,
vt acquiſitio fiat illi tantùm, qui pretium
ſoluit, vt concludit *Roman. conſil.* 291 *nu.* 11.
circa med. cum alijs in d. deciſ. allegatis, vel in
omnem caſum huiuſmodi ſtipulatio Ale-
xandri pro Angela ſapit donationem prohi-
bitam inter Virum, & Vxorem, tam atten-
ta diſpoſitione Iuris communis, quàm Sta-
tuti Vrbis *cap.* 135. vt in *deciſione §. nec refert*.

2 Pręcipuè cum Domus fuerit per Alexan
drum acquiſita abſente Angela Vxore, nec
docetur ipſam huiuſmodi acquiſitionem
eius nomine factam vnquam approbaſſe,
ſeù ratificaſſe, vt requiritur, nihil refra-
gante, quod ex ſola ſcientia ſtipulationis
præſumatur acceptatio, vt in terminis Ma-
3 riti acquirentis Emphiteuſim pro ſe, & Vxo-
re conſuluit, *Dec. conſ.* 56. *num.* 2.

Tum quia id poſſet habere locum in con-
tractu merè lucratiuo, & in donatione gra-
tuita; Tum etiam ex ſola ſcientia Donata-
4 rij inducitur acceptatio, cum nemo præſu-
matur velle repudiare rem ſibi vtilem,
Menoch. conſ. 1153. *nu.* 113. *Rot. deciſ.* 428. *nu.* 12.
part. 4. *tom.* 2. *recent.* Secùs verò quando, vt
5 in caſu noſtro acquiſitio habet miſturam
oneris ad formam Inueſtituræ, quo caſu
cum poſſit Angelæ Donatrici damnum
afferre non inducitur ratificatio ex ſimplici
ſcientia, ſed neceſſarium eſſet eius expli-
citus conſenſus, vt in propoſito declarat
Altograd. conſ. 37. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 2. & præ-
ter adductos in deciſione *§. neque dicatur*, fir-
mauit *Rota in Bonon. Donationis* 27. *Iunij* 1661.
*coram R.P.D. meo Beuilaqua §. nec reuelat repli-
6 catio in fine*, & prius in *Romana Cenſus coram
R.P.D. Bichio*, penes *Merlin. de pignor. dec.* 35.
nu. 5. vbi quod contractibus correſpectiuis,
& oneroſis nulla lege, aut ratione cauetur,
quod Notarius poſſit abſentem obligare
abſque eius conſenſu.

Tum etiam quia acceptatio ad effectum
7 acquiſitionis Dominij, ſeù poſſeſſionis, vt
in caſu noſtro omninò requiritur, licet ſe-
cùs ſit ad effectum irreuocabilitatis contra-
ctus ex parte Donantis, ſeù permittentis ad
hoc, ne poſſit pœnitere, nec à contractu
recedere ante ratificationem abſentis, iuxtà
diſtinctionem, quam ſequitur *deciſio* 683.
num. 4. *part.* 1. *diuerſor. Card. Seraph. deciſ.* 472.
num. 3. latè *Adden. ad Gregor. deciſ.* 97. *num.* 8.
vbi quod cum hac diſtinctione reducuntur
ad concordiam, *deciſ.* 12. *&* 262. *part.* 1. *recent.*
quæ inter ſe videbantur contrariæ.

Et hodie ceſſat quælibet pręſumpta acce-
ptatio Angelæ non ſolùm ex ponderatis in
deciſione *§. quinimò*, dum ipſa in hac Domo,
ſeù eius rata parte, nec viuens, nec in Te-
ſtamento diſpoſuit, ſed etiam ex propria
eiuſdem confeſſione, quod ſit hæreditaria
Mariti emiſſa tàm in confectione Inuenta-
rij, cui fuit pręſens, quàm in Monitorio
obtento ab A. C. met, ne moleſtarentur à
Creditoribus, *Summario Ioannis Andreæ nu.* 5.
& 10. quàm propterea confectionem An-
tonius hæres impugnare non valet.

Non obſtant Teſtes nuper examinati pro
parte Antonij deponentes de confeſſione
extraiudiciali Alexandri pręſente Angela
Vxore, quod pars Domus, ad eam ſpecta-
bat, *dicto Summar. num.* 2. quoniam viſum eſt
Dominis dictos Teſtes non eſſe attenden-
dos tanquàm ſibi contrarios, & de menda-
cio conuictus, dum alij contrarium depo-
8 ſuerunt, nempè Domum ſpectare ad Ale-
xandrum, ac proindè nulla venit eis adhi-
benda fides, *l.* 2. *&* *l. qui falſo, ff. de Teſtib.*

Præſertim quia dd. Teſtibus aduerſantur
geminatæ confeſſiones tàm Antonij, quàm
in aditione hæreditatis Alexandri Patris in
Inuentario deſuper confecto, & in Iudicio
detractionis legitimę aſſeruit dictam Domū
eſſe hæreditariam Patris approbando rela-
9 tionem cum dicta qualitate, *dicto Summari-
Ioannis Andreæ numer.* 6. *&* 8. quàm etiam
eiuſdem Angelæ in confectione Inuentarij,
& in Monitorio pręmemoratis, quibus cō-
feſſionibus geminatis. & ſeriò emiſſis ma-
gis deferendum eſt quàm dictis Teſtibus,
Gabr. de Teſt. concluſ. 4. *numer.* 77. *Rota coram
Verall. deciſ.* 283. *num.* 6. *part.* 3. *&* *coram Gre-
gorio* 367. *num.* 3. & ibi *Adden. num.* 7.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. NINOT

Nullius, ſeù Terræ Pontiani Succeſſionis.

Veneris 2. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Curiales Vrbis benè audiunt, adeòut propter eorum fidem,&integritatem etiam nouum examen litiganti concedatur poſt didicita teſtificata; hoc tamen limitatur quando ad prçteritarum depoſitionum diſcuſſionem deuentum fuit,nunc enim ex principalium calliditate articuli ad euerteda deciſionum fundamenta diiudicantur conflati.

SVMMARIVM.

1 *Rota ob integritatem Vrbis Procuratorum ſolet poſt communicatas depoſitiones, & didicita teſtificata nouum examen concedi.*

2 *Et præſertim ad coadiunandas probationes iam factas.*

3 *Limita non procedere quando proceſſum fuit vlterius ad eorum diſcuſſiones.*

4 *Ex procraſtinatione iuſta oritur ſuſpicio.*

5 *Materia arbitraria dependent à Iudicanlis religione.*

6 *Ex improbabili, & inueriſimili cauſa non eſt indulgendum.*

DECISIO LXXXI.

DIctum fuit articulos non eſſet admittendos,quia licet ob ſpectatam Procuratorum Vrbis integritatem, de quibus Rota
1 confidit ſoleat paſſim etiam poſt communicatas depoſitiones, & didicita teſtificata
nouum examen concedi, *Rota coram Gregor. deciſ.497. num.4.* & ibi *Adden. num.8. coram Merlin. deciſ.15. num.3. & deciſ.881. nu.6.* & *coram Reuerendiſſ. Royas deciſ.427. numer. 6.*
prçſertim ad coadiuuãdas probationes iam
2 factas, *Rota deciſ.575. nu.14. part.5. & dec.41. num.31 part.7. recent.*

3 Tamen ſecùs eſt quoties fuit vlterius, vt
in prçſenti caſu ad eorum diſcuſsionem
proceſſum, *Seraphin. deciſ.688. num.2. & ſeq. Gregor.deciſ.497. ſub num.3. verſ. Et hoc præſertim, Buratt. deciſ.597. num.17. verſ. Et ideò,* poſt diſcuſſas *Eminentiſſ. Otibobon. deciſ.39. num.18. & 19. & in recent. deciſ.301. ſub nu.1. verſ. quo caſu part.4. & deciſ.41. num.36. part.7. & deciſ.128. num.13. & 223. num.10. part.9. & in Romana Dotis 28. Iunij 1651. §. Nam licet coram Eminentiſſ. Currado.*

Tunc enim ſuboritur ex procraſtinatione iuſta ſuſpicio quod articuli potius ad inſinuationem partis, cui ſtatus cauſæ ex de-
4 ciſionibus innoteſcit, quàm quod veritas
ità ſe habeat ſunt fictitiæ, & imaginariè ad declaranda reſolutionum captarum fundamenta accomodati, *Duran. deciſ.482. num.1. Rota deciſ.381. nu.18. part.4. tom.2. & dec.606. num.24. part.5. ac deciſ.266. num.20. part.6.* ac *deciſ.73. nu.7. & 8. part.7. recent.* ac propterea ceſſante in contrariũ rationabili recipiendũ, *Gregor.deciſ.211. num.5. Duran. deciſ.131. nu.8. Rota deciſ.146. num.10. part.5. & deciſion.266. num.19. & deciſ.319. numer.11. & 13. part.6. recentior.*

5 Cumque hçc materia ſit arbitraria,& tota dependeat à Religione Iudicantis, *l.Iudices, C.de fid. Inſtrum. Rota deciſ.134.nu.2.par.2. & deciſ.575.num.3.& deciſ.606.num.56. part.5. & deciſ.41. num.41. part.7. recent.* DD. eo libentius huic reſolutioni adhæſerunt, quo perpenſis probationibus pro Carolo factis articulatris ventris Luciæ negletus, & ſaltem modo quo abſque vlla cuſtodia, &
6 omnimoda libertate proponebatur, viſus
eſt improbabilis, & inueriſimilis; Vnde etiam ex hoc capite inſtantię indulgendum non eſſe cenſuerunt, *capit. quia inueriſimile de præſumpt. Gregor.deciſ.413. nu.3. Canal. dec.87. num.3. Rota deciſ.275. num.8. part.4. tom.2. & deciſ.146.num.13. & deciſ.325. num.23. part.5. & deciſ.319. num.16. part.6. & deciſ.31. num.6. part.7. & deciſ.306. num.6. part.8. recent.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. OTALORA.

Romana,ſeu Ianuen. Pecuniaria.

Lunæ 5. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Multitudo Mercium ſicuti aliorum bonorum poſſeſſio fugæ ſuſpectionem excludit in Mercatore, quamuis habeat intricata nomina debitorum.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria denegatur ſtante irreleuantia. & numer.11.*

2 *Suſpectus de fuga non poteſt allegari, qui bona poſſidet ſufficientia ad ſatisfaciendum Creditori. & num.4.*

3 *Maximè in Mercatore.*

4 *Remiſſoria non datur ad probandum id, cuius contrarium conſtat per ſcripturas.*

6 *Deterioratio poteſt probari per ſcripturas.*

7 *Remiſſoria non datur, quando materia articulata per ſcripturas probari poteſt.*

8 *Præſumptio cedit veritati.*

9 *Remiſſoria in cauſa profana conceditur in qualibet inſtantia etiam ſine ſtatu.*

Digitized by Google

10 *Maximè in tertia inſtantia.*
12 *Nouatio quando inducta cenſeatur.*

DECISIO LXXXII.

LAta fuit Sententia Rotalis coram R. P. D.
Celſo mandatum relaxatum contra He-
ctorem Martinum, & eius Fideiuſſores non
eſſe exequendum. Primò, quia ipſe non
poterat capi in Vrbe, ad quam acceſſerat
deuotionis cauſa, & vbi non contraxerat,
nec bona poſſidebat. Secundò, quia de
tempore obligationis erat idoneus, nec con-
ſtat feciſſe deteriorem conditionem ſuam.
Tertiò, quia non videbatur conſtare ſuffi-
cienter de Credito. Cumque hodie ex par-
te Bartholomæi in gradu appellationis pe-
tatur remiſſoria ad probañ deteriorationem
Martini, dubitaui an eſſet concedeñ, &
negatiuè reſponſum fuit.

Nàm cum futura probatio ſit irreleuans
1 remiſſoria debet denegari ne partes inani-
bus expenſis fatigentur, iuxtà *Text. in l. ad
probationem, C. de probat. Bart. in cap. cum con-
tingat num. 1. poſt med. de offic. delegat. Caputaqu.
deciſ. 66. part. 6. Rota coram Seraph. deciſ. 1564.
num. 2. Merlin. deciſ. 101. num 1. & 807. num. 6.
Eminentiſſ. Otlhob. deciſ. 45. in fin. & deciſ. 96.
num. 1. coram Reuerendiſſimo Tarraconen.*

Irreleuantia verò articulorũ notoria eſt.
Continent quippè in menſe Martij 1659.
ortum fuiſſe rumorem de inſufficientia fa-
cultatum Ectoris ad ſolueñ propria debita;
Contrarium tamen conſtat ex Teſtibus for-
miter deponentibus eumdem Hectorem
poſſediſſe, quamplura bona ſtabilia exiſten-
2 tia, necnon mobilia magni valoris, ex qui-
bus dum poterat Creditori ſatisfecit, ſi de-
bitum, de quo agitur extaret non valebat
idem Ector de fuga ſuſpectus allegari, iuxtà
*Text. in in l. ſi Creditores, ibique gloſſ. poſt princ.
ff. de priuil. Cred. Bald. conſil. 285. num. 2. lib. 1.
Rota coram Duran. deciſion. 80.* & in ſpecie,
quod lex non inducat Mercatorem ſuſpe-
3 ctum poſſidentem multa mobilia, cui de
facili nõ eſt receſſus poſſibilis propter mul-
titudinem mercantiarum, vel grauitatem
ipſarum licet habeat intricata nomina debi-
torum, tenet *Caccialup. de debit. ſuſpect. quæſt. 1.
num. 20.*

Deindè articulata eſt ſimplex deteriora-
tio, cuius probatio nihil releuat. Primò,
quia debebat probari calamitas, & deterio-
4 ratio talis, vt Debitori non remaneant Bo-
na ſufficientia pro debiti ſolutione, *Roland.
conſ. 63. num. 9. lib. 3. Menoch. de arbitr. caſ. 87.
num. 18. cum ſeqq. Rota in Interamneñ. ſeù* Roma-
*na nullitatis mandati 11. Nouembris 1652. coram
R. P. D. Albergato.*

Secundò, quia contrariũ apparet ex actis;
executio quippè fuit facta ad inſtantiam
Reipublicæ Ianueñ ſuper Domo magna
eiuſdem Martini, Fundaco, Viridario, &
aliis ab ipſo dicto tempore poſſeſſis, ac de-
5 indè illi reſtitutis, nec datur remiſſoria ad
probañ id, quod in contrarium conſtat per
ſcripturas, *Felin. in cap. 1. ſub num. 7. de appell.
Rota coram Seraph. deciſ. 1460. num. 3. & Caual.
deciſ. 84. num. 1.* Vlterius ſi deterioratio eſſet
6 vera poſſet probari per ſcripturas; Nàm
procederet à debitis poſteà cõtractis à Mar-
tino, vel a moleſtiis ei illatis ab aliis Credi-
toribus, de quibus nullus datur fumus.
Ideòque intrat regula quod quando mate-
7 ria articulata poſſet probari, non datur re-
miſſoria ad eum probañ per Teſtes, *Felin.
in capit. 1. numer. 4. de appellat. Rot. in recentior.
deciſ. 314. ſub numer. 1. part. 2. Duran. deciſ. 196.
num. 6.*

Nec releuat Martinum acceſſiſſe ad Vr-
bem ad ſubterfugieñ moleſtias Creditorũ,
& animo faciendi tranſitum ad Siciliam.
Hæc namque præſumptio veritati cedit,
8 cum ſtatim, ac liberatus fuit à Carceribus
rediit ad Patriam ſuam Alaſtij, ex qua men-
ſibus elapſis deceſſit.

Minus facit, quod verſentur in Cauſa
9 prophana vbi conceditur remiſſoria, & ſine
fumo in qualibet Inſtantia, *Rota coram Mel-
lin. deciſ. 676. num. 1. & coram Reuerendiſſ. Tar-
raconen. deciſ. 325.* Prѳſertim in tertia Inſtan-
tia, nec Bartholomęus fecerit aliquam pro-
bationem per Teſtes, vt conſiderauit *Rota
coram eodem Merlin. deciſ. 582. num. 2.* maximè
cum detur fumus articulatæ deterioratio-
10 nis Martini Debitoris ex fide Epiſcopi Al-
binganeñ, in cuius Diœceſi eſt Terra Ala-
ſtij illius Patria.

Nàm cum materia articulata non ſit re-
11 leuans fruſtra expectatur probatio, quæ cũ
peruenerit nil operatur, *Bald. in d. l. ad proba-
tionem num. 1. C. de prob. Pariſ. conſ. 97. nu. 131.
cum ſeqq. lib. 1.* & ſemper requiritur rele-
uantia, & illius probatio ad hoc, vt eluda-
tur calumnia, *Rota coram bo. me. Pironano in
Bononien. Cappellaniæ 24. Ianuarij 1611.* quæ
eſt inter eius impreſſ. per *Farinac. par. 2. con-
ſil. . . deciſ. 306. vbi concord.*

Adaugebat irreleuantiam in ſubſiſtentia
Crediti, ponderata in *deciſ. R. P. D. mei Celſi,
§. Imò;* Firmante Bartholomæum Credito-
rem mandaſſe Hectori emptionem Mer-
cium ſumma ſcut. 5000. ſub conditionem,
& illarum pretium cederet in extinctionem
crediti, de quo agitur; ex hac enim emptio-
12 ne Mercium, vel Creditum remanſit extin-
ctum, licèt illæ fuerint ſequeſtratæ ad in-
ſtantiam Creditorũ Bartholomæi, vel ſal-
tem

tem cenſetur introducta nouatio; *Dec.conſ. conſ.463.num.6. Natt.conſ.650.num.12.Rota deciſ.373.num.41. & ſeqq. par.4. recent.*

Et ita fuit reſolutum vtraque, etc.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO.

Leodien. Pecuniaria.

Lunæ 5. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Abbas non obligat Monaſterium mutuo recipiēdo pecuniā,quę non probatur verſa in eiuſdem Monaſterij vtilitatem. Hanc verſionem Teſtes de auditu ab eodem Abbate non probant, illam excludit malum Abbatis regimen, ſicuti eiuſdem ſolertia, & vigilantiam eam præſumptiuè probaret.

SVMMARIVM.

1 *Abbas non poteſt obligare Monaſterium ſine expreſſo conſenſu, & mandato Monacorum.*
2 *Maximè in contractu Mutui, & aſſignatur ratio.*
3 *Statutum Monaſterij Vallis ſcolarium prohibet,ne vllus Prior, ſiue Abbas poſſit ſine conſenſu Monaſterij pecunias mutuo recipere vltra liras 20.*
4 *Verſio pecuniarum eſt probanda ab illo, qui contraxit cum perſona prohibita contrahere.*
5 *Confeſſio Prælati, ſeù Abbatis non præiudicat Eccleſiæ.*
6 *Teſtes de auditu non probant.*
7 *Scriptura priuata non recognita non probat.*
8 *Verſio pecuniarum in vtilitatem Eccleſiæ ex quibus arguatur.*
9 *Solutio ex quibus probetur.*

DECISIO LXXXIII.

SEntentiam Rotalem abſoluentem Monaſterium Vallis Scholarium à reſtitutione Florenorum 4500, mutuo receptorum per q. Abbatem Verſeam ab Auctore illorum de Carolis dixerunt Domini eſſe confirmādam, nam cum Abbas pecunias acceperit abſque conſenſu, & mandato monacorum
1 non probata pecuniarum verſione, non tenetur, proindè Monaſterium ad illorum reſtitutionem, vt expreſsè diſponitur *in cap. quod quibuſdam 4. ibique gloſſ. verb. vtilit. de fideiuſſ. Auth. hoc ius porrectum in fine de Sacroſan. Eccleſ. Facchin. contr. iur. lib.2. cap. 77. ſub litera C. Caſtropal. oper. moral. quæſt.7. tit. de iuſt. commut. diſtinct. 4. punct. 5. num. 2. & 10. & ſeqq. cum alijs allegatis in deciſ. cauſæ 22. Iunij 1657. coram R.P.D. meo Beuilaqua.*
2 Præſertim in contractu mutui, in quo ſpeciale eſt, vt requiratur probatio verſionis iuxtà doctrinam *Innoc. in cap. 1. de depoſ. & ibi Abb. nu. 9.* vbi quod ratio ſpecialitatis in mutuo eſt,quia prælati sūt prōpti ad recipiendum mutuū,& fœneratores prōptiores ad mutuandum; vndè ſi indifferenter Eccleſia teneretur, tunc de facili Bona Eccleſiæ alienarentur, & latè hanc ſententiam ſequuntur *Caſtropal. vbi ſup.d.punct.5.num.13. in fin. Rota coram Card. Seraphino deciſ.368. n.3. & coram Greg.deciſ.511.num.12.* Concurrente
3 peculiari ſtatuto huius Monaſterij expreſsprohibēte, nec vllus Prior hodie Abbas vltra ſummam librarū 20. ſine conſenſu Monaſterij mutuò pecunias percipiat, vnde
4 Creditor illud plus fuiſſe verſum in Eccleſiæ vtilitatem plenè, & concludenter iuſtificare tenetur,vt ponderat *deciſio Domini mei Beuilaquæ, §. tantum abeſt.*

Verſio pecuniarum in vtilitatem Monaſterij pro rata florenorum 3709. non concluditur ex Teſtibus, & quietantijs aliàs in Rota exhibitis, & relatis in hodierno *Sum. de Carolis num. 12.* Teſtes enim deponunt de ſimplici auditu, & quidem ab Abbate, & Receptore *dicto Sum. de Carolis num. 12. & 14.*
5 qui quemadmodum non potuiſſent ſic cōfitendo Eccleſiæ præiudicare, cum in prohibitis non ſtatur aſſertioni Prælati, *Bald. in Auth. hoc ius porrectum num.32.C.de Sacroſ. Eccleſ. Angel.conſ.145.num.8. Rot.coram Pœn.deciſ. 555.num.8. ſecundum impreſſ. Venet.*& de confeſſione Prælati dicentis mutuum conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ, quod non præiudicat tradit, *Vrſill. ad Afflict. deciſ.168.nu.2.*
6 Ità nec dd. Teſtibus videtur magis differendum, quàm eorum Auctoribus, à quibus audiuerunt *Mantic. deciſ.130.num.4. & in rec. deciſ.601. num.31.par.4.tom.3.*

Quo verò ad quietantias, præterquam
7 quod ſunt ſimplices, & priuatæ ſcripturæ non recognitæ, & in eis nō exprimitur nomen Monaſterij cauſa, nec perſona mutuātis ad hoc, vt ſciri poſſit, An ex pecunijs mutuò perceptis fuerūt perceptis Creditores Monaſterij, vt reſpondetur in *dicta deciſ. §. non ſubſiſtit* hodie ceſſat omnis difficultas, nàm Teſtes poſt ſententim examinati vigore remiſſoriæ Rotalis pro parte dicti de Carolis prætendentis probare pecunias mutuo acceptas realiter, & cum effectu Creditoribus Monaſterij contentis in dictis quietantijs fuiſſe ſolutas omnes vno ore deponunt neſcire hodiernò *Summorio Monaſterij numer.5. & 6.*

Aliæ verò quietantiæ nouitèr compulſatæ, ac relatæ in *d. Sum. de Carolis num. 25. & ſeqq.* non ſunt momenti tamquam continentes ſolutionem factam ab Adamo N. medij

mediatore dicti Monaſterij de annis 1626. & 1628, & ſic aliundè quàm ex pecuniis longè anteà mutuo adhibitis ab Authore de Carolis de Menſe Decembris 1621. & de Menſe Ianuarij 1622, quibus quietantiis ſingillatim reſpndetur in reſponſione facti pro Monaſterio.

Conſiderarunt vlterius Domini mutuũ fuiſſe à Verſea contractum nulla vigente neceſſitate, quinimò ex Teſtibus remiſſorialibus conſtat Monaſterium poſſidere facultates pro congrua Monachorum ſubſtẽtatione, & ſubeundis eiuſdem neceſſitatibus, & vlterius, quod Abbas Lethomus Prædeceſſor Verſeæ, qui diù præfuit eius regimini illud reliquit liberum à debitis, & cum copia omnium ad victum neceſſariorum, quodque ſequuto eius obitu Acconomia Monaſterij fuit per Abbatem Verſeam peruerſa, cum omnia per epulas, & potationes conſumpſerit, qua de cauſa interdicta adminiſtratione bonorũ fuit ſucceſſiuè in Galliam relegatus *Summ. poſitionis Monaſterij 3. Iuly præteriti num. 2. & 7. & hodierno Summ. num. 1. & ſeqq.*

8 Ex quibus excluſa Monaſterij neceſſitate, & concurrente malo regimine Abbatis, oritur pecunias fuiſſe malo regimine Abbatis malè conſumptas, ſicut è contra prudentia, & probitas Prælati, qui conſueuit Eccleſiæ vtilia peragere inducit præſumptionem verſionis *Caſtropal. vbi ſupra d. punct. 5. num. 12. verſ. ſecunda ſumitur Gratian. diſceptat. cap. 632. num. 19.*

Nec pro iuſtificanda exiſtentia æris alieni tempore Abbatis Lethomi videtur obſtare concordia inita de anno 1618. inter d. Lethomium, & Lambertum eius Receptorem de ſoluendo debita, quibus Monaſterium reperiebatur grauatum vſque in diem feſtiuitatis omnium Sanctorum anni 1619. *dicto Sum. de Carolis num.* 1. quia ex alio Inſtrumento Concordiæ inito de anno 1629. inter Adamum N. mediatorem bonorum Monaſterij, & Viduam de Lamberth conſtat fuiſſe reddita computa, & quia plus Lamberth exburſauerat, quàm receperat pro ſatisfactione eius Crediti fuerunt dictæ Viduæ ceſſi omnes fructus cenſuum, ſiue redditium ad Monaſterium ſpectantium decurſi vſq; ad annum 1618. vt ex particula

9 deciſionis concordiæ datæ in calce reſponſionis factæ pro Monaſterio, ex qua probatur eius debita fuiſſe per Lamberth extincta tempore obitus Abbatis Lethomi Prædeceſſoris Verſeæ.

Et re verà æs alienum per Abbatem Verſeam contractum non præceſſit ex defectu redditium, qui ſufficientes erant pro neceſſitatibus Monachorum, ſed ex eius mala adminiſtratione, vt deponunt Teſtes remiſſoriales, tàm Monaſterij, quàm vltimo loco examinati pro parte de Carolis *d. Summ. poſitionis num. 6. & hodierno num. 3.* ac proindè cùm nulla fuerit neceſſitas contrahendi huiuſmodi mutuum, minuſque pecuniæ verſæ in vtilitatem Monaſterij merito pro confirmatione ſententię Rotalis reſponſum fuit vtraque Parte Informante, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Aeſina Dotis.

Veneris 6. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Character Sacerdotalis auget fidem in teſte, qui recipitur, licet familiaris ad probationem rei geſtæ inter domeſticos parietes, cuius veritas difficilè poteſt aliundè haberi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis de viſu, & actione propria deponens plenè probat.*

2 *Illius fidem auget caracter Sacerdotalis.*

3 *Procurator repellitur à ferẽdo teſtimonio pro principali, limita, ſi aliqua tantummodo negotia gereret. num. 5.*

4 *Item ille, qui ſalarium recipit.*

6 *Domeſtici tamen admittuntur, vbi agitur de re probanda geſta inter domeſticos parietes. & numer. 7. Maximè quando ſunt bonæ opinionis, & famæ. num. 8.*

9 *Et hoc procedit licet examinati ſint ad perpetuam rei memoriam ſtante illorum idoneitate.*

10 *Teſtis deponens in parte ad ſui præiudicium ſibi conciliat fidem in alia parte depoſitionis.*

11 *Res exiſtentes in Domo, cuius poſſeſſio ab aliquo tenetur ad illum perueniſſe præſumuntur.*

12 *Inter conſanguineos raro reportatur quietantia, ideò ſolutio, ſeu reſtitutio per alias probationes non incongruè deducitur.*

13 *Ex probata receptione rei parui valoris non arguitur ſatisfactio crediti in ſumma conſiderabili conſiſtentis.*

DECISIO LXXXIV.

AGente Ioanna Baptiſta Baleana ad recuperationem ſuæ dotis ſcut. 4300. ſolutę Petro Simoni de Nobilibus eius viro præ defuncto, Marcus Antonius filius, & hæres de redditione rationis hæreditatis paternæ ab illa per tres annos, & vltra adminiſtratæ, ac præſertim de reſtitutione mobilium, & per duas deciſiones ſuper eius bono iure

æditas

ęditas reſtricta difficultate ad iocalia, & argenta. Ideò ſuper his propoſui ſub die prima Iulij 1658. particulare dubium, An de illis fuiſſet reddita ſufficiens ratio, Domini affirmatiuè reſponderunt, in qua reſolutione hodie etiam perſiſtendum eſſe cenſuerunt.

Eſt enim certum, quod ſuper hac reſtitutione iocalium argentorum, ac aliorum mobilium affertur depoſitio ſeptē Teſtiū, qui eam benè concludunt, dum tres primi exprimendo qualitatem aſſerunt fuiſſe præſentes conſignationi factæ Marco Antonio, & ſubindè vidiſſe illa met in propria domo. Alij vero teſtificantur de aſportatione illorum per ipſoſmet facta à domo hæreditaria Petri Simonis ad hæredes tunc temporis per illorum, per ipſum, & vxorem. Ex quibus quidem teſtibus in ſubſtantia reſtitutionis
1 conuenientibus de viſu, & propria actione per hos actus deponentibus ſufficiens reſultat probatio, *Butr. in cap. cum cauſam de Teſtib. Caſtr. conſ. 187. col. 3. lib. 1. Surd. conſil. 132. num. 1. & 49. Cephal. conſ. 170. num. 42.* & tan-
2 to magis, quia in vno concurrit qualitas Sacerdotalis, quæ auget fidem in teſte, *gloſſ. in cap. Monachus, verb. compendia 77. Crauet. conſil. 267. num. 2. Pariſ. conſ. 57. num. 50. lib. 1. Rota deciſ. 630. num. 2. par. 3. recent. & vim duorum habet gloſſ. in d. cap. Monachus, Ruin. conſ. 137. num. 2. & 13. lib. 2. Roland. à Valle conſ. 24. numer. 54. lib. 1. Menoch. conſ. 92. num. 8. Magon. deciſ. florent. 58. num. 20. Capic. latr. deciſ. 12. numer. 14. & 15.*

Non obſtant exceptiones perſonales obiectæ dd. teſtibus, & ſignanter contra Franciſcum Blancum Sacerdotem, quod actualiter inſeruiat Ioannæ Baptiſtæ, ſitque illius Procurator, & proindè refellatur à feren-
3 do teſtimonium pro illa, vt de Procuratore eſt *text. in cap. inſuper de Teſtib. Rota coram Andre. deciſ. 86. & in recent. deciſ. 334. num. 1. par. 4.*
4 *tom. 3.* & de teſte ſalariato *l. 2. C. de Teſtib. gloſſ. in cap. in literis in verb. de famil. verſ. familiaritas eod. tit. Rota deciſ. 294. n. 2. poſt ſecundum vol. conſ. Farin.* quia præter quod per ſimplicē fidem a perſonis Ioannæ Baptiſtæ non benè affectis factum huiuſmodi ſeruitium non extat probatum, & ex contraria atteſtatione Doctoris Franciſci Mariæ Rodulphi relata in hodierno *Summ. Ioannæ Baptiſtæ num. 1.* liquet ipſum à pluribus annis citra eſſe illius Procuratorem eliditur exceptio hæc, quia dictus Blanchus vti vir Religioſus, & Sacerdos, etiamſi in aliquibus negotijs, & cauſis
5 eidem inſeruiſſet, adhuc non prohibetur pro illa teſtificari *Bellamer. deciſ. 605. Farin. de Teſt. quæſt. 60. num. 242. Rota in Romana reſtitutionis dotis 15. Ianuarij 1649. §. quod etiam coram bo. mem. Peutingerio,* maximè ad effectum probandi conſignationem mobilium factā
6 à Matre filio inter domeſticos parietes, quæ alijs quam domeſticis difficiliùs nota eſſe potuit *l. conſenſu §. penult. C. de repud.* ibi: *Quo-*
7 *niam non facilè quæ Domi geruntur per alienos poterant confiteri: Butr. in cap. cum à nobis nu. 22. in fin. eod. tit. Farin. de Teſtib. quæſt. 6. num. 232. Rota coram Card. Mantic. deciſ. 112. num. 4. & 10. in dicta Romana prætenſæ reſtitutionis dotis §. quoad, & in Romana Pecuniar. 21. Iunij 1655. §. minùs debilitatur coram me, Modern. Carpen. controu. 156. num. 37. Thomat. loquens in ſpecie de mobilibus in deciſ. 11. numer. 5.* ex quo tollitur
8 etiam exceptio familiaritatis, quæ contra eumdem, & alios Teſtes obijcitur, cum ſint bonæ opinionis, & famæ, & aliundè veritas difficilè haberi poſſit, *Mantic. d. deciſ. 112. ſub num. 4. verſ. ex his tollitur, Maſtrill. deciſ. 245. num. 3. Cyriac. contr. 165. num. 7. Rota deciſ. 165. num. 51. 52. & 63. & deciſ. 191. nu. 24. p. 6. recent*

Minus obſtat, quod Teſtes deponant per atteſtationem, ad perpetuam rei memoriam factam, quia cum ſint plures, & idonei, & cum ipſorum dicto concurrant adminicula ſuppletur defectus, qui illis eſſet, & ſatis re-
9 manet iuſtificata veritas reſtitutionis Bonorum, ipſis præſentibus, vt ſupra ſequutæ, *l. ſi quid, C. de donat. Crauett. conſ. 185. num. 13. Surd. deciſ. 107. num. 7. Rota in recent. deciſ. 122. num. 7. verſ. quia fides par. 1. deciſ. 177. nu. 2. verſ. Iſta enim fides p. 3. deciſ. 260. num. 4. par. 5. apud Buratt. deciſ. 306. num. 6. in dicta Romana pecuniaria 26. Iunij 1654. §. eo magis coram bo. mem. Bichio confirmata ſub dicta die 21. Iunij 1655. coram me, §. & tanto magis.*

Inter adminicula autem per DD. tunc, & denuò conſiderata, illud primum eſt, quod reſultat ex depoſitione Ioannis Patris Marci Antonij, & cohæredis, qui medio iuramento confeſſus fuit partem argentorum, & iocalium penès ipſum reperiri, & alterā Marco Antonio fuiſſe conſignatam, quæ confeſſio iurata, & ex alijs comprobata, ac tendens in ipſius confitentis intereſſe, & præiudicium, ſi illam conſequutus nō fuiſſet, multū eſt attendenda ad inducen. cōie-
10 cturam verum eſſe teſtimonium eius quoad partem relictam Marco Antonio, *Alex. conſ. 13. num. 1. Marant. in ſpecul. p. 6. principalis art. 5. ſub num. 21. Seraphin. deciſ. 1163. num. 6. & alij, quos citat Thomat. deciſ. March. 17. num. 3. & 4.* non refragante quod ſit Ioannæ matri dilectiſſimus, dum eſt Marci Antonij germanus frater; Secundus verò adminiculum non minùs concludens præſtat mandatum de manutenendo à dicto Marco Antonio obtentum in poſſeſſione Domus, in qua dū

cuncta mobilia exiſtebant, & ſuper quibus facta fuit executio comprehendens omnia, 11 vtique in illa cenſentur comprehenſa iocalia pro ſua rata eo modo, quo continentur paramenta, & ſuppellectilia, quæ non negantur recepta, vt comprobat *deciſio §. Alterum adminiculum*.

Accedit modo tertium ex eo, quod ſit facta ad inſtantiam Communitatis Aeſinæ creditricis Marci Antonij executio ſuper mobilibus, & ſucceſſiuè deſcriptis, vt in hodierno *Summ. Ioannæ Baptiſta num. 3.* conſtat non ſolùm adeſſe ea ſupellectilia, & paramenta, quæ Ioanna Baptiſta poſuit in ſuo Inuentario tutelare, ſed etiam partem argentorum controuerſorum.

Non vrget, quod non oſtendatur quietantia, quam Ioanna Baptiſta reputaſſet, ſi verè facta eſſet reſtitutio, quia quietantiæ non ſemper fiunt, & maximè inter ſangui-12 ne coniunctos, æquè benè probatur ſolutio, & aliarum rerum conſignatio, *gloſſ. in l. ſi conſignatum, ff. de probat. Gratian. deciſ. 46. numer. 10. Afflict. deciſ. 13. num. 18. cum duob. ſeqq. Surd. deciſ. 105. num. 10. Cenc. de Cenſ. quæſt. 87. num. 24. Rota deciſ. 259. num. 12. par. 4. tom. 2. recent.*

Ex quibus iterum Domini cõcludebant, quod vel reſtitutio remanet plenè probata, vel in omnem caſum cùm controuerſa argenta ſint exigui valoris, habito reſpectu ad Dotem tàm conſiderabilis ſummæ, non poteſt impediri recuperatio hac exceptione, ex quo ſemper verum eſt dicere, quod 13 ceſſat præſumptio ad manus mulieris tot Bona perueniſſe, cum quibus potuerit de ſua dote commodè ſatisfieri, vt ad effectum exigitur iuxtà *tex. in l. vn. §. taceat C. de re vxor. Rota coram Seraph. deciſ. 1455. num. 1. cum ſeq. apud Buratt. deciſ. 862. num. 3.* & ibi *Add. Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 247. nu. 19.* & alij cumulati *in deciſ. §. Et in omnem caſum.*

Et ita ſtandum eſſe in deciſis fuit concluſum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Feneſtrarum.

Veneris 13. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Ecmulatio in ædificante non præſumitur. Statutum prohibens vſum rei propriæ ad euitanda Ciuium diffidia ſeruandum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Vnicuique licet proprias ædes altius tollere, & in eis feneſtras aperire.*
2 *Dummodò id non faciat ad æmulationem, quod non præſumitur.*
3 *Statutum Bononiæ prohibens vicinò facere foramen, vel feneſtras in pariete propria eſt ſeruandum num. 5.*
4 *Relationi teſtis periti ſtandum eſt.*
6 *Remedia ſubſidiaria non dantur ei, qui ſua ſponte in neceſſitatem incidit.*
7 *Statutum Bononiæ, de quo ſupra declaratur.*

DECISIO LXXXV.

Directa mihi cauſa appellationis à ſententia Iudicis V. Legati Bononiæ confirmatoria alterius Rotæ Bonon., qua declaratum fuit licere Francisco Zuffio feneſtras habere apertas, tàm in parte Superiori, quàm inferiori domus, quam ædificauit continuam Viridario Caroli Cignani, dummodò tamẽ apponat cratem ferream in medio muri, dedi dubium An feneſtræ in totum claudi debeant, vel ſufficit apponi ferratam, iuxtà formam traditam in ſententia de partibus, quo hodie propoſito, Domini reſpõderunt feneſtras eſſe permittendas ad lumen, non ad proſpectum, & cum ferratis.

Ratio reſolutionis quoad primam partem 1 fundatur in diſpoſitione Iuris communis tantum, quando licitum eſt vnicuique Aedes altius extollere, & in eis feneſtras aperire, *l. altius, & ibi Bald. num. 4. & Caſtrenſ. n. 5. C. de ſeruit. Honded. conſ. 80. num. 15. lib. 3. Cepol. de ſeruit. cap. 62. per tot. & Rot. Bonon. deciſ. 110.* 2 *num. 20.* dummodò id non faciat ad æmulationem, prout in dubio non præſumitur donec contrarium probetur *Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. caſ. 156. num 9. Andr. Gugl. obſeruat. 69. num. 30. lib. 2. Viu. deciſ. 306. num. 1. lib. 2. & Rota Bonon. d. deciſ. 110. num. 11. cum alijs adductis per Rotam coram Buratt. deciſ. 632. num. 6. & Adden. ibidem num. 25.*

Quo verò ad ſecundum innititur diſpoſitioni Statuti particularis Ciuitatis Bononiæ quo vicino interdicitur in muro proprio, ſeù conducto aperire foramen, vel feneſtras, vnde pateat aditus, vel proſpectus in Hortum, & domum vicini, niſi aliundè commodè lumen habere non poſſit, cuius quidem ſtatuti diſpoſitionem vti emanatam pro communi bono ad euitandas rixas, & 3 diſcordias, ſeruan. eſſe in ſimilibus terminis cenſuerunt *Ioannes Oinot. in §. Prædiorum Vrbanorum inſtit. de ſeruit. Bero. d. conſ. 134. n. 15. verſ. de Iure vero municip. Io. Bapt. Garzin iur.* ſin-

ſingul.p.1.ſingul.13.num.48.cum ſeq.Rot.Bonon. deciſ.110.num.7.& d.deciſ.110.num.1.

Nec obſtat, quod Satutum locum habeat, quando aliundè lumen commodè haberi non poteſt, quodque ſaltem in duobus
4 cubiculis, ſeu manſionibus attento præſenti ſtatu fabricæ, lumen aliundè commodè habere nõ poſſit iuxta relationem teſtis periti, cui in hoc ſtandum eſt, *l.1. in princ.ff.de verit.inſpicien. Grat.diſcept.for. c. 600. num. 22. & ſeqq.Rota deciſ.131.p.2. & deciſ. 318. nu.73. par.9. recent.* vbi plures cumulantur.

Quia quicquid ſit an debeat attendi præſens ſtatus fabricæ, vel potius initium, ſe-
5 cundum quod, vt refert idem Peritus aliter conſtitui poterat prout vult *Add. ad Rotam Bonon. deciſ. 97.§. Quarta diſtinctio verſ.ſecundo cauſam*, motus ea ratione, quando remedia ſubſidiaria non conceduntur ei, qui ſua ſpõ-
6 tè in neceſſitatem incidit, *Menoch. de arbitr. lib.2.cent.2. cap.162. num.38.& Rota deciſ.189. num.34. poſt Zacch.de oblig. Camer.*

Tollitur obiectum, dum non ordinatur in totum claudi feneſtras, ſed permittitur quidem Zuffis illas habere, ita tamen, quod
7 per appoſitionem cratis ferreæ, ſeù ferraturarũ in medio muri impediatur ipſi aditus, & liber proſpectus in Viridarium Cignani; Sic enim nec præſens ſtatus fabricæ deformabitur, nec Cignanus habet, quod conquæratur, cum adimpleta remaneat mens, & ſtatuentium, quæ in eo vnicè conſiſtit, ne vicinus habeat aditum, vel liberum proſpectum in Domum, vel Hortum vicini, prout apertè colligitur ex rubrica dicti Statuti §. *Item ſi quis*, & obſeruat, *Monterent.ibid. in verbo feneſtra.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO

Meliteñ Parrocchialium.

Luna 21. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Contemnit Sedis Apoſtolicæ præcepta, qui mandatis Rotalibus obſequium non præſtat, ideo contra illum declararoria relaxatur. Præceptum negatiuum ſeu prohibitiuum ſola patientia adimpletur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur contra recuſantem parere mandatis Rotalibus ſeruatis quatuor terminis ad docendum ſe paruiſſe.*

2 *Contumax in parendo dicitur, qui poſt ſibi intimatum mandatum, & poſt elapſos quatuor terminos, non docet de paritione.*

3 *Declaratoria faciliùs conceditur, quando vltra contumaciam, concurrit poſitiua contrauentio mandatis Rotalibus.*

4 *Patientia ſufficit loco paritionis, quando præceptum eſt negatiuum, ſeù prohibitiuum, & num.5. vbi Declaratur.*

DECISIO LXXXVI.

ROta cenſuit ſub die 10. Martii anni præteriti dandum eſſe Petro mandatum de manutenendo in poſſeſſionem Parrocchialis controuerſæ loco purgationis attentatorum contra Matthæum, qui in eam lite pendente ſe intruſerat. Cùm autem ipſe huiuſmodi mandato non paruerit, hodie fuit dubitatum an contra eundem eſſet dãda declaratoria, & DD. affirmatiuè reſponderunt.

1 Conſtat enim mandatum prædictum fuiſſe Matthæo perſonaliter intimatum, eoque poſtea reproducto fuiſſe ſeruatos quatuor terminos ſubſtantiales de ſtylo ſeruari ſolitos, quibus elapſis cum pro parte illius non oſtendatur fuiſſe paritum, merito concedi debet declaratoria, *Felin. in cap. ad probandum numer. 6. de re iudicat. Adden. ad Buratt.deciſ.17.numer.5. in Leodien. Archidiaconatus 15. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Decano.*

2 Præſertim quià vltra contumaciam, quæ reſultat ex dicta intimatione, & lapſu terminorum, vt dixit *Rota deciſ.591. num.5. par.2.& deciſ.735.numer.5.par.9. tom.3. recent.* conſtat de poſitiua contrauentione, nàm dictus Matthæus adhuc continuat in admi-
3 niſtratione Sacramentorum, & in exercitio curæ animarum, vt ex atteſtationibus datis, qui ſunt actus contrarij paritioni, adeò vt eo magis veniat concedenda declaratoria, ad hoc, vt ille ſacri huius Tribunalis imò Sedis Apoſtolicæ mandato debitum præſtet obſequium, *Rota deciſ. 654. num.1.& 4.par.3.& deciſ.735.nu.5. & 6.par.4. tom. 3. recent. & in Cæſarauguſtana Cathedralitatis 5.Iulij 1660. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

4 Et licet quando mandatum nullum præceptum continet, ſed tantum prohibitiuum, & negatiuum, ſola patientia ſufficiat, *Rota recent. par.1.deciſ.319.num.1.& deciſ.20.num.3.& 4.coram Merlin.* tamen huiuſmodi diſtinctio procedit niſi doceatur de actibus in contrarium, ſecùs vbi, prout
5 hic, non ſolum apparet de ſimplici contumacia, ſed etiam de poſitiua contrauentio-

tione, *Rota d.deciſ.20. numer.9. coram Merlino, cum alijs per Adden.ad Buratt. dicta deciſ.17. num.8.*

Et ità per contradictas, &c.

R. P. D. NINOT.

Ferrarien Pecuniaria.

Lunæ 30. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Loci ſtatutum informe non habet vim vnde ſuccedit ſtatutum Ciuitatis Dominantis. In ijs, quæ per ſcripturas probari poſſunt fruſtra petitur remiſſoria hæc tamen non denegatur, quoties illa probatio reciperet corroborationem ex Teſtibus Articulus admiſibilis cœteris, qui reijciendi forent communicat admiſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Remmiſſoria datur in profanis ſtante releuantia etiam vnius articuli, & num 9.*

2 *Statutum informe non attenditur.*

3 *Statutum Ferrariæ lib.2. Rub.107. quando procedat.*

4 *Remmiſſoria conceditur etiam quod probatio poſſit fieri per ſcripturas, quando illa poteſt per teſtes conualidari.*

5 *Vel quando materia articulata in aliqua parte non poteſt probari per ſcripturas.*

6 *Dictio &, quando reſoluatur in Alternatiuam.*

7 *Remmiſſoria facilius conceditur, quando ex nouis probationibus pendet victoria cauſæ.*

8 *Conſuetudo attenditur ad effectum taxandi fructus dotales.*

DECISIO LXXXVII.

ANnuerunt Domini conceſſioni remiſſoriæ, quia verſamur in prophanis, &
1 materia articulata eſt releuans, *l. ad probationem, C.de probat. Rota coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ.2.num.1.& deciſ.14.num.3.& deciſ.36.num.1.& in recent.deciſ.125.nu.18.par.5. & deciſ.22.num.2.& deciſ.84.nu.1.& deciſ.299. num.1.par.8.& in Farfen. Bonorum 3.Iulij proximi præteriti coram me.*

Releuantia reſultat ex omnibus, ſed ſignanter reſpectu ſecundi, quarti, & quinti, nàm quoad ſecundum ſi ex futura probatione conſtabit Statutum Maſſæ ex quo extracta fuit partita per Gregorium producta, non eſſe legale, & authenticum, ſed rudè, & informè, prout de huiuſmodi informitate datus fuit fumus ex atteſtatione Notarij, qui facta coram Teſtibus inſpectione, illud ab omni ſolemnitate vacuum reperijſſe deponit. *Summ.* Auolci *numer.2.* non amplius lucrum dotale regulabitur
2 iuxtà eius diſpoſitionem cum Statutum informe non attendatur. *Gemin. conſ.62. numer. 8. Sola ad Conſtitut. Sabaud. in probem. gloſſ.3.numer.11. in fin.Caputaquen.deciſ.41.numer.2.& ſequen. Rota deciſ.297. numer.6. par.9. re cent.*

Sed ſuccedat in eius defectum Statutum Ferrarię Ciuitatis Dominantis *lib.2.rubr.*107 iuxtà quod tantum de Dote Victricus lucrabitur quantum ab inteſtato ipſi deberetur ſi vnus eſſet ex liberis prioris Matrimo-
3 nij, vt ſunt verba eiuſdem Statuti, ſuper quo latè diſcurrunt *Pigant.ibidem num.71. & ſeqq.Zuccard.conſ.42.per tot.Rimin.Iun. conſ.31. nu.11.& ſeqq.* Et generaliter de conſimilibus Statutis *Surd. conſ.411. Peregr. conſ.107. lib.3. vtrobique per tot.Merlin.de legit.lib.2.tit.1.quæſt. 22.Gratian.diſcept.300.nu.23.* vbi etiam quæſtionem excitant an antea detrahendum ſit legitimam filiorum, ſuper quo modo aliquid ſtatuere penitus extra rem eſſet.

Et quamuis probatio hæc fieri poſſit ex oculari inſpectione per tranſmiſſionem librorum ad Curiam, attamen cùm vlterius articuletur non vſus illius, hoc ſufficit vt remiſſoria concedatur. Tùm quia illa non
4 eſt deneganda quoties probatio reſultans ex ſcriptura poteſt à Teſtium depoſitione corroborationem accipere, *Cæſar de Graſſ. deciſ.1.numer.8.& ſequen.de dilatat. Caualer. deciſ.271. numer.5. Adden. ad Rot. deciſ.606. numer.51.par.5.recent.& deciſ.196.num.5. & ſeqq. par.6.Reuerendiſſ.Royas deciſ.320.num.4.& 5.& deciſ.82.num.8.*

Tum fortius quià ſat eſt quædam ex articulatis non poſſe per ſcripturas probari,
5 ad hoc, vt illa ſuper omnibus impartiatur. *Merlin.deciſ.87.num.4.& 7.Caualer.d.deciſ.271. numer.5.Add.ad Greg. deciſ.289.numer.3.par.3. Adden.ad deciſ.606.nu.52. par.5. & coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ.53.numer.21.& 22.& deciſ.82.num.9.*

Nec releuat, quod cum contrahentes ſtipulati ſint reſtitutionem Dotis ad formam dicti Statuti Maſſę eius exiſtentiam & legalitatem præſuppoſuiſſe videantur, quià imò ſtipulatio non fuit determinatè directa ad Statutum Maſſæ, ſed vage, & indifferenter ad Satutum Maſſæ, & Ferrariæ, quæ copula, & quemadmodum in præſenti caſu in quo ſtat inter contraria, & ſe ſe
6 inſimul excludentia reſoluitur in *vel, Fuſar.quæſt.455.num.11. Gonzal.ad regul.8.gloſſ.4. num.14.Barboſ.dict.110. numer.37.* ità eſt in pro-

proferente denotatiua non ſolùm ambiguitatis, & dubietatis, *Angel.conſ.94.ſub num.5. Barboſ.dict.415.nu....* Sed etiàm correctionis, quatenus Statutum Maſſæ non adeſſet, *Menoch.conſ.817.num.7.Barboſ.dict.363.nu.14. & dict.415.num.10.*

Clarior eſt releuantia reſpectu quarti, in quo articulatur plaſtras bis mille à Sereniſſima Magno Duce Etruriæ nuptus occaſione traditas fuiſſe in dote comdræhenſas, Cum enim punctus iſte diù inter Partes diſcuſſus adhuc ob conflictum contrariarum conjecturarum remaneat in ſuſpenſo non eſt ligandum litigantibus manus ne va-
7 leant viam ſternere ad probationem, à qua pendet illius victoria, *Rota coram Reuerendiſſ. Royas deciſ.313.& deciſ.310.vtrobique numer.3. coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 136. & deciſ.188.pariter vtrobique num.4.& in recent. deciſ.252.num.1.par.9.*

Et pari modo releuans eſt quintus, in quo continetur conſuetudo ſoluendi fructus dotales ad rationem quinque pro centenario, qua iuſtificata, ceſſabit taxatio in
8 ſcutis ſeptem, cum in hac materia recurratur ad illam *Gratian. diſcept.526.nu.15.& 16. Buratt.deciſ.65.numer.3. & ibi Addet.numer.4. Rota coram Seraphin.deciſ.1406.numer.3.& coram Andr.deciſ.13. numer.2. ac in recentior. deciſ.300.numer.11. par. 6. & deciſ. 6. numer. 5. par.8.*

9 Quoad reliquos non eſt inſiſtendum, cùm ſufficiat releuantia vnius, vt omnes ſint admittendi *Rota coram Vbaldin.deciſ.257. num.2.& 16.coram Eminentiſſ.Otthobono deciſ.2. num.12.& deciſ.53.num.4.& in recent.deciſ.473 num.3.par.5.& deciſ.84.num.4.& deciſ.211.n.14 par.8.& deciſ.303.num.16. & deciſ.493.num.1. par.9.recent.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Meleuitana Pecuniaria.

Lunæ 30. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Barattaria non arguitur ex fuga, niſi hanc doloſè arreptam fuiſſe probetur, quę probatio fieri debet per Teſtes non ſuſpectos, non eſt in culpa qui ſuperioribus accidentibus cedit.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſe fundat in obligatione conditionali tenetur probare conditionis caſum eueniſſe, & numer. 10.*
2 *Actio non oritur ex obligatione conditionaliter, niſi conditione adimpleta.*
3 *Barattaria ex quibus probetur.*
4 *Et an ſufficiat ſimplex fuga.*
5 *Teſtes qui reddunt cauſam ſcientiæ plenè probant.*
6 *Teſtes contra inducentem fortius probant.*
7 *Contrauentio non dicitur, quando quis vtitur facultate ſibi conceſſa.*
8 *Barattaria non probatur ex teſtibus ſuſpectis.*
9 *Exitus acta probat.*

DECISIO LXXXVIII.

Angelus Borgh accepit ad Cambium ſub nautico fænore ſcut.1000. de Taunis à Io: Franciſco Gauio, & Angelo Cugnetto ad effectum illa ſecum reportando in primo viaggio de proximo futuro ab Inſula Melitæ ad Ciuitatem Siracuſarum, inde Auguſtam, & Regnum Cretæ, erga quos in caſum obitus, vel Barattariæ dicti Angeli fideiuſſit, & inſolidum ſe obligauit Alexander Infantinus per ſententiam Rotalem alterius de partibus confirmatoriam condemnatus ad ſoluendum ſcuta 715. pro reſiduo dicti Cambij, quam ſententiam ex capite Iniuſtitiæ DD. Infirmandam eſſe cenſuerunt, quia Cambij creditores, qui
1 nituntur obligationi Alexandri ſub conditione duplicis euentus, hoc eſt mortis, vel Barattariæ conceptæ debent oſtendere alterum ex dictis caſibus eueniſſe, *l. ex his, C. quand. dies legat. ced. l.1. ff. de regul.Caton.l.cùm qui nouiſſimus, ff.ad Trebell.* aliàs caſu non ſe-
2 quuto, & conditione non impleta non dicitur orta actio ad petendum id quod in obligatione continetur, *l. Theſ. 41. §. Stichus, ff.de fiduciaria liberat.l.qui hæredi 44.§.vltimo ff.de condit.& demonſtrat.l.certi conditio, & ibi Bart. num.3. verſ.Venio ad quartam ff.ſi cert. pet.Ruin.conſ.35. numer.13.lib.5.Guid.Panzirol. conſ.77.numer.8. Rota Gen. de mercat.deciſ.3.ſub numer.15. coram Card.Mant. deciſ.155.numer.1. verſ.2.*

Nec cauſam Barattariæ, quæ ſola allegatur ex eo deueniſſe deduci poteſt, quod Angelus in reddittu ab Inſula Cretæ, & Claſſe Veneta prius Cocyram, & poſtea Venetias appulit, vt distractis mercibus, ac dimiſſa naui fugam arripuiſſe dicitur, qui eſt vnus ex modis, quibus probatur Barattaria, ſicunt allegati *in deciſione ſub die 4. Aprilis 1658. coram R.P.D. meo Veroſpio, ante
3 dictam ſententiam emanata §. Tum enim Angelus,* & tradidit etiam *Maſcard. de probat. concluſ. 166.num.1.* quia præter quod non intentione fugiendi, ſed ob alia infortunia in alias partes, vt infra ſe ceſſit ad continen. aliquē de

de hoc crimine ſimplex illius fuga non eſt ſufficiens, ſed debet conſtare illum doloſè,
4 & animo defraudandi eum præmeditaſſe, ſicut aduertunt *Odd.conſ.31.num.15. Stracc. de aſſecurat.gloſſ.31.num.2. & 3. Monach.deciſ. flor. 1. num.9. 19. 34. & 46. Lotther. eod tract. p. 3. num.82. Io: de Neuio lib.3. comment. Nauic.cap.4. num.24. & 28. Giurb. obſeruat.73. num.3.25. & 27. Thor. in compend. deciſ.p.2. verb. Aſſecuratores p.2. poſt ſecundum vol. notab.44. num. 139. & ſeq. Rot. in Romana aſſecurationis 5. Martij 1636. §. nec eſt vurum in fin. coram bon.mem. Cardinali Macchiauello.*

Huiuſmodi dolus, & fraudandi animus ex depoſitionibus teſtium in Curia, & extra vigore remiſſorialium poſt dictam ſententiam ad inſtantiam Alexandri examinatorũ in hodierno eius Summario penitus deeſt: Nam vno ore omnes teſtificantur dictum Angelum acceſſiſſe Cocyram ad effectum reaptandi Nauem, ibique interim emiſſe à nonnullis Hebræis quandam quantitatem Valloneæ ſibi in Portu Radimi conſignan. prout cum effectu licet in minori quantitatę receperit, & intendens poſt alia ibi: Circa hoc ſequuta, & à Teſtibus enarrata, alterũ tendere, & iter proſequi ob ſubortam tempeſtatem quaſſata naui, non ſine naufragij periculo vi ventorum contrariorum pulſus per ſinum Adriæ appulit Venetias, vbi ab alio cum magna impenſa fuit reaptata Nauis ad nauigandum hac de cauſa inutilis effecta, qui Teſtes optimè cauſam ſcientiæ reddentes, quia eidem Angelo, & Naui inſeruiebant, & hæc omnia viderunt, non
5 poteſt in dubium reuocari quin benè concludant, *l. ſolum C. de Teſtib. l. cum hi §. vltimo igitur ff. de tranſact. Rota coram Card. Seraph. deciſ.109. num.3. & apud Pen. deciſ.614. numer. 1. iuxta Venetam impreſſ.* iuncta maximè conformi depoſitione aliorum teſtium ab altera
6 parte inductorum, contra quã fortius probant, *l. ſi quis C. de Teſtib. Soccin. ſen. conſ.253. ſub num.3. lib.2. Rota deciſ.748. nu.6. p.1. & deciſ.774. num.2. par.2. recent.*

His poſitis non videtur ſufficiens, quod Angelus contra formam Inſtrumenti expleto primo itinere non fuit reuerſus Melitam, ſed diuertit ad prædicta loca, & ad alios actus, vt ſubdit *deciſio ſub §. Hinc Barattaria, verſ. præſertim quia*, licet Angelo reducuntur ab Inſula Cretæ eſſet interdictum retrogredi data non fuit facultas attingendi, & tranſeundi per alia loca ſibi benè viſa ad effectum onerandi Nauem; vnde ſecluſo impetu ventorum, & neceſsitate illam reaptandi, vtendo Angelus facultate ſibi tra-
7 dita poterat continuato tempore ad alia loca ad prædictum effectum accedere ante reditum Melitam, cum ſemper idem viaggium, & in terminis per plura exempla conſuluit *Soccin. Sen. in conſ.33. ſub num.8. & 9. lib.1.*

Non obſtat, quod Angelus dixerit nolle amplius Melitam redire, ex quo arguebatur animus defraudandi pecunias ad Cambium acceptas à Collitigantibus, & hinc commiſſa ſit ſtipulatio Barattariæ, quia præter quod ea, quæ in hoc exigitur, probatio nõ
8 reſultat ex dicto vnius Teſtis hoc aſſerentis, cum patiatur exceptionem perſonalem, ob quam recipitur ad probandum tale delictum, in quo non admittuntur teſtes ſuſpecti, ſed debeant eſſe idonei, vt *per text. in cap. licet hali, cap. per tuas di Simon. & ex notab. gloſſ. in cap. 3. loco de probat. tenet Maſcard. eod. tract. in concluſ.165. num.5.* Huiuſmodi Angeli dictum declaratur ab alijs Teſtibus ab vtraque parte examinatis vltima, quod non intendebat redire exonerata Naui, prout in emendo merces adhibuit diligentias à Teſtibus relatas, quæ penitus excludunt animũ machinationis, & barattariæ.

Minus vrget, quod ex ſubſequuto poſt hæc acceſſu ad vrbem Liburni, et continua commoratione ibi facta ſatis declaratus fuit animus in præteritum aufugien. quia exi-
9 tus acta probat, et cuius finis malus eſt eius prærordinatio præſumitur doloſa, *l. ſi quis adulterium 33. ff. de cond. adult. l. aut facta, §. euentus ff. de Pœn. l. Aurelius §. ſi Teſtor ff. de liber. legat. Aym. conſ.18. num. 4.* quia hæc ſuſpicio tollitur ex ſupradictis, quę apertè oſtendũt in hoc itinere ſe oppoſuiſſe accidentia irreparabilia, de quibus Angelus Patronus, vel nullo modo poteſt dici culpabilis, aut ex his, quæ imputantur nõ poteſt cenſeri probata barattaria, ad quam, et ad obitum re-
10 ſtricta eſt obligatio Alexandri, vt non teneatur ad ſolutionem debiti, vt in his terminis præciſis reſponſum fuit in ſupracitata *Romana aſſecurationis* 10. *Decembris* 1636. *§. nec eſt verum coram Cardinali Macchiauello.*

Et ita deciſum, etc. vtraque, et.

R. P. D. PRIOLO.

Bononien. Bonorum.

Veneris 4. May 1663.

ARGVMENTVM.

Epiſtola ſuſpecta redditur, quando non eſt originalis, et copia deſumpta fuit ex libro non habente numeros marginales, & intitulationem in terminis *Stat. Bonon. for. Mercat. rub. 19.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Intitulatio libri negotij demonſtrat ad quem ſpectet dictum negotium.*

2 *Societas excluditur ex acquiſitione facta nomine proprio.*

3 *Societas numquam cenſetur contracta ceſſante cōmunione lucrorum, aut poſitione capitalis in communi.*

4 *Peritis in arte ſtandum eſt.*

5 *Confeſſio partis adminiculata probat, quo nomine quis mercaturam fecerit.*

6 *Clericus non poteſt mercaturam exercere.*

7 *Participatio intereſſe quoad vnum negotium non probat ſocietatem in alio,*

8 *Societas non probatur, niſi per actus indubitatos, qui citra ius, & nomen ſocij fieri non poſſint.*

9 *Epiſtola non recognita nihil probat.*

10 *Societati repugnat, quod vnus dici poſſit creditor, vel debitor alterius.*

11 *Pecunia expoſita in communione ſocio non probat ſocietatem, dummodo non fuerit mercata nomine ſociali.*

12 *Inſeruiens in aliquo negotio non dicitur ſocius, niſi participet de lucris eiuſdem negotij.*

13 *Tranſactio facta ex falſa cauſa non valet.*

14 *Contractus factus à Tutore abſque interuentu, & conſenſu pupilli eſt nullus.*

15 *Tutor non poteſt authorizare contractum ad ſui commodum.*

16 *Laudum datum ſine debitis ſolemnitatibus non ſubſtinetur.*

DECISIO LXXXIX.

DVO ex quinque fratribus filijs Siluerij Zeneroni Ioannes Baptiſta, et Laurentius inſtituerunt Bononiæ negotium Aromatharię, poſt quorum obitum prætendētibus Bernardino, & Claudio nomine etiā Antonij alterius fratris negotium non fuiſſe in Dominio ſolummodo Io: Baptiſtę, & Laurentij, nec illorum proprium, ſed ſociale, & commune omnibus fuit inita concordia inter eos, et Victoriam Matrem, et Tutricem Annæ Mariæ, et Silaeriæ filiarum Ioannis Baptiſtæ, in qua diuiſis omnibus Bonis dd. Ioannis Baptiſtæ, & Laurentij in quatuor æquales partes alia fuit aſsignata dd. filiabus, alia Claudio, alia Bernardino, alia hæredibus Laurentij, cum autem Siluera vti Ceſsionaria Annæ Mariæ Sororis Iudicium introduxerit contra Bernardinum, qui ſolus ſupereſt ex dictis fratribus, dedi dubium An, et ad quid Bernardinus teneretur, et eum teneri reſtituere portiones habitas ex hæreditate dicti q. Ioannis Baptiſtæ reſolutum fuit.

Firmatur enim DD. negocium Aromathariæ non fuiſſe ſociale, & commune omnibus fratribus, ſed proprium Ioannis Baptiſtæ, & Laurentij, cùm ex libris eiuſdem negocij appareat ita cœptum, & contractū ſub eorum ſolo nomine, & ſigno, ex tali enim intitulatione dignoſcitur dictos duos
1 fratres non exercuiſſe negocium communi nomine tanquam ſocios aliorum fratrum, ſed nomine proprio, & ad proprium commodum, vt concludit *Bart. in l. ſi Patruus numer. 5. in fin. & Bald. nu. 6. C. comm. vtriuſque Iud. & idem Bart. in l. Titium, & Manium, §. Altero, ff. de adminiſtrat. Tutor. Cephal. conſ. 340. numer. 2. & 3. Dec. conſ. 21. ſub num. 6. Grat. conſ. 118 lib. 1. ſub num. 12. Rota recent. par. 8. deciſ. 68. nu. 7. & deciſ. 126. num. 8. & deciſ. 40. nu. 5. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono.*

Idque conſtat ex contractibus quampluribus ſub ſolo nomine eorundem, & ſignāter ex requiſitionibus Prædiorum in vocabulo la Gaiano, & Villanoua, cùm iſti duo tantū fratres illa eorum nomine ex propria pecunia emerint, ſicut teſtantur non ſolum
2 Inſtrumenta, ſed etiam libri præfati, in quibus ſunt deſcripta ſub nomine Ioannis Baptiſtæ, & Laurentij, dè Bernardino, & Claudio nulla habita mentione, ex quo pariter reſultat coniectura Societatem non fuiſſe contractam; *l. Neſennius, ff. de negot. geſt. Bart. in dicta leg. ſi Patronus, C. comm. vtr. Iud. & in dicta l. Titium, & l. Manium, §. Altero, ff. de adminiſtrat. Tut. Bald. conſ. 481. numer. 21. lib. 1. Alex. conſ. 76. numer. 13. lib. 4. Aymon. conſ. 26. numer. 2. Menoch. conſ. 21. numer. 15. Cephal. conſ. 340 numer. 1. Maſcard. concluſion. 1316. numer. 28. & ſequen.*

Et procul dubio cum in eiſdem libris adſint partitæ pro rata capitalis, & lucrorum poſitæ ad creditum Cæſaris Gerueſoni eorum Auunculi, cum quo per quinquennium promiſcue negotiati ſunt; Si enim negotiatio fuiſſet geſta etiam nomine aliorum fratrum, illi quoque reperirentur deſcripti Creditores capitalis, & lucrorum *argumento l. vnic. §. ſin autem deficientis C. de caduc. tollen.* ceſſante autem communicatione lucrorum, aut poſitione capitalis in communi, non cenſetur contracta ſocietas, cum de-
3 ficiat cauſa principalis propter quam contrahi ſolet *Bart. in d. l. Titium, & Menium, §. Altero, ff. de adminiſt. Tutor. Bald. & alij in d. l. ſi Patruus C. comm. vtr. Iud. Caſtrenſ. conſ. 73. ſub numer. 1. lib. 2.*
1 *Bertrand. conſ. 294. nu. 3. & ſeq. lib. 2. par. 1. Cephal. conſ. 247. num. 2. Grat. conſil. 118. num. 12. lib. 2. Rota d. deciſ. 126. numer. 6. p. 8.* idemque teſtantur periti afferentes negotiū totaliter ſpectaſſe ad Ioannem Baptiſtam, & Laurentium, nec alium partem aliquam habuiſſe præter Gerueſonum, quibus tanquam

Digitized by Google

4 practicis, & informatis ſtandum eſſe diſpo-
nit *Text. in l. 1. in prin. ff. de verit. in princip. ff. de*
verit. inſpic. cap. fraternitatis de frigid. & malefic.
Rota coram Buratt. deciſ. 419. num. 2.

Quod comprobant literæ Siluerij Patris,
& Claudij Fratris, in quibus apertè legitur,
quod negotium pertinebat ad Ioannem
Baptiſtam, & Laurentium ibi: *Il voſtro ne-*
gotio: & ibi: *Hò inteſo come haueui tolto vna*
Bottega, che piaccia à Noſtro Signore, che vi dia
Sanità, pace, e guadagno. Poſt verò obitum
dictorum duorum Fratrum idem Claudius
tanquam Tutor Catherinæ, & Claudiæ fi-
liarum Laurentij, necnon idem Bernardi-
nus vice, & nomine etiam Annæ Mariæ, &
Siluerıæ filiarum Ioannis Baptiſtæ exegerũt
partitam 1600. eiuſdem negotij, & ſic ex
confeſſione tàm Patris, quàm fratrum ap-
5 paret, quod illud erat eorum proprium;
Ex confeſſione enim Partis adminiculata
benè arguitur, an quis communi nomine
tanquam ſocius, an pro ſe, & proprio no-
mine mercaturam fecerit, *Menoch. conſ. 553.*
num. 16. verſ. quæ ſanè confeſſio, Rota dic. deciſ. 68.
num. 1. & deciſ. 126. num. 9. & 10. par. 8. recent.
& in Anconitana officiorum, ſeu nullitatis Concor-
diæ 4. Decembris 1647. coram bon. mem. Arguel-
les §. coq; magis. Vltra quod Claudius vti
6 Clericus non poterat negotiari, & merca-
turam exercere, *cap. penult. & vlt. de vit. & ho-*
neſt. Cleric. Menoch. conſ. 12. num. 12. Rimin. Iun.
conſ. 28. ſub num. 14. Rota coram Buratt. dec. 908.
num. 7.

Non obſtat Epiſtola ſcripta, vt præten-
ditur à Io: Baptiſta, & Laurentio Cæſari
Gerueſono, in qua ſcripſerunt habere in
negotio Intereſſe ſuorum de Bergomo, nã
illa nõ concludit aliquam ſocietatem quo-
ad negotium Aromathariæ, ſed ſolum
aperit, quod ipſi habebant in negotio ter
plus capitalis, quàm haberet Gerueſonus,
ibi: *Al preſente ci ritroniamo nel negotio trè volte*
più di capitale di voi: Imperò di queſto lo ſapete,
perche ci habbiamo l'intereſſe de' noſtri di Bergamo
che rimiſe il noſtro Gio: Battiſta à Venetia. Prout
re vera conſtat ex libris prædictis fuiſſe re-
miſſas Bergomo Venetias ad Grigios li-
bras 3323. & propterea verba illa *ci ritronia-*
mo l'intereſſe de' noſtri di Bergamo, nequeunt in-
telligi de participatione, niſi ratione huiuſ-
modi intereſſe Bergomi. Participatio au-
7 tem intereſſe quoad vnum negotium pro-
bat nõ ſolum ſocietatem in illo, ſed in alio;
Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc Interdicto ff. de itiner. a-
ctuſque priu. & in l. Titium, & Meuium §. Altero
in fin. ff. de adminiſtrat. Dec. conſ. 21. n. 5. Cephal.
conſ. 247. num. 26.

Imò nec videtur poſſe ad intereſſe Patris,
& Fratrum referri, cùm Pater ſe iam con-
pon-

tuliſſet Bononiam cum vxore, & filijs, ſed
potius ad intereſſe ipſorum Ioannis Bapti-
ſtæ, & Laurentij ratione dd. lib. 3323. quæ
ſolo nomine eorumdem tractæ fuerũt Ber-
gomo Venetias, Adeout ex huiuſmodi
Epiſtola nullo modo dici poſſit probata
ſocietas, quæ non probatur, niſi per actus
8 concludentes, & indubitatos, & qui citra
Ius, & nomen ſocij fieri non poſſint, *Cyriac.*
contr. 477. num. 8. Caſtr. conſ. 73. num. 1. & ſeqq.
lib. 2. Rota deciſ. 214. num. 15. part. 6. recent. &
coram Eminentiſſ. D. Cardin. Otthobono deciſ. 94.
num. 7. & in his terminis *d. deciſ. 68. ſub n. 20.*
cum ſeq. & deciſ. 126. ſub num. 6. & 7. par. 8. re-
cent.

Vlterius prætenſa Epiſtola non eſt Epi-
ſtola originalis, ſed copia tranſumpta ex
libro non habente numeros marginales,
9 nec intitulationem ad formam Statuti fori
Mercatorum, *vt in rubr.* 19. ex quibus, &
alijs viſa fuit DD. valdè ſuſpecta, & ſufficit
quod illa non fuerit recognita ad effectum,
quod non veniat attendenda, *Oldrad. conſil.*
227. num. 6. Rota in recent. deciſ. 452. num. 1. p. 3.
in Albanen. hæreditatis 28. Iunij 1660. & 11.
Martij 1661. coram R. P. D. meo Albergato.

Minuſue prætenſam ſocietatem conclu-
dunt pecuniæ ſubminiſtratæ per Claudium
aſcendentes, vt prætenditur ad *libr. 11. mil.*
nec per Siluerium Patrem, qui ſolum ob-
tulit 50. zecchinos, de quorum ſolutione
non conſtat; Tùm quia in libris præfatis
datum fuit vtrique creditum, & debitum
eodem modo, quo cæteris creditoribus,
10 & Debitoribus, quod regulis imò naturæ
ſocietatis repugnat, *Dec. d. conſ. 21. ſub nu. 6.*
verſ. vltimo prædicta, Grat conſ. 118. ſub num 12.
& ſeqq. lib. 1. Decian. conſ. 36. lib. 1. Tum etiam
quia ad hunc effectum non ſufficit pecuniã
mercaturæ expoſitam eſſe communem, vel
11 creditam, ſed eſt opus, vt quis non pro ſe,
ſed tanquam ſocius contrahat, atque mer-
cetur, *Bart. in d. l. Titium, & Meuium, §. Alte-*
ro ff. de adminiſtr. tutor. Dec. d. conſ. 21. ſub. n. 18.
Decian. conſ. 36. num. 39. lib. 1. Cephal. conſ. 247.
num. 13.

Et licèt Bernardinus inſeruierit in Apo-
theca, non propterea ſequitur illum fuiſſe
admiſſum in ſocium, quia cum præceſſerit
ſocietas inter iſtos duos tantùm fratres
nihil vnquam de lucris eidem communi-
cando præſumitur fuiſſe retentum ex fra-
12 terna charitate, & affectione erat ſocius
ætatis annorum decem, & poſtea ſe exer-
cuiſſe vti Iuuenem, & famulum iuxtà *not.*
per Surd. conſ. 441. num. 9. & 10. & in his termi-
nis Rota dicta deciſ. 68. ſub num. 14. & deciſ. 126.
num. 5. par. 8. recent.

Hoc igitur firmato dixerunt DD. tranſa-
ctio-

ctionem initam per Victoriam Matrem, & Tutricem Annæ Mariæ, & Silueriæ non ſuſtineri ex defectu cauſæ principalis, propter quam illa inita reperitur, ſcilicet ex eo, quod negotium Aromathariæ fuerit ſo-
13 ciale, & commune. Vndè tanquam facta ex falſa cauſa, dolo malo extorta præſumitur, & proindè remanet prorſus nulla, & inefficax *Aym. conſ.528. num.17. Menoch. conſil.91. num.26. & nu.40. & ſeq. Rota coram Merlin. deciſ.603. nu.1. & in Bononien. nullitatis concordiæ 27. Ianuarij, & 1. Iulij 1648. coram bon. mem. Bichio, & 19. Aprilis 1649. coram Reuerendiſſ.* Royas *Epiſopo Tarraconen. & 4. Febr. 1650. coram R.P.D. meo Celſo, & coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Ottbobono deciſ. 25. num. 5.*

Eòq; magis cum tranſactio fuerit inita
14 cum victoria Matre, & Tutrice abſque interuentu, & conſenſu Annæ Mariæ, & Silueriæ, quarum prima dum agebat decimū ſuæ ætatis annum, & altera nonum, & ſic erant maiores Infante debebant internenire & adeſſe Inſtrumento, vt firmat *Soccin. conſil.24. num.45. lib.1. Peregr. conſ.74. num.4. lib.3.* Rota *deciſ.178. num.6. apud* Reuerendiſſ. *Tarraconen. & in recent. deciſ. 470. num.11. par.9. & in* Romana *Domus 4. May 1648. coram bo. mem. Bichio licèt ex alys cauſis id noluerit firmare in* Romana *Cenſus 22. Iunij 1648. coram* Reuerendiſſ. *Terracinen.*

Maximè quia eadem Tutrix habebat intereſſe, cùm ex cauſa iſtius tranſactionis fuerint eidem aſſignata nonnulla Bona, & promiſſa quantitas libr. 5000. vt patet ex inſtrumento tranſactionis, vnde non pote-
15 rat authorizare cōtractum ad ſui commodum, vt *in l.1. & l. Pupillus in fin. ff. de auth. Tut. & in §. fin. inſtit. cod. tit. & not. Bald. in conſil.200. in fin. lib.3. Dec. conſ.479. num.1. Surd. conſ.9. num.36. Vincent. de Franch. deciſ. 14. numer.4.* Rota *in recent. 492. num. 9. par.1. & deciſ.25. num.3. & 23. p. 5.*

16 Nec refert quod dicta Tranſactio facta ſit præcedente Laudo: nàm cum illud latū fuerit ſine debitis ſolemnitatibus non poteſt ſuſtineri ex *ex cap. alleg.102. num.3. Soccin. conſil.18. num.33. & ſeqq. Roman. conſ.173. ſub nu.1.* Rota *recent. p.4. tom.3. deciſ.646. num.4. & ſeqq. & deciſ.169. num.11. p.6.*

Et ità vtraque Parte Informante deciſum, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Sabinen. Spolij.

Lunæ 7. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Illud intercedit inter ſpolium violentum, & iudiciale diſcrimen, quod vis armata ſecus ferat condemnationem ad fructus à die intruſionis Iudicialis: Expulſio à die motæ litis, & licèt mala fides calore Iudicij non obſtante etiam ante petitam reintegrationem fructuum perceptionem impediat, attamen non omnis mala fides hoc operatur, ſed ea, quæ nulla poteſt excuſatione velari.

SVMMARIVM.

1 *In ſpolio iudiciali, & non violento non fit condemnatio ad fructus, niſi à die mota litis.*

2 *Mala fides in ſpolio ante captum iudicium efficit, vt reſtituantur fructus ſpoliato. & in num. 5.*

3 *Non qualibet mala fides improbat poſſeſſionem, ſed etiam tantum inexcuſabilis; & irrationabilis.*

4 *Quando inter bonam, & malam fidem medium aliquod ſufficiens intercedit ante litis conteſtationem lucrantur fructus.*

DECISIO XC.

Repropoſita cauſa ſuper dubio An Armādus condemnatus ad reſtitutionem fructuum teneatur etiam ad illos perceptos ab ipſa die adeptæ poſſeſſionis Bonorum, vt firmatum fuit 1. Iulij 1661. vel à tempore moti Iudicij contra ipſum per Pedacchios agentes ad reintegrationem bonorum, vt reformando antecedentem reſolutionem ſub die 13. Martij præteriti, Domini cenſuerunt fundamenta huius poſtremæ deciſionis, hodie placuerunt, quia in confeſſo eſt, quod ab Armando nulla vis illata fuit, nec eum violentia, & armis expulſi Pedacchij poſſeſſores Bonorum, ſed præuio Iudicis Decreto, ac ſeruatis ſeruan. fuerunt ſubhaſtata Bona, & inde ſibi adiudicata.
1 Vndè verſamur in ſpolio iudiciali non violento, nec attentato, in quo iuxtà veriorē ſententiam non fit condemnatio ad fructus niſi à die motæ litis ex cumulatis in principio deciſionis, & per Rotam *coram Duran. deciſ.454. num. final.* & poſt *Modern. Peruſ. de manuten. deciſ.294. num.14. & in* Romana *Beneficiatus Sancti Petri 15. Iunij 1657. coram me.*

Non obſtat repetitio obiecti, quod non ſit diſcrimen inter ſpolium violentum, &

2 iudiciale, quando vt hic in ſpolium concur-
rit mala fides ante cœptum iudicium, quæ
efficit, vt ex tunc, quo adepta fuit poſſeſſio
oriatur obligatio reſtituendi fructus ſpolia-
to, *ad l. certum, & l. certi cond. C. de re iud. Ro-*
ta coram bon. mem. Merlin. deciſ. 663. *num.* 24. *&*
apud Poſth. de ſubhaſt. deciſ. 100. *num.* 4. quia
viſum fuit ſublatum ex reſponſione data
in vltima deciſione, quod ad hunc effectū
3 non quælibet mala fides improbat poſſeſ-
ſionem, ſed ea tantum, in qua nulla intret
excuſatio, nec ratione aliqua velari poſſit,
certè non concurrit in hac facti ſpecie, dum
Armādus legitimus Creditor ex cauſa Do-
tis in ſatisfactionem huiuſmodi crediti cita-
tis debitoribus, & alijs de iure ſeruatis ob-
tinuit à Iudice adiudicationem Bonorum
valoris ſcut. 1160. iuxta depoſitionem duo-
4 rum Teſtium per ipſos debitores examina-
torum, & æſtimationem publici Agrimen-
ſoris, ex quibus omnibus excluditur mala
fides, & oritur bona, vel ſaltem inſurgit in-
ter vnam, & alterum medium ſufficiens ad
lucrandum fructus, antequam eſſet intro-
ducta lis ſuper reintegratione, *Imol. in l. ſi fur*
32. *§.* 1. *in fin. ff. de vſucap. Rota deciſ.* 577. *p.* 1. *di-*
uerſ. deciſ. 749. *numer.* 8. *par.* 3. *recentior.* & penes
Cenc. de Cenſ. deciſ. 293. *num.* 9.

Non vrget, quod antecedenter poſitis
ſub haſta bonis Armandus miniſterio Prio-
ris ad id conſtituti, vt tulerit ſcuta 1800.
& habito reſpectu ad hanc obligationem
Iudex interpoſuit Decretum pro delibera-
tione, & ob id non licuit obtinere adiudica-
tionē pro ſcutis 915. occaſione reſidui dictæ
dotis debitis ob iuris reſiſtētiam, quæ indu-
cit malam fidem, & hac data fit locus reſti-
tutioni fructuum, quicquid ſit vbi ius non
aſſiſtit, cuius error excuſat à mala fide, &
à dicta fructuum reſtitutione, vt diſtinguūt
relati à *Pacif. de Saluian. inſpect.* 3. *cap.* 2. *nu-*
mer. 572. *& ſeqq.* quia ex prætenſis facti cir-
cumſtantijs non refragatur hæc diſtinctio,
& obiecta Iuris aſſiſtentia: oblatio enim fa-
cta fuit multò prius ad alium effectum vl-
tra bonorum valorem deindè ab homini-
bus peritis, & ab Agrimenſore probatum
pro obtento cum ſubſequen. adiudicatione
ſeruatis ſeruandis facta in cauſam veri cre-
diti ſemper ſubſiſtit, quod ex his licèt mi-
nùs ſubſiſtentibus cauſis abſit mala fides, ad
hoc, vt non iuuet condemnatio ad reſtitu-
5 tionem fructuum ante motum Iudicium
perceptorum ex ſupra relatis, & admittit
Ofaſch. in deciſ. 160. *exaduerſò allegata numer.* 6.
& 7.

Et ita fuit reſolutum ſtandum eſſe in vl-
timo loco deciſis vtraque Parte informan-
te, &c.

R. P. D. T A I A

Barbaſtrē Decimarum.

Lune 28. *Maij* 1663.

A R G V M E N T V M.

Probationes exaduerſò datæ non admittunt parti facultatem probandi.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſſoria in profanis in qualibet inſtantia conceditur etiam ſine fumo.*

2 *Remiſſoria conceditur, quando ab altera parte non fuit ſeruatus terminus ad docendum de cauſis in integrum reſtitutionis iuxta* cap. 9. de probation.

3 *Ad eos ſpectat colligere decimas, & eleæmoſynas in Eccleſia Parochiali, quæ in Cathedralem, vel Collegiatam erecta eſt, qui aſſiſtentiam iuris habent.*

4 *Probatio probationem non excludit.*

5 *In diſcuſſione quæ ſit præferenda probatio.*

6 *Calumnia præſumpta non repellit, quem à probando.*

7 *Calumnia non probatur conſtante releuantia.*

8 *Iuris aſſiſtentia concurrente ſufficiunt leuiores probationes.*

D E C I S I O XCI.

FVIT concluſum pro remiſſoria, quia
ſumus in cauſa decimarum, quæ ad iſtū
effectū dicitur prophana, & in prophanis in
qualibet inſtantia remiſſoria conceditur
1 etiam ſine fumo, dummodò ſit releuans, ad
literam *coram Ludouiſ. deciſ.* 174. *ab initio* cum
ibi allegatis, *& num.* 7. & in cauſa reſtitu-
tionis in integrum ſolet etiam concedi, li-
cet non adeò facilè, *Rota coram Ludouiſ. de-*
ciſ. 276. *num.* 2. *&* 7.

Eòque facilius, quia ab altera parte nul-
2 lus fuit datus terminus ad docen. de cauſis
reſtitutionis præfixus iuxtà formam com-
miſſionis ad Capitulum 9. de probat. *ibi:*
cum infra trium menſium ſpatium in noſtris literis
comprahenſum teſtes huiuſmodi producere non cu-
rauerit, & ibi *gloſſ. trium menſium, Rota dec.* 381.
num. 6. *tom.* 2. *par.* 4. *recen.* lata & data præci-
puè ſententia reuocatoria aliarum, & præ-
iudicata ſuperueniente per cōtradictas pre-
uia vnica deciſione, altera tantùm Parte
Informante.

Articulos verò releuantes nulla ferè du-
bitatio fuit, quia Portionarij petentes re-
miſſoriam prætendunt has decimas ſpectaſ-
ſe olim ad ſuam Eccleſiam Parochialem
erectam poſteà in Collegiatam, cum Paro-
chia-

chialibus oneribus. & honoribus, & à tem-
pore erectionis in Collegiatam vſque ad
3 tempus litis eaſdem ſemper percepiſſe, & Decanos Oſceñ, quãdo Decanatus translatus fuit in Conllegiatam Barbaſteñ erectã, in Cathedralem illius percepiſſe, quia obtinebant in titulum d. Parrochialem Barbaſtreñ poſt erectionem vtriuſque Eccleſiæ in Collegiatam; & Cathedralem reſpectiuè; vt ex narratis in deciſione huius cauſæ *Barbaſtren. Decimarum* 11. *Decembris proximè lapſi*; & prius in *deciſ.26.& 265.part.7.* Articulata autem ſi vera fuerint viſum eſt iuſtum Decimas fortè pertinere ad titulum dictæ Eccleſiæ, & conſequenter ad Portionarios, non autem ad titulum Decanatus ſtante clara aſſiſtentia pro Priore, & Portionarijs, vt in *dicta deciſ.265. num.21.*

4 Nec obſtare viſi ſunt Teſtes examinati pro Decano, quia probatio probationem non excludit; *Rota coram Caſſad. deciſ.624. & coram Mantic. deciſ.374. nu.3. & deciſ.70.nu.7. verſ.non obſtat contraria probatio part.6.& coram Eminentiſſ. D.meo Card.Otthob. deciſ.24.nu.11.*
5 declarante in diſcuſſione principalis dubij DD. decreturos quæ nàm probatio veniat
6 præferenda, adeòut nec per præſumptam calumniã facilè quis repellatur à probando *d. deciſ.24.num.4. coram D.Cardinali Otthobono*;
7 quia etiam calumnia non probatur cõſtante releuantia, vt ſæpè deciſum eſt Rota poſt *ſecundum libr. conſ.Farinac. deciſ.306. ſub nu.1. & coram D.Card.Otthobono deciſ.31. in fine.*

Multò minus obſtare viſum eſt, quod propoſiti articuli de tempore ante erectionem anno 1544. antiquiſſima, & 80. annos ante litem motam, & 40. poſt eam ad Rotam deductam, vt in *dicta deciſion.265.* ſint improbabiles per Teſtes, qui viuant, & viderint.

8 Quia cum aſſiſtentia Iuris, vt ſupra concurrrnte pro Priore, & Portionarijs, viſum eſt poſſe ſufficere leuiores probationes præſertim ad pretenſam interpellationem litterarum Apoſtolicarum ſuper dd. erectionibus, & ſatis eſſe poſſit quod aliquis articulus, & vnius articuli interciſi pars poſſit per Teſtes probari.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. NINOT.

Fauentina Parochialis.

Lunæ 4. Ianuarij 4663.

ARGVMENTVM.

Linea per tranſuerſum ducta ſuper Inſtrumento illi non adimit nomen publici, & ſolemnis, cum poſſit eſſe non litura, ſed ſignum reportationis in Protocollum; quando tamen alba verborum intercapedine omiſſum eſſet aliquod ſubſtantiale, linea ita ducta cenſeretur ad delendum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium præſumitur liberum.*
2 *In beneficialibus vltimus ſtatus attenditur.*
3 *Status beneficij non immutatur per prouiſiones Apoſtolicas, quod Declaratur num.4.*
5 *Collationis effectuatio ex quibus inducatur.*
6 *Petitorium, vt abſorbeat poſſeſſorium, debet de bono Iure conſtare per liquidiſſimas probationes.*
7 *Linea per tranſuerſum ducta ſuper Inſtrumentũ, an illi adimat fidem, & an importet cancellationem, vel potius reportationem.*
8 *Iuſpatronatus non acquiritur ex reſtauratione Eccleſiæ, niſi illa totaliter fuerit reædificata.*
9 *Iuſpatronatus ad hoc vt acquiratur ex dotatione, neceſſe eſt, vel primam Dotem fuiſſe redactam ad non eſſe, vel ſaltem fuiſſe auctum vltra medietatem.*
10 *Prohibitus aliquid facere, prohibetur etiam conſiteri id, ex quo actus prohibitus poſſit induci.*
11 *Quilibet tenetur iuſtificare ſuam intentionem.*

DECISIO XCII.

ITerum Dñi perſiſtendo in deciſis coram R. P. D. meo Bourlemont ſub die 4. Decembris proximi prętereti conſtare de bono Iure Mignani ad controuerſam Parrochialem Sanctę Marię de Ferculis reſponderunt; habet enim intentionem fundatam non ſo-
1 lum in diſpoſitione Iuris, per quam omnia Beneficia libera præſumuntur, *Innocent. in cap.cum Venerabilis num.9.*& ibi *DD.de except. Io: Andr. in cap.vnico de Cappell. Monach. in 6. Menoch. lib.3. præſumpt.9. numer.1. Rota coram Mantic. deciſ.360.num.4. & in recent.*

Sed etiam quia in longeua, & antiquiſſima vltimi Status poſſeſſione, ſecundum quam vſque ab anno 1525. per lapſum ſeculi. & vltra nunquam controuerſa Parrochialis ad præſentationem Patronorum, ſed vel tanquam de libero ab Ordinario, vel tanquam de reſeruato à Sede Apoſtolica prouiſa fuit: Quod ad ſuſtinendam collationem ad eiuſdem fauorem factam ſuperabundat, cum adhunc effectum ſufficiat vlti-
2 mus Status etiam per vnicũ actum introductus iuxta *vulg. cap. Conſultationibus de Iurepatr. Rip. in cap.cum Eccleſia Sutrina num.93. de cauſ. poſſeſſ.& propriet. Rota deciſ.345.par.2. recent.* & in *Nouarien. Parrochialis* 10. *Decembris* 1649.& 1. *Iulij* 1650. & 16. *Ianuarij* 1651.

coram bo: me: Peutingerlo, & in *Bononien. Parrochialis* 24. *Aprilis* 1651. *coram Reuerendiſſimo Papien.*

3 Et quamuis cõcluſio ſit prouiſiones Apoſtolicas non immutare ſtatum Beneficij, *Garz. de benefic. part. 5. cap. 5. num. 118. Rota poſt Vivian. de Iurepatr. deciſ. 29. nu. 4. & in Bononien. Iuriſpatronatus 27. Iunij 1657. §. omittendum coram Reuerendiſſ. Papien.* Attamen hoc intelligitur ad effectum vindicandi Eccleſiam de ſeruitute ad libertatem in præiudicium Patronorum, quod ſecluſis requiſitis, de quibus per *Rot. deciſ. 172. nu. 9. part. 3. & deciſ. 245. nu. 39. part. 9. recent.* Pontificem in dubium
4 noluiſſe præſumitur; Secus verò ad effectũ inducendi ex prouiſione Apoſtolica; Beneficium, *dicti cap. Conſultationibus*, quoties illa ſub præſuppoſito libertatis, prout in præſenti caſu, cum non debeat in hoc Pontifex deterioris conditionis eſſe inferioribus Collatoribus, vt dictum fuit in *Vicen. Beneficij 1637. coram bon. me. Pirouano §. conſtat enim, & in Gerunden. Beneficij prima Iulij 1644. §. rationo reſolutionis coram Ghislerio.*

Nec ex eo, quod retroactis temporibus fuerit à Maria, & ab Equite Bartholomæo mota lis contra menſam Epiſcopalem ſuper exiſtentia Iuriſpatronatus dici poteſt in Epiſcopo inducta talis mala fides, vt modo fructum ſuæ portionis percipere prohibeatur, ad notat per *gloſſ. in dicto cap. Conſultationibus*, & ibi *DD. de Iurepatronatus.*

Omitto enim quod nunquam ex lite interuerſa fuit poſſeſſio ſtatus collatiui, ſed ſemper eorum præſentationes reiectæ, & excluſæ; Quod euidenter colligitur ex eo, quod deinde non per obitum Præſentatorum, ſed per deceſſum Prouiſorum ab Ordinario fuit continuò, & inceſſanter Parrochialis vti vacans collata, *Summario Mignani dato ſub die 4. Decembris proximi præteriti num. 2. ad ſeptimum.* Per quod quarumdam
5 præſentationum reiectio, & collationum effectuatio optimè comprobatur, iuxtà *conſil. Oldrad. 229.* paſſim à Rota receptum, & ſignanter poſt *Poſth. de manut. deciſ. 466. num. 2. coram Eminentiſſ. Otthob. deciſ. 243. num. 11. in Meliuitana Iuriſpatronatus 6. Iunij 1659. §. nec obſtat coram R. P. D. meo Celſo.*

Ita pariter potius remanſit ex lite efficacius conualidatus ſtatus libertatis, quo contrarius ſeruitutis excluſus fuit; vt in ſimili dictum fuit coram me in *Florentina Cappellaniæ proximè præteriti §. Et quoties.*

Placuit reſponſio, quod cum agatur de priuando aliquem ex abrupto Beneficio ſuę poſſeſſionis contra regulam *Text. in l. primo,*
9 *& 2. vi poſſid.* debet ad hunc effectum proprietatis, ac contrario ſtatu ex liquidiſſimis probationibus ità notoriè, & manifeſtè ante ſequutam inſtitutionem apparere, vt nullus exaduerſo dubitandi color relinquatur, vt declarant *Lotth. de re benef. lib. 1. quæſt. 34. n. 28. & ſeqq. Add. ad Gregor. deciſ. 77. ſub numer. 12. verſ. ſi tamen; Rota in recent. deciſ. 435. num. 4. part. 2. & deciſ. 562. num. 4. & 5. part. 5. & deciſ. 13. n. 26. quæſt. 6.* & fuerat etiam dictum in *Lucana Iuriſpatronatus 20. Decemb. 1628.* confirmata *7. Maij 1629. coram bo: me: Dunozetto impreſſ. poſt Poſth. de manut. deciſ. 532. numer. 5. & 6. & deciſ. 333. num. 2. & 3.* Tunc enim demum ob euidentiam ſui cauſa proprietatis poſſeſſorium abſorbet, *Rota deciſ. 380. per tot. part. 3. ac deciſ. 83. num. 5. ac deciſ. 174. num. 3. part. 5. recent.* nam aliàs data aliquali turbiditate ſola opinio pertinentiæ in exiſtente in quaſi poſſeſſione titulum, & operatur irretractabilitatem actus, *Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 34. num. 26.*

Talis autem non eſt probatio reſultans ex Inſtrumento reſtaurationis, & dotationis tunc exhibito, & quod modo rurſus æditur.

Quidquid enim ſit an illud nomen publici, & ſolemnis Inſtrumenti mereri poteſt, ſtante quod lineam habet per tranſuerſum ſuper inductam, quæ licet cancellationem pernecceſſe non concludat, cum ſignum
7 poſſit eſſe reportationis in Prothocollum, iuxtà dictum *Baldi in l. noſtrum nu. 4. verſ. ſed de more Notariorũ eſt de Teſtam. Grat. diſcept. 593 numer. 10. & ſeqq. Rota coram Verall. deciſ. 102. num.* . . nihilominus quia vlterius relinquit in albo nomen Eccleſiæ, & cognomen Reſtauratoris nõ improbabiliter poteſt dubitari an potius linea ſonet in caſſationem, cum non ſit veriſimile aſſ. Patronũ, quem non nudam perſonam, ſed celebrem Iuriſconſultum extitiſſe dicitur adeò Ius proprium contra commune omnium votum neglexiſſe, vt de defectu in parte tàm ſubſtantiali non curauerit, ad *Text. in l. cum de indebito, ff da probat.*

Vrgere viſa fuit ponderatio deciſionis, quæ confirmatur *§. ſimiliter*, quod cum non probetur Eccleſia fuiſſe prorſus dirutam, & depauperatam, nullum potuit Io: Fran-
8 ciſcus Iuſpatronatus acquirere neque ex reſtauratione, per quam Eccleſię ſeruitus non imponitur niſi fuerit funditus collapſa, & totaliter reædificata, *gloſſ. in cap. 3. verſ. fundat*, & ibi *Barboſ. num. 7. de Iurepatr. Modern. Velitern. de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 65. num. 3. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 3. num. 29. & 30. Coccin. deciſ. 106. num. 7. Buratt. deciſ. 931. nu. 6. & 10.* & ibi *Add. littera G.*

Neque ex dotatione, ex qua parimodo Iuſpatronatus nanciſcitur niſi doceatur pri-
9 mam Dotem, vel fuiſſe redactam ad non eſſe,

Digitized by Google

eſſe, vel ſaltem auctam ad ſummam excedentem medietatem, cum aliàs non ſit dotatio, *gloſ. in cap. figmentis 16. quæſt. 5. in verb. pia, Rocch. de Curtis in verb. Conſtruxit num. 14. Ricc. in prax. for. Eccleſ. part. 1. reſolut. 161. & in collect. deciſ. 2453. §. adhoc part. 6. Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſc. part. 3. alleg. 70. num. 11. Rota coram Buratt. deciſ. 931. num. 8. & ſeqq. & in recent. deciſ. 568. num. 3. part. 4. & deciſ. 630. num. 9. part. 4. tom. 3. deciſ. 210. numer. 6. part. 5. & deciſ. 249. num. 5. part. 9.*

In nihilo releuante aſſertiua Epiſcopi, quia præter quod non attingit qualitatem
10 omnimodæ deſtructionis, & depauperationis in omnem caſum illi non ſtaretur, cum in materia ſuſpecta prohibitus facere prohibitus ſit confiteri, ne quod directè interdicitur indirectè permittatur, *Rota coram Merlino deciſ. 147. num. 7. coram Coccin. deciſ. 106. num. 6. coram Eminentiſſ. Otthob. deciſ. 6. nu. 33.* ac poſt *Poſth. de manut. deciſ. 238. nu. 25. & ſeqq. par. 9. & in Comen. diſmebrationis 22. Iunij 1648. coram Eminentiſſimo Corrado.* Non enim pendet ab eius voluntate, & conſenſu tantummodo ſeruas facere Eccleſias, *gloſſ. in cap. quicnuque 16. quæſt. 7. modern. Velitern. cod. tract. lib. 3. cap. 6. numer. 22. Barboſ. vbi ſupra, alleg. 70. num. 12. Rota deciſ. 318. num. 4. part. 5.*

Et ſanè dum à ſeculo, & vltra Iuſpatronatus caruit effectu benè conuincitur fuiſſe vnum ex illis, quod iuxtà illorum temporum corruptelam, & Ordinarium facilitatem ponendi ex quacunque cauſa ſub iugo Eccleſias, potius ex gratia, quàm ex Iuſtitia minùs legitimè irrepſerat, ac proptereà deficiente obſeruantia, non poteſt veritas cauſæ ab antiquitate ſuppleri, *Rota deciſ. 231. num. 25. part. 9. recent.* Sed eſt aliundè
11 tanquam fundamentum intentionis Gorij plenè, & concludenter iuſtificanda, *Buratt. deciſ. 931. num. 5. Rota deciſ. 381. num. 2. part. 2. & deciſ. 249. num. 9. part. 9. recent.*

Et ita reſolutum fuit vtraque, &c.

R. P. D. T A I A.

Tarantina Cenſus.

Veneris 8. Iunij 1663.

A R G V M E N T V M.

Cenſus validitas fruſtra impugnatur ex defectu pecuniæ; quando illius Venditor in Inſtrumento iurato fatetur ſe pecuniam recepiſſe numeratam. Conſtitutio Laicalis contractus iuratos non tangit ex carentia Iuriſdictionis.

S V M M A R I V M.

1 *Numeratio pecunia quibus verbis probetur.*
2 *Verbum in contanti probat numerationem.*
3 *Teſtes nulliter examinati non probant.*
4 *Pragmatica Regni Neapolitani* 12. De Adminiſtr. Vniuerſ. *quid diſponat.*
5 *Creditor contrahens cum Ciuibus particularibus potest contra illos agere, quamuis pecunia conceſſa ſit in vtilitatem Communitatis.*
6 *Pragmatica Regni non comprahendit contractus iuratos.*
7 *Rota non exequitur ſententias aliorum Tribunalium etiam in iudicatum tranſactas, niſi prius examinata illarum validitate. & Iuſtitia.*

D E C I S I O XCIII.

VEndiderunt Leonardus, Petrus, & Angelus 4. Auguſti 235. annuum Cenſum ſcutorũ centum ſuper certis Bonis Antonio pretio ſcutorum mille, illumque Antonius dedit in Dotem Catherinæ filię ſuæ, quæ mortuo Viro petijt coram A.C. mandatum de aſſociando contra ſupradicta Bona, & poſſeſſores Bonorum obligatorum, & obtinuit; Vndè commiſſa mihi cauſa à Signatura cum clauſula, *Si quid exequendum*, propoſui Dubium, & Domini pro informante reſponderunt mandatũ A. C. eſſe exequendum, quia probata ſunt omnia probanda, & validitas Cenſus vndique apparet.

Non obſtàre viſum eſt, quod ab altera parte (licet inſtante pro dilatione) contra Cenſum opponebatur ſcilicet fuiſſe contractum abſque pecunia numerata per extinctionem alterius Cenſus contra formam Conſtitutionis Pij, idque conſtare ex ſexdecim Teſtibus teſtificantibus de tractatu habito, & effectu ſequuto.

Nàm in Inſtrumento iurato ipſimet Leo-
1 nardus, Petrus, & Angelus Debitores faſſi ſunt recepiſſe, & habuiſſe ab Antonio præſentialiter, & incontanti coram Notario, & Teſtibus numeratos, &c. probatio verò numeratæ pecuniæ clarius demonſtrari nõ poteſt, *Cenc. de cenſib. qu. 51. ab init. Rota coram Buratt. deciſ. 518. nu. 1. & 14.* præcipuè ex ſupradicto verbo *incontanti, Cenc. d. qu. 51. nu. 7.*
2 *verſ. Vel dictiones incontanti, Rota coram Coccino deciſ. 208. num. 3.* Teſtibus autem contrarijs
3 nulla adhibenda eſt fides, vtpotè nulliter examinatis abſque citatione Catherinæ, *ad cap. 2. de Teſtib. §. Et hic verò, ſeu cap. vlt. Auth. de Teſt. & gloſſ. in poſtea dicto cap. 2.*

Pariter nec alia exceptio refragari viſa eſt, quod Cenſus fuerit venditus ad ſubleuandas indigentias Communitatis, & con-

tra eandem voluendas eſſe actiones, non
4 cõtra particulares Venditores, *ex Reg. Prag. 12. de Adminiſtr. Vniuerſ.* de qua abundè *Rouit. ad pragm. 5. dicto tit. 12. num. 2. Marin. quotid. reſolut. 77. lib. 1. & reſol. 59. lib. 2. ab init. Capoblanc. de Iur. & Offic. Baron. quæſt. 83. ſub nu. 17. tom. 2.*

Quia multipliciter reſponſum eſt: Primò nullam probationem afferre, quod pro Vniuerſitate, & in illius vtilitatem fuerit conſtitutus Cenſus, imò è contra demonſtrat confeſſio iurata in Inſtrumento; vbi prædicti debitores Cenſus pro faciendis eorum commoditatibus ſponte, &c. inſolidum vendiderunt eidem Antonio annuum Cenſum, &c.

Secundo quamuis etiã probaretur, quod in vtilitatem Vniuerſitatis ceſſerit Cenſus, tamen quia Antonius noluit cum Communitate negotiari, ab eaque annuos emere introitus, ſed voluerit contrahere cum Ciuibus particularibus, vt ex Teſtibus in
5 *Summario Antonij num. 4.* eoſdem poteſt conuenire, in puncto *Marin. d. reſol. 77. numer. 5.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, *& dicta reſolut. 59. num. 2. Capoblanc. d. quæſt. 83. à nu. 20. verſ. Si verò*; Et Creditori non contemplatione Communitatis fœnori danti naturalis ratio videtur aſſiſtere, & ciuilis Textus *l. eum qui 13. C. ſi cert. pet.* vbi quotidianum caſum notat *Bald.*

Tertiò, quia ſumus in contractu iurato,
6 quem Pragmatica non comprehendit propter defectum poteſtatis in Laicis diſponendi ſuper iuramento; *Rota deciſ. 338. nu. 3. verſ. Dici poteſt part. 3. recent. & coram Buratt. deciſ. 44. num. 4.* & de hac ipſa Pragmatica, & ſimili Cenſu, *Rota in Brunduſina Cenſus prima Aprilis 1661. ſub §. nec releuat; quod in pragmatica Regni, coram R. P. D. meo Priolo.*

Aducto verò ſententia Gubernatoris localis ex defectu citationis inualida, & iniu-
7 ſta, vtpotè contra Ius, vt ſupra, nihil mouit DD. præſertim quod Rota ſententias aliorum Tribunalium non attendit, vt exequatur niſi cognita eorum Iuſtitia, & validitate: etiamſi fuiſſent in iudicatum tranſactæ, *Rota deciſ. 111. num. 2. & 3. & 453. nu. 5. part. 9.*

Et ità altera tantùm Parte, &c.

R. P. D. NINOT.

Anconitana Fideicommiſſi.

Mercurij 13. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Notitia præcedentis Teſtiũ depoſitionis non impedit nouum examen, quoties vel materia articulata ſpecificè defert à prima, vel ceſſat calumnia, quæ in Actore non conſideratur, cõtra Reum poſſidentem, vel abeſt timor ſubornationis, qui non intrat dum agitur de coadiuuandis antiquis probationibus.

SVMMARIVM.

Articuli releuantes admittendi. num. 2.

1 *Et releuantes ſecum trahunt irreleuantes, itaut omnes admittendi.*

3 *Paupertate probata cum præſumptione boni Iuris debentur ſumptus litis.*

4 *Ad fideicommiſſum fruſtra agit qui non probat ſe, de comprehenſis, & vocationis caſum eueniſſe.*

5 *Teſtes non ſunt iterum examinandi ſuper ijſdem poſt didicita teſtificata.*

6 *Limita ſi noui articuli magis ſpecificent, & diſtinguant materiam.*

7 *Secundò limita ſi ceſſet ſuſpicio calumniæ, vel ſubornationis timor.*

8. *Calumnia non poteſt conſiderari ex parte Actoris Reo poſſidente in articulorum exhibitione.*

9 *Maximè ſi non immineat aliquod periculum affectatæ dilationis.*

10. *Teſtes iterum examinari poſſunt ad coadiuuandas antiquas probationes.*

11 *Maximè ſi probationes antiquæ fuerunt iam releuantes declaratæ.*

DECISIO XCIV.

IOanni Hieronymo Bertino inſtanti pro admiſſione articulorum allegare ſufficeret, quod pro parte Conuentus Dominici Aduerſarij aliquorum admiſſio non impugna-
1 tur, quia in hac materia releuantes ſecum trahunt irreleuantes, *Rota coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 98. nu. 15. & 16. coram Greg. deciſ. 124. num. 8. coram Merlin. deciſ. 732. nu. 4. & in recent. deciſ. 84. nu. 4. part. 8. & deciſ. 493. nu. 1. part. 9.* & in *Ferrarien. Pecuniaria 30. Aprilis proximè præteriti coram me §. fin.*

Sed viſum eſt DD. omnes etiam ſingulariter conſideratos admiſſionem mereri,
2 quia conſtat de omnium releuantia, *leg. ad probationem, C. de probat. Rota coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 2. & deciſ. 36. vtrobique num. 1. & in recent. deciſ. 22. nu. 2. deciſ. 299. nu. 1. part. 8. & in Farfen. Bonorum 3. Iulij 1661. coram me.*

Tum reſpectu primi, in quo dicti Ioannis Hieronymi paupertas articulatur; quia ea probata, probatum remanebit vnum ex re-
3 quiſitis copulatiuè cũ altero præſumptionis boni iuris neceſſariũ ad effectũ cõſequendi ſumptus litis, ad quẽ dirigitur, *l. ſi Inſtituta §. de officioſo, ff. de in offic. Teſt. Felin. in cap. ſi quis Teſtium numer. 9. verſ. ſecundus caſus de Teſtib. Caualer. deciſ. 467. & deciſ. 554. vtrobique nu. 1. Rota in recent. deciſ. 50. num. 1. & ſeqq. part. 9. & in Reatina Caſtrorum 19. Iunij 1656. coram*

Reg.